Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Justus Henning Böhmer

Ivsti Henningii Boehmeri ICti Potent. Reg. Borvss. Consil. Intim. Direct. Acad. Et Prof. Ivris Ordin. In Regia Fridericiana Introdvctio In Ivs Digestorvm : Sensvm Pariter Ac Vsvm Hodiernvm Singvlarvm Doctrinarvm Svccincte Exhibens : Accesservnt Titvli De Verborvm Significatione Et Regvlis Ivris Ad Seriem Materiarvm Ordine Alphabetico Congesti : Cvm Dvplici Indice

Sexta Editio Emendatior, Halae Magdebvrgicae: Impensis Orphanotrophei, MDCCXXXXI.

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

E, e, B V
6
85

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1767182139/phys_0002
DFG

1029

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0003
DFG



Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0005
DFG



IUSTI HENNINGI BÖHMERI D.P.P.
Introductio in ius Digestorum.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0006
DFG

IVSTI HENNINGII BOEHMERI ICTI
POTENT. REG. BORVSS. CONSIL. INTIM. DIRECT. ACAD. ET PROF.
IVRIS ORDIN. IN REGIA FRIDERICIANA

INTRODVCTIO IN IVS DIGESTORVM

SENSVM PARITER AC VSVM HODIERNVM
SINGVLARVM DOCTRINARVM
SVCCINCTE EXHIBENS.

ACCESSERVNT TITVLI
DE
VERBORVM SIGNIFICATIONE
ET REGVLIS IVRIS AD SERIEM MATERIARVM
ORDINE ALPHABETICO CONGESTI
CVM DVPLICI INDICE.



CVM PRIVILEGIO REGIO.

SEXTA EDITIO EMENDATIOR.

HALAE MAGDEBVRGICAE
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI.
MDCCXXXXI.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0007
DFG

IVSTI HENNINGII BOEHMERI ICTI

POTENT. REG. BORVSS. CONSIL. INTIM. DIRECT. ACAD. ET PROF.
IVRIS ORDIN. IN REGIA FRIDERICIANA

INTRODVCTIO
IN
IVS DIGESTORVM

SENSVM PARITER AC VSVM HODIERNVM
SINGVLARVM DOCTRINARVM
SVCCINCTE EXHIBENS.

ACCESSERVNT TITVLI
DE
VERBORVM SIGNIFICATIONE

ET REGVLIS IVRIS AD SERIEM MATERIARVM
ORDINE ALPHABETICO CONGESTI
CVM DVPLICI INDICE.



CVM PRIVILEGIO REGIO.

SEXTA EDITIO EMENDATIOR.

HALAE MAGDEBVRGICAE
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI.
MDCCXXXXI.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0008
DFG

ILLVSTRISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO DOMINO

DOMINO

IOAN. GVILIELMO

S. R. I. COMITI

DE WVRMBRAND ET STVPPACH

LIBERO BARONI

IN STEYERSBERG STICKELBERG

REITTENAV NEVHAVS etc.

SVPREMO HEREDITARIO PARITER

AC PROVINCIALI CVLINAE PRAEFECTO

PER DVCATVM STIRIAE

SACRAE CAESAREAE ET CATHOLICAE

MAIESTATIS

CONSILIARIO ACTVALI INTIMO

NEC NON

IVDICII IMPERIALIS AVLICI

PRAESIDI

DOMINO MEO GRATIO-

SISSIMO.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0009
DFG

ILLVSTRISSIME S. R. I. COMES DOMINE GRATIOSISSIME

QVæ felicitas aliis, qui indulgentia TVA eximia quotidie pascuntur, vel ob studium singulare, vel ob præstantissima in gentem TVAM illustrissimam merita, obtigit, vt præsidio TVO excelso perfrui

frui possint, eam mihi, nullis fere officiis submissi animi mei TIBI noto, atque omni meritorum subsidio destituto, gratiosissimum TVVM affectum benignissime atque vltro concessisse atque elargitum fuisse, maximopere lætor. Etenim ex multis, eisque indubitatis documentis, ILLVSTRISSIME COMES, didici atque perspexi, TE meorum commodorum patrocinium sublime, custodiam atque tutelam honorificentissimam non tantum suscepisse, sed susceptam ita ad hoc vsque tempus gessisse, vt maiores quotidie ad hanc gratiam factæ sint accessiones. Non mea virtus, qua destituor, non

eruditionis cuiusdam laus, quam mihi nec tribuo nec possideo, sed vnice benignitas TVA eminentissima hanc ipsam mihi peperit, eo maiori veneratione a me prosequendam, quo grauiori nititur pondere ac momento. In tam excelso enim ac sublimi constitutus es loco, ILLVSTRISSIME COMES, vt a TVA incolumitate non singuli modo, sed inprimis populi, gentes, regna, atque prouinciæ præsidium suæ salutis certissimum petant. Quotidie ambigua causarum publicarum æque ac priuatarum fata dirimis, iudicioque admirando explicas, atque in præsidatu sublimi, quem in illustrissimo

simo imperiali iudicio aulico sustines ac geris, pro commodis totius imperii vigilas, vires corporis consumis, summosque suscipis labores, vt tanto onere non fatigeris, nullis obstaculorum quorumcunque insidiis deterrearis, sed erectissimo animo atque imperterrita mente quoscunque superes difficultatum nodos. In tam sublimi fastigio collocatum melior orbis magna admiratione intuetur, suscipit, veneratur: invictissimus Cæsar, CAROLVS VI., qui mirifico et ineffabili iustitiæ ardore atque sapientia omnia trutinat, TE fouet atque clementissimo adfectu prosequitur, quod

etiam in TVA prudentia igniculos iustitiæ atque æquitatis excellentes persentiscit, optimeque intelligit, TE stante, statum fori atque iudiciorum integrum, illibatum atque incolumem fore: denique omnes et singuli id vnice agunt, in id omnes animi neruos intendunt, vt in TVA gratia, tanquam portu tutissimo atque profugio, tuti quiescere queant. Hæc enim propria TVA laus, hæc gloriæ TVAE immortalis prærogatiua est, vt neminem a conspectu TVO dimittas tristem, et, quod integerrimi præsidis iustitiæ est, facillimum ad TE quibuscunque præbeas aditum. Hunc ipsum mihi

quo-

quoque dedit atque patefecit indulgentia TVA, quem præsenti occasione eo minus mihi intercludi patior, quod hoc vnico argumento, quo meos in iure conatus, in hac introductione expressos, ILLVSTRISSIMO NOMINI TVO consecro, submissi animi mei documentum edere queo. Agnosco quidem operis indigentiam, nullo fauore dignam: supplebit tamen hunc defectum exuberantior TVA indulgentia quam cumulatissime, vt pretium, quod ei deest, ex TVO decreto gratiosissimo sit accepturum. Ita ergo, ILLVSTRISSIME COMES, hunc qualemcunque laborem, TIBI dicatum, susci-

ſuſcipias atque præſidio TVO ſupremo munias, quod ſubmiſſa mente contendo, vt intelligam, deuotionis meæ humillimæ ſignificationem ſuffragatione TVA fuiſſe comprobatam

ILLVSTRISSIMI NOMINIS TVI

Dab. in reg. Fridericiana
ipſis Calend. Octobr.
MDCCXXXV.

cultor obſequioſiſſimus
atque deuotiſſimus

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0016
DFG

PRAEFATIO PRIMAE EDITIONIS.

IVRISPRVDENTIAE noſtræ hodiernam faciem penitius intuentes, non inconcinne illam ſub ſpecie *vaſtiſſimæ* cuiuſdam *ſyluæ* adumbrant. Infinita ſunt obſtacula, quæ premunt docentes diſcentesque: grauiſſimæ occurrunt ſuperandæ difficultates, quæ inter motos fluctus vbique ſe exſerunt, vt veteres etiam in ICto *ferreum caput* requiſiuerint.

EA de cauſa varia methodo & via ſtudium iuris aggrediuntur eius cultores, nec omnium vnus idemque labor; alii namque *ſtudio proletario*, alii *exactiori*, alii *ordine inuerſo*, alii *alio modo* iura manibus terunt. Sunt, qui totum vitæ ſuæ tempus in eruendis legum *ſubtilitatibus* abſumunt: qui gloriæ ſibi ducunt, ſubtili ingenio, quando leges inter ſe diſſi-

dent, *conciliandi modos* nouos eruere: qui lite ras legum torquent, corrigunt, mutant, *e cortice incassum fructus quærentes*, & sic præte manum criticam, quæ alias vtilitate sua nor destituitur, ad leges nihil afferunt.

CERTE tales vix absimiles videntur illis qui ex arboribus aridis, quibus succus & vita de ficit, fructus colligere studeant, & circa corticem eiusmodi arborum hærentes, fructus ipsos ne gligunt & spernunt, quos plena manu ex frugi feris aliis colligere poterant. Non reprehen do omne *studium criticum* in iure Romano, quin quantam quandoque interpretationi lucem af ferre possit, ostendi *diss. de scriptur. non legibil. cap. 1.* Sed hoc non debebat esse ἔργον, sed saltem *subsidium aliquod*, vbi necessitas illud po stulabat. Ast vt plurimum illud tunc adhibe tur, vbi materiæ quoad vsum hodiernum reue ra otiosæ deprehenduntur, & si tandem quæ stio, *cui vsui?* instituitur, responsio in vanam aucupationem alicuius *glorioſæ eruditionis* resol uitur. Deterioris tamen adhuc conditionis videntur, qui nil nisi *verba legum* crepant, sen sum eius adæquatum ac genuinum negligen tes, adeoque sacrilegium ab his committi du centes, qui admittunt antinomias, aut næuos in iurisprudentia. Et hi sunt *leguleii*, qui itidem cum *criticis* circa corticem hærent, quamuis eo deteriori modo, quo magis legitimam in-

ter-

terpretandi viam obstruunt, verasque prudentiæ regulas reiiciunt. Porro sunt, qui propter tam diffusum atque operosum iuris studium plane deterrentur a genuina legum scientia, & rem omnem *in praxi* sitam esse, atque sufficere existimant, modo recitare consuetas formulas, & multis verborum lenociniis clientuli sui causam perorare queant. Tales *ostentant folia vana*, h. e. arbores repræsentant, exterius foliis abundantes, speciemque elegantem præ se ferentes, sed fructus *nullos* vel saltem *inutiles* habentes. Hi enim corrumpunt *leges*, quarum scientia destituti sunt; *curiam*, quam importunis suis clamoribus replent; *litigantes*, quos spe prædæ & victoriæ alliciunt; *iustitiam*, quam *venalem* habent, & quacunque ratione turbare annituntur. Tale hominum genus optime depinxit ZIEGLERVS *in tr. de Rabulistica*.

VLTERIVS sunt, qui, quicquid iuris Romani nomen præ se fert, sine causa arrodere & impugnare audent, solis *rationis suæ coniecturis* confisi, ex quibus omnia in dubium vocare, conculcare, & ad captum proprium accommodare student. Quo ipso tamen minime reprehendo eos, qui *iuris naturæ præcepta* ad ius Romanum afferunt, & sollicito studio, quicquid positiui iuris stricte dicti in iure Romano occurrit, ab illis separant; nam id omnino fieri debere, res ipsa docet, quia ita feliciori & fa-

ciliori ratione & *interpretandi* & *applicandi* viam ingredi valemus. Sic nec sub hac censura eos comprehendo, qui defectus iuris Romani cum debita prudentia, vbi illi euidenter occurrunt, eruunt, & inde expeditiorem interpretandi viam sternunt, quippe quod sæpe conducit ad eruendos errores communes, qui alias vix præcaueri possunt, vt recentissimo hoc seculo ICti eruditissimi suo exemplo declararunt. Ast qui plane hic excedunt, merito ad iurisprudentiam enucleandam inutiles habentur.

HAEC itaque demum vera, meo iudicio, via ad *solidam* iuris Romani *cognitionem* esse videtur, si, otiosis iuris Romani quæstionibus reiectis, rem ex veris principiis deducamus, adhibita in subsidium *antiquitate* Romana, quæ inprimis interpretationi ingentem afferre potest lucem, & *regulis prudentiæ*, vt præsentem vitæ nostræ rerumque publicarum statum cum Romano prudenter conferamus, & quatenus leges illæ Romanæ nostrorum ciuium moribus commode applicari possint, diiudicemus.

AD promouendum hunc scopum multum præterea conferre poterit, si idonea methodo, quæ alias in disciplinis plurimum facit, leges secundum *sensum* & *vsum* proponuntur, & ea, qua fieri potest, *breuitate* & *perspicuitate* concipiuntur. Sunt enim conclusiones infini-

ni-

nitæ, quas exercitatus in principiis animus facillimo negotio, sine vlteriore manuductione, eruere valet. Et hunc in finem nostro æuo *Digestorum*, *Codicis* & *Nouellarum* explicatio susceptа est per certa compendia, quibus scitu necessaria neruose & methodice sunt comprehensa, ne animus discentium tot varietate legum, tot subtilitatum copia, tot dissidiorum vbertate obrueretur, quod tamen eueniret, si quis statim ad ipsas leges interpretandas ablegaretur. Hinc non est institutum eorum, qui eiusmodi compendia componunt, discentes abducere a fonte, quamuis hoc per accidens fieri soleat; sed animos eorum eo rectius præparare, vt faciliori ratione iam ad id perduci queant, ad quod alias vix post multorum annorum spatia perduci potuissent. Versantur hodie inter manus plura eiusmodi compendia, quæ cum optime nota sint, non est, quod illa hic recenseam. Sua cuique methodus, sua cuique prærogatiua & præstantiæ gloria, sui cuique etiam næui, qui partim ex vitio methodi, partim ex diffuso rerum complexu, fines compendii excedente, partim ex defectu legitimæ interpretationis, partim aliunde facile diiudicari possunt.

NEQVE tamen tanta hodie copia eiusmodi compendiorum laboramus in Academiis, vt aliis propterea vitio verti iure possit,

ciliori ratione & *interpretandi* & *applicandi* viam ingredi valemus. Sic nec sub hac censura eos comprehendo, qui defectus iuris Romani cum debita prudentia, vbi illi euidenter occurrunt, eruunt, & inde expeditiorem interpretandi viam sternunt, quippe quod sæpe conducit ad eruendos errores communes, qui alias vix præcaueri possunt, vt recentissimo hoc seculo ICti eruditissimi suo exemplo declararunt. Ast qui plane hic excedunt, merito ad iurisprudentiam enucleandam inutiles habentur.

HAEC itaque demum vera, meo iudicio, via ad *solidam* iuris Romani *cognitionem* esse videtur, si, otiosis iuris Romani quæstionibus reiectis, rem ex veris principiis deducamus, adhibita in subsidium *antiquitate* Romana, quæ inprimis interpretationi ingentem afferre potest lucem, & *regulis prudentiæ*, vt præsentem vitæ nostræ rerumque publicarum statum cum Romano prudenter conferamus, & quatenus leges illæ Romanæ nostrorum ciuium moribus commode applicari possint, diiudicemus.

AD promouendum hunc scopum multum præterea conferre poterit, si idonea methodo, quæ alias in disciplinis plurimum facit, leges secundum *sensum* & *vsum* proponuntur, & ea, qua fieri potest, *breuitate* & *perspicuitate* concipiuntur. Sunt enim conclusiones infini-

ni-

nitæ, quas exercitatus in principiis animus facillimo negotio, sine vlteriore manuductione, eruere valet. Et hunc in finem nostro æuo *Digestorum*, *Codicis* & *Nouellarum* explicatio suscepta est per certa compendia, quibus scitu necessaria neruose & methodice sunt comprehensa, ne animus discentium tot varietate legum, tot subtilitatum copia, tot dissidiorum vbertate obrueretur, quod tamen eueniret, si quis statim ad ipsas leges interpretandas ablegaretur. Hinc non est institutum eorum, qui eiusmodi compendia componunt, discentes abducere a fonte, quamuis hoc per accidens fieri soleat; sed animos eorum eo rectius præparare, vt faciliori ratione iam ad id perduci queant, ad quod alias vix post multorum annorum spatia perduci potuissent. Versantur hodie inter manus plura eiusmodi compendia, quæ cum optime nota sint, non est, quod illa hic recenseam. Sua cuique methodus, sua cuique prærogatiua & præstantiæ gloria, sui cuique etiam næui, qui partim ex vitio methodi, partim ex diffuso rerum complexu, fines compendii excedente, partim ex defectu legitimæ interpretationis, partim aliunde facile diiudicari possunt.

NEQVE tamen tanta hodie copia eiusmodi compendiorum laboramus in Academiis, vt aliis propterea vitio verti iure possit,

tur, vt iuxta seriem *requisitorum* omnia vno intuitu haberi possint. Denique hæc methodus non tantum *scholæ*, sed etiam *trituræ fori* satis conueniens est, quandoquidem non rectius aduocati iura partium tueri posse videntur, quam si *requisita intentatæ* actionis omnia cum casu proposito congruere, ostenderint. Hinc in der *Calenbergischen Cantzley-Ordnung t. 4. §. 20.* diserte prouisum est, dass die Aduocaten in allen ihren Schrifften und Sätzen sich der Kürze, so viel möglich, befleissigen, alle superflua und irreleuantia unterlassen, und darentgegen aber die *requisita* eines ieglichen *remedii* mit besondern getreuen Fleiss in acht nehmen sollen. Idem dispositum *in der Fürstlichen Wolffenbüttelischen Hoff-Gerichts-Ordnung pag. 15.* his verbis: Es sollen auch die Aduocati in Verfertigung der Suppliquen, libellorum und zugelassener articulorum, auch allen andern Schrifften und Sätzen sich so viel möglich der Kürze befleissigen, alles überflüssige und ungeräumte und zur Sache undienliche unterlassen, dargegen aber die rechtliche *requisita* eines ieden *remedii* und *action* mit besondern Fleiss in acht nehmen &c. Quodsi itaque discentes, hac methodo iuri operam dare, mature se accingunt, eo faciliores in foro aliquando & feliciores progressus sine dubio sunt facturi.

QVAE cum ita sint, hac ratione singulas mate-

materias explicui, vt, præmissa *generali definitione*, tanquam complexu omnium eorum, quæ postea per *requisita*, ex definitione deducta, speciatim declarantur, *requisita* distincta tradiderim, & ex his deductas conclusiones potiores subiecerim, ex quibus ad infinitas alias datur progressus. Hæc omnia numeris ita distinxi, vt *omnis confusio* euitari, &, quomodo singula cohæreant, vno intuitu statim percipi possit. Retinui simul *vtiliores diuisiones*, & cum diuisio, nullum vsum præstans, merito quoque discentibus haud tradi debeat, operam dedi, vt singulis diuisionibus statim subnecteretur *vsus genuinus*, vt ita simul appareat, in quem finem hæ sint addiscendæ. Præiuit iam in hoc instituto collega quondam meus honoratissimus Dn. LVDOVICI in *Vsu practico distinctionum iuridicarum*, qui libellus optime cum iis, quæ ad singulas diuisiones tradidi, conferri, & ad illa declaranda multum facere potest.

AD ipsam denique interpretationem quod attinet, *antiquitatem Romanam* sedulo secutus sum, ex illis, quæ ad iura Romana enucleanda faciunt, succincte adducendo, vt eo rectius iudicium fieri possit, vtrum congrue tradita iuris Romani ad nostrum forum applicari valeant. Si enim hæc ratio docendi negligitur, sæpe quam pernicioſissime errari, experientia docet. Deinde optimos & recentiores nostri seculi elegi

gi lCtos, quos in subsidium adducerem, quia horum sub clientela & clypeo iurisprudentia ad insignem euecta est præstantiam, quos proinde præeuntes sequi, optimum factu esse duxi. Denique ius Saxonicum, ex iure Germanico antiquo deductum, non neglexi, sed inde praxin præsentem illustraui.

CAETERVM ne per hanc *introductionem meam* discentes plane a fonte ipso abducerentur, quod, vt supra dictum, plerumque contingere solet, præsertim cum non omnium eadem sit idoneitas, textus ipsos principaliores seligendi & segregandi, vtile visum fuit. *textus notabiliores* cuiusuis tituli ex *Digestis* & *Codice* iuxta seriem in titulis positam eruere, & titulis singulis subiungere, quos præcipue quilibet cognitos habere debet, quique præ ceteris inseruire vsibus quotidianis possunt. Denique in fine addidi duos illos titulos satis notabiles *de verbor. signif.* & *regulis iuris*, non quidem eo ordine, quo in Digestis conspiciuntur, sed iuxta seriem materiarum *ordine alphabetico* exhibitam, vt eo facilius cuique in promtu esse possint, qui ad textus illos recurrere velit. Sicuti itaque hocce meum propositum consilio haud temerario susceptum esse arbitror, ita vt Deus hoc ipsum vlterius secundare, & benedictione sua promouere velit, ex intimo corde precor. Dabam in Regia Fridericiana d. 1. Martii MDCCIV.

PRAE-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0026
DFG

PRAEFATIO SECVNDAE TERTIAE ET QVARTAE EDITIONIS.

VIginti quinque anni præterlapsi sunt, quo hanc *introductionem in ius Digestorum* ederem, quod quo consilio fecerim, in præfatione præmissa explicui. *Altera* prodiit editio post decennium, *tertia* anno MDCCXXIII. & denique *quarta* nunc sequitur, prioribus longe correctior & emendatior. Animaduerti enim, in prioribus editionibus multa irrepsisse sphalmata, quæ ante omnia sedula industria correxi, & quia dies diem docet, non raro sententias, antea non satis excussas, mutaui, meliores substitui atque operam dedi, vt conclusiones cum principiis curatius cohærerent. Quotidie enim meditando in hoc vastissimo studio ad plures nouas veritates peruenimus, quibus vnice insistendum, reiectis præconceptis opinionibus, quæ antea nos deceperunt.

In-

Indurati animi est, nolle sententias, quibus animus imbutus fuit, mutare, si meliora edoctus fuerit. Memor semper sum eius sententiæ, qui dixisse fertur: *etsi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere.* Ipse POMPONIVS, qui discendi cupiditatem solam viuendi rationem in octauum & septuagesimum annum duxerat, in eadem stetit sententia, vt fatetur in *l. 29. D. de fideicom. libert.* quod etiam scripta ICtorum passim docent. Denique *iuris Germanici antiqui* reliquias sedulo collegi, & quæ ex huius fontibus deducenda sunt, & in praxi obtinent, in singulis doctrinis addidi, atque a iuris Romani principiis, sæpe diuersis, separaui. Proinde nullus dubito, quin hæc noua editio his, qui iuri operam dare intendunt, rectius inseruire, animumque eorum ad solidiorem eruditionem comparandam præparare queat. Dab. d. XXVIII. Sept. MDCCXXIX.

PARS PRIMA
INTRODVCTIONIS
IN
IVS DIGESTORVM
AD
FORA GERMANIAE
APPLICATVM

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0029
DFG

Lib. I. Tit. I.

De iustitia & iure.

1.

DAri *iurisprudentiam*, docet *natura humani generis corrupta. l. 2. §. 13. D. de orig. iur.* HERTIVS *diss. de iurisprud. vniuers. S. 1. §. 7.* Est autem IVRISPRVDENTIA, *habitualiter* accepta, *rerum diuinarum atque humanarum notitia, iusti & iniusti scientia §. 1. I. l. 1. §. 1. l. 10. §. 2. h.* Clarius: *Est habitus recte & plene iura interpretandi & prudenter applicandi.* Vnde (I) tot dantur species *iurisprudentiæ*, quot *iuris* species. (II) Duo omnis iurisprudentiæ generalia sunt requisita: (α) *sensus legum*, seu solida earum & cum iis connexarum rerum cognitio: (β) *legum vsus* seu prudens earum applicatio ad *negotia ciuilia.*

2. Ad *solidam* legum *Romanarum* & *Germanicarum cognitionem* comparandam facit (1) *interpretatio* legum, instituenda tum ex *communibus*, tum ex *propriis* regulis interpretandi: (2) studium *antiquitatis Romanæ & Germanicæ:*

(3) doctrina *iuris naturæ*. *Interpretatio* in *sensu generali* est vel *doctrinalis* vel *authentica*. HAEC fit (a) ab eo, qui tulit legem, *l. 12. §. 1. C. de leg.* & nouum ius *secundum quid* constituit, BRVNN. *ad cit. l.* pertinetque ad *prudentiam legislatoriam*. Huc *suo modo* refero leges, disponentes, qualis in dubio interpretatio in *verbis* dubiis *legum* vel *negotiis hominum* capienda. Huic affinis est (b) *vsualis*, quando *sententia* legis *dubia* explicatur ex *obseruantia legis constanti*, habetque vim *authenticæ. l. 38. in f. de LL.* Tria vero supponuntur: (1) *sensus legis dubius*: in errore aperto cessat: *l. 39. eod.* (2) *obseruantia constans* & *diuturna*: *l. 37. eod.* (3) eius *fori* & *iudicii*, coram quo agitur.

3. DOCTRINALIS est vel *logica* vel *grammatica*. Illa est *explicatio legis dubiæ quoad mentem ex probabilibus coniecturis*. Duo requirit STRYK. *in not. ad Lauterb. L. 1. T. 1.* (1 ne sensus legis in totum sit obscurus. (vnde obscuritas oriatur? de eo edisserit THOMAS. *iurispr. diuin. lib. 1. c. 12. n. 20. sqq.* (2) Ne adeo clarus sit, vt interpretis officium cesset; tunc enim sæpe habet locum assertum ICti in *l. 12. §. 1. in f. D. qui* & *a quibus manum*. Recurri tamen vtroque casu potest ad *authenticam*, qua absolute *obscura* declarantur, & *dura* corriguntur, atque limitantur.

4. Quocirca ante omnia in omni lege α) *verba* & β) *ratio* inspicienda, *l. 19 §. 1. ad SC. Treb.* & quidem *verba dispositiua*, & *ratio adæquata*. (Nam ICti *inadæquatis* rationibus sæpe vsi, *l. 14. pr.*

pr. de seru. pr. I. de test. mil. CONRING. *de ciuil. prudent. c. 14. p. 315.* SCHILT. *ex. 6. §. 27. in addit. lit. c.*) Si ratio legis *generalior* verbis, *extensiua* dicitur interpretatio §. *vn. I. de legit. pat. tut. l. 16. D. de sponsal.* Si *specialior* & angustior, *restrictiva* vocatur. Vtrumque fit ex æquitate, vnde vtraque dici potest *interpretatio per æquitatem*, (vid. infra *P. II. p. 79. de rit. nup.*) vnde olim *actiones vtiles* natæ. In genere cauendum: (1) ne imprudenter Doctorum regulas, magnis voluminibus congestas, sequamur: (2) vt *humanitatis* rationem *in dubio* præferamus *iuri stricto; l. 8. C. de iudic. §. 8. I. de mand. l. 3. de offic. præt.* modo (α) non sit cerebrina: *l. 11. pr. de pœn. l. 19. de appell.* (β) legibus agnita, cum vtplurimum *officia humanitatis* concernat: *c. 3. D. 4.* (3) caueamus a sophisticis interpretationibus. Exemplum est *in c. 20. X. de iureiur.*

5. *Grammatica* seu *declaratiua* est *simplex, secundum verba facta, legis declaratio*, quæ inprimis pertinet ad eos, qui *studio critico* inseruiunt. Interim hoc ipsum cognitioni legum magnopere inseruit, quod CVIACII, MERCERII, SALMASII, HERALDI, MERILLII, BINCKERSHOEKII, AVGVSTINI, FABROTTI, NOODTII, LANGLAEI aliorumque in *thesauro iuris Romani* collectorum *obseruationes criticæ* ostendunt, qui elegantiora studia ad iurisprudentiam contulerunt.

6. Consectaria sunt: (1) rarius prouocandum esse ad *l. non omnium 20. & 21. d. LL.* ne quidem in mere ciuilibus, quæ etiam ratio-

nes suas habent. (2) Cessante ratione *adæquata*, & in *totum*, cessare legem. *l. 6. §. 2. de iur. patr.* (3) Leges scire non esse *verba* tenere, sed *vim* & *potestatem l. 17. LL.* (4) Leges posteriores *generales* non semper mutare illa, quæ antea iure *speciali* dispositа, sed inde exceptionem capere. *l. 26. 28. eod.* (5) In *fraudem legis* facere eum, qui saluis verbis legum sententiam eius circumuenit. *l. 29. eod.* (6) Ius *speciale* non esse producendum ad consequentias, *l. 14. D. eod.* quoniam princeps hoc non vult. *§. 6. I. de I. N. G. & C.*

7. *Applicatio* facienda considerатis *prudenter* omnibus *facti circumstantiis. l. 16. §. 1. de pœn.* Præsupponit enim hæc *notitiam facti*, quæ vel *immediata*, vel *mediata*, ex peritorum artis informatione hausta, cui in *applicatione* standum, si iuramento obstricti fuerint. Ipsa applicatio fit *iudicando*, *respondendo* de iure, *aduocando*, *docendo*, immo etiam *cauendo*. Vnde *iurisprudentia cautelaris* ICto imprimis commendanda, cum in hac *prudentia iuris* potissimum sese exserat. *l. 24. de R. V.* Quid enim *cautelæ* aliud sunt, quam *consilia & regulæ prudentiæ*, *ad auertendum damnum adhibitæ*? SCHILT. *ex I. §. 2. 3.* Sint vero *cautelæ* æquitati conformes: non in fraudem legis, sed tantum ad damnum auertendum adhibitæ. B. STRYK. *de cautel. contr. S. I. C. I. §. 8. sqq.* tract. *de caut. test. cap. 2.* Fluit inde *iurisconsulti* differentia, a *leguleio* & *rabula forensi*, imo hoc ipso inter se differunt scientia iuris

iuris *solida*, *historica*, & *empirica*. vid. RHETII *institut. iur. publ. lib. I. tit. 1. §. 4. seqq.* MAVRIT. *in introd. in praxin. for. §. 8. seqq.*

8. *Iurisprudentia* vltimo intendere debet *gloriam Dei* & *salutem reipublicæ*. Huc facit lex XII. Tab.: *vtilitas publica* seu *ciuium suprema lex esto. l. 25. d. LL. l. 1. pr. h. v. P. 1. p. 125. §. 3. & P. 2. p. 619. §. 30.* Vtrumque obtinetur per *iustitiæ* administrationem. Hæc est *conformitas actionum humanarum cum legibus, tam humanis, quam diuinis.* Hunc in sensum etiam commode accipi potest definitio in *pr. I. l. 10. D. h.* adeoque est vnica. TABOR. *ad Wesemb. disp. 1. qu. 3.* Communes enim diuisiones *Aristotelicæ*, tot tricis inuolutæ, negligi possunt, cum nulla sit controuersia, quæ sine his commode dirimi nequeat. vid. THOMAS. *in iurispr. diu. lib. 1. cap. 1. n. 106.* PAGENSTECHER *in sicil. manip. 2. p. 9. sqq.*

9. Consectaria sunt: (1) plenam & integram iustitiam requirere non solum *externam* obedientiam legum, sed etiam *internam*, quam Stoici definierunt in *l. 10. cit.* quamuis legislator contentus esse debeat *externa l. 1. §. 1. h. t.* (2) Otiosas esse doctorum varias disputationes, v. c. *ad quam iustitiæ speciem* in diuisione Aristotelica *pœnæ inferendæ?* Sufficit ex legibus constare, pœnas debere esse delicto conformes & saluti reipublicæ subordinatas. (3) Diuersum esse officium *iudicis* & *doctoris*: Illum non

examinare leges, sed ad factum propositum *applicare*, nec attendere, vtrum ius ex *interno animi affectu* alteri tribuatur: hunc etiam inquirere *docendo* in iustitiam & iniustitiam legum, ZIEGL. *ad Lancel. diss. prælim. §. 68.* & inculcare etiam *internam iustitiam*, ne sub *prætextu iuris* quid fiat.

10. Versatur iurisprudentia circa *leges* recte *intelligendas* & in *vsum* deducendas. *Leges* diuersum obiectum habent, scilicet *negotia* hominum tum *sacra* tum *profana*, quatenus respectus *iusti* in illa cadit. Inde *ius ecclesiasticum* est, quod ex iure *circa sacra*, summo imperio cohærente, statibusque imperii in *art. V. I. P. §. 48.* asserto. potissimum dependet. Non itaque ICtis inuidendum, si res *sacras* ex propriis fontibus explicent, cum aliter iudicare nequeant, an & quatenus prædicatum *iusti* iis insit? Inde vero fluit: (1) leges non versari circa ea, quæ tantum in *intellectu* subsistunt, sed potius (2) circa negotia externe sese exserentia: *l. 18. de pœn.* (3) *adiaphora* ecclesiastica esse obiectum legum, & legislatoriæ potestati subesse. (4) leges diuinas a scopo ICti non esse alienas.

11. *Leges* etiam ab effectu *iura* dicuntur, de quibus altera pars huius tituli. Sed *ius* varie sumitur. *l. pen. & vlt. h. t.* MAVRIT. *de princip. iur. publ. c. 1.* Primario denotat vel *facultatem moralem* personæ competentem, seu *libertatem agendi*, *legibus*, *pactis* vel *testamento* determinatam: vel *legem* seu *necessitatem agendi*, quo intui-

tu

tu a *iubendo* deriuatur ius. Priori in sensu ius dicitur *perfectum*, distinctum ab *imperfecto*, cuius diuisionis vsum expendit THOMAS. *cit. l. n. 104. sqq.* De hac acceptione valet regula: *Quilibet iuri suo potest renunciare. l. 46. de pact. l. pen. C. de pact.* Huic opponitur: *nemo potest iuri prohibitiuo renunciare, l. 38. de pact.* quæ intelligitur de iure pro *lege* accepto. Hoc sensu IVS est *imperantis iussus, obligans subditos, vt secundum hunc actiones suas instituant.* Differentias legis a *consilio, pacto, dogmate* aliisque vid. *in tom. 6. obseru. ad rem. lit. obs. 27. §. 3. sqq.*

12. Ivs est vel *diuinum* vel *humanum*, prout legislator est vel *Deus* vel *homo*. DIVINVM, vel *naturale* vel *positiuum*. Illud quoad *principium essendi* fluit ex voluntate Dei: quoad *cognoscendi principium* pro fundamento habet *socialitatem* seu communem hominum obligationem ad pacem & tranquillitatem communem seruandam, voluntati Dei conformem. Hoc speciatim applicatum ad negotia gentium in *statu naturali* seu *æquali*, dici solet *ius gentium*. HERTIVS *diss. de socialitate primo iur. N. princ.* THOMAS. *ad Strauch. diss. 1. th. 4.* voce: *naturale*. Hoc ex *speciali Dei reuelatione* fluit, & absque hac non cognoscitur.

13. Positiuum diuiditur in *vniuersale* & *particulare*. Illud obligare dicitur omnes omnino homines, ex *ratione* tamen cognosci nequit. Κριτήρια eius censentur: (1) si ante rempubl.

Iudaicam lata fuit, de quo aliquando tantum *implicite* constat, veluti quod Deus gentes ob transgressionem puniuerit: *Leu. XVIII.* (2) Si Christus ad illam in N. T. prouocat. *Matth. V. & XIX.* Hoc Rempubl. Iudaicam vnice respicit, estque vel *sacrum* vel *ciuile*. Illud alias dicitur *ceremoniale*, cultum externum Iudæorum respiciens. IO. SPENCER. *de iure rituali Hebræor.* Hoc alias dicitur *forense*, quod causas fori Iudaici respexit, & respectum potissimum habuit ad θεοκρατίαν. Præferendum hoc est omnibus aliis legibus ciuilibus, cum inprimis resistat tribus illis vitiis, statum deprauantibus: *luxuriæ*, *ambitioni* & *auaritiæ:* ita tamen cohæret, vt ægre alterum absque altero in praxin deduci queat.

14. IUS HVMANVM seu *ciuile* a legislatore homine deriuatur, estque vel *purum* vel *mixtum*. Illud est, quod ex *mera ratione ciuili* productum; hoc vero, quod fundamentum suum habet in iure naturæ, sed lege ciuili vel *simpliciter* approbatur, vel aliquando ei aliquid additur, aliquando detrahitur, *l. 6. pr. h. t.* HVBER. *in præl. ad inst. tit. de I. N. G. & C. §. 6.*

15. Vtraque species rursus diuiditur in ius *publicum* & *priuatum*. Illud ad statum reipubl. seu eius subsistentiam spectat, estque vel *vniuersale* vel *particulare*. Illud omnes respubl. respicit, & ex *iure naturæ* deducitur, eiusque portio est, quam speciem peculiari tractatu *de iure publico vniuersali* explicui. conf. HERTIVS *diss. de*

de iurispr. vniuerſ. S. 2. HVBER. *de iure ciuit.* MAVRITIVS *de princip. iuris publ. Germ. c. 2.* Particulare vero pertinet ad peculiarem certæ alicuius reipubl. ſtatum. MAVRIT. *c. l.* De aliis ſignificatibus vid. THOMAS. *ad Strauch. diſſ. 1. th. 1.* *Priuatum* denique reſpicit negotia ciuium priuata inter ſe, & itidem cuilibet reipubl. proprium. §. *1. 7. de I. N. G. & C.*

16. Vſus harum ſpecierum iuris apertus eſt. Ius *naturæ* eſt immutabile, ſi de *vera immutabilitate* ſermo eſt. Pro *facultate naturali* acceptum a principe mutari poteſt. Ius poſitiuum *vniuerſale* ſub ſolius Dei diſpenſatione eſt, non hominum. Huc referunt gradus in *Leuit. XVIII.* determinatos, qui ſunt indiſpenſabiles. Ius *forenſe* & *ceremoniale* nullam amplius obligationem habent. *Hebr. IX, 9. Gal. V, 1. ſqq. Col. II, 6. ſeqq.* Ius *humanum* denique diſponit de rebus iure diuino non præciſe determinatis, & ſub diſpoſitione principis eſt, ſubordinatum tamen iuri diuino.

TEXTVS NOTABILES.

L. 1. §. l. vt vim. 3. l. ius ciuile 6. l. pen. & vlt.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0039
DFG

Tit. II.

De origine iuris.

1. ORigo *iuris humani* cœpit in *ſtatu legali*, introducto inprimis *ſtatu ciuili* ſub Cainitis conſ, TACIT. *III. annal. c. 26.* Sed *iuris Romani* varia eſt pro ſtatus varietate. Sub *regibus* populus ſine lege certa egit: omnia ab initio manu a regibus gubernabantur, donec *curiatæ* latæ fuerint. *l. 2. §. 2. D. h.* His reliqui Reges ſuas addiderunt. Inde *ius Papirianum. l. 2. §. 2. h. t. l. 144. d. V. S.* Veſtigium extat in *l. 2. de mort. infer.* quin plures adhuc alias leges exinde deriuandas eſſe docet GEORG. SCHVBARTVS *de fatis iurispr. rom. ex. 1.* GRAVIN. *de orig. iur. ciu. p. 271. ſqq.* BALDVIN. *ad. LL. Romuli.*

2. Exactis lege *Tribunitia* regibus, omnes leges has exoleuiſſe, ait POMPON. in *l. 2. §. 3. h.* hoc forſan ſenſu, quod lex Tribunitia dederit occaſionem, vt ſenſim euileſcerent, maxime *regium dominatum* reſpicientes; neque enim omnes exoleuerunt. SCHVBART. *c. l. §. 2. ſqq.* Mutato ita ſtatu cœpit rurſus populus Romanus incerto iure agere. Ferebantur quidem leges ſub conſulibus, STRYK. *in præcogn. c. 1. 6.* quin & Tribunis plebis creatis ob patrum & plebis discordias, plebiſcita creata ſunt; ſed *incertitudo iuris*, quæ per LX. annos durauit, inde non ſublata. Vnde nouæ lites inter patres

&

& plebem, de iure *certo* & *æquali* introducendo.

3. Lites hæ, prolixius enarratæ a THOMAS *in næu. iurisp. th. 2.* tandem dederunt ansam, tres legatos mittendi Athenas, legum colligendarum gratia. LIVIVS *lib. III. c. 31.* (Glossæ fabula ad *l. 2. §. 4. de O. I.* de disputatione inter sapientem Græcum & stultum Romanum est admodum ridicula). His reuersis, *Decemuiri* creati, LIV. *lib. III. c. 33.* qui leges allatas in X. Tabulas diuisere, & A. V. C. 303. proposuere. SCHVBART. *cit. tr. ex. 2. §. 30.* Ad continuandum decemuirale imperium diuulgarunt, deesse adhuc duas tabulas; hinc LL. XII. Tab. ortæ, in æs incisæ, publicoque sacramento populi *roboratæ* atque ad *superstitionem* vsque obseruatæ. SCHVBART. *cit. l. §. 31.* De *næuis* harum Tabb. agit THOMAS. *cit. l. obseru. 2, sqq.*

4. Hi ipsi næui *cum superstitione ICtorum* dederunt ansam disputationibus forensibus. Ex his (I) natæ *opiniones prudentum durissimæ, vsu forensi* tamen roboratæ, *ius ciuile* & *media iuris prudentia* dictæ. *l. 2. §. h. §. 3. I. de legit. agnat. succeff. pr. §. de B. P. l. 120. d. V. S.* Fraudibus deinde Patrum factum, vt (II) *legis actiones* ex LL. XII. tabularum conderentur, *l. 2. §. 6.* & ad *verba legum* componerentur. Hoc ipso tota vis legum fere ad *patres* deuoluta, donec Cn. FLAVIVS formulas illas diuulgaret: vnde *ius Flauianum.* CIC. *pro Muræn. p. m. 364, edit. Londin.*

Londin. SCHVBART. *cit. l. §. 60.* BRISSON. *de formul.* Sed noua ICtorum cautela. Notas composuere ab aliis non intelligibiles, quibus tamen agi debebat. Detexit eas SEXTVS AELIVS. Inde *ius Aelianum.* STRYK. *præc. c. 1. §. 20.* THOMAS. *de næu. iurispr. lib. 1. c. 5.*

5. Ferebantur quoque (III) *leges* in comitiis a populo. vid. FRANC. HOTTOM. *in indice LL. Roman.* MANVTIVS *de LL.* HVBER. *digress. P. 1. lib. 1. c. 15. & lib. 4. c. 30.* Inter has eminet *lex Papia & Poppæa.* Præterea (IV) *plebiscita* incrementa iuri dederunt, rursus ex dissidiis patrum orta, *l. 2. §. 8. h.* STRYCK. *cit. l. §. 12.* quanquam vetustiora fuerint LL. XXII. Tabb. si prima eius initia spectes; populum tamen vniuersum demum obligare cœperunt *lege Horatia.* Occasionem recensetICtus *in l. 2. §. 24. h.* conf. LIV. *lib. III. c. 53.*

6. Rursus (V) dissensiones patrum & plebis extorserunt constitutionem *prætorum*, teste LIVIO *lib. VI. c. vlt.* Potestatem habebant ius dicendi & interpretandi ius *ciuile durum* antiquum ex *æquitate l. 7. §. 1. de I. & I.* Inde 1) ius *ciuile* antiquum & *prætorium* opponuntur: 2) tot edicta nata, quæ ab initio *annua* erant. Edicta erant vel *generalia* vel *specialia.* Ad hæc pertinet titulus: *quod quisque iuris*, & sub his processus Romanus nouam formam accepit, vnde adhuc tot conclusiones in iure ciuili supersunt. THOMAS. *næu. iurispr. c. 7.* Huc pertinent quo-

quoque *edicta ædilium*, Id *c. 8.* & *proconsulum.*

7. Sub imperatoribus (VI) *SCta* accedebant, de quorum ritu agit STRYK. *§. 24. cit. l.* Plenius rem ex antiquitate illustrauit BACHOV. in *πρώτοις p. 38. sqq.* conf. GELL. *N. A. l. XIV. c. 7.* BRISSON. *de formul. lib. 2. p. 183. sqq.* Quin & ICtis peculiariter ius de *iure respondendi* datum, inde (VII) *responsa* eorum vim *legis* acceperunt; precaueri tamen non potuit, quin in varias ICti diuiderentur sectas. *l. 2. §. 48. sqq.*

8. Facta est noua accessio iuri Romano (VIII) per *constitutiones imperatorum*, translato in eosdem imperio per *L. Regiam*, quam non fuisse figmentum, docet HVBER. *in digress. P. I. lib. 1. c. 31.* SCHVBART. *cit. l. ex 3. §. 34. sqq.* CONRING. *ad Lampad. p. 2. §. 9.*

9 Ex tot partibus iuris confusio ingens orta, quam corrigere instituerunt POMPEIVS, CICERO, & IVLIVS CAESAR. *c. 2. D. 7.* SCHVBART. *de fat. iurispr. ex. 3. §. 1. seqq.* Sed CAESARE mortuo res exitu caruit. THOMAS. *cit. l. lib. II. c. 1.*

10. *Edicta prætorum* sub HADRIANO a IVLIANO collecta *edicti perpetui* nomen acceperunt. IAC. GOTHOFRED. *in man. iur. c. 3. p. 14.* Vnde tot commentaria ICtorum orta. Sed & *constitutiones imperatorum* subsequentium augmentum iuri attulerunt, in tres codices postea collectæ. Gentilium quidem collegerunt HERMOGENES & GREGORIVS. Vnde *codex Her-*

Hermogenianus & Gregorianus, de quibus vid. IAC. GOTHOFR. *in proleg. ad cod. Theod. c. 1. p. 183.* Christianorum constitutiones collectæ sub THEODOSIO Iuniore, vnde *codex Theodosianus*, Id. *p. 184.* ad quem stupenda industria & iudicio limato commentatus est IACOBVS GOTHOFREDVS, a quo differt *Breuiarium Aniani.*

11. Sub IVSTINIANO imperatore (de cuius prosapia vid. STRYK. *in præcogn. c. 2. §. 1. sqq.* & PROCOPIVS in *anecd.* cum iudicio tamen legendus) iu nouam formam redactum ius antea confusum. *Codex Iustinianeus* primo costructus. Dein ex veterum ICtorum scriptis *digesta*, vna cum *institutionibus*, eodem die publicatis, compilata sunt. STRYK. *cit. l. c. 2. §. 7. sqq.* Multa de suo addit TRIBONIANVS. Vnde tot eruditorum querelæ de *emblematibus*, de quibus agit WISSENB. vid. HOTTOMANNI *Anti-Tribon. c. 11. sqq.* De ordine & diuisione digestorum egit STRYK. *cit. l. §. 13.* & CORNEL. van ECK. *h. t. n. 15.* Tres editiones hodie celebrantur, *vulgata*, *Haloandrina* & *Florentina.* De hac vid. BRENCKMANN. *in histor. Pandect. Florent.* & disp. nostr. *de scriptur. non legibil. c. 2.* MAVRIT. *diss. de libris iur. comm. §. 9. sqq.*

12. Sustulit IVSTINIANVS codicem priorem, substituto nouo, *repetitæ prælectionis* dicto, cui insertæ sunt *50. decisiones. §. 1. const. de emend. cod.* STRYK. *in præc. c. 2.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0044
DFG

c. 2. §. 18. sqq. Hinc codex digestis, & leges eius posteriores prioribus derogant. PAGENSTECH. *in sicil. manip. 1. p. 3. seqq.* Ordo ipse *constitutionum*, iuxta *seriem imperatorum* initus, diligenter in legibus intuendus, & sic leges *vltimæ* primario obseruandæ. Edidit dein *nouellas*, de quibus notabilia habet MAVRIT. *cit. l. §. 16. sqq*, & HOMBERGK in *noua eorum edit.* Ex his *compendia* ab IRNERIO vel alio addita codici, sub nomine *authenticarum*, (vid. van. ECK. *cit. l. §. 19.* MAVRIT. *cit. l. §. 15.*) quæ nouellis *in praxi* præualent. STRYK. *ad Lauterb. p. 6.* His Friderici constitutiones etiam interspersæ sunt. vid. *Auth. Habita. C. Ne filius pro patre, auth. sacramenta puberum C. si aduers. vendit. &c.*

13. Agitur simul h. t. de successione prudentum, quam materiam ex professo exposuere Cornel. van ECK. *h. t. n. 22. sqq.* FOERSTER. *histor. iur. Rom.* Dn. HEINECC. *in histor. iur.*

14. Post IVSTINIANVM euiluit quodammodo auctoritas *huius compilationis.* In Italia enim varia iura obseruata, CONRING. *de orig. iur. Germ. c. 20.* ac in *exarchatu* obseruantia eius primario retenta. CONRING. *c. 20.* In *oriente* etiam variam experta fortunam sub PHOCA, & fere antiquata per *libros Basilicorum* STRVV. *ex. I. th. vlt.* MAVRIT. *cit l. §. 18.*

15. Seculo XII. eius auctoritas rursus in *Italia* creuit, CONRING. *de orig. I. Germ. c. 23.* de cuius occasione vid. STRVV. *ex. 2. §. 24.* Fabulam de LOTHARII præcepto circa vsum eius optime

detexerunt CONRING. *cit. l. c. 21.* CONRAD. SINCERVS *de Germ. LL. & iuris Romani orig. & aut.* Sensim in ITALIA vbique inualuit, postquam in *scholis* leges explicatæ, & deinde FRIDERICI iussi authenticæ quædam codici insertæ, ex qua insertione vsus quoad *Germaniam* non infertur, sed tantum quoad *Italiam.* SINCER. *cit. l. §. 48.*

16. Seculo XV. etiam transiit ad Germanos, constitutis in Germania academiis; SINCERVS *cit. l. p. 50.* quanquam *vsus quidam* iam seculo XIII. deprehendatur, vt plenius ex diplomatibus ostendi in tract. *de iure eccl. protest. tit. de constit. §. 48. seqq.* Primum quidem in scholas, a scholis sensim ad forum transiit, (saluis tamen *iure canonico* iam recepto & *legibus patriis*) licet nulla *expressa sanctio* doceri queat. CONRING. *de O. I. G. c. 33.*

17. Apud *Germanos* olim plus valuerunt *boni mores*, quam apud *Romanos scriptæ leges.* CONRING. *de O. I. G. c. 1.* Tandem etiam leges scribi cœperunt, Id. *c. l. c. 2.* inter quas inprimis celebris fuit *lex Salica* Francorum, edita a WENDELINO, HEROLDO, & ECCARTO. Aucta hæc per varias accessiones, & inprimis a CAROLOM. & LVDOVICO pio per *capitularia*, collecta a LINDENBROGIO & BALVZIO. Tandem ex iure scripto & moribus antiquis noua collectio seculo XIII. facta sub titulo: *Speculi Sueuici.* Gold. *in præf.* der Reichs-Satzungen. Aliorum populorum scita a LINDENBROGIO & HEROLDO in

collecta in *Cod. LL. antiq.* CONRING. *laud. tract.* illustrauit.

18. Habuere & Saxones suos mores, collectos seculo XIII. in *speculo Saxonico, in tres partes* diuiso, HERTIVS *diss. de consultat. LL. & indic. in special. R. Germ. imp. rebuspubl.* §. *13.* MAVRIT. *introd. in praxin. for.* §. *21*, in quo *iuris Germanici* optima supersunt vestigia. Fuere hæc duo celebriora *communia* iura, secundum quorum obseruantiam vicariatus diuisi in *A, B. c. s.*

19. Cœperunt fora Germaniæ sec. XIII. nouo iure vti, pontifice a 1230. *ius canonicum* publicante. Facile hoc penetrauit ad Germanos, vna cum *iure Iustinianeo*, vnde tritura fori adhuc hodie peti solet. CONRING. *c. 26.* HERTIVS *cit. l.* §. *14.* Ipsam compilationem contexuerunt ZIEGLER. *in diss. præl. ad Lancell.* & MASTRICHT. quam plenius quoque illustraui in *tract. de iur. eccles. protest. tit. de constitut.* §. *6. sqq.*

20. Introducto iure *canonico* & *Romano*, ambiguo vti cœpit Germania iure, *Romano* cum *Germanico* per *confusionem* passim combinato. Illud plenius erupit sub MAXIMILIANO I. constituta Camera. Vnde & in Recess. subsequentibus sæpius ad *ius Romanum* prouocatum, quanquam per vocem gemeine Rechte, *ius Romanum* vnice intelligi non debeat SINCERVS *cit. tr. p. 90. sqq.* Vbique hoc receptum est *in subsidium*, saluis *legibus Germaniæ*, ab illo ob diuersa principia sedulo discernendis. ID. *p. 91. sqq.* STRYK. in *V. M. præf.* §. *27. sqq.* MAVRIT. *de*

libr. iur. commun. §. 12. SCHILT. *pr. I. R. ex 1. §. 22.* Inter principes quoque in quibusdam receptum *tacito pacto*, imprimis in institutis iuri Romano propriis.

21. In obseruantia horum iurium *hoc ordine* procedendum: (1) respiciendum ad *statuta loci*: (2) ad *iura prouincialia*: (3) ad *recessus imperii*: (4) ad *consuetudines Germaniæ vniuersales*, quarum studium coniungendum cum *iure Romano*, exemplo SCHILT. in *pr. iur. Rom.* & STRYKII, *in V. M.* aliorumque & ex *statutis antiquis* illustrandum: (5) ad *iura subsidiaria* seu *communia*, ius *canonicum* & *Romanum*, vt illud huic *in dubio præferendum* sit. Specialius B. HERTIVS in *diss. de consult. LL. & iudic. in special. R. German. imp. rebuspubl. §. 15.* docuit, quatenus ius Romanum per singulas prouincias Germaniæ vsum habeat.

TEXT. NOTAB.

L. 2. §. post originem 13. §. Seruius 43 §. post hunc 47

Tit. III. (l. 14. 10.)

De legibus, SCtis & longa consuetudine.

1. IVs omne, de cuius *origine*, tum apud *Romanos*, tum *Germanos* actum, *scriptum* vel *non scriptum* est. Illud præsupponit *promulgationem*

tionem, per *scripturam* factam, quæ apud Romanos in *tabulis publicis* vt plurimum fiebat. §*10. J. de J. N. G. & ciu.* Hoc vero legem absque ministerio *scripturæ* introductam designat, qualis apud *Lacedæmonios* & olim apud *Germanos* obtinuit. Vsus huius diuisionis est: (1) quod ius *scriptum* non fit probandum: magis *non scriptum*: (2) quod huius ignorantia facilius, quam illius excuset: (3) doctori facilius credatur *respondenti* de iure *scripto*, quam *attestanti* de non scripto. &c.

2. Ad ius *scriptum* iure Romano pertinebat (I) *Lex* in *comitiis* rogata, vnde & *sponsio reipublicæ* vocata *l. 1. h.t.* Iure *Germanico* vero in genere quælibet *ordinatio* virtute *summi imperii* in vtilitatem reipubl. promulgata *in scriptis*.

3. Lex vero sumitur vel *generaliter* vel *specialiter* de qua §. *antec.* In sensu *generali* sumta his absoluitur principiis: (I) *Ferenda est lex ab eo, qui gaudet summo imperio l. vlt. C. h.* In imperio leges *vniuersales* conduntur, ab *imperatore* & *statibus. art. VIII. I. P.* §. *gaudeant.* Idem dicendum de *interpretatione authentica per* §. *gaudeant.*

4. Concludo inde, (α) status imperii ob *superioritatem territorialem* habere ius legum condendarum *proprio iure*; aliquando tamen statuum prouincialium consensu concurrente. HERTIVS *diss. de consult. LL. & iudic. special. R. Germ. Imp. rebuspubl.* §. *3. sqq.* Condunt leges *libere*, etiam *iuri communi* & *recessibus imperii* derogantes STRYK. *V. M. h.* §. *6. 7, 8.* & *ad tit. de suis & legit hered.* §. *7.* THOMAS. *diss. de*

ſtatuum imp. poteſt. legisl. contr. ius comm. licet ipſi principes vi *pacti* ad obſeruantiam receſſuum in *cauſis ſuis* ſint obſtricti. Vnde & *camera* pronunciare debet ſecundum *loci ſtatuta. ord. Cam. p. 1. t. 57.*

5. Concludo, (β) magiſtratus *ſubalternos* in *ciuitatibus municipalibus* (nam de *liberis* idem iudicium eſto; quod de ſtatuum iure. KNIPSCHILD. *de ciuit. imp. l. 2. c. 10. n. 5.*) leges condere haud poſſe. Condunt tamen aliquando *ſtatuta*, ex *indultu ſuperioris*, & quidem vel absque *confirmatione* ſuperioris, ſi priuilegium *expreſſum* vel *tacitum* id admittat, vel cum *confirmatione.* STRVV. *ex. 2. §. 42.* Ex conceſſa tamen *iurisdictione omnimoda* in ciuitatibus non ſtatim fluit ius ſtatuendi, niſi quoad ea, quæ *adminiſtrationem iurisdictionis* & *politiæ* reſpiciunt. *arg. l. 2. de iurisd.* MEV. 7. *Dec. 306.* Facilius etiam admittuntur *ſtatuta conuentionalia* inter *magiſtratum* & *ciues* inita.

6. Concludo (γ) *collegia* & *vniuerſitates* non alias poſſe ordinationes *conuentionales* facere, quam de rebus collegii. Sint vero (1) *licitæ.* Merito reprobantur mores collegiorum depranati, de quibus HAHN. *ſpeciali diſſ.* agit, conf. BRVNN. *ad l. f. D. de colleg. & corp.* & SCHWEDER. *in iur. publ. S. 2. c. 14. P. ſpec. §. 16.* (2) De rebus *ſuæ profeſſionis* conceptæ: (3) confirmatæ a ſuperiori, quæ confirmatio *ad bene eſſe* vtplurimum requiritur HAHN. *ad W. h. n. 3.* STRVV. *ſit. l.*

7. Le-

7. Leges (II) *ferantur verbis dispositiuis.* Vnde semper in interpretatione discernenda verba *dispositiua* ab *enunciatiuis.* Exemplum est in A. B. de septenario numero Electorum. Verba *assertiua* non habent *vim legis*, nisi quandoque per consequentiam.

8. *Præscribantur* (III) *subditis.* Forenses seu *extraneos ordinarie* non ligant. conf. COCCEI. *de potest. in territ. fund. tit. 2. §. 6. sq.* STRYK. *diss. de iur. princ. extra territ. c. 3.* MEV. *ad ius Lubec. qu. 4.* B. HERTIVS *de colliss. leg. sect. 4.*

9. Vnde infero, (1) *principem* ipsum suis non ligari legibus, *l. 31. h.* ex *regulis iustitiæ:* facilius *ex regulis prudentiæ, l. 4. C. h.* vel *vi pacti.* Sic imperator & status aliquando ex *conuentione* ad leges suas seruandas obstringuntur. STRYK. *V. M. h. t. 9,* Augusta ex *priuilegio* eodem iure gaudet, quo princeps; *cit. l. 31.* quanquam in aliis *diuerso* vti possit. vid. *l. 56. & 57. D. de leg. 2.*

10. Porro (2) obligantur *omnes subditi*, quibus præscriptæ sunt, tam *laici* quam *clerici*, licet ius canon. hos ab illarum nexu eximat. *c. 4. de iudic.* ZIEGL. *in præl. ad c. 10. cit. l.* COCCEIVS *in diss. de fundata in territ. & plur. loc. concurr. pot. tit. 3.* (3) Quoad *modum* obligandi distinguendum est: aut enim lex *præcise* sub pœna *subditis* quid iubet, quo casu obligat in *conscientia:* aut vnice *formam* actui præscribit: tunc ea non servata actus tantum est *nullus:* aut vero lex duntaxat *facultatem legitime aliquid faciendi* determi-

nat; quo casu in arbitrio agentis est, velitne iure eo vti, nec ne? *l. 7. D. h.* Vnde leges præcipientes nullamque *pœnam* & *vim coactiuam* habentes sunt *imperfectæ* h. e. *consilia.* VLP. *in tit. 1. §. 1. 2.*

11. Ita vero vlterius (IV) *ferendæ, vt intelligi* & cognosci *ab omnibus* queant *l. leges 9. C. h.* Hinc (α) necessitas *promulgationis* nascitur, nec (ε) *ignorantia iuris* excusat. Indistincte tamen hoc ad LL. Romanas, idiomate peregrino latas applicari nequit; 10. LVD. PRASCHIVS *de ICto vero & person. §. 17.* HERTIVS *diss. de consult. LL. & iudic. in special. Rom. Germ. imp. rebuspubl. §. 15.* qua de causa quoque (γ) *certioratio iurium* in contractibus facienda est imperitis 10. SAMVEL. STRYK. *diss. de certior. iur. renunciand. cap. 1.*

12. Eam ob causam (δ) porro leges constituerunt *bimestre spatium*, vt interim ignorantia præsumatur, *nou. 66. c. 1.* quamquam *scientem* obligent, nisi (ε) certum tempus eis additum, a quo obligare debeant. vid. *reform. pol. de anno 1577. t. 18. inf.* Recessus tamen imperii ante *insinuationem* non ligant Cameram BLVM. *proc. cam. t. 2. §. 9.*

13. *Leges* (V) *generaliter constituantur. l. 8. h.* possunt tamen certæ personæ esse occasio legis generaliter post obligantis. *l. f. C. h.* Imo ex legibus digestorum, de *particulari casu* loquentibus, generalia axiomata deduci debent.

14. *Ferantur* (VI) *de rebus futuris. l. 7. C. h. t. l. 29. inf. C. de testam.* Ex iusta causa tamen possunt ad *præterita* trahi, (ι) si lex disponit de facto

reip.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0052
DFG

reip. noxio, hactenus tamen permisso, quale exemplum est in *l. 3. C. de pact. pign.* (2). Si lex est tantum *declaratiua* prioris. HVBER. *h. t. §. 10.* conf. MEV. *5. dec. 277.* (3) Si ratio *vtilitatis publicæ* id suadet. *l. 27. C. de vsur. I. P. art. 5.* Non vero (4) in fraudem alterius fieri debet, *N. 115. c. 1.* vt in *l. 23. inf. C. de SS. eccl.* factum est. STEPHAN. *ad nou. 9. n. 28. seqq.*

15. Ferantur (VII) *de rebus iure diuino non determinatis*, licet ex iusta causa iuri naturæ aliquid *addi* vel *detrahi* possit. *l. 6 D. de I. & I.* HERT. *de collis. leg. sect. 3.* (VIII) *De rebus vt plurimum accidentibus. l. 3. sqq. h. t.* (IX) *possibilibus.* Leges *conscientiæ* & *humanæ naturæ* vim inferentes reprobandæ, quin potius *humanitatis* ratio semper in iis habenda. vid. *p. II. p. 547. §. 2.*

16. Obligant leges semel latæ, donec princeps eas reuocet. Tolluntur *lege* vel *consuetudine* contraria: *l. 32. §. 1. in f. h.* vti consuetudo per *legem* postea latam. *l. 2. C. quæ sit long. consuet.* Tolluntur vero vel *pro parte* vel *in totum*, non obstante clausula: *legis in perpetuum valituræ*, de qua vid. HERT. *pec. dissert.* Solus non vsus non sufficit: operatur tamen, ne *lex extranea* possit dici recepta. Denique mutantur leges *tacite*, mutato statu. vid. IAC. BRVNNEM. *de mut. A. B. ab init.* Non tamen cum *mutatione* confundenda *dispensatio* & *interpretatio restrictiua.*

17. Pertinent præterea (II) ad *ius scriptum plebiscita, ius prætorium, SCta* & *responsa prudentum.* Denique (III) *constitutiones principum* de quibus *tit. sq.*

18. Ius non scriptum est vel *consuetudinarium*, vel *traditum*. Illud est *ius tacito consensu principis per actus ciuium idoneos seu mores introductum*. Hoc vero consistit in iure olim *expresse* promulgato, sed non per scripturam, verum per solam *traditionem* ad posteros translato. Ein Herkommen. vid. *diss. de obseruant. eccles.*

19. Ad *consuetudinem* introducendam duo requiruntur: (1) *summæ maiestatis consensus*, qui tum ex lubenti *permissione*, tum etiam exinde inducitur, quod iudices generaliter iubeantur iudicare secundum *leges* & *consuetudines. pr. I. de offic. iud. Ordin. cam. P. I. tit. 13. & 57.* Consuetudo *præter legem* introducta, ne quidem eum desiderat. (2) *Aptitudo actuum, per quos inducitur.* Hoc respectu dicitur *facti*, estque probanda, nisi sit notoria, vti sunt *consuetudines feudales.* De modo probandi consuetudinem vid. SCHILT. *ex. 2. §. 20. sqq.* & *diss. de obseru. eccl. c. II.*

20. Ceterum (1) actus sint *plures* pro natura negotii. *l. 1. C. quæ sit longa cons.* (2) *Diuturni. l. 3. C. eod.* Certum tempus extra *Saxoniam* non est expressum. STRYK. *V. M. h. 12.* (3) *Vniformes*, non interrupti: alias locum habet exceptio *interruptæ consuetudinis.* SCHILT. *cit. l. §. 21.* (4) *Voluntarii.* Actus per vim metumque gesti nihil operantur. (5) *Ex opinione necessitatis susceptι.* Actus per transactiones & amicabiles compositiones gesti inepti sunt. (6) *Rationabiles* h. e. iuri nat. non contrarii, *l. 2. C. quæ sit long. consuet.* licet aliquando princeps tolerare debeat mores corruptos ob *deprauatum statum*, vel *religionem.*

21 Re-

21. Referunt huc etiam (a) *obseruantiam fori*, quæ vel intelligitur α) de *stylo Curiæ*, & sic res clara: vel β) *de doctrina forensi, in meritis causæ*, quo casu ea applicanda, quæ de *vsuali interpretatione* supra sunt dicta. THOMAS. *de iur. consuet. & obseru.*

22. (II) *Communes opiniones*, quæ tamen ius haud faciunt; sunt enim (1) sæpe communes errores: (2) dantur opiniones communes contra communes: (3) alias interpretatio Dd. eandem vim cum *authentica* haberet. *Probabilitatem* tamen operantur. conf. STRYK. *in V. M. h. §. 13.* (III) *præscriptionem.* Sed vid. diss. *de præscript. contra leges prohibit. §. XI.*

TEXT. NOTAB.

L. 3. l. iura non in singulos 8. l. non possunt 12. l. quod vero 14. l. ius singulare 16. l. lure 17. l. non omnium 20. l. in ciuile 24. l. non ad nouum 26. sqq. l. princeps 31. l. cum de consuetudine 34 & 37. l. quod non ratione 39.

Ex Cod. l. digna 4. l. non dubium 5. l. quod fauor 6. l. leges 7. l. 9. l. si imperialis. vlt.

Tit. IV. (I. 14. 16.)

De constitutionibus Principum.

AD ius scriptum etiam pertinent CONSTITVTIONES PRINCIPVM, h. e. *iussus principum, in hunc finem subditis præscripti, vt legis habeant vigorem.* Inde distingui debent

bent (1) ab *epistalmate*, de quo vid. *disp. nost. in-aug.* sub præs. B. STRYK. (2) *a decretis hodiernis summis tribunalibus nomine principis latis.* & (3) *orationibus principum* frequenter in *iure* allegatis quæ SCta præcedebant, *l. 2. de ser. l. 8. pr. de transact. l. 32. de donat. inter. V. & V. l. 20. §. 6. de hered. petit.* *In effectu* vim *legum* habuerunt.

2. Sunt vel *generales* vel *speciales*. Differunt in effectu, quod (α) illæ *generaliter* obligent, hæ vero certas tantum personas respiciant; (β) illæ *ius commune* faciant; hæ contra ius commune sint indultæ. vid. *l. 1. D. ad munic. l. vn. C. de Thesaur.* (γ) illæ faciant regulam, hæ exceptionem: (δ) denique in illis *interpretatio extensiua* admittatur, non æque in his *l. 14. D. de LL.*

3. Ad *generales* olim spectabant *rescripta, decreta, edicta.* inter quæ quoad *effectum obligandi* non erat differentia. *l. vlt. C. h.* Ratione *essentiæ* ita differunt. *Rescriptum* fit (1) ad preces præcistæ, (2) in *gratiam* præcistæ, idque (3) vel ad *gratiam* ei exhibendam, vel *iuris* punctum controuersum decidendum. *Decreta* supponunt (1) litem, (2) præcedentem causæ cognitionem, (3) ipsam litis decisionem, adeoque in vtraque specie *interpretatio authentica iuris dubii* latitat. *l. 12. C. de LL.* *Edictum nouum ius* continet, quando *proprio motu* in gratiam subditorum *generaliter* aliquid constituitur. Ab his differt *mandatum*, quod ad certas personas dirigitur, & *in scriptis* ordinarie producendum, *l. 1. C. de mand. princ.* nisi (1) mandatum emanet in loco, vbi princeps præsens est, & quidem (2) per

(2) per tales, per quos omnia sua expedire solet. vid. *disp. cit. de iur. epistalm. c. 1. n. 22.* Ita vero ad *constitutiones* proprie non pertinet.

4. Hodie edicta *legem* quidem, sed *decreta* tantum *ius inter partes* faciunt, vt nec sententia in Camera lata *ius commune* faciat. STRYK. *V. M. h. §. 1. sqq.* *Rescripta* legem generalem tunc constituunt, si *ius dubium* declarant, & publica auctoritate sunt collecta. vid. *ius eccles. protest. l. 3. 22.* Porro *decreta* intra decendium impugnari possunt, quod fatale *rescriptis* non est præfixum. B. LVDOVICI in *vs. pract. distinct. h. t. dist. 1.* His inest clausula: *si preces veritate nitantur*, non illis. *c. 2. X. de rescript.* Hæc examinari debent a quolibet iudice inferiore, *l. 7. C. de prec. imp. offer.* sed non *decreta &c.*

5. Quoad *rescripta* generaliter notandum (1) *preces debere esse veritati conformes;* alias iis obstat exceptio *sub & obreptionis. l. 10. §. 2. de in ius voc. l. 29. de L. Corn. de Falsi.* Falsitas tamen non præsumitur, nisi aliæ concurrant circumstantiæ. STRYK. *de falsit. prec. princ. obl. c. 3. & 4.* (2) *Rescriptum ipsum debere esse legitime insinuatum:* alias nullum habet effectum. *c. 59. de appellat.* ENGEL. *tit. de rescript. n. 18.* Hæc insinuatio etiam *post annum* fieri potest, *l. 2. C. de diuers. rescript.* nisi impetrans dolo vel culpa insinuationem omiserit, & aduersarius contrarium insinuauerit. *c. plerumque 23. X. de rescript.* B. SCHILTER. *ex. 1. §. 21.* (3) *Pendente lite non impetratum. l. 2. C. vt pendente lite,* nisi

nisi pro mutanda sententia. BRVNN. *ad d. l. n. 2.*

6. Ad speciales spectat (1) *ius singulare*, quod intuitu *rei* vel *causæ* a iure communi deuiat. (2) *Dispensatio.* (3) PRIVILEGIVM, *quod contra tenorem iuris communis certæ personæ quid indulget, l. vn. C. de Thes. l. 1. D. ad munic.* estque vel *reale* vel *personale.* Illud rei cohæret, & transit ad omnem possessorem: sed hoc cum persona exspirat. *l. 68. l. 196. de R. I. l. 1. §. 43. de aqu. quot. & æst.*

7. Datur etiam *mixtum*, quod ex *singulari iuris dispositione* vel *conuentione* ad heredes vel alios transit, vtut *rei simpliciter* non cohæreat, veluti si alias priuilegium priuilegiato foret inutile. STRYK. *ad Lauterb. h. p. 20.* Pertinet huc priuilegium competentiæ, *l. 28. pr. D. sol. matr.* restitutionis in integrum, *l. 6. restit. in integr. l. 19. de minor.* SCti Vellei. *l. 7. §. 1. de except.* Cetera exempla huc spectantia excutit B. HERTIVS *diss. de transit. priuil. personal. ad alios. §. 4. seq.*

8. Deinde aliud est mere *gratiosum*, aliud *conuentionale.* Illud ex *mera gratia principis* fluit: hoc supponunt *titulum oneros um* vel *singularia* bene merita. B. STRYK. *diss. de priuil. titulo oneros. quæs.* Differunt in effectu, quod hoc ægre reuocetur ob pactum, quod etiam principes stringit, imo & successores; STRVV. *ex. 2. th. 30.* facilius illud: illud magis præsumatur *personale*, hoc *reale*, cum pactis huiusmodi *ius perpetuum* acquirere intendamus.

§. 9

9. Natura priuilegii requirit, (I) *vt sit legitime impetratum.* Concedit priuilegium, qui leges condit. Vnde & *status imperii* priuilegium concedunt intra territorium, STRYK. *V. M. h. §. 10.* non vero regimen; MEV. *6. D. 420.* ne tamen deroget priuilegiis imperatorum vniuersalibus. STRYK. *cit. l. §. 11.*

10. Vlterius (II *vt præter ius commune quid concedat.* Ita semper interpretatio facienda *l. 1. ad munic. c. 30. X. de priuil.* vt effectum habeat, vti commode intelligi potest *l. pen. D. h. t.* ibi: *plenissime.* conf. THOMAS. de *interpret. benef. princ.* Neque enim *iudici* ac *ICtis* interpretatio hæc deneganda. *l. ex facto 43. fin. D. de V. & P. subst.* STRYK. *de interpret. priuil.* VINN. *l. 1. sect. qu. c. 2.*

11. Ne (III) *lædat ius tertii.* In omni priuilegio subintelligitur clausula: *saluo iure tertii. l. 2. §. 10. & 16. ne quid in loco publ.* Sic itaque imperator concedere non potest priuilegia in præiudicium statuum, *cap. Leop. art. 3. & 44. in f.* vel contra leges publicas.

12. Vt (IV) *legitime ei insinuetur, quem concernit:* CARPZ. *iurisp. consist. C. 2. d. 416.* alias de *violatione* eius agi nequit.

13. Vt (V) *legitime exerceatur.* Si plane non exercetur, amittitur *non vsu*, etiam per *decennium: arg. l. 1. de nund.*. modo (1) casus acciderit, quo illo vti licuit; CARPZOV. *P. 2. C. 3. d. 23.* (2) impedimentum omne cessauerit; MEV.

2. *D. 1.* (3) Vſus in priuilegiati libero prorſus arbitrio non fuerit poſitus. RICHT. *2 Dec. 86.*

14. Si non *debito* exercetur *modo*, amittitur *abuſu, c. 63. q. 3. C. 11.* veluti ſi quis abutitur iurisdictione, nimium ſæuiendo in ſubditos vel admittendo actum priuilegio directo contrarium ENENKEL *de priuil. lib. 3. c. 15. n. 14. ſqq.*

15. In *concurſu* quomodo recte exerceantur docet STRYK. *de iure priuileg. contr. priuil.* Regulariter priuilegiatus contra priuilegiatum vtitur *iure communi, l. 11. § 6. minor.* ſuppoſitis his circumſtantiis: (α) *ſi par vtriusque priuilegiati ſit conditio:* aliud eſt, ſi alter certat de damno vitando, alter de lucro captando *l. 34: de minor. l. f. ex quib. cauſ. mai.* BRVNN. *ad cit. l. 11. n. 11.* (β) *ſi priuilegium ipſum ſit æqualis roboris.* Potentius enim infirmiori, & *ſpeciale* derogat *generali.*

16. Tam diu autem recte exercetur, donec (1) reuocetur vel (α) ab ipſo *concedente*, quod fieri poteſt, ſi ad *beneplacitum* conceſſum; alias non facile, inprimis illud, quod *titulo oneroſo* conceſſum: niſi manifeſte offendat vtilitatem publicam. STRVV. *ex. 2. c. 30.* Conf. *Obſeru. Hallenſ. tom. 3. obſ. 15. 16. & 17.* Vel (β) *ab eius ſucceſſore.* Diſtinguitur tamen, vtrum ſuccedat *ex titulo vniuerſali* an *ſingulari:* ille præſtare debet facta defuncti, non hic; niſi propter vtilitatem publ. priuilegium conceſſum. HAHN.

ad

ad W. h. n. 2. Vnde *confirmatio ſucceſſoris* vtilis eſt. STRYK. *ad Lauterb. h. p. 33.*

17. Deinde exerceri tam diu poteſt, quam diu (2) *tempus*, ad quod conceſſum, durat: (3) res, cui priuilegium cohæret, exiſtit, vel *qualitas perſonarum*, quam reſpexit, adeſt. *l. 6. §. 12. de excuſ. tut.* Priuilegia tamen, quæ magis propter *dignitatem* quam *officium* conceſſa, durant, ceſſante *officio*, in memoriam priſtinæ dignitatis *l. f. de decur. l. 17. C. de quæſt.* BRVNNEM. *ad tit. C. de excuſ. mun. n. 19. 20.*

TEXT. NOTAB.

L. beneficium 3. *Ex Cod.* l. ſi quis 1. De *mand. prin cip* l. nec damnoſa 3, l. reſcripta 7. De *precib. imp. off.* l. ſupplicare 2. *Vt lit. pend.* l. præſcriptione 2. l. etſi non cognitio 4. l. Etſi legibus 5. l. omnes 6. *ſi contra ius* l. ſancimus 3. l. Vniuerſa 7. *de diuerſ. reſcript.*

Tit. V.

De ſtatu hominum.

1. PArs *ſpecialis* primo loco *ius perſonarum* tradit, quarum gratia *ius Romanum* latum *l. 2. h, t.* PERSONA, *iuridice* accepta, eſt homo, conſideratus cum *certo ſtatu*. STATVS eſt *certa qualitas hominis, ſecundum quam diverſis ab aliis fruitur iuribus.*

2. Status hominum eſt vel *communis* ſeu *vulgaris*, vel *ciuilis*. Ille quemlibet ſtatum, qui

discrepantiam *iurium ciuilium* non adeo *in ciuitate*, inducit, sub se complectitur, PVFEND. *de I. N. G. l. 1. c. 1. §. 6* & ita homo *multiplici* in *statu* esse potest, seu plures gerere *personas*. HERTIVS *diss. de vno homine plures sustinente personas*. *Ciuilis* in *republ. Romana* vsum & commercium *iuris ciuilis* Romani respicit, estque *libertatis*, *ciuitatis*, & *familiæ*. Vtramque considerationem hic titulus complectitur. *v. l. 9. 7. & 10. h.*

5. *Status vulgares* sunt infiniti. A sexu est differentia inter *masculos*, *feminas* & *hermaphroditos*. In *dubio* communibus fruuntur iuribus. Aliquando tamen *deterior* est conditio feminarum: *l. 9. h. l. 2. D. de R. I.* aliquando *melior*, quam masculorum. *l. 12. C. qui pot. in pign. l. 5. §. 1. C. ad l. Iul. mai. t. t. D. & C. ad SCt. Vellei.* In summa: *dignitatis publicæ* & *familiæ* iuribus masculi, *imbecillitatis* vero feminæ prævalent. HVBER. *h. §. 3.* CARPZ. *de singul. iur. femin.* PRVKMAN *de differ. vtriusque sex.* Statutis quoque plura vtrumque sexum distinguentia iura superaddita sunt. IO. SAM. STRYK. *diss. de iur. sing femin. Hamburg.* Hermaphroditus sexui prævalenti annumeratur. *l. 10. h. l. 15. § 1. de test.* In dubio habentur pro *masculis*, imo statur quoque eorum electioni, iuramento confirmandæ. B. STRYK. *de iur. sens. diss. 1.* C. *1. n. 62.* BRVNN. *in paratitl. h. t. q. 4.*

4. Alii præterea sunt *nati*, alii *nascituri*. In natis quoad *effectus iurium* requiritur, (1) *vt fuerint nati viui*, STRYK. *de succes. ab intest. diss. 1. c.*

l. c. 2. §. 14. quod *in dubio* præsumitur. CARPZ. *P. 3. C. 17. def. 20.* (2) *Perfecte nati*, etiamsi exsecti ventre matris sint. *l. 132. §. 1. l. 141. de V. S. l. 6 de inoff. testam. l. 12. de lib. & posthum.* Qui decedit in partu, antequam plene separetur a matre, vixisse non censetur. CARPZ. *ib. d. 17. n. 5 6.* (3) *Vt fuerint nati forma humana. Monstra* iure *hominum* non censebantur; *l. 14. h.* proderant tamen olim matri ad *pœnas orbitatis ex L. Pap. Popp.* euitandas *l. 135. d. V. S.* Ab his differunt *imperfecti. l. 12. §. 1. cit.* STRYK. *cit. l. §. 29.* Multum quoque (4) situm est in *ordine natiuitatis.* Sæpe quæritur: quisnam prior ex *gemellis* in dubio censeatur natus? vid. *l. 15. h.* conf. CARANZA *de partu.*

5. Porro nati sunt vel *legitime* vel *illegitime* nati. Illis *in matrimonio*, his *extra matrimonium* progeniti accensentur. Quoad illos desideratur, *vt iusto tempore fuerint editi*, id quod in dubio præsumitur. CARPZ. *cit. def. 20.* Et quidem legitimum tempus post *nuptias contractas*; lite inter coniuges de *legitimis natalibus* infantis orta, est septimus mensis *l. 12. h. l. 3. §. 12. de suis & legit.* Si nulla lis mota, ligitimus est etiam, qui mox, contracto matrimonio, nascitur. *l. 11. C. de natur. liber.* Ad pœnam tamen *anticipati concubitus* parentibus infligendam respicitur ad *terminum ciuilem* in *l. 12.* Extra ordinem partus sextimestris legitimus esse potest. B. STRYK. *V. M. h. §. 14.* Legitimum tempus post *finitum matrimonium* est *decimus* mensis, non *vndeci-*

mus. Nou. 39. c. 2. FABROTTVS *diss. de tempore part. hum.*

6. *Nascituri*, qui in *ventre* sunt, habentur pro natis, prouisione iuris, *l. 7. & 26. h. t.* (1) *si agitur de eorum fauore.* Tertio non prosunt, *l. 2. §. 6. de excus.* nisi per consequentiam *l. 18. h. t.* (2) *Si etiam postea debito modo nascuntur*, prout §. 4. & 5. dictum. (3) *Si negotium non desiderat actualem praesentiam personae.* Aliud si tempore ipsius actus requiritur persona *praesens*, perfecte nata. HAHN. *ad W. h. 3.* verb. *pro natis hab.* STRVV. *ex 3. t. h. 3.* His concurrentibus omnia iura illis integra seruantur. *l. 3. D. si pars hered. pet. l. 1. de ventr. in poss. mitt.* PAGENST. *de Ventre.*

7. Status *ciuiles* a reliquis *vulgaribus* in eo differunt; (1) quod *primario* constituunt *ius personarum*, oppositum *iuri rerum*: (2) quod inde descendant actiones *praeiudiciales affirmatiuae & negatiuae*: §. 13. *I. de act.* (3) quod *communio seu fruitio iurium ciuilium Romanorum omnimoda* olim inde dependerit, nec quis eis frui potuerit, nisi tribus his statibus instructus fuerit: *l. 20. §. 7. qui testam. fac. poss. l. 17. §. 1. de pœn.* (4) quod mutatio eorum *capitis deminutionem* post se traxerit.

8. Status hic triplex est. Primus est LIBERTATIS, secundem quem homines sunt vel *liberi* vel *serui.* Hæc distinctio etiam Germanis antiquis fuit cognita, sed non sub iisdem iuribus. vid. B. THOMAS. *de homin. propr. & liber. German*

SCHILT

SCHILT. *ex 3 th. 1. sqq.* HERTIVS speciali *diss de hominib. propriis S. 1. §. 1. seqq.* Nam dantur adhuc hodie *proprii homines*, qui considerati secundum ius Romanum *iure liberorum hominum* in quibusdam gaudent. B. STRYK. *in V. M h. §. 5.* Reuera tamen secundum ius gentium *serui* sunt, cum sint *in proprietate dominorum quoad corpus.* B. HERTIVS *c. l. sect. 1 §. 6.* Inde dependent *ius mortuarium*, *manumissiones*, *operæ*, *census*, aliaque iura, *quæ variant.* conf. B. HARPRECHT. *de iure mortuar.* MEV. **vom Zustand, Abforderung und Abfolge der Bauren.** diss. *de imperfect. libert. rusticor. per German.* Sigillatim iura *propriorum hominum* explicat B. HERTIVS *cit. l. sect. 3.* Pertinent huc suo modo *Wildfangi*, de quibus vid. PFEFFINGER *in comm. ad Vitriar. ius publ. lib. III. tit. 12. §. 22. sqq.* & B. HERT. *cit. l. sect. 2. §. 2.*

9. Datur et iam seruitus *bello* acquisita non æque *pacto l. 10. C. de liber. causa.* Illa eatenus hodie desiit, vt captiui non amplius fiant *serui singulorum.* Infideles capti iure *retorsionis* in seruitutem *priuatam singulorum* rediguntut, & quamuis Christiani ab his capti in seruitute degant, quoad effectus tamen, qui inter Christianos adhuc se exserere possunt, *ex æquitate canonica* in plerisque pro liberis haberi dicuntur. B. SCHILT. *ex 3. §. 2. 3.*

10. Alter status est CIVITATIS. Vnde distinctio est inter *ciues* & *peregrinos*, inter quos olim differentia ingens erat. *l. 5. §. 2. de capt. &*

postlim rev. SPANHEMIVS *de orbe Romano.* Maximam partem post imminuta per *l. 17. D. h.* SCHILT. *ex. 3. §. 6.* & tandem per FRIDERICI II. *auth omnes peregrini C. comm. de succeſſ.* & *nou. 78. c. 5.* abolita. Habet adhuc vſum, vbi quoad eos, qui iure communi imperii priuati propter delictum in ſtatum *veterum peregrinorum* incidunt, *l. 10. §. 6. de in ius voc.* quales ſunt Banniti. SCHILT. *ex. 3. § 10.*

II. Cum hac diſtinctione quodammodo illa conuenit qua hodie homines ſunt vel *indigenæ* vel *peregrini.* Ius *indigenatus Germanici* triplex eſt, obſeruante SCHILT, *h. §. 9.* & ſic totuplex erit *peregrinoruus* ratio. (1) Reſpectu *totius imperii*, vt peregrini ſint, de quibus §. *antec.* dictum. (2) Reſpectu *prouinciæ* & *territorii*, vt *peregrini* dicantur, qui non ſunt eiusdem territorii, vel iura territorii propria & peculiaria amiſerunt ob delictum, quales ſunt fuſtigati cum perpetua relegatione. STRVK. *de ſucceſſ. ab int. diſp. 12. c. 1. §. 5. & 6.* (3 Reſpectu *ciuitatis* municipalis, quibus opponuntur *forenſes*, qui iuribus ciuium illius municipii non gaudent. Verum antiqua *iurium ciuilium Romanorum* differentia in his non deprehenditur.

TEXT. NOTAB.

L. 5. §. 2. l. qui in vtero 7. l. in multis, 9. l. quæritur 10. l. ſeptimo 12. l. Areſcuſa 15. l. in orbe 17. l. cum legitimæ 19. l. lex naturæ 24. l. ingenuum 25.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0066
DFG

Tit. VI. (VIII. 47.)

De his qui sui vel alieni iuris sunt.

1. TErtius status est FAMILIAE, quæ est *societas domestica inæqualis inter patremfam. matremfamil. filium & seruum.* Inde personæ sunt vel *imperantes* seu *sui iuris;* vel *parentes* seu *alieni iuris.* Illi dicuntur, qui *ius* habent *imperandi* familiæ, licet *actu* eam non dirigant. *l. 4 h. l. 195. D. de V. S.* HVBER. *h. §. 1.* Hi vero dicuntur, qui adhuc subsunt *patriæ* vel *dominicæ* potestati. *l. 4. de R. I.* Vsus huius distinctionis per totum ius sese extendit.

2. In *dominica* potestate sunt serui, quæ iure recentiori limitata est, *l. 1. & 2. h. t.* imo *hodierno iure* adhuc magis restricta.

3. PATRIA POTESTAS est *imperium patri competens in liberos, (imo olim etiam in vxorem,) eorumque bona, Romanis L. L. specialiter efformatum ad communem familiæ vtilitatem.* Differt ab illa *potestas naturalis,* adscendentibus indistincte in *liberos* competens, propter *educationem.* vid. *l. 4. C. de P. P.* Vnde iura *reuerentiæ* & *imperii naturalis* nascuntur, *l. 6. d de in ius voc.* quæ *emancipatione* non prorsus tolluntur. De his duplici disp. egit B. STRYK.

4. Poscit patria potestas, (1) vt *legitime exerceatur.* Debet esse *pietas, l. vlt. D. si a parent.* non *atrocitas l. 5. D. ad L. Pompei.* Olim im-

mensa erat, & comprehendebat (I *omne imperium* in liberos, vt (α) *ius vitæ & necis*, *l. f. C. de P. P. l. 11. D. de lib. & posth. hered.* cuius vestigia supersunt in *l. 22. §. 2. l. 23. ad l. Iul. de adult. l. 2. C. de patr. qui fil. distrax.* MEV. *ad ius Lubec. lib. I. t. 3. ad rubric. n. 9. sqq.* Vi huius pater etiam in grauioribus delictis poterat magistratui offerre liberos, dicturo sententiam ex eius præscripto: *l. 3. & 4. C. d. P. P.* (β) ius controuersias liberorum dirimendi: *l. 4. C. d. P. P.* (II) ius *acquirendi per liberos.* (III) *Disciplinam domesticam*, h. e. facultatem coercendi liberos, eos intra priuatos carceres detinendi, ergastulo includendi, & exheredandi. COCCEI. *diss. de iudic. mor. §. 12.* MEV. *cit. l. n. 11.* Hæc *naturali* etiam inest *potestati*, hodie tantum parentibus relicta; non *iurisdictio*, & sic fere tantum *naturale imperium* continet, in quo Germani subsistiterunt.

5. Porro *ciuilis patria potestas* erat exercenda iure Rom. (II) intra terminos *negotiorum familiæ.* Neque enim eius ratio habebatur in causis *publicis*, *l. 9. h.* aut *spiritualibus*, *c. f. de iudic. in 6.* aut in peculio *castrensi* vel *quasi*; sed tantum in *priuatis* rebus. In his filius prorsus a nutu patris dependebat: *l. 4. de R. I.* absque eius consensu nuptias non celebrabat: inter patrem & filium erat identitas: liberi quodammodo censebantur heredes bonorum paternorum viuente adhuc patre: cum eo contrahere non poterant &c.

6. Denique (III) *legitime* acquirenda erat. Acquiritur iure Romano (γ) *procreatione ex nupti-*

nuptiis legitimis. Qui ergo α) constante matrimonio natus, *legitimus* habetur, & probatis nuptiis, probata est filiatio quoad *patrem. l. 5. de in ius voc. l. 6. h. t.* Hæc præsumtio est vrgentissima, vt nec matri credatur contrarium asserenti, *l. 11. §. 9. ad L. Iul. de adult. l. 29. §. 1. de probat. arg. l. 3. §. 1. de SCt. Syllan l. 14. C. de prob.* sed per *euidentiam facti* elidenda sit. *l. 6. pr. h. t. 1. §. 14. de agnosc. & al. liber.* Imo ε) sufficit *iure Romano* natum esse ex sponsa, *l. 10. d.* R. *I. l. 24. de R. N. I. 22. C. d. nupt. l. 11. C. de nat. lib.* vel γ) vxore putatiua, B. HERT. *de matrim. putatiuo §. 22.* Quodsi δ) filius desperet de *probatione matrimonii*, sufficit *quasi possessionem filiationis* probasse. vid. B. STRYK. *de act. for. inuest. S. 1. M. 2. §. 20.* Hoc facto ε) tam diu in *quasi possessione* tuendus est, donec pater contrarium probauerit.

7. Porro (II) acquiritur per *legimationem*, quæ est *actus, quo naturales liberi fiunt legitimi, & in patriam potestatem rediguntur.* Eius sunt tres species, α) per *subsequens matrimonium: l. 5. C. de natur. liber.* ε) per *rescriptum principis: nou. 89. c. 9.* & γ) per *oblationem curiæ.* Vltima hodie cessat. BRISSON. *lib. 4. sel. ant. c. 13.*

8. Legitimatio *per subsequens matrimonium Nou. 105. c. 2.* requirit ad sui validitatem (I) *subsequens matrimonium legitimum. c. tanta 6. X. qui liberi sint legit.* Sufficere tamen (α sponsalia putat MEV. *2. D. 81.* licet propter mortem sponsi ἐσρολογία accedere non possit. *l. cit. 11.* (ε) Nuptiæ in *articulo mortis* contractæ etiam sufficiunt, quia

quia finis matrimonii iam obtentus. *arg. l. 1. C. de nat. lib.* STRVV. *ex. 3. th. 50,* (γ) Aui matrimonium cum *concubina* hunc habet effectum, vt nepos ex illegitimo iam defuncto natus non quidem fiat *legitimus*, quia ex iusto natus est coniugio, sed auo *suus. l. 11. cit.* B. SCHILT. *ex. 3. §. 13. sqq.* STRVV. *cit. l.* HVBER. *h. §. 10.*

9. De *iure Romano* (II) requirebantur *instrumenta dotalia* testesque repellebantur. *N. 74. c. 4. §. 2.* Hodie *copula sacerdotalis* probanda, ex principiis *iuris canonici.* BRANDMVLL. *manud. I. can. p. 191.*

10. De *iure Rom.* (III) requirebantur *liberi naturales* ex concubina iam nati. *§. f. de nupt.* Alii non legitimabantur. Hodie in *spuriis* quibuscunque, quos in locum *naturalium* surrogauit *ius canonicum*, locum habet, adeoque necesse est, vt liberi iam nati sint tempore *matrimonii subsequentis.* Qui *concepti* tantum sunt tempore matrimonii, nascuntur legitimi. *l. cit. 11.* HAHN. *ad Wesenb. h. t. n. 2.*

11 (IV) Necessarium est *de iure Rom.* vt *tempore conceptionis matrimonium inter personas concumbentes potuerit subsistere.* vid. *diff. de legitimat. ex coitu damnato natorum.* Natus ex damnato coitu ita non legitimabatur, *N. 74. c. vlt.* nec natus ex Iudæo & Christiana, cum nec *concubinatus* cum his subsisteret. Hodie secundum *ius canonicum* si ex post facto matrimonium admittitur, etiam per *dispensationem*, legitimatio procedit. Vnde posset adulterinus ita legitimari,

c. tanta

c. tanta 6. cit. B. STRYK. *in V. M. h. §. 11. 12. 13.* vel spurius, si aliud matrimonium interceſſerit.

12. Neque (V) hoc iure *conſenſus ipſius legitimandi* erat excludendus, cum inuiti liberi non redigebantur in patriam poteſtatem. *l. f. C. de natural. liberis.* Hodie quo liberi illegitimi ſtatum non minuunt, ſed augent, conſenſus eorum non deſideratur. THOMAS. *ad Strauch. diſſ. 4. th. 13.*

13. Concurrentibus his requiſitis, (1) iura conſequuntur legitimorum, *l. 10. C. de natur. lib. N. 74. præf. N. 12. c. vlt.* reſpectu omnium conſanguineorum: *N. 12. c. 4.* (2) accipiunt literas natalitias, daß ſie echt und recht, und aus einem Ehe-Bette gebohren, deren Eltern zur Kirchen und Straſſen gegangen: CARPZ. *P. 2. C. 6. d. 15.* (3) admittuntur ad collegia opificum: HAHN. *ad X. h. n. 2.* verb. *per ſubſequens matrimonium* (4) ſuccedunt in feudis: STRYK. *de S. A. I. diſſ. 1. C. 3. §. 27. ſqq.* (5) in ſtatutis *iuſtorum filiorum* appellatione includuntur. MEV. *ad I. Lub. P. 2. T. 2. art. 9. n. 65.*

14. Supereſt tamen hodie in quibusdam locis differentia inter *legitimos* & *legitimatos.* Nam (a) legitimati non recipiuntur in aſſeſſores Cameræ. *ord. cam. p. 1. tit. 3. §,* dergleichen. MYNS *4. O. 31.* (b) Per ſtatuta ſpecialia excluduntur a feudis, vti in *Marchia, Ducatu Brunſuicenſi & Magdeburgico.* STRYK. *in not. ad Lauterb. h. p. 43.* (c) Alibi excluduntur a *collegiis opificum.*

15. Ad

15. Ad legitimationem per *rescriptum principis* alia iure Romano per *Nou. 89. c. 9.* alia *hodie* requiruntur. Hodie requiritur, (I) *vt præmittantur preces*, quibus inseri debent circumstantiæ respectu parentum, natiuitatis, ætatis, baptismi, &c. (II) Qualescunque liberi *illegitimi* has preces offerre possunt, etiam insciis & inuitis parentibus, ad effectum *delendæ maculæ*, B. STRYK. *V. M. h. §. 18.* adeoque non amplius requiritur, vt ipse pater preces obtulerit. IDEM §. 17. (III) Facienda *ab eo, qui potestate legitimandi fruitur.* Refertur ad *iura maiestatica*, & *imperatori* competit in imperio, qui hanc potestatem exercet vel *immediate*, vel *mediate* per *comites Palatinos*, quorum potestas tamen restrictior est. Idem & de *statibus imperii* asserendum, quamuis vltra territorium legitimatio se non extendat; de RHETZ. *in iur. publ. L. 2. T. 1. §. 11.* non vero camera imperialis, nec iudicium imperii aulicum. SIXTIN. *de regal. l. 1. c. 4. n. 17.* BLVM. *in proc. cam. tit. 42. in f.* (IV) *In solenni rescripto* vel instrumento, de cuius forma vid. MEV. *9. D. 127.*

16. In *adulterinis*, ex christiano & infideli natis, & ex coitu damnato procreatis, locum habet legitimatio *extraordinaria* per *dispensationem. l. 57. §. 1. de R. N. arg. c. 13. X. qui filii sint legitimi*, quæ facultas legitimandi etiam comitibus palatinis concedi solet, vti magnifico Pro-Rectori huius academiæ concessa est.

17. Hi legitimati, & quidem *ad preces patris*, a legi-

legitimatis per *subsequens matrimonium* multis modis differunt. Non (1) succedunt in feudo, *2. f. 26. c. naturales.* nec (2) in allodio cum liberis legitimis, iam antea natis, STRYK. *de S. A. I. diss. 1. c. 2. §. 72.* nisi pater hoc voluerit, & a principe impetrauerit. Hoc casu (3) huic soli non aliis *cognatis* succedunt. *l. 9. C. d. nat. lib. N. 74. c. 2. N. 89. c. 9.* STRVV. *exerc. 3. th. 55.* conf. BRVNN. *cons. 168.* Sine *voluntate patris* legitimatis tantum deletur *macula*, qui α) manent sui iuris: β) patrem heredem non habent.

18. Referri huc potest modus, quando pater in testamento filium naturalem nominat *legitimum*, & post mortem patris *confirmatio principis* accedit. *N. 74. c. 2. §. 1.* Sola nominatio legitimum non facit, *l. 5. C. de testib.* BRVNN. *5. dec. 58.* quamuis præsumtionem *legitimitatis* operetur. STEPH. *ad cit. N. n. 10. 11.*

TEXT. NOTAB.

L. filium 6. I. filius famil. 9. I. si iudex 10. I. intuiti. 11. *Ex. Cod.* I. si filius 3. I. congruentius 4. I. filia 5. I. liberati 10. *de patr. potest.*

Tit. VII. (VIII. 48. 49.)

De adoptionibus & emancipationibus, & aliis modis quibus potestas soluitur.

1. ACquiritur (III) patria potestas *adoptione* quæ

quæ est *legitima alicuius in filii familias locum assumtio*, Estque vel *arrogatio* vel *adoptio* in specie sic dicta.

2. *Arrogatio* facienda, (I) *autoritate principis*, *l. 7. C. de hered. instit. l. 2. 15 D l. 6 C. h.* vel eius delegatione a *comite Palatino* PHILIPPI *eccl. 73. h. t.* In statu populari fiebat in comitiis per *solennem rogationem. l. 2 inf. C h. t.* GELL. *in N. A lib. V. c. 19.* Simi lem effectum habet *confirmatio* subsequens adoptionis non legitime factæ. *l. 38. h.* (II) Arrogandus sit *sui iuris*, (III) *expresse* ad *rogationem factam consentiat l 2. 5. h.* Atque hæc sufficiunt in *arrogatione puberum*. In *impuberum* præterea (IV) requiritur *causæ cognitio*, cuius capita recensentur distincte in *l 17 §. 1. sqq.* (V) *cautio* de bonis restituendis, si *impubes* decesserit: *l. 28 sqq h.* (VI) *tutorum consensus*, & quidem omnium. *l. f. C. de auctorit. præst.*

3. *Adoptio stricte dicta* contraria habet requisita; fit enim (1) coram magistratu inferiori: *l. 2. pr h.* (2) adoptandus debet esse *filius familias*, sufficitque (3) *tacitus* filii *consensus: l 5. h t.* (4) *præsens* sit, qui adoptat, (5) & is, qui adoptatur. *§. 8. I. quib. mod p. potest. solvit.* Est enim adoptio *actus legitimus*, *l. 128 de R. I.* & *voluntariæ iurisdictionis l. 3 h.*

4. Adoptio *in specie dicta* est vel *plena*, quæ fit ab *ascendente*, & tribuit iura patriæ potestatis: vel *minus plena*, quæ fit ab *extraneo*, & ius patriæ potestatis *Romanæ* non tribuit: sed tantum

tum ius succendendi ab intestato. *l. pen. §. 1. C h.* Minus iuris habet *alumnus*, qui tantum ex ratione miserationis alendus suscipitur priuata auctoritate, sed non succedit *l. 132 pr. de V.O.* Datur etiam *arrogatio minus plena*, quæ fit a femina. *l. 5. C. h.* & *plena*, quæ fit a *masculo*.

5. Adoptio quæuis *in genere* fieri debet ab his, (1) qui matrimonium contrahere possunt: *§. 4. 9. I. & l. 16 D. h. t. l. 39. § 1. de I. dot. l. 128. de V. S.* (2 *qui patriæ potestatis capaces sunt:* ex principis indulgentia adoptant etiam feminæ, *§ 9. I. h.* quo ipso acquirunt liberi ius succedendi matri ab intestato: *l. 5. C. h.* (3) qui adoptandum *plena pubertate antecedunt:* (4) *qui liberos non habent legitimos: l. 17. §. 3. h.* (limitationes vide apud STRYK. *ad Lauterb. h. p. 47.*) (5) qui sunt *maiores 60. annis: l. 15. §. 2.* (6) qui quem semel adoptarunt, *non antea emanciparunt: l. 37. §. 1. h. t.* (7) qui *indefinite*, *non ad tempus*, adoptant. *l. 34. h. t.*

6. Effectus *arrogationis* sunt: (1) quod arrogatum cum *liberis*, *oneribus*, & *bonis omnibus* transferat in *domum* & *potestatem* arrogantis *§. 11. I. l. 15. pr. l. 45. h.* quod *quoad bona* hodie fecus est. *§. 2 I. de acquis. per arrogat.* Ne tamen hac potestate abuteretur quoad *impuberes*, cautum est, ne possint promiscue emancipari, sed demum (α) ex *iusta causa*, (β) præcedente *causæ cognitione*, & tunc (γ) omnia bona simul eis sunt restituenda. Quodsi *inique* exheredantur vel emancipantur, *quartam*, quæ dicitur *D. Pii*,

eis

eis relinquere debet, *l. 8. §. 15. de inoff testam.* Hæc 1) est ipsa legitima, *l. 2. C h. t. l. fin. D. Si quid in fraud. patroni.* FRANTZ *exerc. 2. q. 9.* SCHILT. *ex. 3. §. 16.* petenda 2) *condictione ex lege* per *l. 1 §. 21. de collat.* non vero *querela inofficiosi testamenti cit. l. 8.* (2) Tribuit iura *agnationis*, non *sanguinis. l. 23 h. t.* Vnde (α) *nobilitatem Germanicam* non confert, nisi ex beneficio principis. STRYK. *V. M h. §. 8.* BERGER. *in resol leg. h. qu. 1. n. 1.* Diss. HVBER. *h. §. 2* cui respondet THOMAS. *in scholiis.* Nec β) succedit in fideicommisso familiæ, KNIPSCH *de fideicomm. fam. C. 8 n. 409. sqq.* nec γ) in feudo. *2. f. 26. §. adoptiuus.*

7. Affinis adoptioni *minus plenæ de iure Germanico* censetur VNIO PROLIVM, quæ est *conuentio parentum de priuignis cum liberis propriis prorsus exæquandis.* Differt ab adoptione Romana (1) quod fiat *pacto:* (2) non transferat patriam potestatem *ciuilem*, sed tantum *naturalem:* (3) femina etiam ad *vnionem* concurrat: (4) Frater sororem vnitam durante vnione vxorem ducere possit: semper supponat matrimonium: (6) tantum in *priuignis* locum habeat.

8. Requiritur in hoc pacto (1) *consensus parentum* vnientium & *cognatorum* ab vtraque parte: (2) auctoritas *iudicis ordinarii*, vel *comitis Palatini:* (3) *causæ cognitio*, cuius capita recenset B. SCHILT. *ex. 3. §. 18.* (4) *decretum magistratus:* (5) insertio in *pro-*

to-

tocollum publicum: STRYK. *de S. A. I. diss. 8. c. 6. §. 7. sqq.* HAHN. *de iure rerum concl. 74. seqq.* (6) vt fiat de bonis, de quibus disponere parentes possunt; vnde vniti non succedunt in fideicommisso familiæ. KNIP. *de fideicomm. fam. cap. 8. n. 435.*

9. Effectus sunt sequentes: (1) tribuit *ius succedendi conuentionale* liberis diuersi matrimonii exæquatis, quoad vtrumque parentem *primi gradus*, etiam tunc, si viduus virginem duxit, & ex matrimonio hoc nulli nati sunt liberi *l. 13. in f. de manum. testam.* STRYK. *cit. loc. §. 6.* Successio tamen hæc non est reciproca, STRYK. *in V. M. h. §. 14.* nec vniti inter se succedunt. RYCK. *de vnione prolium cap. 6. n. 48.* (2) Aufert testamenti factionem parentibus intuitu *priuignorum*, & facultatem alienandi bona illa, de quibus vnio inita. MVSCVL. *de succ. conuent. n. 139. sqq.* STRYK. *de S. ab int. cit. l. §. 29.* Modos dissoluendi vnionem vid. apud EVNDEM *§. 26. sqq.*

10. Soluitur patria potestas *iure Rom.* vel sine *capitis deminutione* vel cum *ea. l. 3. in f. ad SC. Maced.* GELL. *in N. A. lib. 1. c. 12.* Prius fit (1 morte naturali: *pr. I. quib. mod. ius P. P. solu.* (2) adoptione plena: *§. 8. quib. mod. ius P. P.* (3) dignitate filii tali, quæ liberabat a curia, *l. fin. C. de decur.* quatenus onus erat liberis. *N. 81. c. 2.* Sicuti olim virgo vestalis *sine capitis deminutione* sui iuris fiebat, autore GELLIO *cit. l. Doctoralis* non liberat, nec *clericalis*, excepta episcopali. *N. 81. c. 3.* (4) Expositione infantis; *l. 2. C. de inf. expos.*

expos. non vero (a) *captiuitate*, qua contingente pendet patria potestas, §. *5. I. quibus modis* &c. nec (b) *furore*, quoad *commoda* ipsi cohærentia. *l. 20. de stat. hom. l. 8. de his qui sui vel al. iur. sunt. l. 25. C. de nupt.*

11. Posterius contingit (I) *morte ciuili. §. 1. J. quib. mod. P. P. solu.* Hodie banno imperii, nisi plenissime restituantur. (II) EMANCIPATIONE, *l. 8. §. 1. de ini. rup. & irr.* quæ est *actus legitimus, quo liberi volentes a parentibus coram ordinario iudice dimittuntur.* Ante omnia requiritur (I) *consensus parentum expressus: l. 3. C. de Emancip. liber. tacitus* (α) non sufficiebat, quod minime colligi potest ex *l. 1. C. de P. P. l. 25. D. h. t.* neque (β) etiam cogebantur liberos emancipare. vid. tamen *l. vlt. D. si a parente N. 12. cap. 2. l. 12. C. de episc. audient. l. 6. de spectac. l. 32. de adopt. l. 3. §. 6. de minor. l. 92. D. de condit. & demonstr.* vid. *tom. III. iur. eccl. p. 284.*

12. Desideratur (II) *liberorum consensus* ob *graue præiudicium*, quod liberi per *emancipationem* incurrunt. Inuiti emancipari non possunt; *l. 5. in fin. C. de emancip. N. 89. c. 11. in pr.* nisi ingrati fuerint, vt exheredationem meruerint, *l. 132, d. V. O.* qui etiam post emancipationem in P. P. reuocari poterant. *l. vn. C. de lib. ingrat.* (III) *Coram iudice ordinario* vel Comite Palatino. Competens iudex præcise non requiritur. *l. 1. 5. 7. de manum. vind.*

13. Hodie secundum *ius Germaniæ commune* tollitur parentum potestas, quoad *filios* per *separationem*, vbi requiritur: (1) vt sint maiorennes:

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0078
DFG

nes: (2) actu separatam œconomiam instituant: (3) pater nullam dissentiendi causam allegare queat. B. STRYK. *in V. M. h. §. 19. 20.* Alicubi (4) requiritur matrimonium, ceu de Frisia testatur SANDIVS *in dec. Fris. lib. 2. tit. 7. def. 6.* In *filiabus* matrimonium sufficit ad hunc effectum, vt e parentum potestate exeant. vid. ius Sax. *l. 1. art. 45.* MEV. *ad ius Lubec. part. 1. T. 3. ad rubric. n. 25.* Secus est de iure ciuili *l. 20. D. ad l. Iul. de adult. l. 18. C. de nupt.* conf. THOMAS. *de quas. emancip. germ.*

14. Vbi communio bonorum adhuc obtinet inter coniuges, *separatio* quandoque fit cum *certorum bonorum* assignatione. Vi huius *separati* habentur pro *emancipatis*, imo quoad successionem fere pro *extraneis*, quod tamen recte declarat MEV. *ad ius Lubec. part. 2. T. 2. art. 33. n. 117. & 118.* conf. THOMAS. *diss. cit.* IO. SAMVEL. STRYK. *de iur. singul. femin. Hamb. c. 2. §. 11. sqq.*

TEXT. NOTAB.

L. si consul. 3 l. ne permittitur. 17. l. si arrogator 22. §. 1. l. post mortem. 25. pr. l. non potest 31. l. quæsitum. 34. l. per adoptionem. 35. l nam ita 39.

Ex Codice. l. mulierem. 5. l. veteres 11. *De adopt.* l. in emancipationibus. 2. l. cum inspeximus. 6. de *emancip.*

Tit. VIII.

De rerum diuisione & qualitate.

1. SEquitur *ius rerum*, quarum summa diuisio hæc est, quod sint vel *diuini* vel *humani iuris. l. 1. pr. h.* Ad illas referuntur res *sacras, sanctas* & *religiosas.* RES SACRAE sunt, quæ *publica auctoritate Deo consecratæ, eique addictæ sunt l. 9. §. 8. I. h.* Apud Romanos inter res *nullius*, *negatiue tales*, referebantur, nec recipiebant æstimationem. *l 9. §. 5. h.* Hodie hoc sensu *res sacras* non habemus, & quamuis consecratio quædam seu *dedicatio* in rebus *immobilibus* accedat, hæc tamen tantum *pia* quædam est *ceremonia*, ex principis arbitrio dependens. Imo inter protestantes in rebus *mobilibus* (1) *destinatio* priuatorum, & (2) *vsus* rem sacram faciunt, absque alia publica auctoritate, quæ duo necessario concurrere debent. B. STRVK. *V. M. h. §. 4.* Vnde *res sacræ* sunt tum in *patrimonio* ecclesiæ seu *vniuersitatis*: tum sub inspectione *suprema* eius, cui *ius sacrum supremum* competit.

2. Ab his differunt *res ecclesiasticæ*, quæ sunt *patrimonium ipsius ecclesiæ*, sed ad cultum diuinum non spectant, vt *sacræ*, quæ *immediate* cultui diuino inseruiunt. Fiunt alicubi tales per

per *amortizationem*, de qua vid. *ius paroch. sect. V. c. 1. §. 23.* sicut desinunt tales esse *secularisatione*, de qua MAVRIT. *speciali differt.*

3. Res *sacræ* plane alienari nequeunt, nisi in casu *vrgentis necessitatis*, & *pietatis*; *l. 21. pr. C. de SS. Eccl. Nou. 120. c. 1.* imo hodie, præsertim res mobiles, cum sint etiam *patrimonium ecclesiæ*, facilius vendi posse putarem, accedente auctoritate consistorii. Res *ecclesiasticæ* facilius alienari possunt, modo (1) adsit causa *vtilitatis*, *pietatis* vel *necessitatis:* (2) accedat *causæ cognitio:* (3) consistorii *decretum:* (4) *subhastatio. auth. hoc ius porrectum. C. de SS. eccles.* His omissis, alienatio est nulla. BRVNN. *ad auth. cit. n. 18.* vid. *ius eccl. protest. lib. III. tit. 13.*

4. RES RELIGIOSAE fiebant per *illationem mortui* in locum priuatum, quod manes defunctorum ibi oberrare crederentur. Hodie *cœmeteria*, quæ *res uniuersitatis* sunt, in hunc finem constituuntur, in quibus mortui necessario sepeliendi, CARPZ. *l. 2. iurisp. consist. def. 385. sqq.* de qua materia pluribus dicetur *tit de relig.*

5. RES SANCTAE dicebantur, *generatim* (1) quæ *sanctione*, i. e. *pœnali constitutione* aduersus violatores erant munitæ: *l. 9. §. 3. h. speciatim* (2) quæ *diis tutelaribus* præterea speciatim consecratæ, quales erant: muri; portæ; *l. 8. 9.* vallum. *l. 3. §. 17. de re milit.* Inde (a) originem traxit *euocatio sacrorum: l. 9. §. 2. h. t.* COCCEIVS *de euoc. sacror.* (b) *pœna capitalis*, constituta in violatores murorum, vt *sacrilegii* reos. Ho-

die magis portæ & muri sunt *res publicæ*, & *ex regali* muniendi ciuitates æstimari debent, adeoque tantum pœna extraordinaria violatoribus quandoque dictatur. ID. *cit. l.*

6. Res *humani iuris* sunt vel *in commercio priuatorum*, vel *extra illud*. Huc referuntur (I) RES COMMVNES, absolute tales, quæ *primæuum suum naturalem statum*, in quo proditæ sunt, retinuerunt: *l. 14. de acquir. rer. domin.* h. e. (1) quæ quoad *proprietatem* sunt nullius, (2) quoad *vsum* omnibus patent. Huc spectant ex iure *Romano* (α) *mare*, quod tamen pro parte acquiri potuit. Effectus huius *dominii* præter vtilitates consistit in detractatione veli maioris. CONRING. *de domin. mar. th. 38.* (β) *Aer*; quatenus tamen consideratur respectu *fundi certi*, modo suo & per consequentiam est in proprietate. Vnde seruitus proiiciendi &c. conf. THOMAS. *ad Strauch. diss. 6. §. 2. p. 56. sqq.*

7. (II) RES PVBLICAE dicuntur, quæ sunt in proprietate reipubl. Olim in *statu populari* duo desiderabantur, (1) vt essent in *patrimonio populi*; *cit. l. 14. de A. R. D.* (2) vsus nemini denegaretur. Inde adhuc sub Imperatoribus differebant a *rebus fisci. l. 2. §. 4. ne quid in loc. publ. §. 39. I. h. t.* Hodie sunt in proprietate principis, nec vsus priuatis amplius absque eius concessione competit, quin potius plerumque dantur in feudum, STRVV. Synt. *I. F. c. 6. aph. 7.*

8. (III)

8. (III) RES VNIVERSITATIS sunt res ad vniuersitatem, qua talem, spectantes, non ad *singulos* de illa vniuersitate, *§. 6. I. l. 6. §. 1. h. l. 22. de fideiuss.* nisi quoad *vsum*. Referunt huc commu nes furnos & puteos &c. Vnde nemo per renunciationem vsus a refectione horum se liberare potest. SCHILT. *ex. 4. §. 10.* Ab his differunt res *in patrimonio vniuersitatis* existentes, quarum vsum singuli de vniuersitate non habent, quorsum reuera spectant *res ecclesiasticæ parochiarum* & *cœmeteria*. Ex *destinatione*, *fine* & *vsu* diuersitas est petenda.

9. Res in *commercio priuatorum* sunt, quæ ad singulorum *patrimonium priuatum* pertinent. Suntque vel *corporales* vel *incorporales*: illæ sua natura tangi possunt, *pr. I. de reb. corpor.* quarum tria genera recensentur in *l. 30. de vsuc.* Hæ tangi nequeunt, incurrunt tamen in sensus a posteriore, quorsum vnice pertinent *iura*. Sunt hæc *entia moralia*, substantiam suam a *lege* habentia, & ad *obiectum iuris* etiam spectant. Nec obstat, quod nihil sui ipsius obiectum esse possit: nam iura, pro *facultatibus moralibus* sumta, sunt obiectum iuris, pro *lege* sumti.

10. Quædam res pro diuerso respectu possunt ad vtramque speciem referri. Sic pecunia considerata vt *quantitas debita*, ad incorporales: vt *corpus certum* vero, ad corporales refertur. *l. 1. de contrahend. emt. l. 46. de condict. indeb. L. 95. de leg. 3.* HAHN. *ad W. h. n. 4.* HVBER. *h. §. 2.*

11. Quæcunque prædicantur de rebus corporalibus *proprie*, rebus incorporalibus applicantur *analogice:* veluti *quasi possessio*, *quasi traditio*, imo aliquando prædicatum *mobilium* & *immobilium* iis adscribitur, &c. Habentur vt plurimum in maiori pretio, quam res corporales, veluti iurisdictio, ius patronatus, ius venandi. *l. 51. §. 2. l. 53. de re iudic.*

12. Res *corporales* diuiduntur in res *mobiles* & *immobiles*. Illæ, salua manente substantia, de loco in locum commode transferri possunt. Hæ loco moueri ita nequeunt. Suntque tales vel *natura sua*, vel fiunt per *destinationem realem ad vsum perpetuum rei immobilis*. Huc pertinent: castrum cum machinis bellicis, & quicquid præsidii loco ibi destinatum est: SCHILT. *exerc. 4. §. 23.* instrumenta domus coquinariæ, sedilia in templis, horologia affixa, serui adscriptitii, HAHN. *ad W. h. n. 4.* lecti in diuersoriis ad ipsum ius hospitii ita deputati, vt perpetuo ibi maneant, id quod ab allegante probandum: CARPZOV. *part. 3. c. 24. d. 10.* molæ pneumaticæ, FINCKELTH. *obs. 26.* vt & nauales. STRVV. *synt. iur. f. c. 6. aph. 11. n. 6.*

13. Extra ordinem, & sic per modum *exceptionis*, (obseruante LAVTERBACH. *de alien. rer. quæ minor. §. 24.* cum CARPZ. *P. 3. C. 24. d. 1.* applicatur hæc distinctio *rebus incorporalibus*, (1) si ex circumstantiis apparet, disponentes voce *mobilium & immobilium* late intellexisse omnem suam substantiam: (2) in præscriptione iurium, vel (3) si alias eadem est ratio corpora-

poralium & incorporalium. Habentur hoc casu res incorporales pro *mobilibus*, quæ eis inhærent, vel ad eas petendas destinatæ: pro *immobilibus* vero, quæ eis inhærent, vel ratione earundem competunt. Huc pertinent annui reditus super rebus immobilibus constituti. GAIL. *2. obs. 10. n. 3.*

14. Vsus distinctionis in res *mobiles* & *immobiles* amplissimus est. Occurrit enim (1) in vsucapione, (2) præstanda cautione, *l. 15. qui satisd. cog.* (3) distractione pignorum, *l. 15. §. 2. de re iudic.* (4) alienatione rerum dotalium, & minorum, (5) successione tum *Saxonica*, vbi maritus est heres mobiliaris: tum *ciuili*, *quia* in successione mobilium attendimus *statuta domicilii*, in immobilibus *statuta rei sitæ*. vid. STRYK. *de S. A. I. diss. 1. cap. 4. §. 2.* (6) Iure emphyteutico feudalique, (7) consecratione, (8) iure postliminii, (9) alicubi in hypothecæ constitutione & resignatione dominii, (10) possessione. *l. 3. §. 3. l 13. & 14. l. 25. pr. l. 47. de acq. vel amitt. possess.* vid. PAVL. VOETIVS. *de nat. mobil. & immobil.*

15. QVALITATES rerum sunt *ipsum ius rerum l. 12. quemadmod seru amitt.* Hoc est *facultas moralis, quæ versatur circa res:* estque vel *in re*, vel *ad rem.* IVS IN RE *qualitatem denotat rei tanquam suo subiecto cohærentem & ipsam rem afficientem.* Huius quinque sunt species: dominium stricte dictum, seruitus, pignus, hereditas, possessio; quamuis de vltima specie non immerito dubitet HVBER. *in digress. lib 4 c. 10.*

Agnoſcuntur hæ diuerſæ ſpecies ex diuerſis effectibus & actionibus.

16. IVS AD REM eſt, *quo perſonam ad rem præſtandam obligatam habemus, quodque perſonæ, tanquam ſubiecto ſuo proprio, inhæret.* Rem ipſam non afficit. *l. 2. pr. de pollicit.*

17. Vſus huius diſtinctionis inſignis eſt: (1) ex iure in re, ſunt actiones *reales:* ex iure ad rem, ſunt *perſonales.* (2) Illæ dantur aduerſus omnem poſſeſſorem: hæ aduerſus eum tantum, qui obligatus eſt; ibi aliter libellus concipiendus, quam hic, vid. *tit. de edend. §. 10.* (3) Exſtincta re, exſtinguitur ius in re, ſed non obligatio, *§. 26. in fin. de rer. diuiſ.* niſi ſit *reſpectiua.* (4) Ius in re *fortius* eſt iure ad rem, quod ex concurſu creditorum euidens eſt. (5) Ius in re aliud fundat *forum,* quam ius ad rem. (6) In præſcriptione quoque diuerſitas occurrit, vt & (7) in litigioſis. (8) Iudicium petitorium & poſſeſſorium tantum actiones reales reſpicit, ſed non perſonales &c.

TEXT. NOTAB.

L. 1. tantum 6. §. 1. l. 9. §. proprie dicimus. 3. l. ſi quis u.

Tit. IX. (III. 24.)

De Senatoribus.

SEnatores Romani in ſummo ordine fuerunt conſtituti, *publici conſilii,* non *iurisdictionis explicandæ cauſa;* ſucceſſu temporis ius dicendi

di potestatem consecuti sunt. TACIT. *XII. annal. c. 60.* Triplex eorum ordo erat: primi *patricii* vocati. Secundi *patres conscripti.* Tertii *pedanei* nominati. STRVV. *h. §. 4.* Extendebatur etiam hæc dignitas ad vxores, viduas, *l. 8. & vlt. h.* vt & liberos, *l. 5. & 6. h.* etiam ante dignitatem senatoriam natos, *cit. l. 5. l. 11. C. de dignit.*, quam, patre remoto, retinent. *l. 9. h.*

TEXT. NOTAB.

l. consulari 1. pr. l. feminæ 8. l. senatores. 11.
Ex Cod. l. 1. in f. *vbi senat.*

Tit. X. (XII. 3.)

De officio consulis.

COnsulum potestas & officium varium fuit pro diuerso reipublicæ statu. Exactis regibus, summam obtinuere potestatem, regibus substituti. *l. 2. §. 16. d. O. J.* Lege Valeria deinde cautum est, vt liceret ab iis prouocare, neque possent in caput ciuis Romani iniussu populi quid statuere. HVBER. *h. §. 2.* Sub Cæsaribus valde exinanita est eorum potestas.

TEXT. NOTAB.

Ex. Cod. l. antiquitus 1. l. sancimus. 5.

Tit.

Tit. XI (I. 26 27. VII. 42 XII 4.)

De officio præfecti prætorio.

PRæfecti *prætorio* initio a principibus constituti. Prætorium ipsum in aula principis erat, cui præfectus præerat. Fusius ex antiquitate Romana hoc declarat HVBER *h.* Summa horum fuit potestas, vt nequidem appellatio ab iis concederetur. *l vn.* §. *1 h* Ceterum comparatio electorum cum his satis inepta est,

TEXT. NOTAB.

L. VII. §. 1. *Ex Cod.* l. 2., *de præf. Præt.*

Tit. XII. (I. 28.)

De officio præfecti vrbi.

HI magistratus vices regum & consulum *absentium* gerebant, salutem vrbis obseruantes. *l 1. §. 12. h.* Potestatem obtinuere amplam, vt etiam vniuersam criminalem iurisdictionem intra Italiam exercerent *l. 6. §. 1. de interdict. & relegat. l. 8. §. 5 de pœnis. l. 1. pr. h. t.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. cura carnis 11.

Tit.

Tit. XIII (l. 30 XII. 6.)

De officio Quæstoris.

Hic ærario publico præerat, & ad eum spectabat prouincias sortiri, rem militarem sequi, & manubias in rationes publicas referre. Alius præterea erat, qui orationibus & epistolis principis in senatu legendis præerat, honoris causa *quæstor* dictus. Hic titulus ingressus erat gerendorum honorum *l. 1 h.*

Tit. XIV. (l. 39. XII. 2.)

De officio Prætorum.

1. DE horum origine pluribus agit THOMAS. *de næu. iurisprudentiæ lib. 1. c. 7.* Ab initio pauci fuerunt, post numerus eorum mirum in modum creuit, vt singulis quandoque causis destinati fuerint; nam noti sunt in iure Prætores *fideicommissarii*, *tutelares*, *&c.* vid. IO. SAMVEL. STRYK. *de proceſſ. Rom. antiq. c. 1. n. 8. ſqq.*

2. Ius dicebant in causis ciuilibus, aliquando etiam ex *speciali commissione* de causis criminalibus. *l. 2. §. 32, de orig. iur.* Edicta constituebant proposita in albo, RAEVARD. *in protrib. c. 4.* & sub prætextu *interpretationis* ex *æquitate* ius varie immutabant, dando exceptiones, fingendo, mutando nomina, concedendo restitutionem

nem *l. 7. §. 1. de I. & J.* Ordinarie in *cauſis facti* dabant iudicem pedaneum: in *quæſtionibus iuris* ipſi extra ordinem cognoſcebant: inde ortæ *cognitiones extraordinariæ. l. 2. C. de iudic. pedan.*

3) Omnis Prætorum poteſtas tribus verbis notabatur: *do, dico, addico*, vt indicat verſus OVIDII:

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur:
Faſtus erit, per quem iure licebit agi.

Hæc tria verba explicat STRVV. *h. §. 23.* BRISSON. *de form. l. 5. p. 416.*

4. Infinitæ concluſiones & tota proceſſus Romani ratio ex *officio prætorum* dependet, quod ad intellectum iurium Romanorum multum facit. Illuſtranda inde eſt diſtinctio inter actiones *vtiles* & *directas*, contractus *nominato-* & *innominatos*, ſtipulationes *prætorias & iudiciales*, inter modos tollendi obligationem *ipſo iure* & ope *exceptionis*, quod litis conteſtatio ſit quaſi contractus &c.

TEXT. NOTAB.

L. Barbarius 3. h.

Tit. XV. (I. 43.)

De officio Præfecti vigilum.

HOrum officium conſiſtebat in conſeruanda ſecuritate vrbis, qui propterea cohortibus erant

erant instructi, incendia & tumultus præcauebant, & inter *minores magistratus* referebantur. &c. *l. 5. §. 4. h.*

TEXT. NOTAB.

L. Nam salutem pr. §. 1. vers. plerumque incendia.

Tit. XVI. (l. 35.)

De officio Proconsulis & Legati.

Proconsules in prouincias populi mittebantur omnia gubernaturi *l. 8. h.* Plenissimam exercebant iurisdictionem, *l. 7. §. 2. h.* imo *maius imperium* in prouincia *post principem* habebant. *l. 8. h.* conf. *l. 6. §. 3. h.* vbi quod muneribus abstinere debeant. *Legatus* vices Proconsulis absentis gerebat, habebatque iurisdictionem *vicariam. l. 13. h. t. l. 1. §. 1. de offic. eius cui mand. est iurisd.*

TEXT. NOTAB.

2. obseruare 4. §. 6. l. solent. 6 §. 3. l. meminisse 10.

Tit. XVII. (l. 37.)

De officio præfecti augustalis

Præposuit hunc AVGVSTVS Ægypto, deuictis ANTONIO & CLEOPATRA, quam prouinciam sibi reseruauit. Eandem vero habebat potestatem quam proconsul.

Tit.

Tit. XVIII. (l. 40.)

De officio Præsidis.

PRæses erat, qui *vice Cæsaris* prouincias Cæsari assignatas gubernabat. Habebat in sua prouincia imperium maius omnibus post principem; curamque tranquillitatis prouinciæ; *l. 3. & 13. pr. h.* ius præterea reddebat, conf. *l. 19. h.* vbi egregie officium magistratus in iure reddendo circumscribitur. De omnibus præterea causis, quæ Romæ diuersos habebant iudices, cognoscebat. *l. 10. 11. 12. h.*

TEXT. NOTAB.

L. præf 3. l. illicitos 6. §. veritas 1. §. sicubi 7. l. sed licet 12. congruit 13. pr. l. Diuus Marcus 14. l. plebiscito 18. obseruandum 19.

Tit. XIX.

De officio Procuratoris Cæsaris & Rationalis.

COnstitutus est ab AVGVSTO, vt præesset causis fiscalibus in prouinciis. Post sub CLAVDIO iurisdictio quædam ipsi fuit tributa in causis fisci ciuilibus. *l. 2. C. si aduers. fisc.* Aliquando simul vices Præsidis gerebat, & tunc omnia poterat, quæ præses, *l. 4. C. ad l. Fab. de plag. l. 2. C. de pœnis.* Talem fuisse PONTIVM PILATVM, Iudææ Procuratorem, arbitratur HVBER. *h.*

Tit.

Tit. XX. (I. 75.)

De officio iuridici Alexandriæ.

HVnc AVGVSTVS Alexandriæ imo toti Ægypto præficiebat, liberam habentem potestatem *iuris dicendi* in quibuscunque negotiis, & præcauentem, ne *præfectus Augustalis* aliquid tentaret in detrimentum reipublicæ, qui supremo imperio gaudebat. conf. CORNEL. van ECK. *in princ. iur. h. in f.*

Tit. XXI.

De officio eius, cui mandata est iurisdictio.

DE hac materia commodius dicetur *lib. 2. tit. 1. §. 9. seqq.*

Tit. XXII. (I. 51.)

De officio Assessorum.

HI adhibebantur a magistratibus in consilium in causæ cognitionibus, quia magistratus sæpe erant legum imperiti. *N. 82. pr.* Accipiebant pro hoc officio salarium, olim a magistratibus: *l. 4. h.* post ex publico, *l. 32. ex quibus cau-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0093
DFG

sis maiores, & quidem integri anni, licet magistratus intra annum esset mortuus *l. 4. h.* Hoc ad Professores aliosque defunctos, qui ex publico salarium accipiunt, incongrue applicant. vid. CARPZ. *part. 2. constit. 5. def. 10.*

TEXTVS NOTABILES.

L. Diem functo. 4. *Ex. Cod.* l. studiorum 1. l. nemo 14. pr.

Lib. II. Tit. I. (*III. 13.*)

De iurisdictione.

1.

IVRISDICTIO, strictiori sensu, ex mente *legum Romanarum*, est *publica pro imperio statuendi de causis contentiosis ciuilibus, iure magistratus competens, potestas.*

2. Fluunt ex definitione hæc principia: (I) *iurisdictionem magistratuum ex concessione summi imperantis dependere, l. 3. C. h. l. 2. 3. D. ad leg. iul. maiestat.* licet magistratus alio sensu eam dicatur habere *proprio iure.* STRYK. *de obseq. iud. inferior. c. 1.* STRVV. *exerc. 4. th. 50.* Vnde (α) fluit differentia ab *arbitris*: (β) quæ is, qui iurisdictionem habet, facit, *vt talis*, publicam habent auctoritatem; (γ) hinc quoque necessitas edendi titulum in *possessorio* petenda. Neque enim

enim sola possessio iurisdictionis *contra principem* sufficit in *possessorio*. STRYK. *in V. M. h. §. 27. seqq.*

3. Alterum est: (II) *hanc potestatem publicam iure magistratus seu vi officii ordinarii, cui cohærebat, competere l. 5. h.* De iure Romano 1) magistratui proprium erat, *iurisdictionem exercere*, quæ dependentiam inuoluebat. Nec 2) eo sensu *summæ potestati* tribuebatur. SVTOLD. *de iurisd. §. 109. seqq.* Præterea 3) decreta principum præuia *cognitione* lata, *leges* erant. *l. fin. C. de LL.* Excludebantur hoc ipso 4) etiam alia, quæ magistratui, qua tali, non competebant, sed præter *iurisdictionem* quibusdam *specialiter* concessa erant. HVBER. *h. §. 4.*

4. (III) *Illam tantum in causis ciuilibus contentiosis exerceri.* Cognitio de *causis criminalibus* neque competebat *iure magistratus ordinario*, neque sub *iurisdictionis concessione* comprehendebatur. (IV) *Intra terminum districtus:* extra territorium nullam potestatem habet. *l. f. h. t. l. f. de offic. præf. vrb. l. 3. de offic præf.*

5. *Eam* (V) *exerceri cum imperio*, quod comprehendit sub se α) *ius statuendi*, β) *præcipiendi*, γ) *exequendi.* In hoc differt a *nuda notione*, iudicibus pedaneis olim commissa, consistente in *cognitione de controuersia*, & *sententiæ latione*, sine *mixto imperio. l. 5. pr. de re iudic.* Eam tamen continebat vim, sine qua *notio* seu *processus* expediri non poterat, veluti: deferre iuramentum in litem, habere reum pro confesso, exclu-

dere a probando, &c. nam etiam *arbitris* illa *suo modo* competunt.

6. Ius *statuendi*, *præcipiendi*, & *exequendi* variabat, prout magistratus Romani erant vel *maiores* vel *minores*: illis augustior, *l. 8. de offic. proconſ.* his minor competebat imperandi potestas. *l. 32. de iniur. l. 2. de in ius vocand. l. 26. ad municip.* Actus augustioris imperii recensentur in *l. 4. h.* VINN. *lib. 1. sel. qu. c. 3.* Vid. *diss. de maiestate imperii magistr. maior.*

7. Ius *exequendi* dicitur speciatim *mixtum imperium*, quia iurisdictioni inest. *l. 3. h.* der Gerichts-Zwang. Consistit hoc ipsum in potestate modice coercendi inuitos, ad iurisdictionem tuendam, & ius redditum exequendum, NOOD. *cit. tr. lib. 1. c. 2.*

8. Varia cogendi remedia sunt, veluti mulctæ dictio, incarceratio, fori interdictio, *l. 9. pr. §. 1. de pœn. l. 1. de postul.* missio in possessionem, *l. 4. §. 4. de damn. infect.* denegatio audientiæ, *l. 26. §. 4. ex quib. cauſ. maior.* & manus militaris *l. 68. de R. V.*

9. Iurisdictio diuiditur in *propriam*, quam magistratus *habet ex lege comitiali* in statu populari, seu generalius: immediate ab eo, qui maiestatem in republ. habet: & *mandatam*, quæ est *exercitium vicarium alienæ iurisdictionis*, alicui ab *ordinario magistratu* commissum. *l. 16.* SVTHOLD. *de iurisd. §. 339.* Hoc ius mandandi *more maiorum* magistratibus maioribus tantum concessum erat. *l. 1. §. 1. de offic. eius cui mand. l. 5. & 6. h. l. 15. de offic. proconſ.*

10. In

10. In mandanda iurisdictione obseruandum: (1) *vt mandatis iurisdictionem haberet suo iure*, h. e. *principaliter*, *vi officii*, non ex alieno beneficio, seu magistratus commissione. *l. vlt. pr. de offic. eius cui mand. l. 5. h.* SVTHOLD. *cit. loc. §. 349.* (2) Vt illam *eo tempore*, quo mandabat, *actu* exercere posset. *l. 4. §. vlt. de off. proconsul. & leg.* (3) Vt mandaretur ei, *qui nullo, neque quoad corpus neque quoad animum, defectu laborabat*, *art. 1. & 2. C. C. C.* STRVV. *exerc. 4. th. 38.* nec extra territorium mandantis erat. *l. vn. pr. C. qui pro sua iurisdict.*

11. Mandanda vero (4) ipsa *iurisdictio*, *l. 4. h.* vel *vniuersa*, vel vna *causarum* species *l. 16. h. t.* NOOD. *de iurisd. lib. II. c. 2.* In hoc differebat mandatarius a *iudice pedaneo*, cui tantum *notio* competebat, quem ipse mandatarius dare poterat. *l. 12. §. 1. de iudic.*

12. Mandanda tantum (5) erant illa, quæ *iure ordinario magistratui*, sub *generali concessione*, competebant: *l. vlt. §. 1. de offic. eius cui mand.* vt iurisdictio *l. pr. h. 4.* cum mixto imperio; *l. 1. §. vlt. ib. l. 1. §. 11. de susp. tut.* non illa, quæ *potestatis extraordinariæ*, *specialiter* & *nominatim* magistratui concedenda, vt merum *imperium*, *l. 6. pr. de offic. proconsul.* nisi in casu absentiæ, *l. 1. pr. de offic. eius cui mand.* NOOD. *cit. l. c. 5.* Hodie *ex C. C. Carol. art. 2.* cum iurisdictio *latior* sit, etiam illa mandari possunt, quæ olim non poterant.

13. Mandatarius exercet iurisdictionem eius, qui mandauit, secundum *formam modumque* præscriptum, *l. 1. §. 1. l. 3. ib.* adeoque mandatarius seu *vicarius* idem *tribunal* habet, quod mandans, atque *pro tribunali* cognoscere dicitur, NOOD. *cit. l. lib. II. c. 10.* sicut ipse *magistratus principalis*. Inde ab eo appellatur ad mandantis superiorem, nec mandatam sibi potestatem alteri mandare potest. *l. 5. ib.*

14. Soluitur hæc iurisdictio, (1) reuocatione mandantis: *l. 6. §. 1. de off. Proconſ.* (2) morte mandantis, re adhuc integra: (3) morte mandatarii. ENGELBR. *ad D. t. de iurisd. §. 4. inf.*

15. Hi *mandatarii* etiam dicuntur *delegati* in iure canonico; stricte tamen *delegati* sunt *iudices extraordinarii*, *quibus iurisdictio in certa causa est delegata*. Delegati dantur (I) *a summa potestate*, qui instar *ordinariorum iudicum* habentur, *l. 5. C. de iud.* cum ab iis appelletur ad ipsum principem, & facultas *exequendi*, imo & *subdelegandi* eis *quandoque* concedatur, *c. significasti. 7. de off. Iud. delegat.* (II) A *magistratu subalterno*, quibus non *vniuersa iurisdictio* in certa causa, sed *actus quidam* expediendi, vt compositio amicabilis, rationum iustificatio, inspectio ocularis, testium examen aliique, qui in *ordinaria audientia* expediri nequeunt, committuntur.

16. Ho-

16. Hodie commissariis rarius a principe vniuersa iurisdictio, sed *actus* tantum *quidam* iudiciales committi solent. STRYK. *in V. M. §. 2.* LYNCK. *in comment. h. §. 9.* Tenor itaque commissionis inspiciendus, qui fines & potestatem eorum determinat; *c. 22. de rescript. c. 33. X. de off. iud. delegat* sunt enim commissiones stricti iuris. STRYK. *ad Laut. t. de iurid. p. 63.* conf. *tom. 1. iur. eccles. protest. lib. 1. tit. 29.*

17. In *sensu latiori* iurisdictio omnem magistratus *potestatem* complectitur, *l. 7. in f. de off. proconf. l. 1. h. t.* siue sit *ordinaria*, siue *extraordinaria.* Illius requisita hactenus vidimus. Hæc versatur circa ea, quæ *specialiter* præter *iurisdictionem* magistratui cuidam erant tributa, qualia recenset STRVV. *ex. 4. th. 67.*

18. Pariter in hoc *sensu latiori iurisdictio* alia est *contentiosa*, alia vero *voluntaria.* Illa 1) exercetur in inuitos seu litigantes; *l. 83. de verb. oblig. l. 2. de off. proconf.* hæc expeditur inter *volentes.* MAVRIT. *de potest. princip. L. reg. & iurisd. §. 34.* Hæc 2) nudæ *solennitatis* & *autoritatis* gratia interuenit, cum illa magis *iustitiæ faciendæ* gratia exerceatur, & consistat (a) in causæ cognitione, (b) decisione & (c) executione. FRANZK. *h. n. 7.* Proinde 3) hæc non desiderat magistratus competentiam: 4) potest expediri quocunque loco, *l. 2. de offic. proconf.*

2) omni tempore, imo etiam 6) in propria causa. *l. 1. l. 7. de manum. vind. l. 2. de offic. præs. l. 1. §. 2. de offic. consul. l. 12. de offic. præt.*

19. *Voluntaria* alia *mera* est, alia *mixta*: hæc *causæ cognitionem* requirit, MAVRIT. *cit. l. §. 35. seqq.* STRVV. *cit. l. §. 69.* & proxime ad *contentiosam* accedit. Hinc (α) competens iudex adeundus; (ϐ) hos actus magistratus nec apud se, *l. 1. §. 2. de offic. consul. l. 4. de offic. præt.* nec (γ) diebus feriatis, nec (δ) extra iudicium expedire potest. *l. 10. h. t.* LYNCK. *in comment. ad h. t. §. 5.* Huc pertinet *decretum* in alienatione rerum minoris, & transactione super alimentis testamento relictis, interponendum; tutelæ datio, vel confirmatio, emancipatio impuberis arrogati, vnio prolium &c.

20. Vlterius iurisdictio alia *ordinaria*, alia *prorogata*: hæc *a iudice incompetente* exercetur in non subditos, idque vel *consensu* partium, vel *legis* dispositione. *l. 1. l. 2. §. 1. l. 80. de iudic. l. 18. h. t.* Vnde duplex est: *legalis* vel *conuentionalis.*

21. Ad *conuentionalem* requiritur (I) *consensus litigantium, l. 1. §. 1. C. de iurisd.* vel *expressus, l. 18. h. nudo pacto* declaratus, *l. pen. C. de pact.* a quo tamen *mutuo dissensu*, antequam incompetens adiretur, recedere poterant: *l. 18. cit.* vel *tacitus*, quando reus scienter litem contestatur coram incompetente iudice, omissa fori præscriptione, *l. 1. & 4. C. h.* nisi error probetur. *l. 15. h.*

22. Vt

22. Vt (II) *litigantes de rebus suis disponendi habeant arbitrium.* HVBER. *h. §. 9.* (III) Is, in quem iurisdictio prorogatur, *iurisdictione iam præditus* sit: iurisdictione destitutis eam dare nequeunt. *l. 3. C. de iudiciis.* (IV) Vt iudex *speciem illam iurisdictionis habeat*, ad quam spectat causa prorogata: *l. 61. §. 1. de iudic.* quæ iurisdictio penes magistratum non est, prorogari nequit. MAVRIT. *cit. loc. §. 32.* Atque hæc prorogatio sicut olim, ita hodie, etiam a clericis inter protestantes fieri potest, *l. 51. C. de episc. & cler. in* STRYK. *V. M. h. §. 22.*

23. Prorogatio *necessaria* apparet in *reconuentione*, quæ ex *legis dispositione* fit, *l. cum Papinianus. 14. C. de sent. & interl.* non *tacita conuentione*, (vti HAHN. *ad W. c. l.* arbitratur) quia prorogationem illam actor declinare nequit. Habet, hæc quatenus *perfecta* est, secundum *ius ciuile* duplicem effectum. (1) *prorogationis*, (2) *simultanei processus.* In *perfecta* requiritur, vt (I) *causa prorogabilis sit in hunc iudicem.* Hoc exinde cognoscitur, si de illa causa per modum *conuentionis* iudicare possit; BRVNNEM. *ad l. 11. h. n. 4.* qui ergo ad certam quantitatem tantum iurisdictionem habet, de maiori in reconuentione iudicare nequit. *l. 11. §. 1. h. t.*

24, *Vt* (II) *actor agat nomine suo:* qui *procuratorio* vel *tutorio* nomine agit, reconueniri nequit de proprio debito. CARPZ. *P. 1. C. 7. def. 6.* BRVNN. *proc. ciu. c. 10. n. 14.* (III) *Vt causa conuentionis moram adhuc admittat*, nec

(IV) *reconuentio ex deciſione conuentionis dependeat: l. 10. C. de iniur.* alias tantum operatur effectum *prorogationis*, non *ſimultanei proceſſus.* (V) *Vt ante litem conteſtatam inſtituatur:* alioquin tantum habet effectum prorogationis, MEV. *4. D. 166. & p. 6. D. 85.* & quidem (VI) adhuc *in prima inſtantia.* MEV. *P. 7. D. 89.* (VII) Vt *lis agatur coram iudice ordinario. c. 6. X. de arbitr.* BERLICH. *P. I. Concl. 22. n. 43.* Alias reiicienda reconuentio. MEV. *3. D. 22.*

25. In iis caſibus, vbi reconuentio non habet effectum *ſimultanei proceſſus*, ſed tantum *prorogationis*, & ita *imperfecta* eſt, cautio præſtanda eſt ab actore pro reconuentione. Hæc ordinarie in Saxonia exigitur, vbi effectum *ſimultanei proceſſus* non habet, qui tantum in *cauſis connexis*, quæ ſimul tractari nequeunt, (*l. 10. C. de iniur.*) admittitur. CARPZOV. *P. 1. c. 7. d. 8.* MARTINI *cit. l. n. 29.* STRYK. *diſſ. de reconuent.*

26. A *prorogata* iurisdictione differt omnino *mandata*, quia (a) prorogatio magis fit a *litigantibus;* mandata vero a *magiſtratus facto* dependet. Præterea (b) hæc adhuc exercetur in ſubditos; illa in non-ſubditos.

27. A iurisdictione ſtricte dicta differebat *merum imperium*, in poteſtate vindicandi crimina conſiſtens, dicta *ius gladii* in *l. 3. h. Proprio iure* nulli magiſtratui, *qua tali*, competebat. *l. 1. §. 1. de offic. eius cui. &c.* conf. ANTON. MATTHAEI *de iur. gladii c. 1. ſqq.*

28. Gra-

28. Gradus vindicandi crimina ex *l. 28. de pœn.* tres facit STRVV. *exerc. 4. th. 76.* quamuis genera pœnarum sint multiplicia. *l. 6. in fin. l. 7. 8. eod.* Qui omnes gradus habebat, *plenum* exercebat *imperium*, vt præfectus vrbi. *l. 1. pr. de offic. præf. vrb.*

29. *Hodierna forma iurisdictionum* in plurimis differt a *Romana*. MEV. *4. dec. 290.* Consistit enim in *potestate publica pro imperio statuendi de causis contentiosis, voluntariis, & criminalibus, cum reliquo iure magistratus.* KNIPSCHILD. *de ciuit. imp. lib. 2. c. 6.* h. e. cum *iure politiæ.* Hoc sensu est vel *ecclesiastica* vel *secularis. spec. Sax. lib. 1. art. 2.* Illa causas ecclesiasticas & clericales concernit, & exercetur hodie per *consistoria*; non tamen necessario, vti putat CARPZOV. *in iurispr. eccl. l. 1. def. 11.* Originem huius iurisdictionis aperui in *iur. eccl. prot. lib. 1. tit. 31.* conf. LYNCK. *de iur. episc. c. 11. n. 16. sqq.* Hæc vero causas vel personas seculares in iis complectitur.

30. Secularis est vel *superior* vel *inferior*, seu *alta* & *bassa*. Illa est ipsa iurisdictio criminalis, STRYK. *in V. M. h. §. 6.* & competit ei, cui *omnis iurisdictio* delata, haud indigens *speciali concessione* in *sensu iuris Romani.* SCHILTER. *exerc. 6. §. 8.* Aliquando est *nuda* sine executione. STRYK. *de V. M. h. §. 10. 11.* Hæc, die Untergerichte, causas ciuiles complectitur, & pauca quædam ex iis, quæ sunt meri imperii scil., *leuiorum delictorum* coercitionem. COLER. *de proc. execut.*

execut. p. 2. c. I. n. 137. Determinatio specialior ex locorum consuetudine petenda. CARPZ. *pr. crim. qu. 109. n. 31* SCHILT. *ex. 6. §. 31.* ENGELBRECHT. *de iurisd. alta & bassa.*

31 Dantur adhuc plures iurisdictiones speciales, quas quilibet princeps in suo territotio pro lubitu determinat. Huc pertinet *metallica. forestalis, militaris, feudalis, academica, venatoria, salinaria*, vti hic loci die Thal-Gerichte, *cambialis, mercatoria, admiralitatis &c.*

32. Notabilis adhuc distinctio est in iurisdictionem *realem* seu *patrimonialem*, & *personalem*. Illa α) fundo cohæret, & ad omnes successores *cum fundo* transit; hæc tanquam *officium* alicui concreditur, & cum persona exspirat. β) Illam exercent etiam mulieres, castri possessores, sed non hanc. *l. 8. D. iudic.* γ) Illa est in commercio, non æque hæc, cum personæ industria sit electa: δ) illa iure *feudi* vel alio *titulo* conceditur: hæc electione vel gratia principis. ε) Illam in *propria causa* contra subditos suos exercent nobiles, non æque hanc. SCHILT. *exerc. 6. §. 16. vid. l. 10. h.* ζ) Illa mandari potest, non hæc; η) illa abdicari potest, non hæc. *l. pen. de off. præs.*

33. Concessa *indefinite* per feudum iurisdictione, *realis* sed *inferior* tantum concessa videtur, MEISCHN. *dec.. 23. n. 37.* SCILT. *exerc. 6. §. 10.* FABER. *in C. l. 3. t. 12. def. 17. n. 8.* conf. *dissert. de interpret. fac. cont. eum qui clarius loq. deb. th. vlt.* STRVV. *exerc. 4. th. 80.* & quidem

dem *subordinate*, non *cumulatiue* regulariter. STRYK. *in V. M. h. 26.* SCHILT. *cit. loc. §. 12.*

34. Denique iurisdictio alia est *vniuersalis*, quæ alicui in certo districtu sine vlla restrictione est concessa, die Straſſen-Gerichte: vel *particularis*, quæ ad certa loca specialia, vbi alius *vniuersalem* habet, restricta, Zaun- und Pfahl-Gerichte. STRYK. *c. l. §. 19.* & dissert. *de iurisdiction. circumsepte.*

35. Iurisdictio variis modis violari poterat, & quidem olim (1) per *albi corruptionem*; vnde dabatur *actio prætoria popularis contra eos, qui edictum prætoris perpetuæ iurisdictionis gratia propositum dolo malo corruperant, ad pœnam 500. aureorum. l. 7. pr. h.* Requiritur vero *dolus*: rusticitati & imperitiæ venia danda est. *l. 7. §. 4. h.* Si reus non habet in ære, luere debet in corpore. *l. 7. §. 3. h.* Hodie etiam talem dolum puniri ratio iudiciorum & reipublicæ postulat, vt tamen pœna sit arbitraria, fisco applicanda, nec actio popularis. STRVK. *in V. M. h. §. vlt.*

TEXT. NOTAB.

L. cur 2. l. more maiorum 5. l. adeo 8. l. qui iurisdictioni 10. l. si per errorem 15. l. si conuenerit 18. l. extra territorium vlt.

Ex Cod. l. iuris 2. l. priuatorum 3.

Tit. II.

Quod quisque iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur.

1. VIolabatur (1) iurisdictio per *ius nouum iniquum* ſtatutum. Prætores enim aut alii magiſtratus, qui edicta condebant, quandoque *edicta ſpecialia* pro renata ad ſingulas cauſas dabant, *ius nouum* ſed *iniquum* per *iniuriam* in formula iudicibus pedaneis præſcribentes *l. 1. inf. l. 3. §. 3. h.* Poſtea vero prætores per *legem Corneliam* iuſſi ſunt, ex *edictis* ſuis *perpetuis* ius dicere. NOOD. *lib. 1. de iurisd. c. 7.* AVERAN. *lib. 1. interpr. iur. c. 6. n. 20.*

2. Hinc olim dabatur exceptio *ex facto iniquo oriens, quæ obiiciebatur magiſtratui vel illis, qui id impetrauerant, vt eodem iure vterentur, & ita eis denegaretur actio. l. 3. §. 5.* CICERO *lib. 1. ad Q. fratr. ep. 1. c. 7.*

3. Vt contra *magiſtratum*, inique ius dicentem, hoc edictum exerceri queat, requirebatur (1) *vt magiſtratu abierit*; ante enim agere non poterat: *l. 2. de in ius voc.* (2) *vt* perfecte ſtatuerit *ius nouum*: *l. 1. §. 2. h.* HAHN. *ad W. h. n. 2.* (3) vt *dolo* vel *lata culpa* id ſtatuerit. vid. *l. 2. h.* in *priuato* ſufficit, ſi ſaltim impetrauerat ius nouum, licet eo vſus non eſſet, *l. 3. in f. pr. h.* HVBERVS *h. §. 2.* quod etiam applicatur contra tutores

res & procuratores in rem ſuam, non in rem alienam HAHN. *c. l.* imo contra heredes. Id. *cit. l.* Sed hæc *exceptio* hodie ceſſat.

4. Applicant hoc edictum ad *retorſiones iurium* in genere. Illa tamen ſupereſt differentia, quod huius edicti *vera* & *proxima cauſa* ſit *delictum*. SCHILT. *ex. 6. th. 28.* Aſt *retorſionum* fundamentum conſiſtit in *conſeruanda æqualitate inter æquales*, adeoque hic nullum neceſſario præſupponitur *delictum*, nec *correctio iuris iniqui*; ratio tamen edicti non deficit.

5. In hac obſeruanda ſunt requiſita ſequentia: (1) vt agatur de *cauſa ciuili*: vid. *l. 3. in f. de off. præſ.* STRVV. *de vindict. priu. aph. 11.* (2) vt ciuitas, contra quam retorſione vti volumus, antea contra noſtram ciuitatem ius inæquale *actu exercuerit*, quod probandum cenſent CARPZ. *p. 3. C. 38. d. 8.* STRVV. *cit. l. n. 17.* Sed hoc requiſitum ad Saxoniam recte reſtringit STRYK. *in V. M. h. §. 4.* (3) Vt fiat *publica auctoritate* magiſtratus, CARPZ. *cit. l. d. 10.* STRYK. *c. l. §. 5.* (4) & quidem *æqualitatis iuris inter æquales conſeruandæ gratia*; vnde contra *peregrinos*, in quorum odium & inuidiam quid conſtitutum IAC. THOMING. *dec. 26. n. 6.* imprimis vſum habet, non æque contra eiusdem reip. ſubditos, quia inter hos princeps *ius inæquale* introducere potuit. Hoc contingit in *moratorio* conceſſo quod contra debitores a ſuis creditoribus retorqueri nequit, SCHILT. *ex 6. §. 28.*

6. Sic hodie retorquetur ius detractionis. Albi-

Albinagii, Geradæ, rerum expeditoriarum, exclusio a nundinis, ius prælationis, ciuibus præ *extraneis* in concursu concessum, successionis, &c. STRVV. *citat. loc. aph. 22. & seqq.* HAHN. *ad W. h. circa fin.* Hinc patet, vtile esse, inquirere in mores & constitutiones diuersarum prouinciarum. conf. GIESEBERTVS *in Iustin. Harmon.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. vlt. l. 2.

Tit. III.

Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

1. DEnique (III) per *renitentiam* violari poterat inrisdictio. Vt ergo prætor *dignitati* & *auctoritati* ius dicentis, quam ex *imperio mixto* habebat, prospiceret, proposuit *actionem prætoriam popularem pœnalem, magistratui vel cuilibet alii competentem, contra eum, qui extremum iurisdictionis non fecit, seu resistit executioni, ad pœnam inferendam.*

2. Hinc sequitur, (1) hanc actionem post annum non competere: (2) non dari contra heredes: *l. vn. in fin. h.* (3) non dari heredibus, cum vindictam spiraret: (4) pœnam non fisco, sed actori applicari. Hodie plerumque contra *contumaces* decernuntur mandata pœnalia, vel in sententiis pœna exprimitur, STRYK. *ad Lauterb. h. in fin.* prout infra distinctius dicendum.

Tit.

Tit. IV. (II. 2.)

De in ius vocando.

1. QVibuscum agendum iure erat, ante omnia *in ius vocandi* erant. In ius vocare est *iuris experiundi causa ad locum, vbi prætor ius dicit, vocare. l. 1. h.* Fiebat olim hæc vocatio (1) *priuata autoritate*, NOODT *h. t.* & (2) quodammodo *violenta* erat. HORAT. *lib. 1. Satyr. 9. in f.* BRISSON. *de form. l. 5. ab init. p. 366.* Hinc (α) personæ, quibus reuerentia debebatur, absque impetrata *venia* non poterant vocari in ius; *l. 4. & sqq. l. 13. D. & l. 3. C. h.* nullo modo vero (β) maiores magistratus, *l. 2. h.* quin & (γ) *loci* & (δ) *temporis* ratio habenda erat. *l. 2. sqq. l. 18. & 21. h.* STRYK. *in V. M. §. 9.* Quando hic mos vocandi desierit, disquirit HVBER. *h. §. 1.*

2. Qui personas tales absque *veniæ impetratione* vocabat, in eum dabatur *actio in factum* prætoria pœnalis, ad pœnam 50. aureorum. *l. 12. penult. h.* Luebat in corpore, qui non habebat in ære *l. f. h.* Supponebatur tamen: (1) actorem in ius vocationem ad effectum deduxisse: (2) Patronum vocatum venisse: (3) & quidem inuitum: *l. 11. h* (4) cum proprio nomine ab actore vocatum fuisse. *l. 16. h.*

3. Hoc edictum alienum est a foro nostro, cessante illa violenta in ius vocatione, ad quam restrictum erat *l. 15. h. t.* SCHILT. *ex. 7. §. 7.* STRVV. *ex 5. th. 9.* Hoc tamen hodie requiritur: (1) vt in *supplicatione pro decernenda cita-*

tione exprimatur *vinculum inter actorem & reum*, quo iudex possit statuere, vtrum citatio sit decernenda, an vero litigantes statim a limine iudicii repellendi? Causa enim cognita demum actio permittenda. *l. 8. l. 10. §. 12. h. t.* (2) Vt modeste & reuerenter procedatur. *l. 10. §. 12. h. t.* STRYK. *in V. M. h. §. 2.*

4. Ab hac differebat olim *citatio*, quæ fiebat (α) die conuenta *voce præconis*; *l. 7. de in integrum restit.* (β) contra *latitantem* vero *euocatione*, *l. 1. §. 1. de ser.* vel *detestatione* vel *edictis l. 68. seqq. de iudic. l. 40. de V. S. l. 4. §. 6. de dam. inf. l. 25. ad L. Cornel. de falsis.* RAEVARD. *pro tribun. c. 3.*

5. Hodie CITATIO est *actus substantialis iudicii, quo autoritate magistratus competentis reus ad petitionem aduersarii in iudicium ad certam diem vocatur litis vel alterius negotii peragendi gratia.* SHILTER. *ex. 7. §. 9.*

6. Quia citatio ad *essentiam iudicii* spectat, (I) *in omni processu adhibenda*, α) etiam in *summario*; *clem. sæpe. de V. S.* (quamuis in *modo* diuersitas esse possit. FABER *in C. l. 4. t. 3. def. 7. n. 2.* MEV. *p. 2. D. 237. n. 2.*) β) in *notoriis*: HAHN. *ad W. h. n. 13, verbo: etiam notoriis.* & γ) vbi iam reus *præsens* est. *l. 1. pr. de edend.* STRVV. *exerc. 5. th. 10.*

7. (III) *Decerni debet a iudice competente*: ab *incompetente* facta non arctat, si incompetentia est *notoria*, quod & in *secunda instantia* attendendum. In dubio casu citatus comparere, &

& incompententiam iudicis allegare debet, super qua postmodum ipse iudex citans cognoscit. *l. 5. de iudic.* Quodsi delegatus iudex citat, requiritur vlterius, *vt copiam factæ delegationis transmittat.* GAIL. *I. O. 48. n. 17.* HVBER. *h. §. 16.* Formulam suppeditat STRYK. *in colleg. pract. c. 2. ad §. 15.*

8. Curandum quoque in *processu ordinario* (III) *vt citatio legitime in forma concipiatur.* Videlicet (1) præmittitur, alibi vero, subiicitur *nomen iudicis citantis, l. f. C. de exhib. reis* GAIL. *cit. l. n. 6.* sufficitque nomen *officii* iudicis. STRYK. *introd. ad prax. for. c. 4. §. 13.* In iudice delegato *nomen proprium* exprimendum. MARTINI *in proc. Sax. t. 4. t. 1. n. 33.* (2) *Nomen citandi, l. 80. de iudic.* GAIL. *1. obseru. 49.* quia contra non nominatum in citatione nihil decerni potest in processu. BRVNNEM. *in process. c. 3. n. 6.* MEV. *part. 1. dec. 256. n. 2.* (3) Exprimendum *nomen & cognomen eius, qui citationem impetrauit,* vt cognosci queat, an ad instantiam partis citatio fuerit decreta? GAIL. *I. O. 50.* HAHN. *ad W. h. n. 13. verb. in cauf. priuat.* 4. Exprimatur *causa citationis;* GAIL. *l. 1. O 51.* citatus enim præparatus venire debet. Hodie libellus citationi adiungendus, per *R. I. de anno 1654. §. 34.* CARPZ. *P. 1. C. 2. d. 21. n. 5.* BRVNN. *ad l. 2. §. 3. D. de iudic. n. 14.* (5) Locus fori, nisi notorius sit, addendus, & quidem *honestus* & *tutus.* CARPZ. *in proc. tit. 7. art. 2. n. 38.* GAIL. *I. O. 52.* (6) *Dies & terminus comparendi* exprimendus, secundum

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0111
DFG

fori cuiusuis consuetudinem. Ipse terminus debet esse (α) *dies iuridicus*, alias obstat exceptio feriarum: GAIL. *cit. l. n. 1. sqq.* (ε) *congruus*, ne exceptione *termini nimis angusti* contumax se excuset. Hora non præcise exprimenda. STRYK. *cit. l. §. 14.* GAIL. *1. obseru. 53. n. 7.* (7) Addatur, *quid ibi faciendum* sit. STRYK. *c. l. §. 13. in fin.* Tandem, *datum* inseratur: in feriis diuinis *concepta* & *decreta* citatio non subsistit. CARPZ. *l. 2. iurisprud. consist. def. 250.*

9. Curandum (IV.) *vt species conueniens eligatur.* Est enim citatio vel *realis* vel *verbalis; illa* fit per apprehensionem personæ, habetque locum (1) in grauioribus delictis, concurrentibus legitimis indiciis: (a) in ciuilibus, vbi periculum fugæ, vel, in quibusdam locis, vbi singularis contumacia adest. *l. 10. §. 16. quæ in fraud. credit.* BERLICH. *part. 1. concl. 73. n. 23. & 119. sqq.* Hoc quodammodo pertinent die Steck-Brieffe, ENGELBR. *c. l. §. 19.*

10. *Verbalis* fit vel *viua voce*, maxime in causis *summariis*, vel *interueniente scriptura.* Hoc modo nobiles & Doctores, etiam in summariis, citandi. BRVNN. *in proc. ciuil. c. 3. n. 18.* Hæc iterum est, vel *publica* vel *priuata.*

11. *Publica fit publice clem. 1. de iudic.* vt plurimum per *edictum*, si alio modo quis citari non possit. Debet vero is, qui petit hanc citationem, exprimere tria loca domicilio citandi vicina, vbi edictum citatorium affigendum *l. 55. l. 68. sqq. de iudic.* GAIL. *I. O. 57. n. 10.* STRYK. *cit. l. §. 3. in fin.*

12. Pri-

12. Priuata est vel *generalis* vel *specialis*; illa fit ad *totam causam*, & in camera aliisque dicasteriis supremis recepta. Hæc ad singulos actus, in quibus litigantium interesse versatur, requiritur. STRYK. *cit. l.* §. 4.

13. Vlterius diuiditur in *mediatam* & *immediatam*: *hæc* est, quæ fit absque vllo alterius iudicis auxilio, vbi citandus in citantis iudicis est territorio. licet *immediate* eius iurisdictioni non subsit. Vnde *iudicia superiora* principum in causis *appellationum* citant subditos *mediatos*, irrequisito etiam *iudice inferiori*. FRANTZK. *l. 1. resp. 18.* BERLICH. *p. 1. dec. 59. n. 2.* MEV. *ad ius Lubec. P. 3. t. 1. art. 7. n. 9.* *Illa* est, quæ fit mediante eius iudicis subsidio, in cuius territorio citandus degit, *l. 1.* §. *2. de req. vel absent. l. solent. 7. D. de cust. & exhib. reor.* & quidem per *literas requisitoriales*. MARTINI *in proc. Saxon. t. 4. in rubr. n. 54. sqq.*

14. Vtraque ab effectu (α) est vel *dilatoria* seu *simplex*, quæ non præcisam comparitionis necessitatem habet: & *peremtoria*, quæ præcisam comparendi necessitatem *sub præiudicio* requirit. Talis est, quæ tres simplices in se continet, vel quando tres simplices factæ sunt. MEV. *1. dec. 258.* STRVV. *ex. 5.* §. *12.* Citatus *simpliciter* & non comparens tenetur ad *expensas termini*, denuo, tamen, antequam in causa procedatur, citandus. Qui *peremtorie* citatus haud comparuit, contra eum statim proceditur in causa iuxta legum præscriptum STRYK. *V. M. h.* §. *6.*

15. Denique (β) alia citatio est vel *arctatoria*, quæ *necessitatem comparendi* habet: vel *monitoria*, qua monetur tantum citandus, actum quendam a *iudice* in iudicio gestum iri, in quo interesse eius versatur. Et ita liberum ei est, velitne comparere nec ne? vt contumacia accusari nequeat STRYK. *introd. ad praxin. c. 4. §. 5.*

16. Tandem (V) curandum, *vt legitime fiat citationis insinuatio*, a qua omnem vim capit. Ordinarie hæc facienda (α) *reo*: actori transmittitur in *Saxonia* memoriale ein Denckzettel, vel alibi *exemplum* citationis. vid. NICOLAI *in proc. c. 3. n. 74.* (β) Insinuetur *omnibus, quorum interest.* CARPZ. *p. 1. c. 2. def. 25. n. 1. & sqq.* MEV. *p. 4. dec. 337.* Sufficit vero, si *procuratori communi* insinuetur, ad cuius constitutionem iudex compellere potest plures litis consortes, MEV. *4. dec. 63.* (γ) Fiat *legitimo tempore*: die feriata licite fieri potest, GAIL. *I. O 53. n. 7.* quia in *nudo facto* consistit. Aliud in iudiciali citatione per *præconem* facienda in *termino præfixo*, quo refero *l. 2. & fin. C. de fer.* (δ) *Intra territorium citantis*; in alieno territorio facta insinuatio est quædam violatio iurisdictionis. MEV. *7. dec. 390.* Varia remedia tuendi iurisdictionem MEV. *dec. sqq.* suggerit. conf. GAIL. *I O 56.* COCCEI. *de fundata in territ. potest. tit. 4. §. 10.* (ο) Quantum fieri potest, *ipsi citando* insinuatio facienda *in faciem*: eo absente fieri potest *ad domum.* vid. *l. 4. §. toties de damn. infect.* MEV. *ad ius Lubec. cit. l. n. 11. & sqq. & P. 7. D. 275.* (ζ) Fiat *per nuncium* iu-

iuratum, cui fides habenda, *l. 5. C. de exact. trib.* GAIL. *l. 054. n. 4* quatenus (1) de *officio suo* deponit,& (2) relatio eius actis inserta est. IDEM *cit. l. n. 5. & 7.* CARPZ. *in proces. tit. 7. art. 1. n. 69.*

17. His non obseruatis α) citatio est *illegitima*; conualidatur tamen per comparitionem spontaneam, GAIL. *l. obs. 58.* β) Si præterea graue ex citatione imminet incommodum, appellatio *extraiudicialis*, etiam de *iure canonico*, locum habet. MEV. *3. D. 152. & 4. D. 89.* Dn. LYNCK. *de grauam. extraiud. c. 3. p. 2. sect. 1. m. 1. §. 8. p. 96. sqq.*

18. Citatio inducit (1) *præuentionem*, (2) *litis pendentiam*, *clem. vlt. vt lit. pendente*, nisi fuerit circumducta. *l. 73. §. 1. D. de iudic.* (3) Facit *rem litigiosam* vid. THOMAS. *ad Huber. tit. de litig.* (4) Perpetuat *iurisdictionem l. 19. pr. de iurid. l. 7. de iudic.* HVBER. *h. l. §. 19.* (5) Constituit debitorem *in mora singulari. §. 19. J. de action.* FAB. *in C. l. 4. t. 24. def. 35.* (6) Interrumpit *præscriptionem. l. 2. c. de annal. except.* vid. infr. *tit. de vsuc.*

TEXT. NOTAB.

L. 2. l. quia semper. 5. l. parentes. 6. generaliter. l. 13. plerumque 18.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0115
DFG

Tit. V.

Si quis in ius vocatus non iuerit, siue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit.

1. AD *magistratum maiorem*, qui ius *mulctæ dicendæ* habebat, vocatus si non veniebat, mulctabatur & quidem *pro arbitrio*, *l. 2. pr. §. 4. h.* nisi notorie incompetens iudex, *l. f. D. de iurisd.* vid. *tit. antec. §. 7.* vel vocatus esset, qui vocari *sine venia* non debuit.

2. Simile quoad vltimam limitationem hodie occurrit in *statibus imperii*, contra quos non statim ad preces subditorum decernenda citatio, sed prius *literæ informatoriæ* a domino territorii exigendæ: alioquin citatio est nulla. *R. I. de anno 1654. §.* Benebest *105. Capit. Leopold. art. 3. inf.*

Tit.

Tit. VI.

In ius vocati vt eant, aut satis vel cautum dent.

A Necessitate comparendi vocatus liberabatur per oblatam idoneam cautionem *de iudicio sisti*, quo facto de *die* inter se conueniebant. Ordinarie autem fideiussores debent esse idonei, h. e. *locupletes & facilis conuentionis; l. 1. 2, pr. h. t. l. 5. §. 1. l. 7, qui satisd. cog.* pro *necessariis* tamen qualiscunque fideiussor sub *pœna 50 aureorum* erat admittendus, *l. 2. h.* quod tantum intelligendum de *non-locuplete. l. 2. §. 4. qui satisd. cog. l. 3 h.*

Tit. VII.

Ne quis eum, qui in ius vocabitur vi eximat.

1. QVandoque vocati *vi eximebantur.* Inde datur actio pœnalis prætoria ex delicto *exemtionis* orta illi, qui vocauit in ius, contra eum, qui in ius vocatum vi eripuit, ad pœnam soluendam, secundum *æstimationem actoris*, non secundum *veritatem rei*, de qua est controuersia. *l. 5. §. 1. l. fin. h.*

2. Fluit exinde, (1) non habere locum hanc actionem in citatis ad *iudicem pedaneum: l. 3 §. 1.* (2) si quis *vi iusta* exemtus est, *l 3. pr. l. 4. §. 2. h.* vel exemtio non habuit effectum, *quia verba cum effectu intelligenda: l. 5. §. 2. h.* (3) non facile dari *heredibus*, cum similis sit actioni iniuriarum, nisi eorum interfit: *l. 5. §. fin. h.* (4) non dari contra heredes: *l. 5. § vlt. h.* (5) contra singulos eximentes *in solidum: l. 5. § 3. h.* (6) eam præscribi *anno l. 5 §. fin. h.* Huius vero actionis hodie nullus est vsus,

TEXT. NOTAB.

L. 1. § f. l. si per alium. 5. l. 1. 2. l. 6.

Tit. VIII. (II. 57.)

Qui satisdare cogantur vel iurato promittant, vel suæ promissioni committantur.

QVi vocatus ire non poterat, cauebat *de iudicio sisti*. Forma ipsa *satisdationis*, prout hic traditur, fere exoleuit. Frequentantur quidem in nostris iudiciis cautiones, sed *sub illa forma* ex iure Romano non fluunt. SCHILT. *ex. 7. §. 18.* In genere cautiones spectant ad *regulas consilii & prudentiæ*, ex quibus principiis Romani quoque

mo-

modos cauendi desumserunt. Vnde super admittenda cautione iudex cautus esse iubetur, quod declarat MEV. *6. D. 124.*

2. CAVTIO in genere est *assecuratio*, *per quam aduersarium ob suspicionem reddimus tutum. l. 1. h.* Qualis vero assecuratio sufficiat, ex *natura negotii* & ratione *suspicionis*, quæ fundamentum *cautionis* constituit, desumendum. Sic ad cautionem *de iudicio sisti* talis sufficiebat, per quam *metus fugæ* cessabat, de qua *h. t.* agitur.

3. Ordinarie quatuor modis constituitur: (I) *fideiussoribus* idoneis. *l. 1. h. l. 2. 7. 8. 10. h. l. 1. si quis in ius vocat.* h. e. qui sunt sub eo foro. *l. 7. pr. h.* Hæc *satisdatio* dicitur, & necessaria est, vbi pro *re incerta* cauendum, *l. 7. de stipul. prætor.* in cuius defectu *res mobilis*, cuius nomine cauendum erat, deponitur. *l. 7. in f. h. t.* (II) *Pignoribus*, quæ admittuntur α) in *debito finito & certo*, imo etiam, β) volente parte, in iudiciis, quamuis lex *fideiussores* exigat. *l. 61. de V. S.* Si tamen γ) *antecedente pacto* semel promissa, cautio *fideiussoria* præcise præstanda. MEV. *p. 6. dec. 57. & p. D. 346.* In praxi vsitatum est, vt cautio iudicialis ad *certam summam* pignoribus admittatur, MEV. *2. D. 256 n. 5.* HAHN. *ad W. h. n. 4.* quæ quantitas arbitrio iudicis pro *causæ* & *personarum conditione* definitur. MEV. *3. D. 253.* Quod si de *pignoratitiæ* idoneitate dubitatur, cautio *iuratoria* ei iungi potest. ID. *2. D. 257.*

4. Iu-

4. *Iuratoria* quoque (III) aliquando admittitur, si (α) *aliter caueri non potest.* CARPZ. *P. 3. C. 15. def. 53.* MEV. *9. dec. 42.* Iurare vero debet, se nec *pignora* nec *fideiussores* habere posse. *nou. 112. c. 2. Auth. generaliter C. de episc. & cler. l. 19. C. de testib.* HAHN. *ad W. h. n. 10.* FINCKELTHAVS. *O. 100. n. 34.* Si (ϐ) *agitur ciuiliter.* GAIL. *de arrest. imp. c. 3. n. 7.* (γ) Si is, a quo cautio exigitur, est *bonæ frugis, nec suspectus de periurio.* ZANGER. *de except. p. 2. c. 21. n. 48.* STRVV. *exerc. 5. §. 24.* MEV. *ad ius Lubec. L. 1. t. 5. art. 10. n. 56.* qui tamen quodammodo ab hac sententia recedit *part. 9. D. 94.*

5. Denique satisdatio *de iudicio sisti* (IV) remittebatur reis, qui *bona immobilia* possidebant, *l. 15. D. h.* a quibus sola stipulatio, de iudicio sisti, recipiebatur, modo (α) *tempore huius cautionis præstandæ* bona possiderent. *l. cit. §. fin.* SCHILT. *ex. 7. §. 20. & sqq.* Specialis oppignoratio præterea non desiderabatur, *§. 2. I. de satisd.* quamuis id asserat MEV. *ad ius Lubec. P. 3. t. 5. art. 5, n. 22.* cum tamen bona quandoque alienari possent. *l. 15. §. fin. h.* vid. STRYK. *in V. M. h. §. vlt.* (ϐ) *iuramentum iure nouo* reus præstaret. *l. 26. §. 6. C. de episc. aud. l. f. C. de sportul. l. vlt. C. de princ. agent. in rebus.*

6. Requiritur (α) *vt bona illa sub eodem iudice sint sita. l. 15. §. 1. h.* Quod si coram *principis* regimine agitur, sufficit, bona sub illo principe sita esse. STRYK. *in V. M. §. 9.* MARTIN. *in proc. Sax. tit. 13. §. 1. n. 92.* (b) *Immobilia* requiruntur,

tur, quibus etiam annumerantur annui reditus MEV. *ad ius Lubec. cit. l. n. 9. sqq.* *Mobilia* non sufficiunt, nisi sint pretiosa, vt non facile de loco in locum transferri possint CARPZ. *P. 1. C. 5. D. 19.* MEV. *ad ius Lub. cit. l. n. 25.*

7. Imo (γ) possessio actualis & talis requiritur, *in quam in casu contumaciæ possit decerni immissio.* Vnde (1) solus *vsusfructus* non sufficit: *l. 15. §. 1. h.* STRYK. *V. M. h. §. 10.* nec (2) sola spes consequendi bona immobilia: BRVNN. *ad l. 1. §. 21. D. de collat. n. 32.* (v. c. simultanea inuestitura, CARPZOV. *P. 1. C. 5. D. 12.* STRVV. *ex. 2. th. 25.*) nec (3) actio personalis ad rem immobilem. *l. 15. §. 4. h.* conf. CARPZ. *p. 1. c. 5. def. 17. n. 5.* E contrario sufficit *vtile* vel *directum dominium, l. 15. §. 1.* & si quis *reuocabile* habet *l. 15. §. 3. h.* immo nec nocet, si possessori lis de illis bonis vel ab *alio* fuerit mota, *l. 15. §. 6. h.* vel *ab ipso aduersario*, qui cautionem exigit, quanquam hanc controuersiam hodie otiosam esse arbitretur SCHILT. *ex. 7. th. 19.*

8. Cauebat autem olim regulariter reus *de iudicio sisti*, h. e. se *die dicto* adfuturum *l. 8. pr. h.* Sed tempore IVSTINIANI cauebat, *se ad terminum litis in ea permansurum. §. 2. I. de satisd.* Actor vero reo cauebat, (1) se intra duos menses a tempore correcti libelli litem contestaturum: *Auth. libellum C. de lit. contest.* (2) se in lite permansurum vsque ad eius exitum: (3) si fuerit victus, se decimam litis expensarum nomine reo soluturum. HVBER. *h. §. 3.*

9. Ho-

9. Hodie *cautiones* adhuc exiguntur in omnibus iudiciis, etiam *summariis* & *executiuis*. HAHN. *ad W. h. n. 4.* Generaliter circa eas hæc sunt obseruanda: (1) vt *ante L. C. petantur*, & quidem in *primo termino*; MEV. *1. D. 137.* nisi quid *inopinati* emergat *l. 7. de fer.* (2) Vt super receptione *altera pars audiatur*. ID. *3. D. III.* (3) Vt *causæ cognitio accedat*, & inquiratur (α) *an sit necessaria?* Non onerandus est actor cautione superuacua: MEV. *2. D. 26.* MARTIN. *in proc. Sax. tit. 13. §. 1. n. 46. sqq.* (β) *quanta præstanda sit?* ID. *3. D. 253.* (γ) *an noua sit iniungenda*, si prior desiit? *l. 10. in f. h. t.* ID. *5. D. 8.* (δ) *an fideiussores sint idonei? l. 5. §. 1. h.* MEV. *2. D. 257.* PECK. *de iure sistend. c. 45. n. 14.*

10. Quoad *modum cauendi*, sciendum est, hodie *reum* non aliter cautionem præstare, quam si (1) de fuga est suspectus; CARPZ. *in proc. tit. 9. art. 5. n. 15.* vel (2) bonis suis abuti incipit; tunc enim potest, actore petente, iudex reo iniungere cautionem *iudicatum solui*, etiam in secunda instantia; MEV. *1. D. 177. & 3. D. 75.* STRYK. *V. M. h. §. 3.* vel (3) si cautionem promisit; *l. 4. §. 5. si quis caut.* MEV. *3. D. 75.* vel denique (4) si prorogauit iurisdictionem.

11. Actor (1) cauere debet *de lite prosequenda in casu contumaciæ* in primo termino: MARTIN. *cit. l. §. 1. n. 5.* STRYK. *cit. l. §. 6.* (2) pro reconuentione, inprimis in Saxonia, aliquando etiam *iure communi*. vid. *tit. de iurisdict. §. 17.* & denique (3) de expensis, COPPEN. *2. obs. 101 n. 7.*

MAR-

MARTIN. *cit. l. n. 23.* si immobilia sub eo foro, quo agit, non possidet.

TEXT. NOTAB.

L. 1. si fideiussor. 2. l. si vero. 5. §. 1. l. quoties. 6. l. si fideiussor. 7. §. 1 & 2. l. 8. §. 2. in f. l. 10. l. sciendum est 15.

Tit. IX.

Si ex noxali causa agatur.

IN *actione noxali* præter cautionem *de iudicio sisti* cauere debebat dominus, (1) se seruum velle sistere *in eadem causa*, HVBER. *h.* (2) *donec iudicium accipiatur.* Lite enim contestata, seruus factus erat *iure ciuili* litigiosus, & sic alienatio nulla & prohibita erat. HAHN. *ad W. h.*

Tit. X.

De eo, per quem factum est, quo minus quis in iudicio sistat.

VTerque litigantium die dicto se sistere debebat. Si quis alterum dolo impediret, quo minus se sisteret, contra eum dabatur *actio in factum rei persecutoria, competens ei, cuius intererat, vocatum impeditum non fuisse, ad inter-*

intereſſe. Facile diſtinguitur ab actione pœnali contra eum, *qui vi exemit*. Aduerſus heredem hæc non datur; bene tamen *in factum* ex æquitate naturali, ſi locupletior eſt *l.* 1. §. *vlt. h.* HVBER. *h. t.* §. 4. Si vtriusque & *actoris & rei dolus* concurrit, compenſatur dolus vtrinque *l.* 3. §. 2. *h.* Hodie non adeo ingens damnum ex tali *impedimento* oriri poteſt, vti quidem olim, *l.* 3. §. 1. *h. t.* STRYK. *V. M. h.* §, 2. adeoque hæc actio vix vſum obtinebit.

TEXT. NOTAB.

L. 3. §. 3. h.

Tit. XI.

Si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit.

1. CEterum reo ex *contumacia* ſe non ſiſtente, qui tamen *vadibus* ſeu *fideiuſſoribus* cauerat, *vadimonium deſerebatur*, & actori eo nomine contra vades dabatur actio. *Eremodicium* autem *deſertum* dicebatur, ſi vel actor non occurrebat vadimonio, vel reus liti *poſt L. C.* ſe ſubducebat, vid. *l. 11. & 13. D. iudic. ſolu.* LYNK. *in protribun, p. 37.* HVBER. *h.* §. 4. & quidem *eremoditio* deſerto, lis deſerebatur, non vero *vadimonio*.

2 Non

2. Non tantum vero *fideiussores*, vadimonio deserto, tenentur, si ius actoris deterius ex mora v. c per *vsucapionem* factum *l. 8. h.* sed etiam ipse, qui contumax fuit, *l. 2. §. vlt qui satisd cog. l vlt. si quis in ius voc.* vel ad id, quod *vere* interest, *l 3. si quis in ius voc.* vel ad *quantitatem promissam* petendam. vid. *l. vlt. de prætor. stipul.* Prius æstimatur ex veritate eius, quod petitur, *l 5. §. 1. ne quis eum qui in ius voc. l. 2 in f. qui satisd cog.* quod a reo obtineri potuisset, si liti adfuisset, id quod, vbi contra fideiussores agitur, probandum est. Hinc morte rei exstinguitur, *l. 4. h. t.* non item cautio *iudicatum solui.* Hæc adhuc durat lata sententia, non item illa *l. 8. §. 3. de fideiuss.*

3 Vt *hodie* contumacia contra non-comparentes suos effectus habeat, necesse est, (I) *vt legitima antecesserit citatio.* CARPZ. *P. 1 C 9. d. 17.* Ante *tertiam citationem* contra contumacem in causa procedi nequit MEV. *ad ius Lubecens. p. 5. t. 4. art. 1. n. 3* Præterea citatus *ad domum*, cuius alia ratione potuit haberi copia, contumax non dicendus. IDEM *P. 7. dec. 275.*

4. *Terminus* (II) *præfixus sit præterlapsus; necesse est. l. 1 h.* Si *dilatio*, eine Frist, præscripta, intra illam actus iniunctus peragendus. In hanc *dies insinuationis* non computatur *l. 1. h. t.* bene tamen *vltimus eius dies.* STRVV. *ex 5. th. 25.* Si *certus dies comparitioni* vtrique præfixus, illo ipso die comparendum. Sufficit vero, si *horis matutinis* citatus *post meridiem* compareat, quo-

usque scil. eo die ius dicitur: STRYK. *introd. ad prax. for. c. 4. §. 14.* aliud ergo est, si *horis pomeridianis* cessat sessio iudicialis, quod etiam iure antiquo in Germania obtinuit. *J. P. Sax. lib. III. art. 61. in f.*

5. *Accusanda* (III) *in termino vel elapsa dilatione contumacia absentis; l. 73. §. 1. de iudic.* GAIL. *I. O. 55. n. 7.* MEV. *8. dec. 428.* vbi (1) accusans docere debet, ad *scientiam contumacis* citationem iudicis venisse. CARPZ. *cit. loc. def. 16.* Exprimendum (2) in accusatione contumaciæ, quo modo contra contumacem procedendum sit, MEV. *p. 3. dec. 390.* In inquisitionibus iudex contra *contumacem* procedit *ex officio.* MEV. *p. 8. decis. 357.*

6. *Iudex* (IV) *sententiam interlocutoriam aduersus contumacem ferre debet:* ante eam purgari contumacia potest, MEV. *cit. dec. 428. n. 3.* RICHTER. *Vol. 2. conf. 209. n. 2.* quod de *spatio temporis a iudice præfixo* intelligendum, non de eo, quod *a lege* præfinitum, aut quod ex *decreto iudicis peremtorium* est. MEV. *part. 8. dec. 170. n. 3.* ZAVNSCHLEIFER. *de off. iudic. suppletor. p. 2 concluss. 17. §. 3.*

7. Tandem (V) necesse est, vt absens *nulla legitima impedimenta pro se allegare possit*, quæ liberant a pœna contumaciæ, etiam fideiussores, qui de *iudicio sisti* cauerunt. *l. 4. pr. h. t. I. P. S. lib. II. art. 6. & 7.* Dicuntur alias Ehehafften, vid. STRYK. *h. V. M. §. 6.* quorum plura

plura recensentur in *l. 1. & 4. h. I. S. P. lib. 2. art. 7.* MARTINI *in proceſſ. Sax. t 10. §. 4 n. 52.* Ipſa doctrina de *legitimis impedimentis* arbitrio prudentis iudicis committenda, qui ad has reſpiciet qualitates: (1) ne ſint *affectata, l. 1. §. 8. h. t.* 2) nec facile remoueri potuerint, vid. MEV. *part. 8. D. 438.* (3) vel alias iniuſta: *l. 1. §. 8 cit.* (4) nec in ſpecie impedimentorum exceptioni ſit renunciatum. *l. 4. §. 4. h. t.*

8. Probandum impedimentum *ſummarie*, CARPZ. *p. 1. C. 9 d. 10. In dubio* præſtat adhuc audire contumacem, quam inauditum condemnare MEV. *part 8 dec. 289.* Vnde citatio ſub formula: bey Straff Ungehorſam bis auf die Ehehafft, *conditionem* in ſe continet, niſi docuerit legitima impedimenta. MEV. *ad ius Lub. c. 1 n. 21.*

9. *Actore* in termino non comparente *ante litem conteſtatam*, petit reus, vt *ab inſtantia* abſoluatur, refuſis expenſis: hoc facto α) ante refuſionem reus non obligatur ad reſponſionem, actione nouiter inſtituta; *l. Sancimus 15. C. de iud.* STRYK. *in introd. ad prax. for c. 6 §. 3.* quin β) inſuper etiam cautionem *de lite proſequenda* actor præſtare debet. BERLICH. *p. 1 concl. 17 n. 19* Denique γ) citatio *circumducitur*, omnesque effectus perdit MEV. *ad ius Lubec cit. loc n. 9.* Poteſt etiam, & porrecto iam libello, *poſt annum* reus procedere ſecundum *Nou. 112.* &c. *5 X. de dol. & contum.* & petere, vt *definitiua* feratur ſententia. Alibi ε) *amiſſio cauſæ* imminet.

10. Post *litem contestatam* actore desistente, *l. 10. de iudic.* reus, præter modum iam designatum, petere potest, vt in *causa principali* procedatur, (1) *reo* forsan principaliter ad probationem obligato, vel (2) *sponte* probationem suscipiente. Quodsi intentionem suam probauit, iudex super ipsa causa pronunciat, & reum absoluit definitiue. *auth. qui semel C. quom. & quand. iud.* Eo in probatione deficiente, & lite *affirmatiue* contestata, pro contumace pronunciat, *l. 73. pr. de iudic.* semper tamen eo in expensas, contumacia causatas, condemnato. STRYK. *cit. l.* §. 4 MEV. 5. *D. 180.* vid. R. I. de *Anno 1654. n. 44.* TEXTOR. *disp. 4. th. 23 seq.*

11. Reus contumax varie coercetur: (1) *mulctæ dictione, l. 2. §. 1. si quis in ius voc. & captis pignoribus*, si *mandata pœnalia* contra eum decreta. *l. 5. §. 10. de agnosc. vel al. lib.* (2) Olim *missione in possessionem* absentis vel latitantis post trinam citationem. *l. 19. pr. D. de in ius voc. l. 3. C. de proc. l. 13. §. 3. C. de iudic. c. vlt. X. de eo qui mitt. in poss.* (3) Quandoque tantum *restitutione expensarum* post primam & secundam citationem *l. 15. C. de iudic.* Si *peremtorie* facta citatio (4) pœna *confessi & conuicti* in Saxonia decernitur contra illum, qui sub ea citatus est. (5) De *iure communi* vero actor petit, vt lis habeatur pro *negatiue* contestata, & sic admittatur ad probandam suam intentionem. STRYK. *ibid.* §. 5.

§. 5. Hoc facto, reus amittit omnes exceptiones tam *dilatorias* quam *peremtorias*.

TEXT. NOTAB.

L. non exigimus. 2. §. 8. l. sed & si 4. §. 4. l 8. l. 10. §. 1. & 2. l. qui autem 12. §. 1.

Tit. XII. (III. 11. 12).

De feriis, dilationibus & diuersis temporibus.

1. QVia a *contumacia* excusant *feriæ* & *dilationes*, hinc (I) agitur de *feriis*, quæ *iuridice* consideratæ, sunt *tempora*, *quibus sessiones iudiciales ordinarie & actus in iudicio peragendi sistuntur*, alias dictæ *dies nefasti* HVBER. *h. t.* §. 1. gebundene Tage, in *I. P. S. l. 2. art. 10.* Differt ab his *iustitium*, *l. 5. h.* vt ostendi *diss. de eo quod iust. est dur. iustitio.*

2. Sunt vel *diuinæ* vel *humanæ*; vtræque vel *solennes* seu *ordinariæ*, vel *repentinæ l. 1. & 4. C. h. l 3 C. de dilat. l. 26. §. 7. ex quib. caus. mai. Diuinæ* ad Dei cultum: *humanæ* vero ob vtilitatem publicam conceduntur. In eo conueniunt, (α) quod prosint *omnibus*, maxime si hodie iudicia eo tempore sunt clausa: *l. 1. h.* STRYK. *in not. ad Laut. h. V. omnibus I. P. S. lib. II. art. 11. inf.* (β) quod constituantur a *summa Maiestate*; *l. 4. C. h. t.* ZIEGL. *de iur. Mai. l. 1. c. 17. §. 1.* STRYK. *V. M. h. §. 1. sqq.* determinatio tamen

feriarum iam constitutarum aliquando fit a magistratu subalterno; *l. 4. h.* alicubi a *principe* per *legem publicam* Sic tempus messium est a die Margarethæ ad diem Bartholomæi. vid. CARPZ. *10. in proc. art. 1. n. 9.*

3. Differunt in eo: (1) quod illæ computentur a vespera ad vesperam; *c. 1. §. 2. X. h. t.* hæ vero vt alii dies, a media nocte ad mediam noctem: *l. 8. h. t.* FRANZK. *h. t. n. 21.* (2) quod *diuinis* priuata autoritate renunciari nequeat; *l. 38. de pact.* bene tamen *humanis*, etiam tacite: *l. 1. §. 1. l. 6. h. t.* (3) quod in *his*, volentibus partibus, quilibet actus peragi possint *valide*; *l. 63. de recept.* in *diuinis* actus *iurisdictionis contentiosæ* absque nullitate fieri nequeant; *l. 7. & vlt. C. h. l. 2. C. d. iudæis*, nisi (α) necessitas vel periculum in mora sit, *l. 10. C. h.* veluti *præscriptionis*; *l. 1. in f. h. t. l. 3. eod.* vel (β) causæ sint *piæ & fauorabiles*, vt *alimentorum*, *pupillorum* & aliarum *miserabilium personarum*, *l. 2. h. t.* VMM. *ad proc. ff. disp. 7. n. 41.* denique etiam *transactiones. vid. cap. vlt. X. h. l. f. C. h.* *Voluntariæ iurisdictionis* actus facilius admittuntur, qui *causæ cognitionem* non requirunt, nec adeo differri possunt. *l. 8. C. h.* FRANZK. *h. n. 26. sqq.*

4. Denique (4) in eo quoque differunt, quod *extraiudiciales* causæ in feriis *humanis* non prohibeantur, sed tantum in *diuinis*, veluti comœdiæ, spectacula, *l. fin. C. h.* mercimonia; *c. 1. h.* non vero simpliciter cura agriculturæ. *l. 3. C. h. t.* vid.

vid. *Nou. Leon. 54.* & *c. 3. X. h.* Quæ ad *publicam curam* ſpectant, vt cura annonæ publicæ, diſciplinæ militaris, vel alias neceſſitatem habent, facilius permittuntur. *l. 7. & 9. C. h.*

5. Dictum, in feriis humanis, *inuitis partibus*, procedi non poſſe. *l. 1. & 6. h.* Cauſæ tamen *publicæ fiſcales*, aliæque *magni momenti*, & quæ *moram non patiuntur*, *l. 1. 2. 3. D. l. 5. C. h.* vt cauſæ *ædificiorum* MEV. *6. Dec. 261. aggerum*, *cambiales*, *fractæ pacis*, *Ius prou. S. lib. II. art. 10. &c.* non admittunt exceptionem *feriarum humanarum.*

6. Deinde a contumacia (II) excuſat DILATIO conceſſa, quæ eſt in genere *ſpatium quoddam actibus iudicialibus peragendis deſtinatum*, in quo *regulariter* feriæ computantur. *l. 3. C. de dilat. l. 2. in f. C. de temp. & rep. app.* Quatenus a *prorogatione* diſtinguitur, *dilatio* prædicatur de aſſignato *primo ſpatio*, ſiue certus dies h. e. *terminus* comparitioni præfixus; ſiue generatim *ſpatium* actui *in ſcriptis* peragendo deſtinatum ſit: *prorogatio* autem de aſſignati termini & nondum elapſi *vlteriore* & *natura* extenſione HAHN. *ad W. h. n. 9.* GAIL. *1. Obſ. 91. n. 21.* Vnde lapſo termino non *prorogatio*, ſed noua *dilatio* eſt. *l. 60. de re iud.* Interim impedimentum perdurans *ipſo iure* prorogat dilationem. MEV. *8. dec. 203. I. P. S. lib. I. art. 49.*

7. Diuiditur in *legalem*, quæ a lege: *conuentionalem*, quæ conuentione partium; & *iudicia-*

lem, quæ a iudice determinatur. Hanc iudex prorogare potest, BERLICH. *1. dec. 118.* non arctare. KLOCK. *3. Cons. 172. n. 13.* Circa *legalem* terminum distinguendum est, vtrum sit *partibus* præscriptus, an *iudici?* Hoc casu ad arbitrium iudicis pertinet, qualis est *executionis*, *l. 2. de re iudic.* quem ampliare, imo etiam *ex iusta causa* coarctare licet. *cit. l. 2.* Illo vero interest, vtrum *præcise* & *sub pœna iuris amittendi* sit præscriptus, vt fatale decendii, qui mutari prorsus nequit: *auth. hodie C. de appell.* an vero solum *ordinarie* seu *regulariter*, euis prorogatio admittitur. *l. 1.* C. *h.* STRVV. *ex. 5. th. 37.* Denique *conventionalis* mutatio a *conuentione partium* dependet.

8. Dilationes *iudiciales* a *fine* varie denominantur, vt docet BRVNN. *in proc. c. 6. n. 2. Citatoria* ordinarie hodie absorbet *deliberatoriam*, cum libellus ipsi citationi inseratur. *R. I. de Anno 1654. §. 34. inf.* Ab hac differt *probatoria*, quæ conceditur illi, cui probatio iniuncta, & regulariter est *peremtoria.* FRANZK *h. n. 36.*

9. In dilationibus h. e. *prorogationibus* concedendis obseruandum, (1) *ne nimis multiplicentur.* Iure ciu. in *ciuilibus* regulariter vna conceditur, *l. f. h. R. I. de a. 1654. §. 38. & 103.* excepto casu *noui emergentis: l. 7. h.* in *criminalibus* tres reo, binæ vero accusatori. *cit. l.* Sed hodie inuersa est facies, STRYK. *in V. M. h. §. 16.* cum in *ciuilibus* concessio hæc arbitrio iudicum committa-

mittatur. FRANCK *h. n. 40.* (2) Vt concedantur *ex causa iusta.* Hæc si notaria est, aliquando *ex officio* indulgetur; MEV. *2. D. 369.* alias probanda. STRYK. *introd. in prax. for. c. 8. § 7.* MEV. *9. D. 24.* Si *tertia vice* petitur, *iuramentum calumniæ* a petente exigitur, *Nou. 90. c. 4. c. pen. X. de testib.* MEV *5. D. 315.* MYNS. *1. O. 72.* nisi de impedimento aliunde constet. GAIL. *1. Obs. 91. n. 6.* BRVNN. *ad l. 7. h. n. 7.* Iure German. antiquo *tertia* ægre concedebatur. *I. P. S. lib. 2. c. 2. inf.* (3) Adhibeatur *causæ cognitio, l. 4. C. h. c. 5. X. vt lite non contest.* & quidem leuior quoad *primam prorogationem*, quoad *secundam* & *vlteriorem* maior. *R. I. de Ao. 1654. § 50.* BRVNN. *ad l. 7 h. n. 4. sqq.* conf. VMM. *in proc. dis. 7 th. 5. n. 17.*

10. Effectus dilationis sunt; (1) quod vtrique parti fiat communis; *l. petendæ 6. C. de temp. restit.* (2) a contumacia excuset; *l. 2. §. pen. de iudic.* (3) pendente ea nihil sit innouandum; *l. 3. C. h.* (4) perimat actum, qui in assignato termino fieri debuit, nec tamen factus est, modo sit *præiudicialis. Declaratoria* tamen sententia iudicis requiritur. HAHN. *ad W. h. n. 14.* PAGENSTECH. *sicil. 4. p. 31* MARTINI *in proc. Sax. tit. 20. § 5. n. 58. seqq.*

11. Incidenter quoque (III) hic agitur *de diuersis temporibus*, quo pertinet *l. more Romano 8. D. h.* vbi de *computatione dierum* agitur. conf. GOTHOFR. in not. *ad cit. l.* In hac vero mul-

tum situm esse ostendit STRYK. *V. M. h. §. 15.* cetera expendit LVNCK. *in comment. h. §. vlt.*

TEXT. NOTAB.

L. ne quis. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 6. l. more maiorum. 8. l. Diuus Traianus. 9. *Ex Cod.* l. quoniam 1 l. siue pars. 3. l. 4. *de Dilat.* l. omnes iudices. 3. l. a nullo 4. l. actus 8. l. prouinciarum 10. l. Dies festos 11. *de feriis.*

Tit. XIII. (II. 1.)

De edendo.

1. QVi in ius vocabat, reo non statim, sed tunc demum, vbi in ius ventum esset, *edere actionem* tenebatur. FRANZK. *h. §. 2.* SCHILTER. *ex. 7. §. 32. vid. l. 1. § 1. h.*

2. Est vero EDERE, *demonstrare & designare genus futuræ litis, vt reus secum deliberare possit, vtrum cedere an contendere velit? l. 6. §. 7. D. l. 3. C h.* Modi edendi olim varii erant *l. 1. §. 1.* HAHN. *ad W. h. n. 1.* Erat vero hæc rudis; accuratior post impetrationem formulæ in *litis contestatione* sequebatur, RAEVARD. *protrib. c. 4.* interim *nomen actionis*, quod *doctrinæ gratia* inuentum est, exprimere haud tenebatur, STRYK. in *V. M. h. t. §. 1.* STRVV. *exerc. 5. §. 40.*

ZIEG-

ZIEGLER. *in prælect. publ. ad ius canon. c. 6. de iudic* quod nec hodie desideratur, quamuis fiat vtiliter. SCHILT. *exerc. 1. §. 7.* Nouo iure editio actionis fit per *libellum. auth. offeratur C. de lit contest. N. 53. c. 3. C. 3. X. de libell. oblat.* Est vero LIBELLVS *propositio iudicialis, qua facti series & fundamentum agendi, iuncta commoda petitione continetur. l. 3. C. h.* HVBER. *h. §. 5.* Concipitur vel *in scriptis* in ordinario processu : TEXTOR. *in prax. iudic. p. 1. c. 3. n. 1.* CARPZOV. *in prax. crim. p. 3. qu. 106. n. 76.* vel *sine scriptura*, in causis summariis, *clem. sæpe de V. S.* veluti modicis. *nou. 17. c. 3.*

3. Diuiditur libellus in *ciuilem* & *criminalem*: vbi differentia in modo *concludendi* & *concipiendi* notanda. Ille rursus est vel *solennis* vel *minus solennis*, *Solennis* locum habet in *processu ordinario*, & solenni scriptura constat; *minus solennis* vero in processu *summario*: vbi in foris Saxoniæ multum interest respectu *modi petendi*. STRYK. *in colleg. pract. ad cap. 1. §. 13.* Ille facilius impugnari potest ob solennitatem *in scritis* obseruandam; hic non æque.

4. Requisita *libelli solennis* alia sunt *necessaria*, alia *arbitraria*. Illa consistunt in his: (1) Libellus sit *simplex*. *Articulatus* iusta ex ratione in *causis ciuilibus* per *R. I. de A. 1654. §. 34. & 64.* prohibitus, & adeo ipso iure *nullus* est, vt etiam hæc

hæc exceptio post litem contestatam adhuc opponi possit, CARPZOV. *p. 1. c. 2. d. 1. n. 6.* imo ipse libellus *ex officio* a iudice ab actis reiici debeat. IO. SAMVEL. STRYK. *de reiect. ab act. c. 2. n. 53.* In *criminalibus* tamen admittitur. CARPZ. *in prax. crim. p. 3. qu. 113. n. 22. & in proces. tit. 6. art. 1. n. 33.*

5. Sit (II) *breuis*, remotis omnibus superfluis, maxime illis articulis, qui ad *exceptiones rei* pertinent per *R. J. cit.* alias magnopere turbatur processus, *l. vlt. §. 1. C. de appell. c. 15. X. de iudiciis c. 8. X. de except.* vnde α) nihil adducendum, quod probari nequit. STRYK. *introd. ad prax. forens. c. 7. §. 2.* β) abstinendum a *deductionibus.*

6. Sit porro (III) *clarus & perspicuus*; HVBER. *h. t. §. 8. arg. auth. offeratur C. de litis contest.* vitanda quoque est obscuritas ratione scripturæ & lectionis. ZAVNSCHLEIFFER. *de off. iud. suppletor. p. 2. concl. 17. §. 1.*

7. Vlterius (IV) *sit aptus* h. e. ipsi negotio conueniens, *l. f. C. de formul.* quod (1) ex *genere* actionis, (2) *conclusione*, (3) *cumulatione* colligendum. HVBER. *h. §. 7.* Ineptus a iudice *ex officio* reiiciendus; GAIL. *1. O. 61. n. 14.* quantum tamen fieri potest, iudex curare debet, vt sustineatur. GAIL. *cit. loc. n. 16.* BRVNN. *proc. ciuil. c. 5. n. 14.*

8. Sic

8. Sic ergo etiam ineptitudo *ex inepta cumulatione actionum* oritur, ZANGER. *de except. p. 2. c. 19.* tali scilicet, quæ nullo modo sustineri potest, MEV. *p. 8. dec. 134.* Scilicet concursus actionum est vel (α) *cumulatiuus*, quæ ad diuersa tendunt, atque vno libello coniungi possunt: vel (β) *electiuus*, quando actiones ad idem tendunt, nec cumulari ita possunt; *§. 3. I. cum eo qui in al. pot. §. 16. I. de obl. quæ ex delicto.* nisi ex iusta causa *alternatiue*, vt si publiciana cumuletur cum rei vindicatione: vel (γ) *successiuus*, si altera post alteram mouenda. In hoc concursu regulæ, quas *tr. de Action. sect. III.* tradidi, sunt obseruandæ: alias libellus est ineptus. conf. BRVNN. *de action. cumul.*

9. Sit etiam (V) *certus*, vt reus intelligat, quid quantumue a se petatur. HVBER. *h. §. 8.* Vnde reiicitur libellus *generalis* & *alternatiuus*. Sed *alternatiua petitio* per se nullam ineptitudinem habet, nec contrarium colligitur ex *l. 7. §. 4. de iniur.* vt ostendi *diss. de libellis alternat.*

10. Denique (VI) *rite & secundum stylum iudicii* concipiatur CARPZ. *p. 1. c. 2. d. 2. n. 1.* hinc necesse est (α) vt exprimatur *nomen iudicis* & *partium* litigantium, & quidem omnium, si plures sint: (β) *causa agendi*; in *reali* sufficit expressio *causæ proximæ*, vnde actio nascitur, quanquam vtiliter *titulus* quoque adiiciatur; in

per-

personali itidem fundamentum proximum h. e. causa *specialis* vel titulus, vnde nascitur actio, exprimendus. *c. f. X. de libell. obl.* GAIL. *l. O. 61. n. 6. sqq.* (γ) *narratio facti perspicua* & breuis, vt inde iudici constare possit, quæ sit instituta, (δ) *citationis* & *litis contestationis petitio*, nisi secorsim in supplicatione fuerit petita: (ε) commoda ex natura actionis desumta *conclusio* STRYK. *intr. in prax. for. c. 7. §. 3.* GAIL. *l. O. 61.* quæ tamen in causis criminalibus omitti potest, GAIL. *c. l. 19.* ENGELBR. *ad D. h. §. 41. inf.*

11. Arbitrariæ partes libelli sunt variæ clausulæ, quæ tamen quoad maximam partem otiosæ, vid. HVBER. *h. §. 9.* STRYK. *ad Laut. h. p. 90. & in V. M. h. §. 4. & sqq.* Pertinet huc inprimis *clausula salutaris*, cui ingentes adscribuntur vires præter meritum: STRYK. *in V. M. h. §. 7.* VOET. *ad D. h. §. 13.* quid? quod, si rem penitius consideramus, erroneis nitatur fundamentis, quod agnitum in *R. J. spir. de ann. 1557. §. 33.* & pluribus ostensum est *tr. de iure eccles. protest. tit. de offic. iudic.*

12. Libellus ita legaliter confectus, *emendari* & *declarari* quidem omni tempore ad vsque sententiam potest; *c. 3. X. de dilat.* CARPZ. *p. 1. constit. 11. def. 12.* FACHIN. *l. controu. 91.* difficilius autem *mutari*, præsertim post litem contestatam: *vid. l. 3. C. h. l. 25. de R. V. l. 35. & 23. de iudic.* HVBER. *h. t §. 11.* quamuis adhuc varient Doctores hac in re *propter §. 34. & 35.*

& 35. I. de actionibus Praxis tamen magis certa est, vt *mutatio* in *fundamento* tantum vsque ad L. C. permissa sit. STRYK. *in V. M. h. t. §. 10.* Interim renunciare liti permissum est, refusis expensis, quo facto omnia ex integro agenda. ENGELBR. *cit. l. §. 42.*

13. Cum vero ideo editio libelli fiat, vt reus deliberare queat, vtrum cedere an contendere malit? *l. 1. pr. h.* præter libellum reo edenda quoque sunt *documenta*, quibus actor vsurus est, non alia, *l. 1. §. 3. h. t.* nisi præsumtio adsit, reum illa habere *l. 2. h. t.* Idem quoque approbatum est in *R. I. de Anno 1654. §. 34. in f.* quamuis fora Saxonica in processu *ordinario* id minime desiderent, teste STRYK. *in V. M. h. t. §. 12.* conf. GABR. de PAREXA *de vniuers. instrum. edit. in iudic. præstanda.*

14. Edenda sunt hæc instrumenta (I) *sine die & consule*, quo instrumentum conscriptum, *l. 1. §. 2. h.* etiam sine subscriptione edentis, *l. 11. h.* exceptis rationibus: *l. 1. §. 2. l. 4 pr. h. t.* (II) *integra*, nisi diuersa contineant capitula; tunc enim solum illa pars, quæ ad *instruendum reum* pertinet, editur. *l. 10. §. 2. h. t. c. 5. X. de fide instrum.*

15. Ab hac *editione ad instruendum* differt illa, quæ desideratur post L. C. ad *probandum* vel a *collitigantibus*, vel a *tertio*; quamuis de hac etiam incidenter in *D. & C. h. t.* agatur. Quoad hanc decernendam necesse est: (I) *vt præsumtio adsit, aduersarium vel tertium instrumenta edenda possidere*, quam edi illa desiderans adducere

cere debet. CARPZ. *in proc. tit. 14. art. 14. n. 7.* Si *tertius* vel *aduersarius* negat, se illa possidere, & tamen *suspectus* est, iuramento se purgare debet, quod non possideat nec dolo malo fecerit. *l. 9. §. 1. h.* MEV. *7. dec 280.* Si in amissione se fundat, illam docere fas est. IDEM. *3. decis. 10.* (II) *Vt editio petatur citra calumniam: l. 6. §. 2. l. 9. §. pen. h. t.* inde *interesse* summarie docendum. GAIL. *c. l. obs. 106. n. 13.* Imo aliquando iuramentum calumniæ petenti defertur. *l. 6. §. 2. l. 9. §. 3. h. t.* (III) Vt *in originali* edantur, quia alias non probant.

16. Inter *litigantes* principaliter obligatur *actor*, *l. 1. §. 3. h. l. 5. 6. & vlt. C. h.* inter plures is, qui possidet, *l. 6. §. 1. h.* ad edenda etiam illa, quæ reo proficua sunt ad *exceptiones* probandas, licet actor iisdem non sit vsurus. *l. 5. C. h.* conf. BRVNNEM. *ad l. 1. n. 9. h.* FABER. *in cod. h. t. 16.* Casus exceptos recenset MARTINI *ad proc. Sax. t. 26. §. 1. n. 12.*

17. *Reum* eodem modo leges obligare noluerunt ad edenda instrumenta actori, *l. 1.* & *fin. C. h.* modo (α) veritas aliter haberi possit: *l. 6. §. 9. h. l. 1. C. h.* (β) causa actoris non sit fauorabilis, qualis est fisci; *l. 3. h. t. l. 2. §. 2. de iure fisci*, non item ecclesiarum; vid. tract. *de iure eccles. protestant. lib. II. tit. 22. §. 14.* (γ) instrumenta sint rei propria. Aliud est, si ad actorem pertineant *iure dominii l. 46. §. 5. de adm. & peric. tut. l. f. inf. C. h. l. 4. pr. §. 1. l. 6.*

§. 6.

§. 6. vel sint communia; *l. 5. fam. herciſc. l. 7. C. h. l. 4. §. 1. l. 9. D. h.* b) actor illa petat ad probandam actionem; secus si ad *replicationem l. 1 de ex.* contra *exceptionem* rei, *l. fin. C. h.* vel etiam tantum ad *adiuuandam* suam *intentionem*, aliunde iam fere probatam. FABER. in *C. l. 2. t. 1. def. 1. n. 5.* conf. HAHN. *ad W. h. n. 12.* MARTIN. *cit. l. n. 25. ſqq.*

18. *Tertius* adstringitur *ex aquitate*, principaliter quidem ad edenda documenta *actione in factum. l. 1. §. 2. l. 2. 3. 4. §. 1. h.* in subsidium *ad intereſſe*, *l. 6. §. 4. l. 10. §. 3. h.* quoties iusta causa, quæ semper hic supponitur, doceri potest, præsertim si circumstantiæ §. *antec.* notatæ, hic occurrant. *l. 7. C. h.* GAIL. *l. O. 106. n. 4 5. & 6.*

19. Modi cogendi ad editionem sunt varii. Si *actor* detrectat editionem, vlterior audientia ei denegatur: si *reus*, habentur pro editis & recognitis. HAHN. *ad W. h.* Si *tertius* detinet, hodie actione *ordinaria* non est opus, sed decernuntur *compulſoriales*, vel *requiſitoriales*, si tertius alienæ subsit iurisdictioni. CARPZ. *in proceſſ. tit. 14. art. 4. n. 61.* conf. MEV. *P. 3. dec. 117.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 2. 3. l. senatus. 3. l. 8. pr. l. quædam 9. §. 3. l. argentarius. 10. §. 2. 3. in f.

Ex. Cod. l. is apud quem. 2. l. qui accusare. 4 l. non est nouum 5. l. procurator. 7. auth. si quis l. 8. in f.

Tit. XIV. (*II. 3.*)

De pactis.

1. LIs præsens tollitur vel *pacto remissorio*, de quo *h. t.* vel *transactione*, de qua *tit. sq.* CONVENTIO seu PACTIO in *generali sensu* est *duorum pluriumue in idem placitum consensus. l. 1. §. 2. 3. h.*

2. Requiritur itaque (I) *consensus.* Vnde (α) qui plane consentire nequit, ad paciscendum est inhabilis, veluti *infans*: *l. 18. §. 3. C. de iure delib.* quo *sui iuris* existente, tutor quæuis negotia peragit. Exceptio est in acquirenda *possessione rerum donatarum* iuxta *l. 3. C. de acquir. vel ret. poss.* Idem dicendum de *furiosis* & *mente captis*, qua talibus: *l. 1. §. 12. de O. & A. §. 8. I. de inutil. stipul. l. 2. §. 3. de iur. codicill.* si stato tempore habent interualla, valide paciscuntur *l. 18. §. 1. de acquir. vel amitt. poss. Ebrii*, in statu ebrietatis contrahentes, a furiosis non distant.

3. Deinde (β arcentur a paciscendo, qui *iuris dispositione* velle non creduntur, quales sunt (a) *prodigi*, *l. 40. de R. I. l. 12. §. f. de tutor. & curat. dat. l. 18. qui testam. fac. poss.* quando se *obligare* vel *alienare intendunt. l. 6. de V. obl.* (b) Olim huc referebantur, qui parebant imperio patris vel domini. *l. 4. de R I.* In *seruos* nulla *obligatio ciuilis* cadit, quanquam domini per seruos possint obligari. *t. t. I. de stipul. seru.*

Filio-

Filiorum familias conditio sub *Cæsaribus* melior reddita est. Equidem cum patre non contrahunt, §. 4. *I. de inutil. stipul.* excepto peculio castrensi & quasi, *l.* 2. *D. ad SCt. Maced. l.* 4. *D. de iudic.* imo etiam aduentitio extraordinario; cum aliis tamen valide contrahunt *l.* 39. *de O. & A. l.* 57. *de iudic. l.* 44. *de pecul.* excepto *mutuo*, vid. infra, *lib. XIV. tit.* 5. *& 6.*

4. In quibus vero (γ) *imperfectius iudicium* vel aliud impedimentum circa consensum occurrit, illi non *in totum* sed *in tantum* a contrahendo arcentur. Huc pertinent (a) *infantiæ proximi*, qui alium sibi efficaciter obligant, *l.* 59. *de O. & A. l.* 41. *de cond. indeb.* §. 9. *I. de inutil. stip.* se ipsos ne *naturaliter* quidem obligare dicuntur, *cit. l.* 59. quin potius eorum obligatio *claudicat. l.* 13. §. 29. *de act. emt. vend.* STRYK. *cit. l.* §. 18. *& 20.* Idem dicendum (b) de *pubertati proximo*, qui tamen se *naturaliter* obligare dicitur, sed citra vllum sui ipsius, facilius vero in tertii præiudicium. *l.* 127. *de V. O. l.* 25. §. 1. *quand. dies leg.* III. *de R. I. l.* 21. *pr. ad L. Falcid. l.* 1. §. 1. *denuat.* Obligantur vero 1) tutore auctore: *pr. I. de auct. tut.* (2) citra consensum *ex æquitate* vel *quasi contractu. l.* 3. *pr. commod. l.* 13. *in f. de cond. indeb. l.* 5. *pr.* §. 1. *de auctor. & consens. tut. vel cur.*

5. *Minores* (δ) perfectius iudicium habent, vt negotium cum iis celebratum, salua restitutione, subsistat. *l.* 3. *C. de in integr. restit. l.* 13. *pr. de ex-*

cuſ. tut. Tunc vero ſeipſos obligare non poſſunt, quando *curatores* acceperunt, modo *patrimonium* eorum reſpiciat negotium; *l. cit. 3.* ſecus ſi *perſonam* tantum, quo pertinet *obligatio ſponſalitia, l. 20. de R. Nupt. l. 8. C. eod.* vel *ad factum* ſimplex. *l. 101. de V. O.* STRYK. *cit. l. §. 21.*

6. (ε) *Muti* & *ſurdi* contrahere valent. *l. 4. §. 1. h.* ſi mentem ſufficienter exprimere poſſunt. Alias curatore indigent; STRYK. *de iur. ſenſ. diſſ. 4. c. 3. n. 6.* niſi præciſe *verba* ore nuncupata requirantur. *§. 7. I. de inutil. ſtipul. l. 1. §. 14. de O. & A.*

7. Quicquid porro (ζ) impedit conſenſum, impedit etiam pactum, quo pertinent (a) metus, *l. 116. de regul. iuris.* (b) dolus, *t. t. D. de dolo.* (c) error. De *dolo* & *metu lib. IV. tit. 2. & 3.* agendum. Quoad *errorem* varia diſtinguere ſolent. Videlicet ſi *vtriusque* paciſcentis *error* citra culpam alterutrius, doceri poſſit, nihil agitur, *l. 57. de O. & A. l. 51. de iurisdict. l. 9. pr. l. 11. l. 41. §. 1. de contr. emt. vend.* quatenus hic *ſubſtantiam negotii* ingreditur: ſi tantum *accidentia* eius concernit, valet pactum. *l. 34. pr. de contr. emt. l. 9. §. 1. & 2. l. 11. §. 1. eod. l. 21. §. 2. de act. emt. vend.* Quod ſi *vnus* tantum per culpam ſuam errauerit, ipſius ſola culpa eſt, modo alter contrahentium non ſit *erroris* conſcius.

8. Vlterius (II) conſenſus debet eſſe *ſpecialis in certa cauſa debendi* fundatus: ſi *cauſa* debendi *ſpecialis* nulla ſubeſt, pactum vim non habet; *l. 25. § f. de prob. c. 14. X. de fid. inſtrum. l. 2. §. 3. de*

doli

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0144
DFG

doli mal. & met. exc. vt nequidem donatio ex *indiscreta promissione* præsumatur, nisi sit *liberatoria*, seu *remissoria. l. 40. pr. h. t. J. P. Sax. lib. 3. art. 4. in f.*

9. Præterea debet esse (III) *mutuus*, vt vnius *promissio* alteriusque *acceptatio* accedat; alias deest obligatio, quæ ex *acceptatione categorica* nascitur. *l. 55. de obl. & act.* In hoc ab *oblatione, tractatibus*, ac nuda *assertione*, differt. *l. 1. §. 3. h. t. l. 11. in f. C. de his quib. vt indign. art. V. J. P. §. 39.*

10. Quin & (IV) *sincerus* esse debet, remota omni *simulatione. l. 54. de obl. & act.* Si negotium gestum non est, quod geri simulabatur, illud ipso iure nullum est; *l. 6. C. si certum petatur. l. 21. C. de transact. l. 56. de iudic.* COCCEI. *disput. de simul. th. 16. sqq.* quod autem *vere gestum* est, subsistit, si vitium non habeat, vel nihil aliud impediat. *l. 3. & 9. C. de contrahend. E. & V.* Exemplum est in *simulata emtione venditione sub pacto de retrouendendo* ad velandam vsurariam prauitatem. vid. BERL. *p. 2. C. 1.* In contractu *in scriptis* negotium plane non valet; neque enim quod *scriptum* est, valet, quippe *simulatum*; neque quod vere gestum, quippe *non-scriptum.* FABER. *in C. l. 4. t. 17. d. 3.* Quia vero totum negotium simulatum est, frustranea quoque est simulationis renunciatio, COCCEI. *c. l. §. 57.* interim ab allegante probanda per varias coniecturas. MYNS. *3. O. 62.* FABER. *cit. loc. d 5.* COCCEI. *cit. loc. §. 72.*

11. Consensus quoque (V) *certus* & *indubius* esse debet, quod inprimis tunc obseruandum, quoties per *scripturam* contrahitur, quem in finem *prælectionem* requirunt leges. vid. *constit. Maximil. de anno 1512. §. 14. 16. 17. l. 77. de regul. iur. l. f. C. plus val. quod agitur.* conf. *disput. nostr. de contract. non prælect.*

12. Si consensus dubiam admitttit interpretationem circa *pacta* contractibus *adiecta*, inprimis respiciendum ad id, quod *principaliter* actum inter partes: *l. 33. de contrah. emt. vend. l. 3. de reb. credit. l. 125. de V. S. l. 9. 34. 56. 67. 114. de* R. *I.* in huius defectu facienda interpretatio contra eum, qui clarius loqui debuisset. *l. 39. h. l. 21. & 33. & 34. de contrah. emt. vend.* Hanc regulam latius explicui *diss. de interpr. fac. contra eum, qui clar. loqui deb.*

13. *Certitudo consensus* exprimitur *verbis* vel *factis*, vnde oritur distinctio inter consensum *expressum* & *tacitum:* ad illum *verba*, ad hunc requiruntur *facta concludentia. l. 57. h.* Sic creditor, reddens chirographum, *tacitum* videtur iniisse *pactum* de non petendo. *l. 2. §. 1. h. l. 3. §. 1. de liberat. legat.* VINN. *lib. 1. sel. qu. c. 7.* Qui pignus reddit, hoc remisisse videtur; *l. 3. h.* admittuntur tamen probationes in contrarium. *l. si chirographum 24. de probat.* Prodest hoc *pactum remissorium* ei soli, cui redditum chirographum, non tertio, qui in eo est nominatus, STRYK. *de inuest. act. s. 1. m. 3. §. 23.* nisi aliquando per indirectum. vid. *l. 2. C. h. t. 23. 24. 25. & vlt.*

vlt. D. h. t. BRVNNEM. *ad cit. l. 25.* VINN. *lib. I. sel. qu. c. 6.*

14. Cum *tacito* consensu minime confundendus *fictus*, qui plane non est consensus, sed tantum interuenisse *fingitur. l. 4. D. h. l. 7. pr. in quib. caus. pig. tac.* THOMAS. *in iurispr. diu. lib. II. c. 7. n. 24. sqq.*

15. Fundatur in hoc *ficto consensu* tota ratio *quasi contractuum*, in quibus *mutuus consensus* deest, sed adesse fingitur. Imo cum horum obligatio respectu *non-consentientis ex lege* dependeat, illos quoque efficaciter obligat, qui nec consentire, *l. 46. de obl. & act.* nec se obligare possunt, *l. 66. in f. de solut. l. 1. §. 15. depos.* & sic actionem hoc vltimo casu quoad *ignorantem* immediate *ex lege* esse, non sine ratione asserit HAHN. *ad W. h. n. 5.* Diss. STRVV. *ex. 6. th. 39. inf.*

16. Consensus hoc modo comparatus debet (V) esse susceptus de obiecto *in potestate nostra posito, l. 46. h. l. pen. C. h.* quo pertinent *res* & *facta*. Circa *res* speciatim requiritur, (α) vt vel sint *in rerum natura*, vel ad minimum *sperentur. l. 46 h. l. 8 pr. §. 1. D. de contr. emt.* Valet itaque conuentio (a) de re *sperata*, quæ *regulariter* existit, per *R. J. de anno 1577. tit. 19.* & (b) de *spe*, quæ *per accidens* existit. STRYK. *ad Lauterb. tit. de contr. emt. V. p. 499. & in caut. contract. s. 1. c. 3. §. 4.*

17. (ε) Vt *sint in commercio priuatorum; l. 38. §. 5. de verb. obl.* alias principis, a cuius depen-

dent nutu, consensu opus est, *l. 37. h.* vt in rebus *publicis, religiosis, ecclesiasticis* &c. STRYK. *cit. l. §. 7. seqq.* (γ) *Vt lex ex causis ciuilibus conuentionem non interdixerit.* Sic (a) ex ratione legis Cinciæ, a BRVMMERO peculiari commentario illustratæ, prohibitum pactum de quota litis. *l. 53. h. l. 5. C. de postul. l. 1. §. 12. de extraord. cogn.* Improbata quoque olim erant (b) pacta *successoria* de hereditate viuentis: *l. 15. & vlt. C. h.* (quæ *iure Germanico* valent; SCHILT. *ex. 8. th. 46.* STRYK. *in V. M. h. §. 13. seqq.*) (c) super re *litigiosa*: *t. t. D. de religios.* (d) super re *aliena*, quoties de *iure in re transferendo* agitur. STRYK. *ad Lauterb. h. t. p. 105.*

18. Facta (1) debent esse *propria. §. 3. J. de inutil. stipul. l. 38. pr. & §. 1. de verb. oblig.* MEV. *part. 6. dec. 406.* HERT. *diss. de oblig. alium daturum facturumue.* (2) Alteri *vtilia. l. pen. h. t. l. 7. §. 2. de distract. pign. l. 15. de seru. l. 38. §. 17. de verb. obl.* HERTIVS *diss. de pacto, ne dominus rem suam alienet.* (3) *Possibilia & honesta. c. vlt. X. h. t. l. 31. de obl. & Act. l. 7. §. 16. h. l. 50. h. l. 26. de V. obl. §. 7. J. mand.* Non liberat tamen impossibilitas *secundum quid* talis, & quam quis sua culpa contraxit. *arg. l. 3. pr. D. si quid in fraud.* MEV. *2. D. 368. n. 7. & 5. dec. 45.* BRVNN. *ad l. 5. in fin D. de reb. cred.* (4) *Mere priuata*; ius *publicum* & *prohibitiuum* enim pactionibus priuatorum immutare non licet *l. 7. §. 14. l. 38. l. 42. h. t.*

19. Re-

19. Restringitur consensus in conuentionibus, *conditione*, *die* & *modo*. *Conditio* ex *pacisentium intentione* vel *suspendit* negotium in futurum euentum incertum, diciturque *suspensiua*, vel sub tali euentu *resoluit*, quo casu dicitur *resolutiua*, *l. 1. in f. de donat.* sed reuera *modus* est. Hoc ergo casu negotium statim est implendum; non vero illo, quia tantum *spes* inde nascitur, *§. 4. I. de V. O.* quæ tamen, quatenus pendet, effectus suos habet. *l. 6. ex quib. caus. in poss. eatur. l. 4. de separ. l. 11. pr. §. 1. qui pot. in pign.* Existens retrotrahitur ad initium actus. *l. 78. pr. de V. O. l. 18. de reg. iur. l. 11. pr. qui pot. in pign.*

20. Dies vel adiicitur vt *terminus a quo*, & tunc statim dies *cedit*, licet nondum *venerit*; *§. 2. I. de V. O. l. 213. de V. S.* hinc ante diem debitum nec peti, nec tamen solutum condici potest. *l. 10. & 17. de condict. indeb.* STRVV. *ex. 18. th. 39.* Vel vt terminus *ad quem*, & tum de *stricto iure* obligatio *solennis*, seu *verbis contracta*, est perpetua; *§. 3. I. de V. O. l. 44. de obl. & act. naturalis* vero *tempore lapso* exspirat. *l. 52. in f. h. t.*

21. *Modus* causam *finalem* vel *limitatam* designat, & *puram* relinquit obligationem, vt ex illo *statim* ad implendum agi possit: CARPZ. *p. 3. C. 13. d. 20.* resoluit tamen negotium post non impletum, æque vt *conditio resolutiua. l. 1. C. de don. quæ sub mod.*

22. Obligant conuentiones, & quidem *posteriores*: si plures initæ, *l. 12. C. h.* debitorem ad præstandum id, quod promissum est, idque ex

fide humana l.1. pr. h. t. Distinguunt tamen (1) inter obligationem *faciendi* & *dandi*, ita vt huic insit *præcisa necessitas* tradendi, non illi, sed debitor liberetur præstando interesse. *l. 75. §. fin. l. 72. pr. l. 68. de V. O.* VNGEPAVR. *exerc. Iustin. 11. qu. 2.* De hac tamen sententia merito dubitat HVBER. *ad I. tit. de V. O. §. 5.* vid infra *tit. de P. V. inf.*

23. Olim quoque (II) quoad effectum obligandi intererat; vtrum quis *sibi*, an *alteri* pactus fuerit: ita vt hoc casu nulla obligatio *iure veteri Romano* nasceretur, *l. 73. inf. de R. I. l. 11. de obl. & act. l. 11. §. 6. de pignor. act.* Aliud *iure nouo*, ex *constitutione D. Pii. l. 37. §. 3. de leg. 3. l. 3. C. de donat. sub modo. l. 26. pr. depos.* & multo magis *hodie* intuitu eius, in cuius fauorem pactum initum. MEV. *4. d. 112 n. 5.* STRYK. *in V. M. h. §. 12.*

24. Vlterius (III) quoad *obligationem heredum* videndum, vtrum pacta sint *in rem* an *in personam* concepta? illa stringunt etiam heredes, *l. 7. §. 8. h. tit.* idque in dubio præsumitur: *l. 13. C. de contrab. stipul. remissoria* etiam tertio successori *singulari* prosunt: *l. 17. §. 5. h.* conf. STRVV. *exerc. 6. §. 48.* non vero *obligatoria* tertium tenent. *l. 2. pr. de pollicit. l. f. de contrab. emt. vendit.*

25. Denique (IV) circa *efficaciam obligandi* de iure Romano erat differentia, inter *conuentionum* species diuersas. Erant enim vel *contractus*, qui in *aliud nomen* transibant, nec in suo *generali* nomine stabant & *commerciis* inseruiebant: *l. 1. in f. l. 7. §. 1. 2. h. t.* vel *pacta* stricte dicta,

dicta, quæ ad certum contractum referri non poterant. Hæc rursus erant vel *nuda*, quæ *forma solenni* carebant, nec producebant actionem: *l. 45. D l. 10. C. h.* vel *non nuda*, actionem *extra ordinem* operantia, *l. 7. pr. h.* idque (α) vel ex *speciali legis confirmatione: l. 6. h.* (ε) vel ex *adiectione* contractui in continenti facta: *l. 7. §. 5. h.* (γ) vel in traditione facta. *l. 48. h.* STRYK. *tract. de act. for. inuest. sect. 1. m. 3. & 40.* Hodie iuris Germanici principia in hac materia per vniuersam Germaniam conseruata sunt, vt ex omni *conuentione deliberata & certa* efficax obligatio & actio detur, STRYK. *V. M. h. t. §. 1. & sqq.* imo *quoad effectum obligandi* nullum inter ipsos contractus superesse videtur discrimen. STRYK. *de prob. vers. cred. §. 3. & 4.*

26. Hactenus de conuentionibus, quæ *obligant*. Quædam etiam *liberant*, & obligationem tollunt. *l. 7. §. 6. h.* Vsus huius distinctionis est; (1) quod in dubio pro *liberatione* pronunciandum: *l. 47. de O. & A.* (2) non desideret *acceptationem* & *ignoranti* fieri possit: *l. 53. de solut.* (3) inutilis acceptilatio vim taciti pacti habeat: *l. 8. pr. de acceptil.* (4) causam non requirat: *l. 40. pr. h.* (5) tertio etiam prosit: *l. 17. §. 5. h.* (6) imo aliquando aliis quoque noceat: *l. 7. inf. l. 8. sqq. h. t.* (7) exceptionem producat, de qua est edictum prætoris in *l. 7. §. 7. h.*

TEXT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0151
DFG

TEXT. NOTAB.

L. Labeo. 2. §. 1. l 4. pr. l. legitima. 6. l. iuris gentium 7. pr. §. 2. 4. 5. 7. 12. 15. 19. l. maiorem. 8. l. si tibi. 17. pr. §. 2. 5. l. 21. §. f. l. si vnus 27. §. 3. 4. l. contra iuris 28. l. auus. 33. l. 35 l veteribus. 39. l. in traditionibus 48. l. ab emtore. 58. l. Nemo. 61.

Ex Cod. l. pacta 6. l. pacta nouissima 12 l. si pacto. 14. l. pactum quod dotali. 15. l. 19. l. 26. l. si certis 28. l. 29. de quæstione. 30.

Tit. XV. (II. 4.)

De transactionibus.

1. TRANSACTIO est *rei dubiæ seu ancipitis conuenta decisio, dato aliquo vel remisso, vel retento. l. 1. & 2. h.* Differt a *pactis remissoriis*, quæ *gratuita* sunt, interim etiam de *rebus dubiis* fieri possunt. *l. 4. l. 18. C. h. l. 29. §. 1. D. & l. 18. de donat.* IOSEPH. VRCEOLVS *de transact.*

2. Species transactionum sunt variæ. Alia enim (1) est *generalis*, quæ tamen ad *ignorata* non trahitur: *l. 35. de pact.* alia *specialis. l. 29. & 31. C. l. 9. & 12. D. h. t.* Alia (2) est *iurata* vel *non iurata*, cuius vsus in lege *41. C. h.* Alia (3) *pœnalis*, alia *non pœnalis*, cuius vsus in *l. 15. & 16. D. h. t. l. 37. C. h.*

3. Omnis transactio requirit (I) *consensum partium*: hinc (α) scriptura non desideratur: *l. 28.*

l 28. C. h. t. MEV. *p. 8. de 342.* (β) litigantes ad transigendum cogi nequeunt, excepto casu *vtilitatis publicæ:* STRYK. *ad Lauterb. h. p. 113.* SCHILT. *ex. 9. §. 25.* (γ) *Error, dolus, metus* transactionem, sicuti aliam conuentionem, infirmant. *l. 35. de pact l. 13. l. 19. l. 29. C. h.*

4. *Transigentes* (II) *habeant facultatem plene disponendi & alienandi.* Etenim (a) autores & curatores transigere non possunt citra *iudicis decretum*, si simul *res immobilis* dimittenda, *l. 12. C. h l. 22, C. de administr. tutor. l. 54. in f. l. 56. § 4 de furt. l. 46. §. fin. D. de administr. tutor.* Nec (b) procurator absque *speciali mandato*, *l. 1. §. 1. de offic. proc. Cæs. l 7. C. h.* nisi sit *generalis l. 12. de pact. l. 58. de procur. l. 17. §. vlt. de iureiur.* & *vtilitas* domini *euidens* id suadeat. MEV. *8. D. 3.* Facilius (c) pater de *bonis aduentitiis* filiifamilias transigit, accedente consensu filii, si per ætatem fieri potest. *l. vlt. §. 3 & 4. C. de bon. quæ liber. l. 1. C de bon. matern.* GAIL. *2. obseru. 72. n. 14. sqq.* De (d) *administratorum bonorum ecclesiasticorum* potestate circa transactionem vid. *disp. nostr. de admin. bon. ecclesiast. c. 2. §. 11.*

5. *Causa, super qua transigitur, sit* (III) *dubia & controuersa. l. 1. h.* SHILT. *ex. 9. §. 4. & 10.* Sufficit α) timor litis probabilis *l. 65. §. 1. de cond. indeb.* Ceterum β) de *re iudicata* & iam *decisa*, transactio olim non valebat; *l. 23. §. 1. de condict. indeb. l. 32. C. h. t.* hodie forsan facilius,

facilius, ob difficultates adhuc in *executione* imminentes STRYK *in V. M. h. t. §. 7. & in cautel. contract. f. 3. c. 7. §. 4.*

6. Constare autem γ) ante omnia debet, *an res sit dubia?* vnde est, quod valide de relictis in testamento transigi non possit, nisi prius inspectis tabulis. *l. 3. §. 1. & l. 6. D. h. t. l. 1. §. 1. testament. quemad. aper. l. 16. de condit. & dem. l. f. C. de reb. cred.* STRYK. *cautel. contr. cit. loc. §. 6. & in V. M. §. 10.* PAGENSTECHER. *insicil. manip. 4 p. 60.* SCHILT. *ex. 9. §. 6. seqq.* VINN. *lib. 1. sel. qu. c. 8.*

7. Negotium (IV) de quo transigitur, debet esse *nostri arbitrii.* Interim ex ratione speciali de *alimentis* futuris, *vltima voluntate* relictis, aliter transigi nequit, nisi 1) *auctore Prætore*, & accedente *causæ cognitione*, cuius capita plenius excutiuntur *in l. 8. §. 8. seqq. h.* 2 Prodesse tamen sibi alimentandus transactione potest, inconsulto Prætore, vt heres hunc defectum allegare nequeat, *l. 8. §. 22.* imo 3) de *præteritis* quoque transactio valet, *l. 8. C. h.* Hoc posito, nec 4) *remissorium pactum* absque iudicis autoritate subsistere potest. STRYK. *V. M. h. §. 10.*

8. Fluit ex hoc principio, transactioni non esse locum α) in rebus *ecclesiasticis*, quæ non sunt *priuati arbitrii*, *c. 4. X. de pact. c. 5. de rerum permutat. c. 4. 7. 8. 10. X. h. t.* & β) matrimonialibus, quatenus (a) de ipso *vinculo* constat, HEIG. *lib. 2. q. 16.* & (b) transactio ad *matrimonii* dissolutionem tendit.

9. Idem

9. Idem γ) dicendum de *delictis*, maxime *publicis*. In *priuatis* enim admittitur transactio, vt tamen *infamia* transigentem & *confessum* sequatur, *l. 4. §. vlt. l. 5. l. 6. §. 3. D. de his. qui not. inf.* licet protestatus fuerit, se tantum transigere pro redimenda vexa. BRVNN. *ad cit. l. 5. n. 4.* Gratuita remissio valet. *l. 6. §. 3. cit.*

10. Quoad crimina *publica praeterita* interest, vtrum sint *capitalia* seu sanguinis pœnam ingerentia, an non? De *illis* licite citra fraudem transigitur. (a) quoad *interesse partis; l. 5. §. f. ad l. Iul. de vi publ.* CARPZ. *p. 4. C. 13. d. 10.* & (b) vt aliquando, vbi delictum magis *laesionem priuatorum* respicit, conducat ad pœnæ mitigationem. ID. *pr. crim. p. 2. qu. 80. & 88.* LYNCK. *in Comm. h. §. 13.* Excipitur tamen (α) *adulterium; l. 18. C. h. t.* (in qua exceptione agnoscunt nonnulli minus recte emblema TRIBONIANI. vid. LYNCK. *h. §. 14.* CORNEL. van ECK. *in princ. iur. h. §. 14.*) (β) crimen *perduellionis. l. 5. C. ad l. Iul. Mai.* CVIAC. *6. obs.* 11. ZOES. *h. n. 14.* HVBER. *h. §. 4.*

11. De *non capitalibus* post institutam accusationem (v. *l. 1. §. 3. ad SCt. Turpill.*) transigere haud licet *citra crimen falsi*, *l. 18. cit.* h. e. quin accusator in *falsum* incidat, & reus videatur confiteri. HVBER. *h. §. 4.* Interuentu tamen *iudicis*, imo hodie etiam sine eo, transactio valet. *l. 6. §. 3. de his qui not. inf.* STRYK. *V. M. h. §. 19.* CARPZ. *pr. crim. P. 2. q. 55. n. 14.*

12. Deni-

12. Denique (V) neceſſe eſt, *vt aliquid datum vel remiſſum vel retentum ſit. l. 32. C. h.* Si (α) *modicum* quid, *dicis gratia*, interuenerit, non eſt transactio, BRVNNEM. *ad l. 38. C. h.* ANDREOL. *contr. 288.* Nec (ε) ſtatim quælibet præſtatio habenda pro pretio, niſi ea *conuentione* promiſſa ſit, vt a lite deſiſteretur. HVBER. *h. §. 2.* Interim nec (γ) præciſe *proportio* intuitu rei deſideratur, de qua tranſigitur, adeoque (δ) nec remedium *l. 2. C. de reſcind. vend.* hic locum habet. *l. 78. §. f. ad SCt. Trebell.* v. tamen STRYK. *V. M. h. §. 22.* SCHILT. *ex. 9. §. 14. ſqq.* ENGELBRECHT *ad D. h. §. 19. inf.*

13. Vim habet transactio inter tranſigentes: *l. 1. C. h.* alias nec nocet nec prodeſt, *l. 3. pr. h.* niſi aliquando ex æquitate. *l. 14. h.* v. NOOD. *probab. lib. I. c. 2.* HVBER. *h. §. 11.* Ceterum inter illos vim rei iudicatæ obtinet, ſcil. ratione *deciſionis. l. 20. C. h.* ibique BRVNN. nulloque prætextu facile reſcindi poteſt, v. g. (1) inſtrumentorum nouiter repertorum: *l. 19. C. h.* (2) quod nulla *res media* ſeu *cauſa tranſigendi* adfuerit: *l. 65. §. 1. D. de cond. indeb. l. 23. C. h.* aut (3) reſcriptum principis id permittat. *l. 16. C. h.* Multo minus (4) vnius diſſenſu infirmatur; *l. 39. C. h.* neque enim in transactione admitti debuit *pœnitentia*, in *contractu innominato* alias admiſſa. Si tamen in *contrauentionem* alter conſentit, priſtina actio per transactionem ſopita

pita alteri restituitur. *l. 96. §. 1. de solut. l. 14. C. h.* STRYK. *caut. C. S. 3. c. 7. §. 22. seqq.*

14. Ad seruandam hanc transactionem quis cogi potest variis remediis, prout transactio est inita. HAHN. *ad W. h. n. 7.* Si (1) *pœna* adiecta, vel *implementum* vel *pœna* peti potest,: *l. 47. de Act. E. V. l. 122. §. f. de V. O. l. 37. C. h.* imo aliquando vtrumque. *l. 15. 16. D. h.* Grauior (2) adhuc pœna imminet, si quis *iuratam transactionem* infirmare annititur. *l. 41. C. h.*

15. Effectus suos amittit transactio, (1) si ex falsis inita instrumentis: *l. pen. C. h. l. 33. de re iud.* (2) ob reperta nouiter instrumenta in *causa pupillari* & *reipublicæ*: *l. 35. de re iudic. l. 3. C. de iur. reip.* (3) si causa transigendi *calumniosa* euidenter ex post facto apparet: *l. 65. §. 1. in f. de cond. indeb.* BERLICH. *2. D. 263.* (4) ex causis communibus, quæ pactum vitiant.

TEXT. NOTAB.

L qui transigit. 1. l. 3. pr. l. de his controuersiis. 6. l. cum hi 8. pr. § 2. 6. 8. 9. 17. 21. in f. l. 9. 10. §. 2. l. pacto conuento. 15. l. 16.

Ex. Cod. l. cum te proponas. 2. l. fratris. 10. l. si diuersa. 14. l. causas 16 l. transigere. 18. sub Prætextu 19. l. 21. l. 29. l. si causa 32. l. 38 l. si quis maior. 41. l. si ex falsis 42.

Lib. III. Tit. I. (II. 6. 7. 8. 9. 10. 11.)

De postulando.

1. POSTVLARE *est, desiderium suum vel amici in iure apud eum, qui iurisdictioni*

præest, exponere; vel alterius desiderio contradicere. l. 1. §. 2. h. Qui *proprio nomine* postulant, sunt *actores* vel *rei*, de quibus *tit. de iudic. §. 38. seqq.* agendum. Qui *alterius desiderium* proponit, *aduocatus* vel *patronus* speciatim dicitur. HILL. ad *Donell. P. 2. l. 18. c. 3. lit. b. c.* A *procuratore* differt, quod tantum ius suggerat partibus *præsentibus*, non vices litigantium *absentium* suscipiat. IDEM *cit. l. lit. O. seqq.* HVBER. *h. §. 17.*

2. Officium aduocatorum vtile est Reip. si α) recte exercetur, *l. 14. C. de aduoc. diu. iud.* nec β) in *rabulisticam* degenerat, de qua ZIEGL. *pecul. tr. de arte rabul.* Hinc (1) nemo facile debet prohiberi per alium postulare, licet satis iurium peritus sit. HILL. *ad Donell. cit. l. in not. lit. I.* Imo (2) aliquando *ex officio* eos litigantibus iudex dare debet. *l. 9. §. 5. de offic. proconf.*

3. Aduocati sunt vel *priuati* vel *publici*. Horum officium est *publicum*, quia ad *causas publicas publica* constituuntur *auctoritate*, cum *salario* vt plurimum, vt sunt aduocati fisci &c. Hinc ad *muneris sui* vsum cogi possunt, & priuilegiati sunt, non item *priuati*. vid. §. *vlt.* *Priuati* ad *causas priuatas* constituuntur, atque in nonnullis locis sunt vel *ordinarii*, vel *supernumerarii*. Illi intra numerum sunt, *publica auctoritate magistratus* recipiuntur, & itidem facilius compelli possunt ad partes alterius suscipiendas, *l. 7. C. h.* etiam *pauperum*, & quidem *gratis*: GAIL. *l. O. 43. n. 11.* præstito prius ab iis iuramento paupertatis.

4. In

4. In *aduocatis* desideratur inprimis (I) *prudentia & peritia.* Hinc (α) ratione *peritiæ* a postulando *pro aliis* arcentur imperiti, *l. 2. C. h.* minores 17. annis, *l. 1. §. 3. h.* imo & mulieres *l. 1. §. 5. h. I. P. S. lib. II. art. 63.* BYNKERSH. *IV. O. c. 11. sqq.*

5. *Prudentia* (β) consistit in *dextra iurium applicatione*, & *notitia praxeos*, vt recte docet HVBER *h. §. 14.* Vnde inprimis stylum curiæ noscat & rite agat. *l. 4. C. de sent. & interl.* Quod si *in facto* errauit, non præiudicat clienti *præsenti*, *I. P. S. lib. III. art. 14.* intra triduum reuocanti errorem: *t. t. C. de error. aduoc.* si *absens* fuerit, *l. 1. l. 2. eod.* vel si pars aduersa errorem non acceptauerit, semper error reuocari potest. CARPZ. *P. 1. C. 16. def. 21.*

6. Deinde (II) *integritas corporis & famæ.* Hoc intuitu a postulando Prætor remouet surdos, *l. 1. §. 3. h.* cœcos, *l. 1. §. 5. h.* vid. HVBER. *h. §. 2.* infames, *l. 1. §. 8. h.* etiam iure Germanico, *I. P. S. lib. I. art. 61.* vel qui pro talibus habentur, vt sunt Hæretici. *l. f. C. h.* ENGELBR. *ad D. §. 12.* BYNKERSH. *c. l. c. 12.*

7. Desideratur (III) in eo *sinceritas animi.* Alioquin 1) iudex quandoque per sententiam quibusdam aduocatione interdicit, *l. 6 §, 1 l. 7. h.* ob calumnias vel alias artes fraudulentas: *l. 9. §. 2. de offic. proconf.* (2) quidam ex *certis causis* prohibentur, vt α) potentiores: *t. t. C. ne liceat potent.* β) arbitri & iudices, *l. 6. pr. C. h. l. 14. de assess.* scil.

in *secunda instantia*, contra sententiam, quam ipsi tulerunt.

8. Ex hoc requisito etiam determinatur officium aduocatorum; vt scil. (α) *conscientiæ rationem habeant*, nec suscipiant causam malam. STRYK. *diss. de conscient. Aduoc.* HVBER. *h. §. 11.* HAHN. *ad W. h. inf.* Dubiam facilius suscipere possunt STRVV. *ex. 7. th. 5.*

9. Præterea rationem habeant (β) *fidelitatis*, ne præuaricentur, *l. 1. §. 1. de præuar.* VOET. *ad h. t. §. 4.* sed diligenter parti assistant, non remorando inutiliter causas, quod etiam fit inutilibus deductionibus, nimiisque allegationibus *l. 6. §. 4. C. h. R. I. de anno 1654. §. 96.* HVBER. *h. §. 12.* (γ) *Modestiæ*: *l. 6. §. 1. C. h.* Id. *§. 13.* STRYK. *in V. M. h. §. 10.* MEV. *8. D. 359.* (δ) *Candoris*, ne dolos fraudesque adhibeant, ne quidem in bona causa *l. 14. §. 1. C. de iudic.* STRVV. *cit. l. §. 8.* Huc etiam pertinet, quod iudex cauere debeat, ne ab vna parte stent peritissimi, *l. 7. C. h.* aut destituti aduocatis postponantur: *l. 9. §, 5. de offic. proc.* (ε) *ipsius causæ l. 10. §. 1. h. c. f. X. h. l. 1. 2. C. de offic. adu. fisci.*

10. Quod si aduocati officio suo desunt, coercentur arbitrarie, & præterea clientibus ob *damna* ad interesse tenentur, temere forsan eos liti inuoluentes. VENT. *de* VALENT. *in Parthen. litigios. l. 2. cap. 7. n. 19.* Regulariter tenentur ad *culpam leuem*; VMM. *de proceff. disp. 9. n. 30.* nisi per *imperitiam* peccauerint, vbi etiam *leuissima* præstanda. Interim iudex (ι) supplere illa ne-

netur, quæ desunt aduocatis: *t. t. C. vt quæ desunt aduocat.* (3) eos in rectam viam deducere. BRVNNEM. *in Proceſſ. c. 5. n. 14.* conf. *diſſ. de iudic. ex offic. proced. c. vlt.*

II. Hæc pertinent ad *obligationem aduocatorum.* Ceterum *cliens* aduocato obligatur ad ſoluendum *honorarium*, quod aut conuentione determinatum eſt, aut non. Hoc caſu illud vel determinat *aduocatus*, ſalua moderatione iudicis: vel æſtimat *iudex* pro modo litis, facundia aduocati, & fori conſuetudine, *l. 1. §. 10. de extraord. cognit.* & quidem olim, intra modum præſcriptum in *l. cit. 1. §. 12. l. 3. C. h.* ex ratione *legis Cinciæ.* HILL. *ad Donell. p. 2. l. 18. c. 3. lit. H. h. h.* Determinato ſemel per *iudicem* ſalario, ſtatim ad executionem procedi poteſt. GAIL. 1. *O. 44. n. 7.* Illo caſu, aut *annuum ſalarium* conſtitutum eſt aduocatis, quod finito anno debetur, licet olim ab heredibus *aduocatorum fiſci*, intra annum defunctorum, integrum peti potuerit: *l. 15. §. 1. C. de Aduocat. diu. iudicior.* aut *honorarium per auerſionem* promiſſum, quo ſoluto ab heredibus nihil repetitur, licet defunctus cauſam haud finierit. *l. 1. §. 13. de extr. cognit.*

12. Datur aduocato pro *ſalario conſequendo* actio *ex pacto* vel *ſtipulatu*, ſi certum ſalarium promiſſum. Si nil promiſſum, per *imploratione officii iudicis* res expeditur. *l. 1. §. 10. de extraord cogn.* Quin & acta tamdiu retinere poteſt, donec ipſi ſatisfiat. BRVNN. *ad l. 25. ſolut. matrim. n. 3.* Ipſa actio inſtituitur in iudicio,

in quo causa principalis ventilata est, idque ob *connexitatem causarum.* MEV. *t. D. 234.*

13. Fruuntur *aduocati fisci* (1) beneficio competentiæ: CARPZ. *p. 1. C. 32. d. 18.* HILLIG. *ad Donell. l. 27. c. 9. lit.* n. (2) fori priuilegio: (3) *immunitate* ab inhospitatione: (4) iure singulari circa *salarium* iuxta §, *11.* STRYK. *in V. M. §. 11.* Quæ per aduocaturam adnocati tam *publici*, quam *priuati* adquirunt, ea *peculii castrensis iure* censentur. *l. 14. C. de aduocat. diuers. iudic.* conf. *l. 8. & 11. C. de Aduoc. &.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2. 3 5 6. l. quos prohiber. 7. l. Imperator. 8. 9. *Ex Cod.* l. 5. l. quisquis 6. l. prouidendum. 7. *de postul.* l fori tui. 4. l. aduocati. 14. l. 15. §. 1. *de aduoc diu iudicior.* l. 3. § 2. 5. l. laudabile 4 pr. *de aduoc. diu. iudic.* l. 1. l. 3. *de adu. fisc.* l. 1. l. 3. *de error. aduoc.* l. vn. *vt quæ def. aduoc.*

Tit. II. (II. 12. X. 57.)

De his qui notantur infamia.

1. INFAMIA secundum HAHN. *ad W. h. n. 1.* dicitur *macula ex turpi facto contracta:* vel, cum *existimationi* opponitur: est *priuatio bonæ existimationis, indeque dependentium iurium ob vitæ turpitudinem contracta. Existimatio* vero est *illæsæ dignitatis & famæ status*

mo-

moribus & legibus comprobatus, propter quem quis in honestorum ciuium numero haberi debet. l. 5. §. 1. de extraord. cognit.

2. In omni *infamia* adesse debet (I) *delictum* vel *turpis vita*, quamuis non omne *delictum* infamet. Nec *culpa lata* & *dolus* hoc respectu æquiparantur, nisi lex speciatim *factum culposum* notauerit. *l. 11. §. 4. h.* (II) *Notatio* seu *determinatio legis* vel *generalis* vel *specialis arg. l. 7. pr. de iniur.* Absque hac nulla infamia contrahitur. *Mores Germanici* idem efficiunt; cum sæpe aliquid *iure Germanico* turpe reputetur, quod olim non fuit tale. STRYK. *in V. M. h. §. 1.* Hoc ipsum tamen ad *ineptam vulgi opinionem* non extendendum est. HAHN. *ad W. n. 2.*

3. Hinc fluit diuisio infamiæ, quod alia dicatur *iuris*, alia *facti. l. 10. §. 12 de in ius voc. l. 2. de obseq. parent. & patron. l. 27. C. de inoff. testam. l. 20. h. t. l. 13. C. h. l. 25. C. ad l. Iul. de adult.*

4. Infamia IVRIS est, *quæ contrahitur ex turpi facto speciatim a lege notato.* Notat lex facta turpia vel *immediate* vel *mediate*: illud fit *ipso iure*, nulla præcedente sententia, in delictis *notoriis*, & nullam amplius *causæ cognitionem* requirentibus. Huc pertinent (α) prodeuntes in scenam lucri causa: *l. 1. §. 5. h.* (ϐ) arenarii: *l. 21. §. 2. de test.* (γ) mulieres intra annum luctus nubentes absque dispensatione: *l. 9. §§. h. t.* vid. tamen *c. vlt. & pen. de secund. nupt.* (δ) sponsalia bina contrahentes: *l. 13 §. 1. h.* (ε) tutores

pupillam ante redditas rationes ducentes: *l. 7. C. de interd. matrim. inter pup. & tutor.* (ζ) transactionem iuratam violantes: *l. 41 C. de transact.* (η) lenocinium facientes: *l. 4. §. 2. h.* (θ) meretrices &c. *I. S. P. lib. I. art. 37.*

5. *Mediate* & interueniente sententia condemnatoria lex infamiam irrogat delictis non adeo *per se* notoriis. *l. 7. pr. de iniur.* Hic itaque præcise requiritur (1) *sententia iudicis* (2 *condemnatoria* (3) de *delicto commisso*, & quidem vel *vera l. 7. D. de public. Iudic. l. 20. h.* vel *ficta*, deducta ex transactione. *l. 4. §. fin. seqq. h.* Arbitri sententia non sufficit *l 13. §. 5. h.* Huc pertinent fere omnia delicta præter legem Aquiliam, HILLIGER *ad Donell. lib. XVIII. c. 8.* & stellionatum suo modo. Conf. *I. S. P. lib. I art. 37.* Huc etiam olim referebant, die Jahr und Tag in die Reichs-Acht waren, per *art. 38. cit. l.* Weichb. *art. 5.*

6. Qui condemnatur ob *dolum* in *contractibus*, regulariter infamis non fit, nisi in quatuor speciebus: *tutela, mandato, societate, deposito; l. 1. h.* si (1) condemnatio fit ex *directa*, non contraria actione: *l. 6. §. fin. h.* BYNCKERSH. *lib. I. obs. c. 6.* (exceptio est in *l. 6. §. 5. h.*) (2) si *præcise sententia sequitur:* neque enim transactio in his vt in *delictis* effectum sententiæ habet: *l. 7. h.* (3) si mentio in sententia facta *doli: l. 4. §. 1. & 2. de suspect. tutor.* ex *contumacia* vel *indefinite* condemnatus

tus infamis non fit: CARPZOV. *prax. crim. P. 2. qu. 94. n. 89. & 90.* (4) si sententia non fuit suspensa *appellatione: l. 6. §. 1. h.* (5) si *proprio nomine* reus condemnatus est: *l. 6. §. 2. h. t.* qui per *procuratorem* condemnatur, *infamiam facti* ad minimum contrahit: *l. 2. de obs. parent.* SCHILT. *ex. 10. §. 34.* (6) si fama *non fuit in sententia reseruata*, quod aliquando hodie in praxi fit, contra iuris Romani rationem quidem; conuenienter tamen, si mores nostros spectes. STRYK. *V. M. h. §. vlt.*

7. Excludit hæc infamia (α) a *dignitatibus* etiam *iam obtentis: l. 1. ad L. Iul. de vi priu. l. 8. C. de decur. l. 2. C. de dignitat.* (β) a *collegiis* opificum: Weichb. *art. 4.* (γ) tollit vel aliquando minuit *fidem: l. 3. pr. l. 15. §. 3. de test.* (δ) in fratribus *querelæ inofficiosi testamenti* locum facit: *l. 27. C. de inoff. test.* (ε) *perpetuo* inhæret personæ, *l. 26. de pœn.* (heredes non sequitur: nisi in *l. 5. §. 1. C. ad L. Iul. maiest.*) etiamsi præterea pœna tantum temporalis dicta; *l. 6. C. h. t. l. 63. de furt. l. 4. §. 4. de re militar.* nisi grauior pœna inflicta. *l. 10. §. f. de pœn. l. 13. §. penult. h. l. 4. C. h. l. 5. de decur. l. 15. pr. ad municip.* Specialiter tamen priuilegiati fuisse videntur decuriones & aduocati. *l. 8. de postul. l. 15. pr. ad municipal.* SCHILT. *ex. 10. §. 30. & seqq.* Iure *Germanico* vocantur rechtlose. *I. P. S. lib. 1. art. 37. 48. 51.*

8. Infamia FACTI itidem oritur ex *facto turpi* vel *indecoro*, quod pudorem fugillat, *l.* 10. §. 12. *de in ius voc.* h. e. *quod lex in specie non notat, generaliter tamen disponit, huiusmodi homines turpiter & indecore viuentes, apud graues & honestos viros pro infamibus haberi, Nou. 135. c. 1. l. 13. C. h. t.* licet eam præcise *certo iure* non determinet; *l. 25. C. ad L. Iul. de adult.* vnde hæc infamia non ex mera *vulgi opinione* dependet. conf. HILLIG. *ad Donell. l. 18. c. 6. lit. I.* Pertinuisse huc videntur *censuræ morum* apud Romanos, qui mores intemperantes ciuium ignominia aliquando notabant. THOMAS. *diss. de censur. mor. c. 2, §. 21. sqq.*

9. Hæc infamia (1) a dignitatibus *obtentis* non simpliciter remouet, sed tantum ab *obtinendis*: nec (2) simpliciter a testimonio dicendo repellit, sed tantum *minuit fidem*: *l. 3. de testib.* (3) *vno actu* non contrahitur: (4) deletur per *emendationem vitæ*. E contrario *infamia iuris* per *restitutionem* principis specialem demum aboletur, *l. 7. C. de sent. pass.* quæ aliquando per consequentiam a magistratu fieri potest. *l. 1. §. 10. de postuland.* SCHILTER. *exerc. 10. th. 32.*

10. Cum *infamia* non confundenda *leuis notæ macula*, quæ non ex *delicto*, sed ex *contemtu publico*, & sic hodie (I) ex *sordido vitæ genere* oritur, quo referuntur excoriatores, carnifices, lictores; STRYK. *in V. M. h. §. 3. & sqq.* non autem liberi horum. IDEM. *c. l. §. 6.* (II) *Ex illegitimis natalibus*, secundum principia iuris canonici, iure Germanico approbata, *lib. 1. I.*

P. S.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0166
DFG

P. S. art. 37. & 50. contra *l. 6. de decur. & l. 3. §. 2. eod.* conf. *c. 3. & 5. D. 56.* (III) *Ex reprobata religione*, quorsum *iudæos* referunt atque *infideles* alios. Imo & (IV) *Zingaros. v. R. I de 1530. 1548. 1577.* Minime vero huc pertinet qui ducit imprægnatam ab alio, *vid l. 23. C. de nupt.* aut qui sustinuit torturam.

II. Operatur hæc *macula* exclusionem a dignitatibus, (nisi princeps scienter tales promoueat) & collegiis opificum. STRYK. *cit. loc. §. 5.* Sed locum querelæ de iure ciuili non facit, quo ignoratur. Similiter an fides eorum minuatur, vel inde dubium est, quod mali mores, non *officii* vel *nascendi* aut *religionis* conditio, suspectam fidem faciant.

TEXT. NOTAB.

L. quod ait 2. §. 2. l 3. l. 4. in f. l. quoniam 5. l. 6. § 2. 3. l. in actionibus 7. l. solet 10. liberorum 11. l. quid ergo 13. §. 7. l. ob hæc verba 20. l. Lucius Titius. 21. l. Ictus fustium. 22.

Ex Codice. l. infamiæ. 1. l. si Possidonium. 4. l. debitores 11 l. ea quæ 13 l. nullam. 14. l. verbum. 17. l. Non damnatos. 18. l. improbum. 20.

Tit. III. (*II. 13.*)

De procuratoribus & defensoribus.

I. PROCVRATOR est, *qui negotia aliena mandato & vice domini administrat. l. 1. h.* Dif-

Differt ab eo defensor, *l. 51. 61. 76. h.* syndicus, actor, tutor, negotiorum gestor, executor vltimarum voluntatum, institor, nuncius, &c.

2. Ab *obiecto* procurator (1) diuiditur in *iudicialem* & *extraiudicialem*. In effectu inter se differunt, (a) quod hic *facilius* substituere possit quam ille: *c. 1. 3. h. t. in 6.* (b) quod ad negotia extraiudicialia tanta habilitas non desideretur, quanta ad iudicialia: (c) denique quod ille fiat *dominus litis*; hic sit nudus administrator rerum alienarum. (2) In *particularem* & *vniuersalem*. Huius potestas ordinarie est amplior. *l. 12. de pact. l. 20. in f. de nouat. l. 12. pr. de solut. l. 87. eod. l. 17. in f. de iureiur. l. 58. l. 69. h.*

3. A *potestate* iis competente, (II) alius est ex *iuris canonici* doctrina vel cum *libera* vel *sine libera. c. 5. h.. t in 6.* Ille omnia facere potest, quæ ipse dominus, si præsens esset, facere posset & velle præsumitur. *l. 60. §. 4. mand.* Vnde actus *speciale mandatum* desiderantes peragere potest; sed *donare* nequit, quia nec ipse principalis hoc facturus præsumitur. *l. 28. in f. de pact.* Exemplum est in *A. B cap. 19.* Hic vero restrictam habet potestatem, & tantum peragit, quantum ipsi concessum. VINN. *lib. 1. sel. qu. c. 9.*

4. Sunt (III) etiam procuratores in *rem propriam*, & *alienam*. Illi, si a *creditore cedente* constituti, mandato non indigent, sed loco *dominorum* habentur, *l. 13. de pact.* & legitimant suam per-

sonam

sonam hodie solo *titulo*, qui pro *cessione* est. A *reo* illi constituuntur, contra quos alias ei datur regressus, qui propius accedunt ad naturam *verorum procuratorum*.

5. Requiritur vero in *iudiciali*, de quo *h. t.* agitur, vt (I) constituens *sit dominus*, quippe qui tantum *dominium litis* transferre potest. *l. 23. C. h.* Tutor ergo solus (a) *iure Rom.* procuratorem non constituit, sed tantum *actorem*, vel ipse pupillus *autoritate* tutoris eum constituit. §. *6. I. de curator. l.* 11. *C. h.* GAIL. 2 *O.* 107. *n.* 1. (b) Pater vero cum consensu liberorum procuratorem constituit. *l.* 1. *C. de bonis matern.* (c) De episcopis vide *c. 9.* & *tr. iur. eccl. protest. l. I. tit. 38.* §. 11.

6. (II) Constituatur *habilis*. Inhabilitas æstimatur (α) a *dignitate*: *l. 30. C. de locat.* vid. tamen STRYK. *in V. M. h.* §. 18. (β) a *singulari officio*, vnde clerici & milites repelluntur: *Nou.* 123. *c 6.* §. *vlt. I. de except.* (γ) a *sexu*: *l.* 18. *C. h.* (δ) ab *ætate*; vnde minores repelluntur, *c. 4. in. f. h. t. in 6.* STRYK. *in V. M.* §. *23.* quod de iure ciuili dubium: HVBER. *h.* §. 2. (ε) a *potentia*. *t. t. C. ne liceat. potent.*

7. Habiles possunt plures constitui, & quidem vel *coniunctim*, quod in dubio censetur factum: *cap. 6. h. t. in 6.* vel sub clausula, *in solidum*, *coniunctim aut separatim*; vt &: *si non omnes*; non vero pro rata *l.* 38. *h.* SCHILT. *ex.* 10. §. *52.* STRYK. *cit. l.* §. *25. & seqq.* ZIEGL. *in Lancell. lib. 3. t. 2.* §. *6.*

8. (III)

8. (III) Constituatur *libero partium consensu*, *l. 25. h.* per *mandatum* scil. Sicut enim inuitus non recipit procuratorem, exceptis α) personis illustribus, *l. 25. C. h.* STRYK. *C. l. §. 13.* & β) pluribus litis consortibus reis *l. 5. §. 7. iudic. solui*; ita nec *inuitus* quis cogitur, vt sit procurator, *l. 17. C. h.* exceptis rursus *ordinariis* iudiciorum *procuratoribus.* MYNS. *4. O. 32.* Vnde mandatum in iudicio producendum, cum non praesumatur. *l. 8. §. 1. h. t.*

9. Praesumitur tamen mandatum (1) in personis coniunctis: *l. 40. §. fin. h.* (2) affinibus: *l. 35. h.* (3) in marito: *l. 21. C. h.* (4) consortibus litis: *l. fin. C. de consort. eiusd. lit.* MEV. *3. D. 99.* STRYK. *c. l. §. 44. & seqq.* (5) in eo, qui documenta ad causam pertinentia penes se habet: MENOCH. *2. praes. 34.* denique (6) in eo, qui ad regressum tenetur. Modo (α) de veritate aliter non constet: (ε) cautio *de rato* praestetur; HILI. *ad Donell. l. 18. c. 12. lit. h. seqq.* (γ) actus speciale mandatum non desideret: & δ) persona principalis expresse consentire queat.

10. (IV) *Legitime & secundum stylum curiae mandatum conficiatur.* Charta blanca non sufficit. CARPZOV. *P. 1. C. 1. def. 28.* conf. *disp. nostr. de contr. non praes. c. 2. §. 20. seqq.*

11. Constituitur vero procurator vel *iudicialiter* apud acta, quo casu constitutus censetur cum omnibus clausulis: STRYK. *de C. C. S. 2. c. 11. §. 13.* CARPZ. *in proc. tit. 5. art. 1. n. 115. 117.*

vel

vel *extraiudicialiter*, vbi ſolenniter conſcribendum mandatum, cuius requiſita recenſet STRYK. *iutrod. in pr. for. c. 10 §. 4.* Exprimendum enim (1) nomen *principalis* & *hæredum*: *R. I. de an. 1654. §. 99.* (2) Nomen *procuratoris*: (3) aduerſarii: (4) Cauſa: *l. 65. h.* (5 Nomen iudicis & iudicii: (6) Exprimendi actus, ſpeciale mandatum requirentes, de quibus §. *13.* (7) Inſerendæ *clauſulæ*: (8) Annus & dies: (9 Subſcriptio & ſubſignatio mandantis. In defectu ſigilli addi debet clauſula: in Mangel meines Petſchaffts meine eigene Hand. CARPZ. *cit. l. n. 96. ſqq.*

12. Clauſulæ, quæ mandato adiiciuntur, ſunt variæ: (α *De rato & indemnitatis* eſt ſuperuacua. STRYK. in *V. M. h. §. 32.* HILL. *ad Donell. l. 18. c. 12. lit. ee.* Vtilior eſt, (ε) *de hypotheca omnium bonorum*, ſi forſan poſt concurſus moueatur, vt & (γ *de con-* & *ſubſtituendo*, STRYK. *Caut. C. S. 2. c. 11. §. 8.* (δ) *Clauſula cum libera*, maiorem poteſtatem procuratori concilians.

13. Dixi, *exprimi debere actus magni momenti, qui ſpeciale mandatum exigunt*, quales ſunt omnes, qui *ingens præiudicium* continent, v. c. ſolutio, renunciatio, tranſactio, iuramenti delatio, compromiſſum, *c. 9. X. de arbitr.* impugnatio facti domini, reſtitutio in integrum, recognitio documentorum vid. *tr. de iure eccleſ. proteſt. lib. I. tit. 38. §. 10.* LYNCKER. *de formis procuratoriis.*

14. Re-

14. Requiritur vlterius, (V) *vt constituatur in causis priuati arbitrii:* STRYK. *V. M. §. 2.* & sic in causis *matrimonialibus*, BRVNNEM. *I. eccl. l. 3. c. 3. §. 1.* vt & *criminalibus* non *simpliciter* admittitur, adeo vt nec accusator procuratorem constituere possit. *l. pen. §. 1. D. de publ. iudic.* Hodie tamen potest, per *C. Crim. Car. art. 12.* HILL. *ad Donell. cit. l. c. 11. lit. e.* si vel maxime in *casu succumbentiæ* accusatori pœna corporis afflictiua imminere præsumatur, vt ostendi *tom. IV. iur. eccles. lib. V. tit. 1.*

15. Diuersa ratio est *inquisiti*, pro quo, si (α) *præsens* est, non admittitur procurator, nisi in causa, quæ pœnam mere pecuniariam habet *l. 1. D. an per al. caus. appell.* quemadmodum si pœna vllo modo in *pecuniariam* verti potest, præstita sufficiente cautione, e carcere dimitti solet, STRVV. *cit. l. §. 11.* vt tamen ipse prius responderit ad *articulos inquisitionales.* Si (β) absens est, ita vt etiam condemnari possit, quilibet *defensor*, vt *causam communem* agens, admittitur; *l. 33. §. 2. h. l. 3. C. de accus. l. 4. §. 2. ad l. Cornel. de sic.* non *procurator* proprie dictus, nisi ad causas *absentiæ* allegandas, *l. pen. §. 1. de publ. iud.* & ad alios actus *accidentales* peragendos. conf. HILLIG. *ad Donell. cit. l.*

16. Officium *procuratoris iudicialis* consistit in diligenti cura adhibenda circa causam in

in iudicium deductam, & custodiendis *finibus* mandati, etiam *tacite* præscriptis. *l. 10. C. h. l 5. D. mandat.* Etenim 1) qui ad *agendum* datus est procurator, censetur quoque constitutus ad *defendendum* principalem in *reconuentione; l. 33. §. 5. l. 34. l. 62. l. 70. h.* imo 2) etiam ad appellandum, si ad *vniuersam causam* datus est *l. 17. C. h. c. penult. X. h.* Iure canonico & moribus sufficit appellationem interponere, vt postea renunciare mandato ei integrum sit. *cit. c. pen.* STRYK. *in V. M. h. t. §. 43.* HAHN. *ad W. h. n. 11.*

17, Effectus legitimæ constitutionis principalis in eo consistit, quod procurator per *litis contestationem* fiat *dominus litis*, *l. 11. pr. de exc. dol. & met. l. 22. & 23. C. h.* quo nomine alias ipse *principalis* venit. *l. 14. si quis caut.* Huius *dominii* varii sunt effectus; (α) quoad facultatem substituendi: (β) quoad continuandum processum post mortem mandantis: (γ) quoad sententiam necessario in procuratorem tanquam *dominum* concipiendam: *l. 1. C. de sentent. & interl.* (δ) quoad acquisitionem actionis directæ: (ε) quoad mutationem; nam post litem contestatam nec temere reuocari, nec ipse resignare potest, nisi prius causa cognita. *l. 17. h. &c.* De *praxi huius dominii* egi *in tr. de iure eccles. protest. tit de procurat. § 41. sqq.*

18. Agitur hoc titulo etiam de DEFENSORIBVS, *qui reum sine mandato in iudicio defendunt. l. 76. l. 43. §. vlt h.* eiusque vicem subeunt, *l. 51. §. 1. h.* præstita cautione de *iudicato soluendo*,

§. 2. *I. de satisdat.* & in actione reali *de rato*, si ante litem contestatam petatur. *l. 40. §. 3. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. filiusfam. 8. pr. §. 1. 2. l. si defunctus. 15 §. 1. l ante L C. 16. l. post litem. 17. l. quæ omnia 25. l. si actor. 29. l. pluribus 32. l. seruum. 33. §. 2. 4. 5. l. Non solum. 39. in f. l. 40. §. 3. f. l. feminas. 41. l. licet. 42. §. 4. l. 43. §. 1. l. 46. §. sqq. l. ignorantis. 49. l. Minor. 51. l. ad rem mobilem. 56. l. procurator. 58. seqq l. 62. l. procurator tutorum 63. l. procurator. 67. l. 68. l. 72. l. si reus. 73. l. Titius 76.

Ex. Cod. l. quia absente. 4. l. reum criminis 6. l. militem. 7. l. qui stipendium. 9. l. si Procurator. 10. l. Exigendi 12. l. Ita demum 13. l. Non eo minus. 14 l inuitus 17. l. alienum 18. l. Maritus 21. l. procuratoribus. 22.

Tit. IV.

Quod cuiusque vniuersitatis nomine vel contra eam agatur.

1. QVibus permissum est *corpus* habere *collegii*, vel alterius *societatis perpetuæ*, iis simul proprium est, ad exemplum *reipublicæ*, habere res communes, arcam communem, & *Syndicum, l. 1. §. 1. h.* seu *actorem. l. 10. §. 4. de in ius voc. aut edicum. l. 30. C de episc. aud.*

2 VNI-

2. VNIVERSITAS est *collectio plurium personarum in republica vnitarum ad eundem finem eumque stabilem, publice approbata.* Ex *accidente* in *vna persona* conseruatur. *l. 7. in f. h.*

3. Talia collegia personæ *vnius* vicem sustinent, *l. 22. de fideiuss* nec vt *singuli* in tali collegio ius habent. *l. 10. §. 4. de in ius voc.* Lites suas expediunt per *procuratores*, qui *syndici* vocantur, omnino distinguendi a *curatoribus* ciuitatum, vt & *administratoribus* vniuersitatum. *t. t. D. administ. rer. ad ciuit. pertin.*

4. Syndici hodie sunt vel *perpetui* ad quascunque causas a corporibus ordinatis dati, *munus publicum* gerentes: vel *temporales*, ad particularem causam dati. In genere differunt a *priuato procuratore*, (1) quod hic plerumque *voluntarie* constituitur, illi vero *necessario*, *l. 1. §. 1. l. 2. 3. h. t.* modo aduersa pars id vrgeat; alias vniuersitas admitti potest; si parua sit. *l. 5. §, 7. iud. solu.* BRVNNEM. *ad l. 3 h t.* (2) Syndicus, si *generatim* & in *perpetuum* constituitur, in plurimis locis *officium publicum* tenet, hinc (3) ad hoc suscipiendum, si *membrum collegii* est, potest cogi; imo (4) cum vniuersitas non moriatur, *l. 76. de iudic.* nec morte constituentium desinit, adeoque 5) syndicatum non est extendendum ad *heredes*, quæ omnia secus in *procuratoribus*. Quin (6) ZIEGLER. *ad Lanc. l. 3. t. 3. §. 7.* in eo etiam quærit differentiam, quod, pluribus procuratoribus *simpliciter* constitutis, alter absque

altero agere nequeat, bene tamen alter ex pluribus Syndicis. Sed contrarium ostendi in *tr. de iur. eccles. protest. tit. de Syndic. §. 4.*.

5. Quoad modum legitime constituendi syndicum, multum interest, vtrum vniuersitas sit *ordinata*, an vero non? STRVV. *ex. 7. th. 41.* Posteriori casu syndicus *temporalis* regulariter ad *certam causam* tantum constituitur, ad quem actum omnia membra vniuersitatis citari, *l. 2. h.* & duæ tertiæ ad minimum præsentes esse debent. *l. 3. h.* Quem ergo maior pars constituit, syndicus est. *l. 19. ad municipal.* Vocandi etiam sunt pupilli minores, & viduæ, adeoque horum tutorum tutoria & curatoria simul producenda, CARPZ. *p. 1. C. 13. d. 8.* & tandem singuli subscribere debent, etiam tutores. CARPZ. *cit. loc. d. 8.* & *P. 3. dec. 205.*

6. Priori casu constituunt syndicum, vel omnes, vel qui vniuersitati præsunt; *l. 3. l. 6. §. 1. h.* MEV. *2 dec. 36.* & quidem ad *quascunque causas*, sufficitque *sigillum* vniuersitatis *publicum* absque speciali subscriptione, CARPZ. *3. R. 9.* cum appositione *nominis collectiui*.

7. Qui partes procuratoris sustinere potest, ille etiam syndici, nisi quod infantes etiam olim potuerint esse procuratores, non *syndici perpetui*, vt regulam potius negatiue concipiendam putet STRYK. *h. §. 4.* Non tamen requiritur, vt eligatur ex membris ipsius vniuersitatis.

tis. *l. 1. §. vlt. h.* MARTIN. *in proceſſ. Sax. t. 7. §. 5. n. 7. ſeqq.*

8. Legitimant ſyndici ſuam perſonam per *ſyndicatum*, in quo poteſtas eorum determinata, nec *nudum procuratorium* ſufficit. vid. tamen MEV. *2. dec. 35.* His tamen, qui *perpetuo officio* gaudent, etiam futuræ cauſæ commiſſæ cenſentur absque nouo mandato ad ſingulas cauſas, quo indigent ſyndici, ad *certam cauſam* dati. THESAVR. *d. 59.* STRYK. *c. l. §. 13.* Deſtituti omni mandato ægre admittuntur, licet caueant *de rato*, & ſint membra illius vniuerſitatis, SCHILT. *ex. 10. § 56. ſeqq.* niſi cauſa concernat *intereſſe ſingulorum* de illa vniuerſitate. STRYK. *c. l. §. 7.*

9. Circa *reuocationem* itidem diſtinguendum: vtrum ſint *perpetui* an *temporales?* Illi difficilius reuocantur, quia eorum officium publicum eſt. STRYK. *c. l. §. 16.* Qui tantum ad tempus in collegiis minoribus ad certam aliquam cauſam ſunt conſtituti, facilius reuocari poſſunt.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. quibus autem. 1. l. ſi municipes. 2. l. nulli 3. l. 4 l. 5. l. ſunt 7 §. 1. 2. in f.

Tit. V. (II. 19.)

De negotiis gestis.

1. QVod *defensor* est respectu *negotiorum iudicialium*, id *negotiorum gestor* stricte dictus est respectu *extraiudicialium*. Est vero NEGOTIORVM GESTIO *quasi contractus*, *l. 16. h. t. quo quis ignorantis negotia in eius vtilitatem sine mandato gratis administrat, animo alterum obligandi.*

2. Vt itaque alter inde obligetur, requiritur (I) *gestio negotii alieni*, variis modis sese exserens. *l. 6. pr. §. 9. sq. & 11. h.* HAHN. *ad W. h. t. n. 4.* HILLIG. *ad Donell. l. 15. c. 17.* Proinde (α) non adest hoc negotium, si quis *suum* in propriis bonis, quamuis in gratiam alterius simul tendat, gesserit. *l. 6. §. 4. h.* (β) Error in persona tertii, cuius negotia sunt gesta, non nocet, modo negotia reuera fuerint aliena. *l. 5. pr. §. 1. l. 45. §. vlt. h. l. 29. comm. diuid.* Imo (γ) qui *proprium* gessit *negotium*, licet in effectu fuerit alienum; de *stricto iure* alterum non obligat: aliud est *de æquitate*, vt vel *in factum* detur. *l. 23. §. 5. de R. V.*

3. (II) *Alienum negotium geratur alterius causa.* Qui *sui lucri causa* & simul *improbe* ad negotium alienum accedit, sumtus tantum repetit, quatenus dominus locupletior factus. *l. 6.* §. 3.

§. 3. h. Deficiente *dolo*, omnes repetit sumtus, si vel maxime gestori *secundario* quoque vtiles fuerunt. *l. 48. de vsufr.*

4. (III) *Geratur vtiliter*, licet effectum non habuit. *l. 10. §. 1. h.* Ex hoc enim oritur æquitas obligationis vltro citroque. *l. 2. h.* Obligat tamen negotium inutiliter gestum, si a domino comprobatum. *l. 9. h.* Videlicet gestor regulariter α) ad *diligentiam exactissimam*, *l. 25. §. 16. fam. herciſc. §. 1. in fin. I. de obl. quæ quasi ex contractu l. 6. §. fin. h. l. 21. C. mandat.* STRVV. *ex. 7. th. 50.* SCHILT. *exerc. 10. th. 67.* ζ) aliquando etiam ad *casum* tenetur, *l. 11. §. 1. D. l. 22. C. h.* BYNCKERSH. *lib. I. obsc. 7.* sicuti etiam γ) quandoque pro re nata tantum ad *culpam latam. l. 3. § 9. h.*

5. (IV) *Negotia ignorantis gerantur*, quamuis *præsens* fuerit. FRANZK. *h. n. 10. 11.* Quocirca (a) *inuiti* negotium non geritur; *l. 24. C. h.* nec tamen contradictio attenditur in *actione funeraria*, quæ huic *affinis* est. STRYK. *de C. C. S. 3. c. 1. §. 2.* Neque (b) omnis *ratihabitio* subsequens *mandatum* inducit, præsertim si negotium in totum iam absolutum; *l. 9. h.* secus est, si, dum negotium adhuc geritur, principalis negotium ratihabeat. *l. 60. d. R. I.* FRANZK. *h. n. 13.* Effectus consistit in eo: (1) quod negotiorum gestio non infamet: (2) maiorem diligentiam requirat: (3) morte principalis non exspiret: *l. 21.*

§. 2. h. (4) dominus quilibet, etiam inhabilis, obligetur. *l. 3. §. 4. h.*

6. (V) *Geratur cum intentione alterum obligandi*: obligatio vltro citroque non oritur; si ex *pietate* vel *amicitia* negotium gestum, *l. 11. & 15. C. h. l. 31. & 34. l. 44. h.* quia praesumitur *animus donandi*. Possunt tamen contrariae praesumtiones adesse, quae praesumtionem ex *pietate* elidunt, vtpote si auia, quae nepotis negotia gessit, impensas in rationes retulit, bona eius administrauit, simulque protestata est. *l. 34. h.* Tota haec res non in *iure*, sed *facto* consistit, *cit. l. 34.* & sic ex *circumstantiis* diiudicanda.

7. Ex negotiorum gestione, ita comparata, actio oritur tum *directa* tum *contraria*. *l. 3. §. 7. h.* Illa datur ex *obligatione principali gestoris* domino aduersus gestorem; (α) ad rationes administrationis reddendas: (ε) ad restituendum quod ad eum peruenit, vel peruenire potuit, etiam cum vsuris, cum sit iudicium b. f. *l. 7. h. t.* denique (γ) ad resarciendum damnum, quauis culpa datum. *l. 2. l. 19. §. 4. l. 38. h.* Tenetur (δ) *aliquando* etiam de *non gestis*, quae gerere debuit. *l. 6. §. 12. D. h.* HILLIG. *ad Donell. lib. XV. c. 15. lit. D.* VOET. *h. t. §. 6.*

8. Ex obligatione domini *secundaria*, quae *ex aequo* nascitur, *l. 2. h.* datur actio *contraria* ei, qui vtiliter gessit negotium, ad *indemnitatem consequendam*. Haec consistit in repetitio-

tione, (I) *impensarum* necessariarum & vtilium, *l. 2. l. 27. pr. l. 45. pr. h.* intra *modum* factarum; *l. 10. l. 25. h.* (II) eius, quod gerenti alias abest ob causam negotii gesti, *l. 10. C. h.* etiam ratione vsurarum, *l. 18. C. h.* vel (III) abfuturum creditur, si forsan se obligauit. *l. 28. in fin. h.*

9. Alio sensu etiam *directa* opponitur *vtili* actioni, quæ ex *æquitate* contra formulam præscriptam competit. vid. *l. 19. §. 2. l. 3. §. 10. l. vlt. D. h. l. 11. & 17. C. eod.* Sed in effectu inter vtramque nihil interest. *l. 47. h.*

TEXT. NOTAB.

L. si quis. 2. l. 3 §. 9. 10. l. litem si 5. in f. l. si pupilli 6. §. 3. 6. 9. l. quia tantundem. 7. l. Pomponius 9. l. sed an vltro. 10. § 1. si negotia. 11. l. atqui natura. 19. §. 4. l 21. §. 2. l. 27. in f. l. Nesennius Appollinaris. 34. l. soluendo 39. l. si communes. 40. l. is qui 44. l. actio negot. gest. 47.

Ex Cod. cum tutores. 1. l. curatorem. 6. l. alimenta. 11. l. quod in vxorem. 12. l. si paterno affectu. 15. l. tutori. 20. l. si quis nolente. 24.

Tit. VI. (IX. 46.)

De Calumniatoribus.

C*Alumniatores* vario in sensu accipiuntur. *l. 1. §. 1. ad SC. Turpill.* SCHILT. *ex. 10. §. 71.* Hic denotant eiusmodi *homines, qui pecuniam aliamue rem accipiunt, vt alteri calumnioſam litem per fraudem faciant, vel non faciant. l. 1. §. 2. & 3. l. 7. h.*

2. Proposuit contra eos prætor actionem *in factum* pœnalem in *quadruplum* intra annum, post annum in *simplum l. 1. pr. h.* Datur hæc actio ei, cuius intuitu pecunia data, vt negotium *per calumniam* ipsi fieret, vel non fieret, *l. 3. §. vlt. l. 7. h.* quod sufficit, licet calumnia non fuerit in effectum deducta. *l. 3. §. 1. h.* Contra dantem *iniuriarum* agitur. Illi vero, qui dedit, ne alteri negotium fieret, datur *condictio ex turpi vel iniusta causa*, ad repetendum datum. In *heredem* prior non competit; ad extorquendum tamen turpe lucrum, quod ad eos peruenit, *in factum ex æquitate* agitur. *l. 5. pr. h.*

3. Plura alia remedia sunt prodita contra calumniatores, quæ congessit SCHILT. *c. l. §. 73.* Hodie quoque calumniam coerceri in confesso est; sed an hæc actio adhuc *in quadruplum* locum habeat? merito dubito. vid. STRYK. *in V. M. h. §. 2.* SCHILT. *c. l. §. 74. sqq*

TEXT. NOTAB.

LI. § 3. l. & generaliter. 3 § 3. l. in heredem. 5. l. 7. pr. *Ex Cod.* l. malo. 2. l. fallaciter. 9. l. quisque 10.

Lib. IV. Tit. I. (II. 20. seqq).

De in integrum restitutionibus

RESTITVTIO in genere est *amissæ rei vel causæ redintegratio, & in pristinum statum*

tum deductio. Obtinet (I) in *criminalibus* fitque vel ex *mera gratia*, a solo *principe: l. 27. pr. de pœnis*, vel ex capite *innocentiæ t. t. de sent. pass. & restit.* (2) in *ciuilibus* ex singulari *æquitatis* ratione a *magistratu*, propter læsionem *stricto iure* subsistentem, *iusta causa* concurrente, conceditur, que huius loci est. Neque enim *interpretatio per æquitatem* ob varia obstacula, quæ tempore *antiquæ iurisprudentiæ* emergere poterant, sufficere visa fuit.

2 Hoc sensu est vel *prætoria*, vel *ciuilis*. Ad hanc vulgo referunt casus in *l. 31. de iureiur. l. 33. de re iudicat. l. 2. C. de resc. vendit.* quin etiam restitutionem reipublicæ. STRYK. *in V. M. tit. de min. §. 17.* Differentiæ ratio consistere dicitur in *duratione;* vid HAHN. *ad W. h. n. 5.* sed sine solida ratione.

3, Omnis restitutio (I) olim decernenda erat *a magistratu maiori: l. vlt. C. vbi & apud quem cogn. in integ. restit.* hodie a quocunque, *iurisdictione inferiori* munito. STRYK. *in V. M. h. §. 6.* etiamsi ab ipso læsio oriatur, decernitur. *l. 16. §. f. l. 42. de minor.* MEV. *2. dec. 152.* Debet esse *competens* vel α) respectu *domicilii*, *l. 2. C. vbi & apud quem cogn. in integr. restit.* vel β) *rei sitæ;* non vero γ) *contractus.* ENGELBR. *ad D. h. §. 3.* STRVV. *exerc. 8. th. 4.* Arbitris ius restituendi non competit, quia *iurisdictione* destituuntur. *l. 3. C. vbi & apud quem.*

4 (II) *Petatur vel immediate a parte læsa*, vel per *procuratores* speciali mandato instructos:

t. t.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0183
DFG

t. t. C. etiam per procur. cauſ. in integr. ipſo iure non competit. SICHARD. *ad rubric. C. h.* Petitur vero (I) vel per modum *actionis*, HILL. *ad Donell. l. 21. c. 4. lit. e.* vel *exceptionis*; *l. 24. §. fin. de minor. l. 9. §. 4. de iureiur.* vel porro (II) *ſeparato proceſſu* vel *incidenter l. 7. h. c. 6. X. h.* quo caſu idem iudex reſtituit, qui in cauſa principali iudicat.

5. (III) Fiat *ad præcedentem cauſæ cognitionem, l. 3. h.* vnde & pars aduerſa citanda, & audienda. *l. 39 de adopt.* FRANZK. *h. §. 12.* (IV) Probetur *læſio* (α) haud *culpoſa*; (β) ex ipſo reſultans negotio *l. 7. §. 1. h.* (γ) alicuius momenti. *l. 3. 4. h.*

6. (V) Adſint *iuſtæ cauſæ*, quales in iure vel ſunt *determinatæ* vel *indeterminatæ*; illuc etiam pertinent *redhibitoria* & *Pauliana* actiones. (VI) *Deficiat contra eandem perſonam remedium ordinarium.* Eſt enim reſtitutio *extraordinarium, l. 16. de min.* quod non datur, ſi *ipſo iure* quis tutus eſt, *l. 16. §. 1. eod.* niſi reſtitutio ſit vtilior. *l. 3. §. 1. naut. caup. ſtab. l. 14. §. 2. l. 21. inf. quod met. l. 13. in fin. eod.* (VII) *Petatur intra legitimum tempus*, quod olim *annale* erat, *l. 19. de min.* poſtea mutatum in *quadriennium continuum, l. vlt. C. de tempor. in integr. reſtit.* a die *remoti impedimenti* computandum, FRANZK. *h. n. 29.* aliquando tantum illud tempus reſtituitur, in quo quis læſus eſt. *l. 26. §. §. ex quib. cauſ. maior.* FRANZK. *c. l. n. 25. & 26.*

7. Hoc modo valide intentatur hoc remedium a per

a personis læsis & heredibus, *l. 6. h. l. 18. §. vlt. de min.* imo etiam successoribus singularibus, *l. 24. pr. de min.* quia non tam *persona* quam *res* restituitur. FRANZK. *c. l. n. 39.* Datur aduersus lædentes; nisi obstet *reuerentiæ* respectus *l. 2. C. qui & aduers. quos.* VOET. *h. t. §. 15.*

8. Agitur ad *rescindendum negotium* stricto iure validum, & pristinum ius restituendum; quod vno, non duplici iudicio, *rescindente* & *rescissorio* expeditur. *§. 6. & 7. I. de action.* STRVV. *exerc. 8. th. 3.* PAGENSTECHER. *in Sicil. ad Lauterb. manip. 3. p. 47.* VINN. *l. 1. sel. qu. c. 9.*

9. Effectus (α) *petitæ* restitutionis est, quod pendente controuersia nihil noui fieri possit, *l. vn. C. in integr. restit. postul.* cum sit instar *remedii suspensiui. l. 32. C. de transact.* Exceptio est in *c. 6. X. h. t.* (β) *Impetratæ* vero, quod omnia in pristinum statum sint reducenda, *l. 22. §. 1. ex quib. caus. mai. l. 24. §. 4. l. 39. §. 1. de min.* ab vtraque parte, modo sint connexa. vid. *l. 28. D. de min.* GREVE *exer. 6. ad D. h. §. 13.*

TEXT. NOTAB.

L. omnes. 3. l. scio 4. l. non solum 6. l. Diuus. 7. *Ex Codice* l. quoniam. 2. l. cum scimus 3. *vbi & apud quem.*

Tit. II. (*II. 20.*)

Quod metus causa gestum est.

1. PRima species restitutionis est ex capite *vis & metus*. Vis est *maioris rei impetus, qui repelli non potest*, *l. 2. h.* METVS vero *instantis vel futuri, vel præsentis periculi causa mentis trepidatio. l. 1. l. 9. pr. h.* De *iure naturæ* negotium per *vim iniustam* gestum est nullum. De *iure Germanico* idem obtinet. *I. P. S. lib. III. art. 41.* De *iure Romano* idem obseruatum in *negotiis b. fidei*, in quibus sola *ratio naturalis* attenditur *l. 116. de R. I. l. 21. §. 3. h. l. 85. de acquir. vel omitt. her. l. 1. C. de rescind. vend.* NOODT *de formula emend. dol. mal. c. vlt.* Stricti iuris vero negotia valuerunt, propter quæ *restitutio in integrum* introducta est.

2. Hæc vt locum habeat, supponit (I) *vt aliquid sit gestum*, h. e. per alienationem, liberationem, promissionem, negotium *stricti iuris* cum altero initum, FRANZK. *h. n. 8.* Ad *testamenta* aliosque actus *solitarios* non pertinet hæc actio, qui ipso iure nulli sunt; nec ad *negotia bonæ fidei.* Quia tamen lucrum habet, pedetentim etiam ad hæc tracta est, *l. 3. l. 4. l. 5. l. f. C. h. t.* salua tamen electione.

3. (II) Vt *gerens per vim præsentem compulsiuam ad agendum adactus sit.* Proinde 1) reliquæ species *violentiæ* huc non spectant, quæ pariunt

riunt alia remedia. (2) Neque etiam sufficit quælibet *suspicio inferendi mali. l. 9. pr. h. l. 9. C. h.* Denique (3) *agens per vim aliquid ad actum conferre debet*; si nihil contulit, actus in totum est nullus. STRYK. *in not. ad Lauterb. h. ab init.*

4 (III.) *Metus sit iustus seu non vani hominis*, sed qui in constantem hominem pro diuersa ratione *sexus, ætatis, & valetudinis* cadit. *l. 3. ex quib. caus. mai. l. 5. & 6. l. 7. pr. h.* Non sufficiunt (α) metus reuerentiæ, (β) infamiæ, *l. 7. cit.* HVBER. *h. §. 2.* aut (γ) minæ verbales, *l. 9. C. h.* nisi a tali homine proficiscantur, qui *potest* & *solet* minas exequi. HVBER. *cit. loc.* Iustus autem est metus *mortis, verberum, cruciatus corporis, stupri l. 8. §. 2. h. vinculorum, carceris. l. 7. §. 1. h. l. 6. C. h. l. 13. C. de transact.*

5. (IV) *Vis a parte inferentis sit iniusta*, vel contra bonos mores. *l. 7. inf. l. 8. pr. h.* Aliud est si *iure licito* infertur, *l. 3. §. 1. l. 21. pr. h. l. 84. §. vlt. de legat. 1.* veluti in *bello* vel a *magistratu*, nisi hic modum excesserit. *l. 3. l. 7. §. 1.* Hoc facto nec *vrpheda*, quam tortus vel incarceratus inique præstitit, magistratum liberat. *art. 20. C. C. crim.* HAHN. *ad W. h. n. 3.*

6. (V) *Damnum sit illatum. l. 12. & 13. h.* In *negotiis nullis* reuera non adest læsio, & sic nec opus restitutione. *l. 21. §. 3. h.* Sic etiam, si *verus debitor* soluere coactus est, hoc edicto non iuuatur; interim ius crediti creditor amittit. *l. 12. l. 13.*

l. 13. h. t. l. pen. ad l Iul. de vi priuat. Denique (VI) vt *metus subsequente ratihabitione purgatus non fuerit;* alioquin subsistit negotium. *l. 2. l. 4. C. h. t.*

7. Hisce concurrentibus requisitis datur læso *actio*, vel etiam *exceptio quod metus causa.* De *hac* infra *t. t. de de dol. mal. & met. exc.* Illa est *in rem scripta*, *arbitraria*, & *pœnalis mixta*, competens metu læsis aduersus quemcunque possessorem, ad rem restituendam, vel simpliciter, vel aliquando *cum triplo;* metus tamen antea docendus *l. 23. pr. h.* Heredes *ex æquitate* actione *in factum* perpetuo tenentur, quatenus ad eos peruenit, *l. 16. §. 2. l. 19. h.* & sufficit semel peruenisse ad *primum heredem*, quo casu heredis heres omni modo tenetur. *l. 17. h.*

8. Hoc peculiare habet, quod detur contra *quemuis possessorem. l. 1. l. 9. §. 8. l. 14. §. 3. h.* Hoc tamen interest, (1) quod tertius *bonæ fidei possessor* non teneatur de re *exstincta*, *l. 14. §. 5. h.* sed tantum de extante, quorsum pertinere videntur verba *cit. l. 14. §. 5. h verf. vnde quidam;* ast ipse metum inferens distincte de *casu fortuito* tenetur. (2) Quod ipse metum inferens etiam *fructus percipiendos* restituere cogatur; *l. 12. pr. h.* non *bonæ fidei possessor*, nisi in quantum locupletior redditus. *l. 18, h.* BRVNN. *paratit. h. q. 26.*

9. In quadruplum non datur simpliciter, sed (α) *intra annum, l. 21. §. 2. l. 14. §. 1. h.* (post annum

annum autem in simplum ad 30. annos, causa cognita. *l. 4. in f. C. l. 14. §. 1. l. 21. §. 1. D. h.*) qui mutatus est in quadriennium continuum: *l. vlt. C. de tempor. restit.* STRYK. *in V M. §. 4. h.* (e) tunc demum, *si ad arbitrium iudicis ante sententiam actori non restituerit* possessor, *l. 14. §. 3. 4. h.* qualiscunque fuerit. *l. 14. §. 3. h.* & ita quadruplatur res cum *fructibus* & omni *causa. l. 14. §. 7. h.* Aliquando etiam pretium restituendum, si quis videlicet ad rem suam vendendam coactus fuerit. *l. 3. C, h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. vis. 2. l. metum 6. l. nec timorem 7. l. isti quidem 8. §. 2. l. metum autem 9. pr. 4. 6. f. l. si quis 11. l. sed & partus 12. in f. l. extat. 13. l. item 14. § 2, 3. 4. 13. l. quod diximus 16. in f. l. videamus 17. l. si res ipsa 18. l. quod autem 19. l. si mulier 21. §. 5. l. non est verisimile 23. pr.

Ex. Cod. l. cum te non solum, 2. l. metum 9.

Tit. III. (II. 21.)

De dolo malo.

1. ALtera restitutionis species est ex capite *doli*. Generaliter *dolus* denotat quoduis *pessimum consilium* data opera alteri nocendi, omnibusque delictis inest, & sic etiam *metui l. 14. §. 13. quod metus caus.* Huic aliquando, si de *interesse ciuili* agitur, æquiparatur *culpa lata*,

quæ proinde dicitur *præsumtus* dolus, vid. *L. 226. de V. S l. 32. depositi.*

2. Speciali in sensu *dolus malus* est omnis *calliditas, fallacia & machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendum adhibita. l. 1. §. 2. h.* vel rectius: est *calliditas, qua lædendi & circumscribendi alterius causa aliud agitur & aliud agi simulatur. l. 7. §. 9. de pact.* De hac specie hic sermo est, ex qua datur restitutio contra negotia *stricti iuris.*

3. Requiritur ergo (I) *dolus malus*, coniunctus cum *inexcusabili* quadam *calliditate. l. 7. §. vlt. h.* Hinc (α) *dolus bonus* eorum, *qui aliud agunt, aliud simulant, vt tueantur sua vel aliena*, huc non pertinet, *l. 1. §. 2. 3. h.* sed iure licitus est, vt vel *territio* ostendit. OTTO *de dolo bono.* Multo minus (β) dolus, qui dicitur *ex re*, sufficit; *l. 36. de V. O. l. 2. §. 3. sqq. de dol. mal. & met. except. l. 10. C. de resc. vendit.* parit tamen, si læsio est vltra dimidium, actionem *ex l. 2. C. de rescind. vendit.*

4. (II) *Negotium, in quo dolus admissus, debet esse stricti iuris.* De *iure naturæ* dolus negotium facit ipso iure nullum. Ius ciuile antiquum ab hoc principio recessit in *contractibus stricti iuris. l. 36. de verb. obl.* in quibus, quod non expressum, pro omisso habendum. *l. 99. eod.* CIC. *lib. III. de offic.* Propter hos necessaria fuit hæc restitutio, *l. 7. §. 3. h.* si in illis de *dolo* nihil expresse actum *l. 31. de recept. qui arbitr.* Præterea vero ad alia negotia, extra contractus dolose gesta,

gesta, postea applicari cœpit, vt agi possit ad *interesse. l. 7. C. h. l. 8. l. 9. §. 11. D. h.*

5. In negotiis vero *bonæ fidei* distinguunt Dd. inter dolum *dantem causam contractui*, vbi quis fraudibus inducitur ab alio ad contrahendum, alias non contracturus: *l. 7. pr. h.* & *incidentem*, vbi quis in negotio, sponte susceptο, decipitur, ad contrahendum dolo haud inductus. *Priori* casu *nullum* esse volunt negotium, *l. 7. pr. h.* vt nequidem *dominium* transferatur; *l. 31. de acquir. rer. domin. l. 1. §. 10. de donat. int. vir. et vx.* VOET. *h. t. §. 3.* electione tamen decepto salua, velitne negotium dicere nullum, an seruare, & quanti interfit petere? STRVV. *ex. 8. th. 28.* Posteriori vero tantum agi posse censent ex illo contractu, in quo dolus admissus, vt læsio, *saluo contractu*, resarciatur. *l. 7. pr. & §. 3. l. 9. pr. h. l. 13. §. 4. & 5. de action. emt. vend. l. 66. §. 1. de contr. emt. vend.* Verum rectius etiam hic electio decepto danda, malitne ad contractum rescindendum agere, per *l. 11. §. 5. de act. emt. vendit.* an vero seruare, propter *l. 5. C. de rescind. vend. l. 12. §. 1. de iur. dot. l. 16. §. penult. de min. l. 3. C. commun. vtriusque iud.* NOODT. *de formul emendand doli mali.* Ceterum stipulatione super emtione inita, contra *tertium* denegatur actio realis, quia tantum contra decipientem *restitutio* conceditur, *l. 10 C. de rescind. vendit* nec *translatio dominii* impeditur, vid. CICERO *lib. III. offic. c. 14.*

6. III Opus est, *vt actio alia ordinaria deficiat*; *l. 1. §. 4. h.* nisi (α) dubitetur, an alia adsit

actio? (ε) actio concurrens æque sit famosa; *l. 7. §. 3. l. 9. §. 2. h.* HAHN. *ad W. h. n. 5.* (γ) actio, quæ competit, inanis sit; *l. 5. & 6. l. 7. §. 8. h.* (δ) tempus, intra quod instituenda, dolo aduersarii effluxerit. *l.* 1. §. *6. h.* conf. CORNEL. van ECK. *in princ. iur. h. §.* 11 FRANZK. *h. n. 20.* Inde etiam explicari potest *l. 5. §. 2. & 3. de P. V. iunct. l. 2. h.*

7. (IV.) *Læsio non modica probetur. l. 10. h.* Vnde (α) *causæ cognitio* prætoris requiritur, *l. 9. §. vlt. h.* & (β) speciatim exprimendum, quid dolo malo factum sit. *l. 16. h.* (γ) Ob *læsionem modicam* facilius admittitur *actio in factum.* HAHN. *ad W. h. in fin.*

8. (V) *Ratio personarum habeatur, contra quas instituitur;* neque enim 1) instituenda contra personas, quibus *reuerentiam* debemus, sed vtendum actione *in factum*, verbis in factum temperatis, *l. 11. §. 1. h.* quia infamat, *l. 15. §. 3. h.* Vnde quoque 2) contra *heredem* non datur, si tamen locupletior ex dolo defuncti factus sit, actio *in factum* perpetuo competit. *l. 28. l. 29. h.*

9. (VI) *Intra bienninm continuum instituatur.* quod hodie sufficit. De iure Romano intra biennium finiri quoque debuit; sed actio *subsidiaria in factum* perpetua est, nec ad *rescindendum negotium*, vt actio doli, tendit; *l. 28. in fin. h.* SCHILT. *ex. 11. th. 21.* imo adhuc elapso biennio competit, in quantum dolosus *locupletior* factus. *l. 28. cit.* FRANZK. *h. t. n. vlt.*

10. His

10. His concurrentibus requisitis (1) in *causis stricti iuris* datur *actio de dolo*, personalis, arbitraria, competens ei, qui dolo alterius malo deceptus est: contra decipientem, ad rei dolo *amissæ restitutionem* cum omni causa, quæ aliquando per *iuramentum in litem* æstimatur, si deinceps non restituat, secundum arbitrium iudicis. *l. 18. h.* (2) Aliquando tantum *ad interesse* competit, iuxta §. 4. *inf.* Quodsi in *negotio b. f.* dolus est admissus, agitur vel remedio *nullitatis*, in foro *domicilii*, ad resoluendum contractum; vel ex *ipso contractu* ad interesse. Vtrobique ad 30. annos agendum est.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 2. 3. 4. l. Nam is 6. l. & eleganter 7. pr. §. 3. l. quod si 8. l. si quis adfirmauit. 9. §. 2. l. non debet 11. sq. l. sed ex dolo. 15. pr. §. 1. 3. l. arbitrio 18. pr. l. 22. l. in heredem 26. l. itaque 28. l. si duo 36.
Ex. Cod. l. 2. l. si superstite. 5. l. Dolum. 6. l. optimum 8.

Tit. IV. (*II. 21.*)

De minoribus XXV. annis.

1. Continetur hic *tertia species* restitutionis, scilicet *minorum*, lapsorum in negotiis ciuilibus, ob *lubricum ætatis*, *l. 1. pr. §. 2. h.* quæ *summarie* peragitur. *l. 24. inf. h.*

2. Requiritur vero (1) *minorennitas*. *Mi-*

norennes hic intelliguntur. qui *annum* 25 non impleuerunt, quod tempus a momento in momentum ſpectatur, *l. 3. §. 3. h.* & ſic XI. dies initio huius ſeculi calendario ſubtracti computandi. De die intercalari vid. *l. 3. §. 3. h.* FRANZK. *h. ab init.* Hic terminus in Germania variat. *J. P. S. lib. I. art. 42.* vid. STRYK. *in V. M h. §. 2. ſeqq.* SCHILT. *ex. 11. §. 24. ſeqq.* Imo minorennes poſſunt quandoque haberi pro *maiorennibus*, (1) ob *iuramentum corporale* a pubere præſtitum: *l. 1.* cum *auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend.* HILLIG. *ad Donell. l. 21. c 13.* VINN. *lib. 1. ſel. qu. c. 15.* (2) Si princeps minorem pro maiorenni declarauerit, *l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr.* qui in poſterum non reſtituitur, niſi contra *veniam ætatis. l. 1. C. eod.* ENGELBR. *ad h. t. §. 22.*

3. Probanda eſt hæc ætas, *l. 9. C. de probat. l. 4. C. h.* olim *libris cenſualibus*: *l. 3. pr. l. 4. §. 5. de cenſib.* hodie plerumque (α) *libris baptismalibus*, MASCARD. *de probat. concl. 668. ſqq.* ſi de *præciſa die* non eſt quæſtio; alias tantum *baptismus* inde probatur. *uid. ius Paroch. ſect. 4. c. 1. §. 30.* STRAVCH. *diſſ. 27. th. 18. C. I. A. h. th. 102.* (ε) *Annotatio* parentum quoque recipi poteſt, *l. 16. de probat.* VOET. *h. t. §. 12.* quæ hic æque ac in quæſtione de *genealogia* probat. *c. 5. & 22. X. de teſtib.* Quod ſi dolo ſe maiorem dixerit, ceſſat reſtitutio. *t. t. C. ſi minor ſe maior.*

4. (II)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0194
DFG

4. (II) *Vt aliquid cum minore fuerit gestum, l. 1. §. 1. h.* vnde *damnum* vel etiam *graue incommodum* sentit. *l. 7. §. 6. h. l. 41. de recept. qui arbitr.* Huc etiam pertinent, quæ a minore *per culpam* sunt neglecta, *l. 44. h.* siue *in iudicio* siue *extra iudicium*, quod explicatur in *titulis, C. si aduers. rem iudicat. &c.* etiamsi minor curatorem habuerit. *l. 3. C. de in integr. restit. l. 2. 3. f. C. si tut. vel cur. interv.* Non vero datur (1) contra delicta *dolosa; l. 37. pr. h. l. 1. C. si aduers. delict.* bene tamen *culposa: l. 2 eod.* HVBER. *h. §. 9.* (2) contra gesta cum parentibus & patronis, *qua talibus: l. 2. C. qui & aduers. quos. nouell. 155. c. 1.* conf. HILLIG. *ad Donell. lib. XXI. c. 12.* BERGER. special. comment. *ad cit. l. 2. §. 6. seqq.* (3) contra dationem libertatis: *t. t. C. si aduers. libert.* (4) contra omissionem *actionis iniuriarum: l. 37. D. h.* (bene tamen *querelæ inofficiosi, l. 1. C. de in integr. restit.*) & (5) contra matrimonium iam contractum; HILL. *ad Donell. cit. l. c. 12.* ENGELBR. *c. l. §. 44.* STRVV. *exerc. 8. th. 57.* facilius contra *sponsalia* etiam pure contracta, vt probatum dedi *in iure eccles. protest. tit. de sponsal. §. 73. sqq.*

5. (III) *Minor singulariter sit læsus. l. 24. §. 1. h. l. 12. §. 1. de administr. tutor.* Negotia ipso iure nulla huc non spectant, quia *ipso iure* tuti sunt, *l. 16. pr. §. 1. l. 3. C. h. l. 4. C. si aduers. rem. iudicat.* Ipsa læsio est æstimanda ex *tempore contractus.* HILLIG. *ad Don. lib. XXI. c. 9. lit. A.*

6. Et quidem (IV) *propter lubricum ætatis.* Neque enim huc pectant (α) *damna fatalia*, qua talia: *l. 11. §. 4. & 5. h.* nisi quædam *imprudentia* præcesserit; quo pertinet, si rem sorti commiserint: *l. 11. §. 5. h.* HVBER *h. §. 4.* (β) *negotia*, in quibus *lubricum ætatis* allegari nequit, h. e. in quibus *certæ artis peritiam* profitentur. VOET. *h. t. §. 50. sq.*

7. Probanda est ante omnia hæc *læsio; l. 9. §. 4. de iureiur. l. 5. C. h.* HILLIGER. *ad Donell. l. 21. c. 10.* aliquando vel sola allegatio *negotii gesti* sufficit, si læsionem per se continet *l. 7. §. 3. h.* STRVV. *ex §. th. 48.* MEV. *7. dec. 287.*

8. (V) Vt *negotium in minorennitate gestum a minore minime approbatum* sit. Approbatio a maiorenni excludit hoc beneficium, quæ fieri potest vel *expresse l. 1. & 2. C. si maior fact. rat. hab.* vel *tacite*, si (α) negotium in maiorenni ætate *scienter* geritur, quod *necessariam probationem* negotii antea gesti continet, *l. 3. §. 1. & 2. h.* veluti si pretium rei alienatæ petit: si id soluit: si annuos reditus accipit. (β) Si tempus restitutioni præstitutum, (*quadriennium* scilicet, a primo die anni 26. computandum ENGELBR. *cit. l. §. 25.*) labi patitur. *l. vlt. C. de tempor. restit. in integr.* Si veniam ætatis impetrauit minor, quadriennium non ante finiendum, nisi obtenta vera maiorennitate.

te. *l. 5. C. de tempor. in integr. rest.* SCHILT. *ex. tit. 5. §. 27.*

9. (VI) Vt *semel antea non sit denegata;* sic enim ex eadem causa non amplius conceditur. *t. t C. si sape restit. in integr. postulat.* A reiecta tamen restitutione appellari potest.

10. Denique (VII) necesse est, *vt non æque concurrat priuilegiatus, contra quem restitutio petitur. l. 34. l. 11. §. 6. h.* nisi priuilegium ætatis sit fortius, *l. 11. §. 7. l. 12. h.* vel alter certet de damno & alter de lucro captando. *l. 34. h. t.*

11. Concurrentibus his requisitis, restitutio haud deneganda *minori*, & *ex eius persona* heredi, *l. 18. §. 5. l. 19. h.* intra quadriennium a tempore aditæ hereditatis, α) si *maior minori* successit. *l. 5. C. de tempor. in integr. restit.* β) *Si minor minori*, intra quadriennium post adeptam maiorennitatem: denique si γ) *minor maiorenni* successit, post XXV. annum intra id tempus, quod defuncto *superfuit. l. 19 h. t.* Propter minorem aliquando quoque *simul* restituitur maior, si (α) ex præcedente *obligatione* ei cedere debet restitutionis beneficium; *l. 24. pr. h.* β) minor alias restitui non potest, veluti si minor socium maiorennem in *causa indiuidua* habet. *l. 4. §. 4. si seru. vindic. l. 29. §. 1. h.* conf. *l. 47. §. 1. h. t.* Alias soli minori restitutio prodest, *l. 3. §. 4. h.* vt nec *fideiussores* inde liberentur, *l. 13 pr. h.* quin potius aduersus vtrumque & fideiussorem & creditorem restituatur: *c. l.* nisi alia causa, maioribus communis, concurrat, quæ quoque fideiussori

prodesse debet. STRVV. *ex. 8. th. 60.* Ex eodem fundamento *restitutio filiifam. minoris* non prodest patri actione *de peculio* conuento *l. 3. §. 4. h.*

12. Restituitur minor aduersus eum, cum quo negotium gestum est, etiam contra *fiscum.* Non facile aduersus *tertium possessorem*, nisi (1) minor rem ipsam potius habere, quam interesse, malit, *l. 9. pr. l. 13. in fin. l. 14. & 15. h.* saluo tamen regressu aduersus auctorem: *l. 15. h. t.* (2) is non sit soluendo, cum quo negotium gestum: *l. cit.* 13. (3) tertius m. f. emerit. *l. 13. §. 2. l. 14. h. t.*

13. Vtuntur hoc beneficio quoque *ecclesiæ, pia corpora*, & *respubliæ*, quæ comparantur minoribus. *in c. 1. & 3. X. de restit. in integr. l. 3. C. de iur. reipubl. Fisco* aliisque collegiis idem nullibi indultum, vtut VOET. *h. t. §. 55.* idem fisco tribuere malit. Cum vero nunquam ad maiorennitatem perueniant, quadriennium computandum est a tempore *læsionis cognitæ. c. 1. & 2. de restit. in integr. in 6.* GALES. *ad Clem. vn. de restit. in integr. n. 43.* Proinde illud non currit, durante vita Rectoris, male administrantis, vel alienatis; sed demum incipit currere a tempore *successoris*, vt primum sciuit illicitam alienationem. ZIEGLER. *ad Lancell. lib. 3. t. 81. §. 3.* A quibusdam hæc restitutio ad *ciuiles* refertur, sed sine effectu, cum etiam in his *quadriennium* retentum. LINCK. *ad decret. t. de in integr. restit. §. 4.*

14. Sunt

14. Sunt etiam in perpetua curatela *feminæ* Saxonicæ & Hamburgenſes, aliæque, ſecundum ſtatuta locorum. MEV. *ad ius Lubec. l. 1. tit. 7. art. 4. n. 8.* Vnde diſputant, vtrum etiam hæ reſtituendæ ſint? quod Saxones negant, vid. IACOBI *diſp. de in integr. reſtit. mulierum. c 2.* alii affirmant STRYK. *diſp. de iur. ſingul. fem. Hamburg. c. 1. §. 13.* SCHILT. *ex. 11. th. 9.* Prior tamen ſententia probabilior eſt, quia hi *curatores bonorum* haud ſunt.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr §. 2. 3. l. Denique Diuus 3. §. 1 2. 3. 4. l. Minoribus. l. ait Prætor. 7. §. 3. 6. 9. l. minor etiamſi 8 l. ſi ex cauſa. 9. §. 3. 5. l. Verum vel de dolo. 11. §. 4. 6. 7. l. ſi apud minorem. 12. l in cauſæ cognitione. 13 pr. l. plane. 14. l in cauſæ cognitione. 16. pr. §. 4 l interdum 19. l. quodſi minor. 24. §. 1. 2. 4. l. illud. 25. l. etiam ſi patre. 29. l. ſi minor. 34. l. auxilium. 37. §. 1. l. 38. l. ſi iudex. 41. l. de ætate. 43. l. minor ſe in id. 49.

Ex Codice l. illud. 1. l. ſi curatorem. 3. l. minoribus. 8. l. Non videtur. 9. *de in integr. reſtit. minor.* l. poſt. quam. 1. l ſi ea. 2. *de fideiuſſ. min.* l. ſi iam. 1. l. etiam. 3. l. ſi creditor. 4. l etiam tutoribus 5. *ſi tut. vel cur. interu.* l. vn *ſi in communi.* l. aduerſus. 3. *ſi. adu. rem iudic.* ſi minor. 1. auth. ſacramenta puberum *ſi adu. vendit.* l 1. *ſi adu transact.* l. in delicto. 2. *ſi adu. ſolut.* l. in criminibus 1. *ſi adu. delictum.* l. 1. *ſi adu. cred.* auth ſi omnes *ſi minor ab hereditate.* l. 1. *ſi vt omiſſam.* l. 2. l. in minorem. 3. l. ſancimus. 5. *quibus cauſ. in integr.* l. 1. l. 2. *qui & adu. quos.* l. 2. 3. *ſi minor. ſe maior* l 1 l. 3. *ſi ſæp in integr.* l. omnes 2. l. eos 3. *de hi, qui veniam.* l. 1 *ſi mai. fact.* l quoniam. 2. l. 3. *vbi & apud quem.*

Tit.

Tit. V.

De capite minutis.

1. QVarta *ſpecies* reſtitutionis olim pertinuit *ad minimam capitis diminutionem:* qui *maximam* & *mediam* paſſi ſunt, conueniri amplius nequeunt, nec vlla reſtitutionis neceſſitas adeſt, cum *vtili actione* teneantur illi, ad quos bona peruenerunt. *l. 2. pr. l. 7. in fin. h.*

2. In *minima* reſtitutione vel ideo opus erat, quod filiusfamilias tam *emancipatione* quam *adoptione* in *ſeruilem cauſam* deductus. *l. vlt. C. de emancip. l. vlt. C. de adopt.* & manumiſſus *alius homo* factus fuiſſe videretur. *l. 98. §. 8. de ſolut.* Inde ſecundum *rigorem iuris* iura *priuata* & actiones *ſtricti iuris* extinguebantur; *l. 2. l. 5. §. 2. l. 6. 7. 8. h.* non vero, quæ in *æquitate naturali*, vt *bonæ fidei*, conſiſtebant. *l. 8. & 10. h. l. 58. §. pen. pro ſoc.*

3. Deſierunt quidem *emancipationes* & *adoptiones* fieri per imaginarias venditiones & manumiſſiones; *l. 11. C. de adopt. l. vlt. C. de emancipat.* ſed concluſiones olim vtplurimum durarunt. Hodie vero nulla reſtitutione opus eſt, cum emancipatio ſit *ſimplex reſolutio* patriæ poteſtatis, non capitis diminutio, HVBER. *h.* §. 3. FRANZK. *h. in fin.* & *adoptio* quidem *ſtatum* mutet, ſed hodie citra præiudicium tertii, & magis cum augmento quam decremento iurium.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. pertinet. 2. pr. §. 2. 3. l. liberos. 3. §. 2. l. Tutelas. 7. pr. l. legatum. 10. l. vlt.

Tit. VI. (II. 54.)

Ex quibus causis maiores XXV. annis in integrum restituantur.

1. PRoponitur hoc titulo duplex restitutionis causa, altera *specialis*, altera *generalis*. Ad specialem pertinet *absentia*, quæ *quintam speciem* constituit, & vt eam pariat, imprimis requirit, *vt sit iusta, & vt quis propter absentiam læsus sit. l. 44. h.*

2. Læditur vero quis vel *absentia tertii* vel *propria*. Illo casu ob *quamlibet absentiam* restituitur, *l. 21. h.* modo *defensor absentis* defuerit. *l. 21. §. 2. 3. l. 22. h.* Enimuero postquam *in l. 2. C. de annal. except.* præsentibus remedium *protestationis* præscriptum, prouocare amplius nequeunt ad restitutionem, ordinario quippe remedio tuti, quo *vsucapionem* impedire possunt; hoc si non fuerint vsi, propriæ culpæ pœnam ferunt. STRYK. *in not. ad Lauterb. h. p. 164.* Imo iure nouo nequidem currit *vsucapio* impeditis, cum *præscriptione* confusa.

3. Poste-

3 posteriori casu ad *causam absentiæ*, *an sit excusabilis*? respiciendum. Est enim absentia vel *necessaria* vel *voluntaria*: *l. f. h. t.* vtraque vel *laudabilis*, vel *vituperabilis*, vel *indifferens*. FRANZK. *h. n. 5. & seqq.* Vbique ad *æquitatem* respiciendum *l. 26. §. 9. h.* Qui *necessario* absunt ex *causa laudabili*, indistincte restituuntur, si vel maxime procuratorem non reliquerint: *l. 26. §. 9. l. 28. pr. h.* FRANZK. *h. n. 15.* si reliquerint, contra eum primo loco agendum. *l. 39. h. t.* Idem dicendum est de absentibus *necessario*, quamuis ex *causa indifferenti* vel ob *metum iustum. l. 3. h. t.* Si vero ex *turpi causa*, non restituuntur, nisi ex *magna causa. l. 26. §. 1. l. 40. §. 1. h.*

4, In aliis absentiæ *voluntariæ* causis, modo excipias *malitiosam*, *l. 2. §. 8. D. si quis caut. iudic.* eodem modo respicitur, vtrum procuratorem reliquerit, vel relinquere facile potuerit absens, & an ab eo satis defensus fuerit? si non defensus sit, vtrum regressu contra procuratorem possit sibi consulere? *l. 21. §. 1. l. 26. §. 1. l. 39. h.* His circumstantiis perspectis, iudex prudens facile arbitrabitur, vtrum restitutio sit indulgenda nec ne? Neque hic præcise ad *priuilegium* aliquod *absentiæ* respicitur, sed ad *iustum impedimentum*, *l. 46. l. 29. h.* negligentia cessante. *l. 16. h. t.*

5. Ad *generalem causam* restitutionis pertinent varia & iusta impedimenta, quibus quis læsus est, virtute generalis clausulæ *in l. 1. in fin.*

fin. h. Neceſſe vero eſt, (1) *vt læſus tale impedimentum auertere & præuidere non facile potuerit: l. 16. h.* (2) *impedimentum ſit facti:* in *impedimento iuris* obtinet regula; *non valenti agere non currit præſcriptio:* (3) ipſum *impedimentum tale ſit, quod non fuit reprobatum aliis edictis vel legibus. l. 1. in fin. h.* Vnde metus inanis, non dat *reſtitutionem* ex hac clauſula generali, multo minus *implorationem officii iudicis*, quam quidam fingunt, admittit.

6. Poſſet itaque huc referri iuſta (1) *ignorantia* & *error* probabilis, BRVNN. *ad l. 1. D. h. n. 4.* quatenus per errorem negotium non eſt nullum. Exempla ſunt in *§. 33. I. de action. l. 1. §. 9. de itin. actuque priu. l. 1. §. fin. quod falſo tut. §. 5. I. de hered. qual. & diff. l. 15. §. 5. quod vi aut clam.* (2) Morbus ſonticus aliusue caſus fortuitus: *l. 35. de S. P. R.* (3) factum tertii, qui non eſt ſoluendo: *l. 3. §. 1. de eo per quem fac.* (4) paupertas: (5) ruſticitas &c.

7. Hoc poſito etiam nonnulli indulgent reſtitutionem *contra præſcriptionem completam* ex capite *ignorantiæ*, quæ ſententia, ſi ignorantia *inuincibilis*, non improbanda. vid. STRYK. *in V. M. h. in fin.* STRVV. *ex. 8. th. 76.* HAHN. *ad W. h. n. 10.*

8. Præterea praxis docet, reſtitutionem in integrum contra *ſententias* & inprimis res *iudicatas* ex hac clauſula indulgeri, HAHN. *cit. l.* & quidem contra *incidentia puncta* expeditur vel

breui

breui manu, vel *præuia citatione*. STRYK. *in V. M. h. §. 4.* SCHILT *ex. 11. in fin. in coroll.*

9. Petitur hæc restitutio, ipsa actione amissa instituta, præuia illius petitione, quæ ea de causa dicitur vel *rescissoria*, si quis ius *acquisitum* aliquod amiserit; *l. 28. in fin. h.* vel *institutoria*, si forsan lucrum *acquirendum* amissum est. *l. 17. pr. §. 1. l. 41. & 43. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Item hi. 4. l. succurritur. 9. l. non enim negligentibus. 16. l sciendum. 18. l. Nec vtilem. 20. l. 23. §. f. l. sed etsi. 26. §. 1. 6. 7. 8. l. videlicet. 29. l si is. 31. l. 38. §. 1 l. is qui Reip. 39. l 44.
Ex Cod. l. in contractibus. 3. l. Respubl. 4.

Tit. VII. (II. 55.)

De alienatione iudicii mutandi causa facta.

1. IN casu *alienationis* hic designatæ dabatur ex edicto proconsulari *restitutio in integrum. l. 3. §. 4. h.* vel *actio in factum*, vice *restitutionis*, ad *interesse. l. 1. in fin. l. 3. §. 4. l. 4. §. 5. h.* HVBER. *h. §. 1.*

2. Requisita huius actionis sunt: (1) *alienati dominii* vel possessionis: *l. 4. §. 2. h.* detentio sola alii ex *contractu* concessa non est alienatio, & sic

sic non impedit, quo minus verus possessor *actione directa* conueniri possit *l. 9. de R. V.* (2) Facta *ante litem contestatam; l. 8. pr. h.* nam post litem contestatam alienatio est nulla, & ita lis contra alienantem continuatur. *l. 2. C. de litigios.* (3) *Inter viuos: l. 8. §. 2. 3. h.* (4) *citra necessitatem: l. 10. h.* (5) *ex dolo* malo: *l. 1. §. 1. & 3. h.* (6) iudicii *futuri* mutandi causa: *l. 4. §. 1. h.* (7) vt *durior* sit aduersarii conditio facta, *l. 2. l. 3. pr. h.* per substitutionem aduersarii molesti veluti *militis*, cinguli præsumtione grauis. *l. 31. l. 35. C. locati.*

3. Post introductum hoc remedium in *realibus* recepta demum est actio *vtilis in rem*, contra eum, qui dolo desiit possidere; *l. 27. §. 3. de R. V.* pinguius tamen aliquando est beneficium huius edicti Proconsularis, STRYK. *in V. M. h. §. 2.* OLDENDORP. *class. 1. art. 11.* vt adeoque concurrant *electiue.* HAHN. *ad W. h. n. 6.* Quandoque hæc tantum competit. *l. 3. §. 2. sqq. l. 4. h. t.*

4. Datur hæc actio *intra annum*, *l. 6. h.* qui in quadriennium mutatus vix dici potest, STRVV. *ex. 8. th. 94.* & quamuis rei persecutionem contineat, *l. 4. §. 6. h.* in heredem tamen non datur. *c. l. l. 7. h.*

5. Affinis huic materiæ est *alienatio dolosa actionum in potentiores*, quæ *in l. 2. C. ne liceat potent.* sub *iactura iuris* prohibita est. Hic autem requiritur alienatio a parte *actoris*, FRANZK. *lib. I. resol. 10. n. 11.* sicuti in priori require-

batur alienatio ex parte HAHN. *ad W. h. in fin.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. ſqq. l. quia etiam. 3. §. 4. & 5. l. item ſi res. 4 §. 1. l. 7. l. 8. §. 2. 4. l. Nam ſi obligatur. 10. pr.
Ex. Cod. l. vn.

Tit. VIII. (*II. 56.*)

De receptis, qui arbitrium receperunt, vt ſententiam dicant.

1. ARBITER hic denotat *iudicem a priuatis electum, vt ſententia ſua litem finiat. l. 13. §. 2. h.* Eliguntur arbitri (1) ex *neceſſitate* vel *legis*, aut alius *diſpoſitionis*: (vid. *l. 16. & fin. C. de iud. c. 39. X. de offic. & poteſt. iud. deleg.*) vel (2) libera partium *voluntate* per *compromiſſum*, de quibus hic potiſſimum agitur.

2. Differunt hi arbitri tum (a) a *iudice ordinario*, quod careant *autoritate publica* & *iurisdictione*, vt nec *litis pendentia* coram eis inducatur: *l. 30. h.* HILLIG. *ad Donell. lib. XXVIII. c. 14.* tum (b) ab *arbitratore*. Ab hoc diſcrepant in his: (α) quod *arbitri* ad controuerſias decidendas dentur; *l. 1. D. h. arbitratores* etiam ad alia negotia concilianda, vbi nulla lis eſt. *l. vlt. C. de con-*

contrah. E. V. (ε) *Arbiter* modum procedendi ordinarium obseruare; *arbitrator* amicabiliter partes componere debeat: (γ) sententiæ *arbitri* standum præcise, *l. 27. §. 2. h.* nec abinde appelletur, quamuis simile quid reperiatur in *l. 32. §. 14. h.* sed ab arbitrio *arbitratoris* iniquo detur reductio ad arbitrium boni viri: *l. 76. D. pro socio.* (δ) *arbitrator* etiam femina esse possit, BRVNN. *ad l. vlt. C. h. n. 3.* sed non *arbiter*, nisi iurisdictionem de *iure* vel *consuetudine* habet. *c. 4. X. h.*

3. In constituendis arbitris requiritur (I) *libera partium conuentio*, tum inter se, quæ *compromissum*: tum cum electo *arbitro*, quæ *receptum* vocatur *per rubr. l. 13. §. 2. h. l. 14. C. de iudic.* Arbitrium recipere nemo cogitur: semel receptum, ex *æquitatis obligatione* finiendum est, *l. 3. §. 1. h.* nisi iusta causa arbitrum excuset *l. 9. §. 3. seqq. l. 10. l. 11. pr. l. 15. h.*

4. Ceterum *compromissum* hodie simpliciter obligat. *Ius ciuile* quidem non admisit iuramentum; *N. 82. c. 11. auth. decernit. C. h.* facilius tamen *ius canonicum. c. 2. & 9. h.* conf. HILLIG. *ad Donell. l. 28. t. 11.*

5. (II) *Talis vero eligatur, qui iudex esse non prohibetur*; neque enim mulieres, *l. vlt. C. h.* sacerdotes. *l. 32. §. 4. h.* sed vid. *l. 7. C. de episc. aud.* serui, *l. 9. h.* pupilli, surdi, muti, *l. 9. §. 1. h.* minores, *l. 41. h.* recipi possunt, sicut nec *soli* laici in causis ecclesiasticis secundum ius canonicum *c. 8. & 9. X. h.* LINCK. *ad decret. h. §. 1.* Vlterius

rius ex ratione *l. 30. de iudic.* nec *iudices pedanei* ad illam causam dati admittuntur, *l. 9. §. 2. h.* facilius tamen magistratus ordinarius, *l. 3. in fin. l. 4. h. c. 2. X. de præbendis c. 5. h.* MEV. *l. d. 98.* imo & infames *l. 7. pr. h. t.*

6. (III) *Compromittentes liberam rerum suarum habeant administrationem.* Est enim compromissum res magni præiudicii; *l. 27. §. 2. h.* vasalli tamen etiam sine consensu domini compromittere possunt, quatenus ad *forum commune* causa spectat. *2. f. 15. 34. §. si autem f. 46.* ITTERVS *de feud. imperii c. 25. §. 22.* STRYK. *in exam. I. F. c. 19. qu. 21.* BITSCH. *ad cit. §. si autem. p. 595.*

7. (IV.) *Negotium in compromissum deductum sit priuati arbitrii.* Vnde compromitti nequit (α) de iudiciis publicis, (ϐ) delictis criminaliter intentatis. *l. 32. §. 6. h.* PETRVS de GREVE *exerc. ad D. 6 §. 25.* (γ) causis status & popularibus, *l. 32. §. 7. h.* (δ) matrimonialibus, *c. pen. in f. de in integr. restit.* quatenus de his non valet transactio: vid. *ius eccles. protest. h. t. §. 9.* denique (ε) de causis restitutionis in integrum *c. pen. X. de restit. in integr.*

8. Officium arbitrorum ex fine constituti compromissi est, *seruato iuris ordine*, litem sententia sua decidere. *l. 1. h. l. 32. §. 15 h.* Pluribus *simpliciter* datis, omnium requiritur præsentia, nec sententia valet, licet reliqui, vno absente, consenserint; *l. 17. § vlt. l. 18. h.* nisi cum clau-

clausula dati sint: *si non omnes.* MEV. *4. d. 152.* Enimuero *ius canonicum* quodammodo recessit a iure ciuili in *c. vlt. h. n. 6.*

9. Omnibus vero præsentibus standum est *parti maiori. l. 17. §. 7. l. 27. §. 3. h.* Si deficiunt maiora, (quod contingere potest, si in duos sit compromissum) videndum, vtrum in compromisso *certa persona* expressa, quæ maiora efficere debeat, an non? Priori casu compromisso standum. *J. P. Ryswic. art. 8.* Non vero sufficit generalis conuentio, vt *tertius* eligatur, *l. 17. §. 5. & 6. h.* ne quidem *iure canonico*, *c. 12. X. h. t.* nisi in *electione tertii* consenserint, quod multo magis hodie effectum habebit. STRYK. *in V. M. §. 9.* Posteriori arbitrium *vt plurimum* .itu caret, nisi a magistratu arbitri cogantur, vt ertium eligant. *l. 17. §. 6. h. t. c. 39. de offic. & pot-* .iud. deleg. *c. 61. X. de appell.* Si tantum dis- se..is est in *quantitate*, minor summa sequenda, *l. 27. §. 3. h.*

10. Laudo arbitrorum *decisiuo* partes *simpliciter* stare debent, *l. 27. §. 2. h.* vt nec ipse arbiter mutare illud possit, *l. 19. §. f. h.* licet errauerit, *l. 20. h.* quo tamen ipso declaratio ei non videtur ademta. SCHILTER. *ex. 12. §. 9.* Proinde nec appellationi nec aliis remediis locus est, *l. 1. C. h.* CARPZOV. *P. 1. C. 1. d. 13. n. 7.* BRISSON. *de formul. l. 6. p. 559.* SCHILT. *cit. l. §. 6.* (exceptis arbitris iuris; *l. 9. qui satisd. cog.*) quamuis *erronee* quidam admittere soleant rescissionem laudi ob *læsionem enormissimam*, STRYK. *cit. loc. §. 10.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0209
DFG

vel reductionem ad iudicem ordinarium. *l. 76. pro soc.* GAIL. *l. O. 149. 150.* HVBER. *h. §. 9.* SCHILT. *c. l. §. 7. sqq.*

11. Ad laudum seruandum condemnatus *simpliciter* cogitur, si *stipulatione* compromissum initum. Si *nudo pacto*, distinguitur, vtrum *homologatum* sit, h. e. silentio decem dierum firmatum? *l. 5. pr. C. h.* quo casu reus compellitur actione *in factum*, quasi ex *re iudicata*; an vero intra decem dies per *protestationem* impugnatum sit? quo casu laudum effectu caret. Hoc tamen ad mores nostros applicari nequit, cum pacta hodie vim *stipulationis* habeant. STRYK. *in V. M. h. §. 11.* LVDOVICI *de effectu laudi.*

12. Soluitur compromissum (1) morte arbitrorum, *l. 32. §. 3. l. 45. & 47. h.* etiam vnius, si plures fuerint *simpliciter* electi: *c. 42. X. de offic. & potest. iud. delegat.* (2) lapsu temporis præfiniti: *l. 21. §. 8. l. 32. §. 21. h.* (3) morte vnius compromittentium, *c. fin. h.* nisi expresse mentio heredum facta: *l. 27. §. 1. l. 49. §. 2. l. 32. §. 19. h.* (4) pronunciato laudo: *l. 19. §. fin. h.* (5) transactione: *l. 32. §. 5. h.* (6) cessione bonorum seu moto concursu. *l. 17. h. & c.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. sqq. l. Pomponius ait 13 §. 2. l. licet autem 15. Item si vnus. 17. §. 2. 4. 5. 6. 7. l. sicut tribus 18. l. 20. l. quid tamen pr. §. 5. 6. 7. 10. l. Labeo ait. 15. §. 1. l. Diem proferre. 27. §. 1. 2. 3. 7. l. ita demum. 31. pr. l. Non distinguemus. 32. §. 4. 6. 14. 15. 21. l. cum pœna 38. l. eum lege Iulia. 41. l. 49. §. f.

Tit.

Tit. IX.

Nautæ, caupones, ſtabularii vt recepta reſtituant.

1. PRæter *receptum*, de quo *tit. præced.* actum, datur aliud *receptum*, cuius neceſſitas & vtilitas commendatur in *l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. h.* Comprehenduntur vero hoc edicto duæ actiones, quarum altera eſt *ex negotio licito*, altera ex *quaſi delicto*.

2. Actio DE RECEPTO *competit viatoribus aduerſus nautam, cauponem vel ſtabularium, vt recepta reſtituat, & damna cuiusque culpa data reſarciat. l. 1. ſeqq. h.*

3. Vt huic actioni locus ſit, requiritur (1) *receptum, rem ſaluam fore l. 1. §. f. l. 5. l. f. pr. h.* quod *pactum prætorium* potius quam *quaſi contractus* dicendum, cum *vtriusque conſenſus* deſideretur, & contractus *locati* vel *depoſiti* hic concurrant, *l. 3. §. 1. h. t.* qui nunquam concurrere poſſent, ſi *quaſi contractus* ſubeſſet. Nec liberatur caupo ab hac obligatione, ſi proteſtationem *poſtea* interponat; niſi vectores *ab initio* conſentiant, *l. vlt. pr. h.* quod ex ſola *clauium traditione* non colligendum. STRVV. *ex. 8. th. 117.* STRYK. *in V. M. h. § 3. diſſ.* VOET. *h. t. §. 7.*

4. *Expreſſa* promiſſio, *rem apud ſe ſaluam fore*, non deſideratur, ſed ſufficit, ſi, *ſciente caupone*, res cauponæ immiſſæ ſunt: *l. 1. in fin. h.* multo minus ſpecialis deſignatio rerum illata-

rum neceſſaria eſt. Interim probandum, quænam res fuerint illatæ? & aliquando, ſi viator integræ frontis, & præſumtio pro eo ſit, quod huiusmodi res ſecum habuerit, admittitur ad *iuramentum ſuppletorium.* MASCARD. *de prob. concluſ. 833. n. 7. ſqq.*

5. (II) *Receptum ſit a nautis, cauponibus & ſtabulariis, qua talibus,* quod ad *magiſtros poſtarum & aurigas ordinarios* recte extenditur, STRYK. *de act. forenſ. inueſt S. 1. m 9. §. 35. ſeqq.* conf. MVLLER. *ad Struu. ex. 8. th. 110. lit. d.* Non continentur itaque hoc edicto (α) illi, qui *extra profeſſionem,* quam exercent, aliquem recipiunt: *l. 3. §. 2. h.* (β) qui recipiunt poteſtatem recipiendi a caupone vel ſtabulario, non habentes: *l. 1. §. 2. & 5. l. 2. h.* (γ) qui huius profeſſionis non ſunt, vt res recipiant, tanquam *publici caupones arg. l. 1. §. 1. & l. 13. §. 3. h.* Talis itaque receptio alleganda & probanda eſt. SCHILTER. *ex. 12. th. 24.*

6. (III) *Damnum in naui, caupona vel ſtabulo datum, non ſit mere caſuale,* quippe quod caupo non præſtat, bene tamen *omnem culpam: l. 3. §. 1. h.* prius ergo probandum a caupone, ad cuius *exceptionem* ſpectat. SCHILT. *c. l. §. 23. & 24.*

7. Poſitis his principiis, datur hæc actio aduerſus prædictas perſonas, quisquis demum damnum dederit, STAMM. *de ſeruitut. perſon. l. 2. c. 14. n. 11. in fin.* ad res receptas reſtitu-

ſtituendas, *l. 3. §. 4 h.* quæcunque illatæ ſint. *l. 4. §. 1. h.*

8. Altera actio oritur *ex quaſi maleficio*, quæ eſt in *factum perſonalis*, *competens contra exercitorem nauis*, *cauponæ vel ſtabuli*, *ad pœnam dupli ob damnum datum ab iis*, *quorum opera vtitur. l. 6. §. 3. l. 7. §. 4. h.*

9. Neceſſe ergo eſt, (1) vt *damnum datum ſit ab iis*, *quos caupo adhibet ad ſeruitium*, non vero a ſeruis ceteris, quorum nomine tenetur actione *noxali*; *l. 7. §. 3. h.* neque etiam tenetur ob delicta a vectoribus vel viatoribus commiſſa. *l. 6. §. 3. h.* (2) *Damnum in ipſa naui vel caupona fuerit datum*: *l. 7. pr. h.* (3) in *re patrimoniali. l. 5. §. vlt. de O. & A.*

10. Concurrit hæc cum ordinariis actionibus ex *delicto* deſcendentibus, contra ipſas perſonas delinquentes, *electiue l. 3. §. fin. l. 6. §. fin. h.* Aliquando hæc poteſt eſſe vtilior, quia *perpetua* eſt, contra naturam actionum prætoriarum pœnalium. *l. 7. §. 6. h.* Hodie tamen non præciſe ad duplum agi, ſed ad pœnam arbitrariam, exiſtimat STRVV. *h. th. 116.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 7. 8. l. & ita de facto. 3. §. 1. vlt l. Nauta. 5. l. licet gratis. 6. pr. 3. 4. l. Debet exercitor. 7. pr. §. 4. 6.

Lib. V. Tit. I. (III. 1. seqq.)

De iudiciis, & vbi quisque agere vel conueniri debeat.

1. TAndem deuenitur ad *litis contestationem*, qua *iudicium* ordinabatur. *l. 7. de petit. hered. l. 19. solut. matrim.* Equidem plura alia hoc titulo congesta sunt capita *processus*, ordine relata a SCHILTERO *ex. 13. §. 1.* Primario tamen *natura* tum *fori* tum *processus* in genere hic expenditur. IVDICIVM, itaque pro *integro processu* sumtum, est *ordo iudiciarius, quo coram iudice competente causæ controuersæ disceptatio inter actorem & reum legitime peragitur, vt sententia lis finiatur & suum cuique tribuatur.*

2. Quotuplex est *actio*, totuplex etiam suo modo *iudicium* diuidi solet, de quo *ad tit. de O. & A.* Propius huc spectat, quod iudicium aliud sit *ordinarium*, aliud *summarium*: in illo *ordo iudiciarius ciuilis* ad vnguem seruandus est, isque *regulam* constituit, & consequenter *in dubio* præsumitur. MEV. *l. D. 171.* In hoc vero de *simplici* & *plano* proceditur, omisso *solenni ordine* præscripto, seruatis tantum *substantialibus*. Non ergo huc pertinet *tumultuarius*, vbi absque causæ cognitione omni proceditur, vt secun-

secundum ius canonicum in *notoriis* & olim in *occultis iudiciis* apud Westphalos. SCHOETTEL. *de antiquis in Germania iur. c. vlt.* Causas summarias referunt ZANGER. *de except. P. I. c. 2.* MARTINI *in comm. ad proceſſ. Sax. ad rubr. n. 38. ſqq.*

3. Alia iudicia porro sunt vel *ciuilia* vel *criminalia*; illa rursus vel *realia*, vel *perſonalia*, *Realia* iterum vel *petitoria* vel *poſſeſſoria*, quæ duo distinguuntur in eo, α) quod ibi actor se fundet in *iure in re*, hic vero *in poſſeſſione*: β) ibi petat *declarationem iuris in re*, hic vero experiatur ad defendendam, recuperandam vel adipiscendam *poſſeſſionem*. STRYK. *introd. ad praxin forenſ. c. 1. §. 17.* γ) Hoc semper illi præferendum, *l. 37. h. l. 24. de R. V.* atque *ſummarie* peragitur.

4. Quatuor in omni *iudicio*, ita accepto, consideranda veniunt. Primum caput est: LEGITIMA PERTRACTATIO secundum *ordinem* præscriptum, ne nullitas in processu lateat. *l. 4. C. de ſentent. & interloc. l. 6. C. vnde vi.* Hodie vero *iudicium* orditur a *citatione*, etiam de iure canonico: *c. 20. X. de offic. & poteſt. iudic. deleg. c. 30. eod. c. 6. & 8. eod. in 6. c. f. X. de offic. legat.* olim. in *ſenſu ſpeciali* a *litis conteſtatione*. *l. 23. h. l. 25. §. 8. de Aedil. edict. l. 15. rem rat. hab.* SCHILT. *c. l. §. 3.* STRYK. *in V. M. h. t. § 4.*

5. De

5. De *citatione* aliisque præliminaribus actum. Post illa ad *litis contestationem* deuenitur, ita dictam, quod testato olim fieret, vid. *tr. de iur. eccles. protest. tit. de litis contestat. l. 15. rem. rat. hab.* Consistit vero *in negotii principalis facta narratione ab actore, & subiecta a reo contradictianimo* litem contestandi. *l. 16. §. 1. C. h. t. c. vn. X. de L. C.*

6. Est vel *affirmatiua* vel *negatiua*: in *hac* recte negatur intentio actoris: in *illa* intentionem quidem fatetur reus, sed per oppositam exceptionem rursus elidit. In *affirmatiua* reus, in *negatiua* vero ordinarie actor probat. Deinde alia est *vera*, alia *ficta*: hæc ex *contumacia* nascitur, vid. *lib. II. tit. 12. §. f.*

7. Tandem alia *solennis*, quæ in *iudiciis ordinariis* locum habet, & dicitur die Antwort: alia *minus solennis*, quæ in processibus *summariis* sufficit, & *qualemcunque* etiam *indirectam contradictionem* admittit.

8. Sit vero L. C. *solennis* (1) *specialis*: generalis *per R. I. de anno 1654. §. 37.* est prohibita. (2) *Categorica*, *directa* & *perspicua*. Hinc difficulter admittitur per verbum: *non credo*, *nescio*, *dubito*, nisi in factis alienis; multo minus: Er stelle es dahin, siue, es könne wol seyn. MARTIN. *tit. 16. ad Rubr. n. 74.* (3) *Pertinens*, seu vt reus tantum ad illa respondeat capita, quæ statum & neruum attingunt; irreleuantia prætereat. CARPZOV. *P. 1. C. 10. d. 21.* BRVNNEM. *in proces.*

proceſſ. ciuil. c. 14. n. 11. (4) *Eo animo contradictio fiat, vt lis conteſtetur.* Qui ſimpliciter *exceptionem peremtoriam* opponit, non cenſetur litem conteſtari, *c. 2. de L. C. in 6.* licet *quodammodo* actioni contradicat. *I. P. S. lib. III. art. 30.*

9. Facienda eſt litis conteſtatio in omni, etiam *ſummario*, proceſſu, VMM. *ad proceſſ. diſput. 12. n. 13.* & quidem ſtatim in *primo termino; euentualiter* vel *pure. R. I. de ann. 1654. §. 40.* STRYK. *de euentual. lit. conteſtat.* In *criminalibus* reſponſio inquiſiti ad articulos litis conteſtationem conſtituit, BORN. *ad vniu. ius diſp. 1. th. 47. lit. a.* & in proceſſu executiuo *recognitio* vel *iurata diſſeſſio.* BRVNNEMANN. *c. l. n. 3.*

10. Effectus plures habet. (1) Inducere dicitur *malam fidem. l. 25. §. 7. de petit. hered.* de quo *tit. 3. §. 9.* (2) *Mutationem* libelli impedit: GAIL. *l. O. 7. n. 4.* (3) Procuratorem conſtituit *dominum litis: l. 22. C. de procurat.* (4) *quaſi contractum* nouationemque inducit, *l. 3. §. 11. de pecul.* inde (5) facit actiones ad heredes tranſitorias, *l. 164. de R. I.* & temporales, perpetuas: (6) poſt eam omnis *cauſa* & *vtilitas* rei ad *officium iudicis* pertinet: *l. 25. §. 8. de Ædil. Ed. l. 2. l. 38. §. 7. de vſur.* (7) excludit exceptiones dilatorias: *l. pen. & vlt. C. de except.* (8) Actionem olim faciebat litigioſam. *auth. litigioſa C. de litig.* (9) In Saxonia iuramenti delationem excludit, præſtita *guaranda, J. P. S. lib. I.*

art.

art. 63. cuius effectus olim insignis erat. *J. P. S. lib. II. art. 15.*

11. Alterum est; LEGITIMA IVDICIS PERSONA, *coram quo processus peragitur.* Huc hodie spectant personæ, *publica auctoritate constitutæ, iuris dicendi gratia.* Videlicet in *statu ciuili* ideo iudicia sunt constituta, ne quis per vim & propria authoritate sibi ius diceret, *l. 13. §. 3. de vsufr. J. P. S. lib. II. art. 24. l. 14. C. de iudæis, l. 176. pr. de R. I. l. 13. quod met. cauſ.* nisi α) cesset iudex vel *continue*, vel *momentanee*, vel β) alias *vindicta priuata* legibus speciatim sit permissa. *t. t. C. quand. lic. vnic. sine iudic. se vind. l. 10. §. 16. quæ in fraud. cred.* GROTIVS *de iur. B. & P. l. 1. c. 3. §. 2.* HVBER. *h. §. 2.* STRVV. *de vindict. priuata.*

12. In omni *iudice* requiritur (I) *habilitas.* Inhabilitas vero est vel *naturalis*, *l. 12. §. 2. h.* vel *ciuilis*: hæc vel *absoluta*, vel *secundum quid.* Cœcus olim non prohibebatur *iudex pedaneus* esse, *l. 6. h.* sed ad *magistratum* haud admittebatur. *l. 1. §. 5. de postul.* Olim & feminæ inhabiles erant, *l. 12. §. 2. h.* quæ tamen hodie propter *iurisdictionem patrimonialem* non amplius *absolute* arcentur. STRYK. *in V. M. h. §. 9.* Inhabilis porro olim erat *iudex pedaneus* minor annis *XVIII. l. 57. de re iudicat c. 41. de offic. & potest. iudic. deleg.* Hodie statuta quandoque ætatem determinant. *Secundum quid* iudices inhabiles sunt in propria causa, *t. t. C. ne quis in sua cauſ. iudic.*

iudic. l. 10. de iurisd. l. 10. h. t. quamuis filius vel pater *iudex pedaneus* esse poterat in causa patris vel filii. HVBER. *h. §. 7. 8.*

13. (II) *Integritas*, vt *viri boni* officium præstet. *l. 137. §. 2. de V. O. l. 4. §. 1. famil. herc. l. 18. iud. solu. art. 1. const. crim. Carol. J. P. S. lib. III. art. 30.* Vnde litigantibus permissum; iudices *suspectos* recusare, *l. 16. C. h.* quo ipso eis nulla infertur iniuria. MEV. *1. D. 51.*

14. Recusari potest *quilibet* iudex: *c. 10. X. de for. compet. c. 5. X. de except.* difficilius integrum collegium, ob suspicionem erga quædam membra tantum conceptam. *l. 12. pr. h.* VOET. *h. t. §. 47.* GAIL. *1. O. 33.* STRAVCH. *dissert. iur. publ. 13.* STRYK. *V. M. h. §. 11. 12.* Causæ legitime probandæ. *l. 16. l. f. C. h. t.* quæ in hoc fundantur principio: in genere quæ testem suspectum faciunt, illæ multo magis iudicem, *l. 17. h.* quippe qui plus grauari potest. Cognitio de illa vel *coram arbitris* expeditur, *c. 10. in f. X. de for. compet. c. 41. & 61. X. de appell.* vel ad *superiorem* deuoluitur, GAIL. *lib. 1. O. 33. n. 11.* vel secundum ius canonicum, committitur negotium *iuramento perhorrescentiæ*, *c. 11. de rescript. in 6.* vbi *causa suspicionis* specialiter nequidem alleganda, multo minus probanda, vt olim eierato iudice pedaneo. AVERAN. *lib. I. interpret. iur. c. 5. n. 15. sq. Vid. ius eccles. protest. l. 2. t. 2. §. 72. seqq.*

15. (III)

15. (III) *Competentia*, quæ duplex, tum respectu *iurisdictionis*, vt illam *speciem iurisdictionis* habeat, ad quam causa controuersa spectat: tum respectu *reorum*, ex quorum persona ordinarie *competentia* iudicis æstimatur. *J. P. S. lib. III. art. 33.* COCCEI. *diss. de fundata in territor. & plur. loc. concurr. potest. tit. 4. §. 1.*

16. Forum competens *intuitu reorum*, est vel *commune*, vel *priuilegiatum*. Commune rursus est vel *generale*, vti est *originis* & *domicilii*: vel *speciale*, vti contractus, rei sitæ, delicti, continentiæ causæ &c.

17. Forum *originis* olim erat vel *commune* vel *speciale*. *Illud* erat Roma, *iuris ciuilis* sedes vnica *l. 24. h. l. 33. ad munic.* Hoc inepte hodie ad iudicia suprema applicatur propter diuersum reipubl. statum & ius primæ instantiæ. *Speciale* dicebatur, vnde pater eius *naturalem originem* ducebat, quam filius sequebatur, alibi licet constituto domicilio. *l. 6. §. 1. ad municip.* FELIC. de OLIVA *de foro eccl. p. 3. qu. 21. n. 4.* Filii illegitimi sequuntur originem matris, *l. 24. de stat. hom.* & aliquando ex *priuilegio* legitimi. *l. 1. §. 2. ad municipal.* Hoc quia *naturale*, erat immutabile. *l. 6. pr. eod.* THOMAS *Disp. de Vagab. c. 2. §. 62.* Vnde etiam illud retinebat vagabundus. Sed hodie forum hoc, alibi constituto domicilio, non attenditur: quoties tamen de alibi constituto domicilio non constat, præsumitur quilibet in *origine* forum retinuisse, SCHILTER. *ex.* 13. §. 22.

§. 22. STRYK. *in V. M. h.* §. *17.* licet forsan *militiæ* vel alterius *necessitatis gratia* in locis peregrinis longo tempore versatus fuerit. MEV. *3. D. 71.* & *5. D. 163.* HILL. *ad Don. l. 17. c. 12. lit. b.*

18. *Forum* DOMICILII æstimatur ex *loco, vbi quis habitat ea mente, vt perpetuo ibi consistere velit,* tanquam *incola* vel *ciuis. l. 65. h. l. 190. l. 203. de V. S. l. 7. C. de incol. l. 2. C. vbi senat.*

19. Duo itaque *copulatiue* hic requiruntur: (1) *habitatio,* adeo vt, si quis in *duobus locis* æqualiter instructus sit, vt ibi habitet, vtrobique domicilium habeat. *l. 11. de senator. l. 6. §. 2. l. 27. §. 2. ad munic.* Exinde quoque quis *parochianus* æstimatur, adeo vt quoad *sepulturam* quandoque vel hoc solum requisitum sufficiat. vid. *ius paroch. nostr. S. 3. c. 2. per tot.* ENGELBR. *ad D. h. §. 11.*

20. (II) *Animus sedem fixam ibi, vbi habitat, habendi,* qui inducitur vel ex *declaratione expressa,* vel ex *coniecturis vrgentissimis.* Tales sunt, (1) si quis maiorem partem bonorum alicubi transtulerit: *l. 2. C. vbi senat. l. 27. §. 1. ad munic.* (2 si diu in aliquo loco versatus sit; *c. l. 2.* nisi diuersum suadeant circumstantiæ, veluti si ex necessitate *belli,* vel *pestis,* vel *religionis* alibi diu quis commoretur, *l. 17. §. 13 ad municip. J. P. art. V. §. 34.* vel si aliud appareat ex *singulari personæ conditione.* STRVV. *ex. 9. th. 25.* MEV. *5. D 162.*

21. Constituitur ab iis domicilium, qui talem *animum* habere possunt, & quidem vel *ex libera voluntate* vel ex *necessitate. Priori* ergo *casu*

infantes, & furiosi *retinent* quidem domicilium patris, sed non *mutant*, cum facilius *conseruetur*, quam de nouo *constituatur*. *Posteriori* vero ex *necessitate hypothetica* sibi domicilium constituere debet *vxor*; quæ nubendo transit in *mariti* domicilium, & cum eo mutat, *l. f. §. 3. ad munic.* adeo vt dotem, licet alibi promissam, in hoc foro secundum huius *iura* repetere teneatur. *l. 65. de iudic.* COCCEI. *de fund in territ. potest. tit. 4. §. 15.* THOMAS *diss Lipsi. 2. de vagab. c. 2. §. 26. sqq.*

22. Amittitur domicilium (1) *mutatione*, quæ itidem *animo* & *facto* contingit. *l. 31. ad munic. l. 5. & l. 6. C. de incol.* Ille tamen non præsumitur, nisi ex *coniecturis vrgentibus* probetur. STRVV. *c. l. §. 32. seqq.* Interim hæc *mutatio* libera est, *l. 31. cit.* nisi (a) *malitiose* & *cateruatim* fiat, vel (b) aliud vinculum illam impediat. *J. P. art. 5. §. 37.* conf. de RHETZ. *in iure publ. lib. II. t. 14. §. 6. in f.* STRVK *de resign. iur. ciuit. c. 2.* Præterea (c) mutantes iure Germanico *censum emigrationis* soluere debent. Id. *cit. l. c. 5.* BEYER. *in specim. iur. Germ. lib. I. c. 20.*

23. Perit quoque (2) *morte*, nec transitorium est in heredes. Lite tamen semel cœpta, defendendus est ibi reus, vbi defunctus debuit, vt nec *fori priuilegium* eum excuset, *l. 19. pr. l. 34. D. h.* & sic non tam *forum* quam *instantia* in heredem transit. THOMAS. *c. l. c. 1. §. 70.*

24. Hoc

24. Hoc forum concurrit cum reliquis *specialibus*, etiamsi agatur de re *mobili* vel *immobili* alibi sita. *l. 66. in f. ad SCt. Trebell. l. 2. § 31. ne quid in loc. publ. l. 1. pr. de hered. instit. l. 9 de aur. arg. leg.* Conf. COCCEI. *c. l. §. 5.* vbi *§ 7.* eleganter explicat *l. 38. h.* Dissentit quodammodo VOET. *h. t. §. 77.* Ceterum α) si de *nudo facto, immissione &c.* agitur, tunc per se illa alibi peti nequit, quam vbi res est. *l. vn. C vbi de moment. poss.* ID. *cit. l. §. 4.* VINN. *lib. I. sel. qv. c. 18.* Excipiunt quoque β) casum *gestæ administrationis*, quod actio *tantum* in loco, vbi administratio gesta, non domicilii, institui possit per *l. 1. C. vbi de ratiocin.* Verum illa exceptio in *cit. l.* haud fundata est: facilius in moribus Germaniæ, quoad *tutores*.

25. Qui domicilio caret, *vagabundus* dicitur; *l. 27. §. 2. ad munic. l. 4. §. 5. D. de damn. inf.* THOMAS. *c. l. c. 2. §. 124.* quamuis forum *originis* retineat, & conueniri possit, vbi reperitur, vel vbi bona habet; quod tamen tantum intelligendum de iis, qui domicilium habere possunt. Ergo serui, deportati, & in metallum condemnati non possunt dici *vagabundi*. THOMAS. *disp. Lipsi. c. l. c. 2. §. 107.*

26. Forum *speciale* primum est locus *contractus, l. 36. §. 1. h.* vbi quis α) contraxit. *l. 2. §. 4. l. 19. §. 1. l. 36. §. vlt. h.* vel β) quasi contraxit, *l. 20. h. l. 1. C. vbi de ratiocin.* adeo vt *domum reuocandi* exceptio in *legatis* cesset. *l. 2. §. 4. h.* Contraxisse autem *ibi* quis videtur, 1) *vbi solutio facienda: l. 21.*

de obl. & A. C. I. A. h. n. 231. (2) vbi *ad plenam perfectionem* contractus peruenit, veluti, si in scriptis factus, vbi scriptura accessit, *l. 17. C. de fid. instrum.* C. I. A. *h.* §. *221.* & si per literas negotium perfectum, vbi literæ acceptæ: BERLICH. *dec. 37.* (3) vt tamen etiam *reus ibi inueniatur*, & aliquandiu subsistat, vel bona ibi habeat. FRANZK. *h. n. 38.* HVBER. *h.* §. *54.* Aliud itaque est, si quis cum aduena contraxerit. *l. 19.* §. *2. h.* MEV. *2. D. 160. n. 2.* STRYK. *in V. M. h.* §. *21.* HVBER *cit. l.* §. *55.* (4) vt agatur *ex ipso contractu ad eius implementum.*

27. Alterum est forum *delicti*, quod quis sortitur, vbi vel *inchoatum* est delictum vel *consummatum*, *l. 1. C. vbi de crimin. l. 1. C. vbi senat. J. P. S. lib. VIII. art. 25.* & sic *præuentioni* locus. Quodsi delictum in duobus locis peractum *vno actu*, ex persona *delinquentis* æstimandus locus delicti. COCCEI. *cit. l.* §. *19.* Si in *confinio* delictum commissum, & delinquens in fuga est, communem esse cognitionem volunt hoc effectu, vt *communi nomine* citari debeat. ID. §. *20.* FRANZK. *h. n. 4.* Si alteruter delinquentem apprehendit, is potior erit propter forum *deprehensionis*, per *l. 1. cit.* HVBER. *h.* §. *58.* Denique in *via regia* commissum delictum subest *regulariter* cognitioni solius principis. ENGELBR. *ad D. h.* §. *13.*

28. Potest delinquens etiam conueniri in loco, vbi *deprehenditur*, *l. 1. C. vbi de crim.* quamquam, vrgente iudice fori *delicti commissi*, remittendus sit de *iure ciuili* a iudice *deprehensionis. l. 7.* §. *4. l. vlt.*

vlt. de accuſ. l. 3. pr. de re milit. l. 28. §. pen. D. de pœn. Nou. 134. c. 5. FRANZK. *h. n. 43. ſqq.* Sed mutata hodie iurisdictionum facie remiſſiones ſunt *vrbanitatis*, exceptis quibusdam caſibus, de quibus vid. STRYK. *in V. M. h. §. 27.* FRANZK. *h. n. 46.*

29. Tertium eſt forum *rei ſitæ*, vbi *in rem* agitur, locum habens, *l. f. C. vbi in rem. l. 38. D. h.* vel vbi actio datur *contra poſſeſſorem qua talem*, ſiue ſingularem ſiue vniuerſalem. *l. 66. in f. ad SC. Treb. l. vn. C. vbi de hered.* HILLIG. *ad Donell. lib. XVII. cap. 17. in f.* Diſſ. COCCEI. *cit. l.* §. 24. Vnde (α) actiones *in rem ſcriptæ* (β) *reales* & (γ) remedia *poſſeſſoria* hic inſtitui poſſunt. *l. 38. in f. h. l. vn. C. vbi de poſſeſſ.* Locum (δ) quoque habet, ſi vel maxime res ſint mobiles ad tempus alicubi translatæ. *l. 38. §. f. h. t. l. vlt. C. vbi in rem.* MEV. *4. D. 74.* & *6. D. 347.* BERGER. *in reſol. LL. obſt. h. p. 122.* Nec (ε) refert, vtrum reus abſens an præſens ſit? MEV. *6. D. 346.* Non tamen *iure Romano* bona per ſe inuoluunt *ſubiectionem*; licet *iure Germanico* ex *Landſaſſiatu* aliud obtineat. *J. P. S. lib. III. art. 25.* SCHILT. *diſſertat. de Landſaſſiis.*

30. Ceterum in rebus *transeuntibus* hoc forum ceſſat, quamuis per *arreſtum* iuſta de cauſa detineri poſſint ad effectum, vt reus ibi etiam in *perſonalibus* ſe defendere teneatur. COCC. *cit. l. tit. 2. §. 8. & 14.* De arreſti legitimis requiſitis vid. GAIL. *de arreſt.*

31. Quartum est forum *continentiæ causarum*, de quo agetur infra *tit de quibus reb. ad eund iud.*

32. Forum *priuilegiatum* est vel *ratione causarum*, vel *personarum*. Ratione *causarum* forum priuilegiatum obtinet in (1) causis *ecclesiasticis*, quales sunt matrimoniales, decimarum, parochiales, ius patronatus concernentes, &c. quatenus agitur de ipso *iure*: secus si tantum de *possessione*. vid. *ius paroch. S. 3. c. 1. §. 42.* (2) in causis *feudalibus*. (3) *status*, (4) *fiscalibus*, *&c.* Imo in quibusdam locis in causis *mercatorum*, *cambiorum*, *metallorum*, *salinarum*, *&c.*

33. Ratione *personarum* priuilegiatum forum sortiuntur (I) *miserabiles personæ*, quales sunt, orbati parentibus, viduæ, diuturno morbo defatigati, aliique fortunæ iniuria miserabiles; *l. vn. C. quand. Imp. inter pup.* minime vero virgines, qua tales, & prodigi. HVBER. *h. § 60.* Hæ personæ & *agentes* & *conuentæ* possunt statim prouocare ad imperatorem, vel hodie in *statuum territoriis* ad ipsum *principem*, nisi æque miserabilis persona concurrat. ID. §. *65.* Habent ergo priuilegium *electionis fori*, quod etiam Regi Sueciæ concessum in *I. P. art. 10. §. 12.* & ducibus Brunsuicensibus anno 1648. a FERDINANDO III.

34. (II *Milites*, coram *magistratu militum* tantum conueniendi (α) in *personalibus*: (β) causis *non exemptis*: *l. 6. C. de iurisd. omn. iud.* (γ) *delictis l. 9. de custod. reor. l. 3. de re milit.*

35. III) *Ciues academici* cum vniuersa familia coram *magistratu academico* conueniendi,

auth.

auth. habita C. ne filius pro patre, ibique RICHTER. *in comment.* HVBER. *h.* § *68. sqq.* non tantum in *ciuilibus*, sed, in quibusdam locis etiam, vti in hac regia Fridericiana, in *criminalibus*. Competit magistratui huic præter *iurisdictionem* etiam quædam *censura morum* in studiosos; quin etiam causæ pleræque studiosorum *summarie* pertractantur. Huic foro studiosos *in totum* renunciare posse arbitratur HVBER. *h.* §. *71.* quod de *iure hodierno* vel inde dubium, quia magis *vniuersitati* & *ordini* studiosorum quam singulis datum, eodem modo, quo clerici non possunt foro suo *in totum* renunciare.

36. (IV) *Clerici* coram *consistoriis* conueniendi, *c. 6. X. de for. comp.* tum in *ciuilibus*, tum in *delictis ecclesiasticis*, & *excessibus. auth. statuimus. C. de episc. & cler.* Si *ratione rei* contra eos ex *iure in re* mouetur quæstio, *iure communi* fruuntur. *c. 6. cit. c. 5. eod.* ibique ZIEGL. conf. *ius eccles. protest. lib. II. tit. 2.* §. *36. sqq.* Hoc forum ecclesiasticum inter *protestantes* a *iure territoriali* dependet. ZIEGL. *in præl. ad decret. ad rubr. huius tit. p. 17. seqq.* conf. *ius eccl. protest. lib. I. tit. 28.* §. *38. seqq.*

37. (V) *Ministri principis* cum tota familia conueniuntur coram principis iudiciis, exceptis *aulicis*, coram *aulæ mareschallo* conueniendis. STRYK. *disp. de foro ministr. princ c. 2.*

38. Tertium caput concernit (III) LEGITIMAM LITIGANTIVM PERSONAM: h. e. *actorem* & *reum*. *Is* dicitur, qui *persequitur in*

iudicio, quod sibi debetur. *Hic* vero, qui *se defendit contra persecutionem actoris, eiusque intentionem elidit.* Vtrique accedit aliquando tertius *interueniens*, vel (α) *principaliter*, qui pro suo interesse, quod separatum est a iure *actoris*, simul agit; vel β) *secundario*, qui reo conuento assistens actori sese opponit. C. I. A. *h. n. §2.*

39. Ante omnia actor (1) *habeat legitimam personam standi in iudicio.* vid. *l. 6. C. de postul. l. 1. C. de offic. ciuil. iud.* Nam eius partes sustinere nequeunt (α) *serui*, *l. 8. de pecul. l. 32. de R. I.* (β) *excommunicati*, *c. 7. X. h.* (γ) *banniti*, *I. P. S. lib. III. art. 16.* (δ) *maiores magistratus* durante officio, *l. 48. h.* quod ad hodiernos male applicatur, (ε) *minores* & *pupilli*, absque curatore vel tutore; *l. 1. §. vlt. C. qui legit. pers.* sententia tamen pro *minore* lata valet, si ab initio exceptio *ætatis* haud fuit obiecta. *l. 14. C. de procur.* His iure Germanico accensendæ (ζ) *feminæ*, quæ sine curatoribus non agunt. (η) *Prodigi.* (ϑ) *Filiifamilias.* Hi in peculio *castrensi & quasi* agunt libere; quoad peculium *aduentitium extraordinarium* agere debent *consentiente patre*, si pater potuisset vsumfructum acquirere: *l. vlt. in f. pr. C. de bon. quæ lib.* DONELL. *lib. XVII. c. 4.* in *ordinario* pater ipse agit *consentiente filio. cit. l. vlt.* STRVV. *ex 9. th. 6.* HILLIGER *ad Donell. l. 17. cap. 4.*

40. (II) *Volens & sponte agat*: inuitus ad agendum nemo compellitur. *l. vn. C. vt nem. inuit.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0228
DFG

inuit. ag. l. 4. §. 1. D. de alien. mut. iud. I. P. S. lib. 1. art. 62. nisi (α) alterius *ex iure perfecto* interfit, alterum agere; *l. 8. in fin. de option. legat. l 2. §. penult. & vlt. ad l. Rhod. de iact. l. 13. §. 30. de action. emt. vend.* (β) ex *necessitate officii* quis ad agendum teneatur, vt tutor &c.

41. Denique (γ) nisi quis *prouocetur* ad agendum per remedia, quæ ex *l. diffamari 5. C. de ingen. manumiss. & l. si contendat 28. de fideiuss.* vsu forensi trahuntur. Vt vero prouocatio ex *l. diffamari* locum habeat, requiritur *præcedens diffamatio alterius*, statim *summarie* docenda: hoc facto diffamans citandus, MYNSING. 5 O. 18. n. 5. & 6. GAIL. 1. O. 10. n. 7. ad iudicem *diffamati* tanquam *rei. Ord. Cam. p. 2. t. 25.* MEV 3. D. 213. Hic intra certum terminum diffamantem adstringit ad agendum sub pœna *perpetui silentii;* quæ tamen non habet effectum, nisi per *sententiam* fuerit imposita. CARPZOV. *part. 3. dec. 213. n. 20. & seqq.* Comparente diffamante, ordinarius processus, si causa est ordinaria, peragitur, & sic diffamanti *probatio diffamationis* incumbit. MEV. 7. D. 123.

42. Alterum remedium ex *l. si contendat*, hodie adhibetur ad *conseruandam exceptionem*, quæ in præsens est vtilissima, sed lapsu temporis perire potest. STRYK. *introd. ad prax. forens. c. 5. §. 3.* Fatetur hic prouocans ius creditoris: hinc *actor* seu *prouocatus* non iurat *de calumnia*, neque cautionem præstat pro *reconuentione* ex *causa connexa.* BRVNNEM. *ad l. 28. D. de fideiuss.*

n. 12. 13. Ille autem demum prouocari potest ad agendum, qui *facultatem præsentem agendi* habet, & tamen *callide* cessat: vnde creditor conditionalis, vel cui in diem debetur, prouocari nequit. CARPZ. *in proces. tit. 20. art. 4. n. 9.* Peragitur hoc remedium per *simplicem implorationem officii* iudicis, & eodem modo proceditur, vti in remedio ex *l. diffamari.* Denique etiam huc pertinet prouocatio creditorum, moto concursu, vel per *proclamationem* desponsatorum.

43. Qui agere nequeunt, ordinarie quoque partes *reorum* sustinere nequeunt, exceptis *excommunicatis* & *bannitis*; ne alias beneficio afficiantur. *c. 7. X. hoc tit. I. P. S. lib. 3. art. 16. inf.* Alius tamen pro alio conueniri non debet, *t. t. ne uxor pro marit. t. t. C. ne filius pro patr.* nisi (1) alius nexus subsit: (2) aliquando per indirectum ius *pignorationis* GAIL. *de pignor. c. 32.* vel *repressaliarum* adhibeatur, de quarum requisitis vid. GAIL. *de pignorat.*

44. Quartum caput huius materiæ respicit QVALITATEM CAVSARVM PERAGENDARVM, quæ sunt varii generis, ipsumque *processum* imo & *forum* alterant. Interest vero, vt *iusto ordine*, vbi plures concurrunt, proponantur. MEV. *7. D. 379.* Ordo in his regulis fundatur: (1) *præcognoscenda sunt illa, sine quibus cetera intelligi nequeunt*, vti sunt causæ *præiudiciales. l. 1. C. de ord. iudic. l. 37. h l. 10. C. de iniur.* HERTIVS *de ord. caus. in iud. tract. §. 2. & 4.*

& 4. *seqq.* Hæ si *incidenter* in causa principali mouentur, hæc tam diu sistitur, donec de *incidente* ab eodem iudice iudicatum fuit, licet alias *principaliter* de ea cognoscere non possit. *l. 14. C. de testib. l. 1. C. de ord. iudic.* (2) *In illis, quæ non cohærent, aut ab altero dependent, proponendum est præstantius.* Hinc *criminalis* ab actore mota præ *ciuili* a reo mota terminanda. *l. 5. §. 1. ad L. Iul. de vi publ. l. 33 C. ad L. Iul. de adult. l. 20. C. ad L. Cornel. de falsf.* HERT. *c. l. §. 13. seqq.* Sic & quæstio a fisco mota circa rem suspendit actionem priuatam de eadem motam. *l. 35. de iur. fisci.* (5) *Præparatoria primum tradenda, deinde principalia,* HERT. *c. 1. §. 2.* Hinc causæ *possessionum*, ante controuersiam de *proprietate* sunt finiendæ, *l. 35 de A. vel A.P. l. 13. C. de R.V.* nisi in petitorio res sit aperta. MEV. *6. D. 100* vid. *ius eccles. potest. lib. II tit 10.* Ipsæ causæ in iudicium deducendæ sequentibus libris exponuntur.

TEXT. NOTAB.

L. consensisse 2. pr. §. 3. 4. l. non videtur. 3. l. lis nulla. 4. l. cœtus. 6 l. si quis. 7. l. cum prætor. 12 l. in tribus. 13. l Heres. 19. pr. l. 20 l. si debitori. 21. seqq. l. legationis tempore. 25. l 28. in f. l vbi acceptum. 30. l. Non videtur. 33. l. non quicquid 40. l. in omnibus. 41 l. venditor. 49. l si fideicommissum. 50. pr. §. 2. l per minorem. 54. l. tam ex contractibus. 57. l. iudicium. 58. l mortuo iudice. 60 l. inter litigantes. 62. l. exigere. 65. l. si quis intentione. 66. l. ad

l. ad peremtorium. 68. seqq. l. proponebatur. 76. sqq. l. qui neque. 81.

Ex Codice l. quoties. 3. l. a iudice. 5. l. placuit. 8. l. iudices. 9. l. Nulli. 10. l. properandum. 13. pr. §. 14. l. Rem non nouam. 14. pr. §. 1. l. sancimus. 15. l. apertissimi. 16. l. cum specialis. 18. *de iudic.* l. vn. *ne quis in sua.* l. in rebus. 2. *qui legit. persou.* l. vn. *vt nemo inuit.* l. adire. 1. l. si quæstio. 2. l. cum ciuili. 3. l. vlt. *de ordin. iud.* l. 1. *de lit. cont.*

Tit. II. (III. 28.)

De inofficioso Testamento.

1. CAusæ in iudicium per *litis contestationem* deducuntur, vbi primo loco pertractantur *reales*, & quidem *successoriæ*. Ad has pertinet *querela inofficiosi testamenti, l. 8. §. 13. h. t.* quia est *species petitionis hereditatis, l. 8. §. 8. l. 20. l. 21. §. 2. l 27. §. 3. h. l. 7. §. 1. d. hered. petit. l. 14. D de bon poss. l. 34. C. h. t.* VINN. *lib. 1. sel. qu. c. 19. moribusque* Romanis inualuit. BYNKERSH. *lib. II. obs. 12.* Hac ipsa *rite* quidem, sed *inique* exheredati agunt contra heredem institutum, vt, testamento rescisso, hereditas ab herede scripto iis secundum inuentarium restituatur. Versatur circa testamentum *inofficiosum*, quale dicitur, *in quo is, cui debetur legitima, ab illa in totum per exheredationem iniquam est exclusus.*

2 Hoc

2. Hoc remedio agunt, (1) *exheredati, quibus debetur legitima.* Est vero LEGITIMA *certa portio portionis ab intestato debitæ liberis, parentibus, & certo casu fratribus relinquenda ex necessitate legis ciuilis. l. 6. C. h. t.* GAIL. *2. obs. 32.*

3. Relinquenda est legitima, (α) *descendentibus. l. 7. de bon. damn.* tam *suis* quam *emancipatis:* adoptiuis non aliter, quam *suis.* Spuriis non debetur, nisi a *matre:* incestuosis vero & adulterinis prorsus denegatur. *Auth. ex complexu C. de incest. nupt.*

4. His non existentibus, relinquenda *parentibus, l. 15. pr. h. l. 9. §. 1. de reb. dub.* salua gradus prærogatiua: denique *fratribus germanis* & *consanguineis,* quando *turpes personæ* iis prælatæ sunt, *l. 27. C. h.* non vero *vterinis* secundum *ius antiquum.* De *iure nouo* vid. *diss. de querela inoff. fratr. consangu.*

5. Relinquatur (Ɛ) *in debita quantitate,* quæ olim erat quarta. *§. fin. I. h.* Sed per *N. 18. c. 1.* est *tertia,* si quatuor aut pauciores adsunt liberi; *semis* portionis ab intestato debitæ, si quinque aut plures, quod etiam in parentum & fratrum legitima obseruandum. MERLINVS *de legitima lib. 1. tit. 2. qu. 12. n. 13.* FRANZK. *h. §. 32.* STRYK. *in V. M. h. §. 16.*

6. Æquum vero est, vt liberi *inique* exheredati, licet agere nolint, computentur, STRVV. *ex. 10. th. 32.* SCHILT. *ex. 14. th. 81.* vt & liberi *separati,* IO. SAMVEL STRYK. *de iur sing. fem.*

Ham-

Hamburg. c. 2. §. 16. vel qui *repudiarunt*, aut *renunciarunt* hereditati. GAIL. *2 obſ. 122 n. 1. Iuſte* autem exheredati non computandi. *l. 5. §. 1. de coni. cum emanc.* VINN. *lib. 1. ſel. qu. c. 20.* Nepotes hic repræſentant parentem ſuum, ſi plures ſunt ſtirpes. VOET. *h. t. §. 48.* HILLIG. *ad Donell. lib. 19. cap. 4. lit. Z.*

7. Relinquantur, (γ) *titulo inſtitutionis honorabili, Nou. 115. cap 3. pr. cap. 4. pr.* MEV. *4. D. 14.* qui ſimul *vtilis* eſt, ob *ius accreſcendi*, STRYK. *de caut. teſtam. c. 17. memb. 1. §. 27* quod etiam in *teſtamentis priuilegiatis* attendendum. ID. *cit. l. §. 28. ſeqq.* Ita vero *partem hereditatis* conſtituit, quod tamen negat VOET. *h. t. §. 44.* In fratribus vero adhuc *ius antiquum* obtinet. ID. *c. l. §. 35.*

8. Relinquatur (δ) *poſt mortem:* vnde (α) quantitas computatur ſecundum *tempus mortis; l. 6. C. h.* (β) liberi non tenentur ſtare *taxationi* parentum: ENGELBR. *ad D. h. § 26.* (γ) Viuentis nulla eſt legitima Excipiunt certos caſus, quos examinat ſpeciali diſſertatione THOMAS. *de legit. viuent.*

9. Relinquatur (ε) *ex re ipſius defuncti, l. 8. §. 9. h. t.* ſeu ex *ipſa ſubſtantia*, non eius fructibus. *l. 36. C. h.* Nec alia imputantur in legitimam, quam quæ conferenda ſunt. *cit. l. 36. pr.* HILLIG. *ad Donell. c. l. lit. n. n. ſeqq.* Ergo nec *feuda antiqua. l. 22. §. 1. de adopt.* ex nouis tamen filiabus in ſubſidium illa debetur. SCHILT. *ex 14. th. 67.*

10. Re-

10. Relinquatur (ζ) *absque vllo grauamine*, *l. 30. pr. l. 22. C. h.* VINN. *lib. 1. sel. qu. c. 22.* adeo vt ne quidem quoad *vsumfructum* grauari possit, STRYK. *cit. l. m. 2. §. 8.* & ita abrogata sit *l. 12. C. h.* nisi exheredatio facta *bona mente*. IDEM *c. l. m. 3. §. 3.* Non vero censetur grauata, per *cautelam Socini*, de qua plenius ID. *c. l. §. 15.* conf. FRANZK. *h. n. 51. seqq.*

11. Deinde (II) *illi demum de inofficioso agere queunt, qui a legitima prorsus sunt exclusi.* In minima parte legitimæ instituti actionem *ad supplementum* instituunt, *l. 30 & 36. C. h.* quæ est b. f. durans per 30. annos, BRVNN. *ad c. l. 30. n. 4* & adhuc locum habet, etiamsi filius agnouerit voluntatem, imo ad heredes quoque transmittitur. *l. 35. §. 2. C. h.*

12. (III) *Ipsa exclusio facta esse debet per exheredationem iniquam, alio defectu cessante*, h. e. vt causa vel sit *falsa*, vel probari non possit. Vnde (α) *exheredatio bona mente* facta huc non pertinet, *l. 18. de liber. & posth.* de qua vid. LINCK. *de exhered. bona mente facta.* Quod si (β) in *modo exheredandi*, de nouo præscripto *in N. 115.* & infra *tit. de liber. & posth. hered. instit.* explicando, peccatum, testamentum est ipso iure nullum, & sic *querela nullitatis* obtinet. STRYK. *de cautel. testam. c. 19. §. 44.*

13. In effectu hoc interest, (1) quod querela *nullitatis* duret ad 30. annos; querela *inofficiosi* ad

ad quinquennium, computandum ab adita hereditate: *l. pen. C. h. l. 8. §. 10. h.* (2) *nullitatis* remedium in heredes transeat; sed querela *inofficiosi* non aliter, nisi *præparata*, *l. 7. D. l. 34. l. pen. C. h.* excepto casu *in l. 34. C. h.* DONELL. *lib. 19. c. 6. lit. i.* 3) per remedium *nullitatis* institutum actor non amittat legatum, si victoriam non obtinuit; *l. 24. de his quæ vt indign.* aliud in querela *inofficiosi*: *l. 8. §. meminisse 14. h.* (4) per illud totum testamentum corruat, non per hoc. *Nou. 115. c. 4.*

14. (IV) *Testamentum, in quo exheredatio facta, sit paganum*: milites in *testamento militari* liberos *præterire* possunt, scientes, se liberos habere *§. 6. I. de exhered. lib. l. 9. C. de test. milit.* HILLIG. *ad Don. lib. 19. c. 5. lit. a. b.* Idem dicendum, si filiusfamilias de *castrensi* & *quasi castrensi* peculio testamentum condiderit. *l. f. C. h.* Exceptio est in *Nou. 115. c. 4. & 123. c. 19.* STRYK. *in V. M. §. 14.*

15. (V) *Filius inuitus sit exheredatus.* Secus est, si voluntatem defuncti agnouerit. *l. 23. §. 1. l. penult. §. 3, h.* Pactum tamen filii cum patre de non mouendo querelam initum nullius est momenti, *l. 35. §. 1. C. h.* quamuis pater sibi præiudicare possit. *l. 29. C. de pact.* conf. HVBER. *h. §. 17.*

16. Ita qualificata exheredatio operatur *querelam inofficiosi*, quæ datur *inique* (& sic *cum iniuria l. 4. l. 8. pr. h.*) exclusis a legitima, & quidem si plures, secundum *ordinem successionis ab intestato*,

ſtato, adeoque iuxta *Nou. 118.* ius antiquum ratione *ſucceſſionis in querela*, corrigendum. vid. *diſſ. de quer. inoff. fratr. conſ. in f.* Si priores deficiant vel nolint, ſequentes *ſuo ordine & gradu* admittuntur. *l. 14. l. 31. pr. h. t.* ID. *c. l. lit. h.* VINN. *lib. 1. ſel. qu. c. 20.* Imo ſi ex pluribus vnus repudiat querelam, pars eius reliquis querelam mouentibus & obtinentibus, *per indirectum* accreſcit, *l. 17. pr. l. 23. §. vlt. h.* STRVV. *ex. 10. th. 26.* cum teſtamentum reſcindatur. *perill. de* COCCEI. *in iur. controu. h. t. qu. 18.*

17. Mouetur contra *heredem ſcriptum*, qui (α) *adiit* hereditatem, *l. 8. §. 10. h.* & (ℭ) *per quem exheredato actori* iniuria facta. Talis eſt potiſſimum extraneus; *l. 19. h. l. 1. §. 3. ſi pars her. pet.* quo ipſo *ex accidente* euenire poteſt, vt ſucceſſio fiat pro parte *teſtata* & *inteſtata.*

18. Finis querelæ duplex eſt: (1) *vt teſtamentum, quatenus inofficioſum eſt, reſcindatur.* Iure nouo non *in totum* reſcinditur, ſed quoad *heredis inſtitutionem, N. 115. c. 3. in fin.* reliquis capitulis ſaluis, in caſu tum *exheredationis expreſſæ*, tum *tacitæ* h. e. *præteritionis. auth. ex cauſa. C. de liber. præterit.* Aſt in *fratrum querela* adhuc ius antiquum retentum, vt *totum teſtamentum* euertatur, cum ad illos non pertineat. *Nou. 115.* STRVV. *cit. l. §. 18.*

19. (2) *Vt hereditas reſciſſo teſtamento ab inteſtato obtineatur. l. 19. h.* Inde inferunt, victoriam obtentam prodeſſe aliis, qui *ab inteſtato*

succedunt, licet querelam non habeant. DONELL. *c. l. c. 10. lit. c. d.* ibique HILLIG. STRYK. *de iur. fratr. c. 5. n. 12.* Sed (1) rarius hic continget casus, nisi *honesta persona* instituta sit, parentibus fratribusque exclusis: (1) contrarium verius, cum res iudicata aliis nec noceat, nec prosit, *l. 63. de re iudic. l. 17. pr. h.* & (3) successio ab intestato tantum adiudicetur iis, qui querelam mouere possunt. *l. 17. pr. h. t.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Hoc colore. 2. l. non est. 4. l. posthumus. 6. pr. §. vlt. l. quemadmodum 7. l. Papinianus. 8 pr. §. 4 5. 7. 9. 10. 14 15. 16 vlt. l. si pars. 10. §. 1. l. nam & si parentibus 15. pr. l. qui repudiantis 17. l. eum qui 21. § 1. circa inofficiosi. 24 l. si instituta. 27. §. 3. l. cum mater. 28. l. si suspecta. 29. l. si is. 31. §. 1. 3. f. l. si exheredatus. vlt.

Ex Codice l. quamuis. 1. si perpetuus. 5. l. cum quæritur. 6. auth. nouissima l parentibus 8 l. de inofficioso. 9. seq. l. in arenam. 11. l. eum. 14. l si filiam. 19. auth. sed si. l. testamentum militis 24. l fratres. 27. l omnimodo. 30. pr. l. quoniam. 31. l. si quis. 34. l. si quando. §. 1. 2. l. scimus. 36. l. vlt.

Tit. III. (III. 31.)

De hereditatis petitione.

1. PRocedendum ad *hereditatis petitionem communem*, quæ ex *iure succedendi* in hereditatem *defuncti*, quomodocunque competente,

tente, nascitur. Est vero *actio vniuersalis, competens heredi vero aduersus eum, qui pro herede vel possessore possidet, ad hoc, vt declaretur heres, & reus hereditatem secundum inuentarium restituat cum omni causa & præstationibus personalibus. l. 25. §. 18. h.*

2. Instituenda hæc actio (1) post *mortem* eius, de cuius hereditate agitur, & quidem iure Germanico, demum post *tricesimum. I. P. S. lib. 3. art. 15.* Si de *morte* defuncti non constat, ante omnia *probanda est mors eius, de cuius successione quæritur.* Hæc probatur (a) per testes, qui sepulturam viderunt: (b) per testimonium ducis militiæ, licet iniuratum: CARPZ. *lib. 2. iurispr. consist. def. 168. seqq.* (2) aliquando per *famam*, probabili munitam causa. *Nou. 117. c. 11.* PACIANVS *de probat. lib. 1. c. 49. n. 47.* STRYK. *de I. sens. diss. 3. c. 4. n. 24. seqq.* SCHILT. *ex. 15. §. 78.* Quandoque etiam probandum est, præsertim in casu *plurium commorientium*, quis præmortuus sit? vbi plerumque præsumtionibus iuris locus. STRYK. *de S. A. I. diss. 10.* conf. ENGELBR. *ad D. h. §. 2.* BRVNN. *4. Dec. 29.* SCHILT. *c. l. §. 71. seqq.*

3. Instituitur (II) a *vero herede*, adeoque (III) *ius succedendi* probare debet. Neque enim nuda assertio magistratus loci aditionis, actorem proximiorem heredem esse sufficit. MEV. *5. dec. 357. Quandoque* tantum probandum, se hereditatem emisse, si de *iure venditoris* non dubita-

tur: nam *emtori* datur *vtilis*, *l. 54. h.* quia *vicem heredis* ex *iure cesso* obtinet. *l. 2. §. 18. de hered. act. vendit.*

4. (IV) Mouenda hæc actio contra possessorem, qui *hereditatem vel partem eius pro herede, vel pro possessore possidet. l. 9. seqq. h.* Habetur etiam pro possessore, (1) *qui liti se obtulit, l. 45. h. l. 13. §. 13. h.* ignorante actore, *l. 26. de R. V.* ex *clausula doli*, ex qua ad interesse tenetur: *l. 45. h.* (2) qui *dolo desiit possidere: l. 13. §. 14. l. 25. §. 8. h.* quo ipso tamen non liberatur *verus possessor, l. 25. §. 10. h. l. 13. §. 14. h.* sed actori integrum est, relicta actione priori, contra hunc agere; æstimatione autem litis a priori præstita, *possessor verus* liberatur. *l. 46. de R. V. l. 1. C. comm. vtriusque iudic.*

5. *Pro herede possidet*, qui *bona* fide se heredem credit, vel *mala* quidem in *fide* est, non tamen *sine titulo. l. 11. pr. h.* Huc etiam pertinet *debitor hereditarius, l. 13. in fin. seqq. h.* qui heredem se dicit. *l. 42. h.* *Pro possessore* possidere dicitur, qui vel nullum vel iure reprobatum habet titulum, & scienter alienam possidet hereditatem. *l. 13. pr. §. 1. l. 11. §. 1. l. 17. h. §. 3. l. de interdict.* Qui dolo caret, prædo non est. *l. 25. §. 6. h. t.*

6. Non igitur hæc contra *titulo singulari* possidentes, *l. 7. C. h.* sed rei *vindicatio* datur, *l. 25. §. 17. h.* quam, mota licet hereditatis petitione, contra tertium instituere potest. *l. 49. in f. h.*

Ex

Ex *æquitate* tamen contra emtorem hereditatis *in subsidium* datur *l. 2. C. h. l. 13. §. 4. h.* Hinc reus conuentus edere *titulum* suæ possessionis debet; *l. 1. C. h.* (conf. FRANZK. *h. n. 13. 14.*) imo in praxi actorem vtramque actionem cumulare posse docet STRVV. *c. l. §. 51.*

7. Probato iure succedendi, per *sententiam* quæ super eo lata, decernitur restitutio hereditatis secundum *inuentarium* vel *iuratam specificationem*, cuius etiam in libello fieri solet mentio, MEV. *2. dec. 245.* & quidem cum *omni causa l. 25. §. 18. D.* & *l. 7. C. h. t.*

8. Si, edito inuentario, de ipsis *rebus hereditariis restituendis* dubium mouetur, actor probare debet, *res*, quæ contra tenorem inuentarii editi ab eo designantur, *esse hereditarias*, h. e. tempore mortis eas fuisse *detentas*, vel *possessas* quolibet modo a defuncto, VVLT. *in §. actiones. 28. I. de act. n. 73.* licet fuerint minimæ. *l. 10. pr. h.* Etenim huc referuntur, (α) quæ ad periculum defuncti spectarunt: *l. 19. pr. h.* (β) quæ hereditati, defuncti vicem tenenti, acquisitæ sunt: *l. 20. §. 3. l. 32. h.* (γ) pretium redactum ex re hereditaria; *l. 16. §. 1. l 20. §. 17. h.* (δ) quæ alias *hereditatis causa* comparatæ sunt: *l. 20 pr. h.* (ε) fructus, qui augent hereditatem: *l. 20. §. 3. h.* (ζ) iura *l. 18. §. vlt. h.* nomina & actiones &c. conf. HILLIG. *ad Donell. l. 19. c. 13.*

9. Præterea quoque circa *restitutionem* multum refert, vtrum reus *bona* an *mala* fide possi-

deat? *B. F. possessor* res exstantes, & quantum ex consumtis *locupletior* factus, restituit, *l. 22. seqq. h.* & sic de re distracta, vel consumta, nisi quatenus locupletior factus, non tenetur; *l. 25. §. 11. l. 13. §. 4. l. 20. §. 17. l. 22. in fin. l. 28. h.* etiamsi dilapidauerit, vel alias culpa sua rem amiserit, cum rem suam neglexisse videatur. *l. 25. §. 11. l. 30. h.* Aliud est in *m. f. possessore*, (pro quo etiam quoad *præstationem fructuum* habetur *certo modo* quilibet b. f. possessor post *litem motam. l. 20. §. 11. l. 25. §. 7. h. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. §. 2. J. de offic. iudic.*) qui simpliciter tenetur de rebus distractis, *l. 20. §. 12 16. 21. h.* & deperditis, præstito desuper ab actore iuramento in litem; *l. 20. in f. h.* imo & de eo, quod culpa in re hereditaria damnum dedit, *l. 25. §. 2. h.* & denique ad omnes omnino fructus restituendos, etiam *percipiendos* seu *per culpam neglectos*, *l. 20. §. 6. h.* non vero vsuras percipiendas; *l. 20. §. 12. 14. h.* perceptas tamen restituit. *l. 34. D. de vsur.* HILLIG. *ad Donell. l. 19. c. 14.*

10. Eadem distinctio obtinet circa *præstationem casus fortuiti.* Nam *bonæ fidei possessor* hunc non præstat, ne quidem post L. C. *l. 40. h. vid. l. 15. de R. V.* Quoad *m. f. possessorem* distinguendum inter *simplicem*, qui adhuc titulum habet, *l. 13. §. 8. h.* & inter *prædonem.* Ille itidem non præstat casum, *l. 62. pr. de R. V. l. 20. §. 6. l. 36. §. 3. h.* bene tamen hic, *l. 1. C. de his quæ vi met. l. pen. de vi & vi arm. §. 26. I. de rer. diuis.* vt tamen

men ratio æquitatis non videatur excluſa. DONELL *cit. l. lit. f.*

11. Atque ita poſſeſſor rationibus reddendis eſt obnoxius, quia hereditatem interim poſſidet & adminiſtrat. Vnde, quia poſſidet, interim (α) ad æs alienum ſoluendum tenetur: (β) alienare poteſt etiam poſt L. C., maxime ſi res mora ſint perituræ, vel alias neceſſaria eſt alienatio: *l. 5. pr. l. 53. h.* (γ) actiones hereditarias mouere, de quibus periculum erit, ne inter moras intercidant; *l. 49. h.* denique (δ) legata *aliis*, non *actori*, qui teſtamentum impugnat, *l. 6. h.* ſub *cautione* præſtare debet, *l. f. pr. C. h. l. 8. §. 4. qui ſatisd. cog. &c.* conf. HILLIG. *ad Don. l. 19. c. 15.*

12. Deducit quoque poſſeſſor *impenſas* in reſtitutione hereditatis. Et quidem *in fructus* factæ indiſtincte compenſantur cum fructibus; *l. 36. §. 5. D. h.* factas absque perceptione fructuum tantum *bonæ fidei poſſeſſor* recipit. *l. 37. h.* Circa impenſas *in rem* factas diſtinguendum inter *b. f. & m. f.* poſſeſſorem. *Ille neceſſarias & vtiles* officio iudicis deducit, etiamſi res non amplius exſtet: *hic* vero non aliter, quam ſi res adhuc melior ſit. *l. 38. h. Voluptuarias* ille quoque deducit, quatenus exſtant: *l. 39. §. 1. h.* hic tantum tollit, quatenus ſine detrimento ipſius rei tolli poſſunt. *l. 39. in fin. h.*

TEXT. NOTAB.

L. si hereditatem. 4. l. Diuus Pius. 5. l. legitimam 8. l. regulariter. 9. seqq l. nec vllam. 13. §. 1 4. 8. 12. 13 14. l. quodsi in diem 16. §. 1. l. & non tantum 19 l. item veniunt. 20. pr. §. 3. 6. 11. 12 14. 16. vlt. l. si & rem. 22. l. etsi lege. 25. pr. §. 4 6. 7 8. 11. 15. 18. seqq. l. Iulianus 30. l. si possessor. 31. §. 3. l. si a domino. 36. §. 4. 5. l. 37. l. plane in ceteris 38. l. vtiles 39. l. illud quoque. 40. pr. §. 1. l. si quo tempore. 41. l. postquam. 43. l. qui se liti 45. l. si possessor. 52. l. cum hereditas. 56.

Ex Cod. l. 1. §. 1. l. si post moram. 2. l. hereditas. 3 in f. l. de hereditate. 5. l. hereditatis. 7. l. cogi. 11. l. cum hereditas. 12. pr.

Tit. IV.

Si pars hereditatis petatur.

1. DAtur etiam actio ei, qui *pro parte* heres est, eamque non ex eo metitur, quod possessor occupauit, sed ex *suo iure; l. 1. §. 1. h.* eadem tamen est *hereditatis petitio*, de qua *tit. anteced.* actum. *l. 10. §. 1. de hered. petit. l. 1. §. 1. l. 8. h.*

2. Petitur hac actione pars *certa* ab eo, qui petitori desuper *controuersiam* mouet, *l. 1. §. 2. h.* aliquando etiam pars incerta, *l. 1. §. 5. h.* pertinetque ad officium iudicis, partem hereditatis *pro indiuiso* restitui iubere. *l. 7. h.*

3. In

3. In hoc differt ab actione *familiæ herciscundæ*, in qua alter alteri non amplius controuersiam hereditatis facit, & agitur ad *partem certam* hereditatis *pro diuiso* restituendam. *l. 2. §. 2. l. cit. 7. h.* In *posthumo suo* tamen hoc singulare est, quod tres ei partes *in diuisione* sint assignandæ, donec constet, quot nascantur? *l. 3. & 4. h. l. 7. pr. de reb. dub. l. 28. in f. de iudic.* PANCIROLL. *lib. II. var. lect. c. 27.* BYNCKERSH. *lib. III. obs. c. 8.* In posthumo vero extraneo obtinet decisio *l. 1. in fin. h.*

Tit. V.

De possessoria hereditatis petitione.

EXtensa postea est *hereditatis petitio* ad *heredem prætorium*, seu qui bonorum possessionem a prætore accepit. Et quidem per hanc tantumdem consequitur *bonorum possessor*, postquam bonorum possessionem agnouit, quantum *heres ciuilis* ordinaria hereditatis petitione consequi potest. *l. 2. h.*

Tit. VI.

De fideicommissaria hereditatis petitione.

1. CVm *fideicommissarius vniuersalis* in effectu heres sit, leges quoque ei assignarunt

hereditatis petitionem, quæ rursus ab ordinaria actione non differt. *l. 2. h.* Requiritur tamen, *vt fideicommissum ab herede fiduciario sit restitutum verbis; l. 37. ad SCt. Trebell.* Si enim re ipsa, cessat hæc actio.

2. Datur contra eum, qui *pro herede* vel *possessore* possidet? sed non contra ipsum heredem, *l. 3. §. 1. h.* qui ad restituendum fideicommissum aliter cogi potest.

3. Eodem modo hodie, vbi *successio pactitia* est recepta, formant *hereditatis petitionem conuentionalem*, veluti ex pactis successoriis coniugum, HAHN. *de iur. rer. concl. 72. n. 11.* ex vnione prolium, ID. *concl. 73. n. vlt.* ex pactis confraternitatis. ID. *concl. 74. n. 15.* STRYK. *de S. A. I. diss. 8 c. 5. §. 33. c. 6. §. 22. c. 7. §. 47.* Tribuit enim conuentio talis *ius reale hereditarium* in alterius bonis. IDEM. *c. 5. §. 24.*

Lib. VI. Tit. I. (III. 32.).

De rei vindicatione.

1. RES singulares h. e. *titulo singulari* acquisitæ, petuntur *vindicatione*, *l. 1. pr. h.* de cuius processu antiquo videantur GELLIVS *lib. XX. c. 10.* HVBER. *h. §. 1. & lib. 1. digress. c. 4. n. 3.* SCHILTER. *ex. 16. §. 5. seqq.* RAEVARD *ad LL. XII. tabb. c. 6.* AVERAN. *lib. I. interpr. iur. c. 15. n. 9. sqq.*

2. REI

2. REI VINDICATIO est *actio in rem, competens domino aduersus possessorem rei corporalis singularem, qua petit, se dominum eius declarari, eamque sibi a possessore cum omni causa restitui.*

3. Instituenda hæc actio, (I) *a vero domino. l. 25. pr. de O. & A. l. 23. pr. D. l. 21. C. h.* etiamsi tantum *sub certa qualitate* talis sit; *l. 9. C. h. l. 1. si ager vectig. l. 66. h.* modo (α) ipsum *exercitium dominii* habeat: dominium *naturale* seu quiescens non sufficit; §. *29. I. de rer. diu.* (ϐ) illud habeat *tempore litis contestatæ*: si postea id demum acquirit, alia *interpellatione* opus est de iure ciuili, *l. 23. de iudic.* non de iure canonico: *c. 3. de sentent. & re iud. in 6.* (γ) duret dominium actoris vsque ad *sententiam*: si tempore *sententiæ* iam dominium actoris exspirauit, extinguitur hæc actio. *l. 41. h. t.* Exemplum est in *l. 66. h.*

4. (II) *Debet actor dominium suum probare, l. 24. h.* quod sufficit, si reus *nouum titulum* non probauerit. *l. 9. pr. h.* Hoc ipsum actor præstat, si (1) ostendit dominium auctoris sui, *l. 20. de acquirend. rer. domin.* vel (2) præscriptionem, vel (3) emtionem a fisco. §. *vlt. J. de vsuc.* Cum vero hæc probatio plerumque difficilis sit, videndum est, (1) vtrum actor aliquo interdicto nanciscí possit *possessionem? l. 24. h.* (2) vtrumne possit *publiciana* experiri? HILLIG. *ad Don. l. 20. c. 2. in fin.*

5 Mi-

5. Minime vero dominium probatur inde, quod res, quam vindicamus, sit pecunia nostra comparata, *l. 23. & 32. de reb. cred. l. 21. C. de probat. t. t. C. si quis alteri vel sibi &c.* quia *in singularibus* pretium non succedit in locum rei. Exceptio est (1) in *pupillo* & *minore*, cuius pecunia tutor aliquid, licet suo nomine, acquisiuit: *l. 2. quand. ex fact.* (2) in *ecclesia*, cuius pecunia administratores aliquid compararunt: *clem. 2. de relig. dom.* vid. *disp. de admin. bon. eccles. c. II. §. 14.* (3) in *milite*, quoad castrense peculium, *l. 8. C. h.* quod etiam (4) extendunt ad rem dotali pecunia a marito emtam per *l. 54. de iure dot.* Sed hoc admitti nequit per *l. 12. C. eod.* licet *præsumtio* quædam, quod res in locum pecuniæ dotalis surrogata sit, inde nascatur, quorsum collineat *l. cit. 54.* (5) alia exceptio est in *l. 55. de donat. int. V. & vx.*

6. (III) *Actio instituenda contra possidentem, l. 36. pr. h.* vel in genere contra omnes, qui tenent & restituendi habent facultatem. *l. 9. h.* HILLIG. *ad Donell. c. l. c. 3. lit. d. d. seqq.* Ceterum qui *alieno nomine* possident, ante L. C. opponere possunt exceptionem *nominationis* seu *laudationis*; (*laudare* enim prisca lingua significat *nominare* & *appellare*. REINOLD. *ad Mercerii art. concil. p. 3.*) *l. 2. C. vbi in rem.* minime vero, qui *suo nomine* possident. MEV. *6. D. 375.* Interim sufficit, possidere aduersarium *rei iudicatæ tempore*, *l. 27. §. 1. h.* & habentur in hoc iudicio quo-

que

que pro possessoribus, qui *dolo desierunt possidere*, vel *liti se obtulerunt*, vti in hereditatis petitione. *l. 25. sqq. l. 52. h.*

7. Supereſt tamen hæc differentia inter *verum* & *fictum* poſſeſſorem, quod α) contra hunc, qui dolo deſiit poſſidere, iuretur in litem, *l. 68. h.* actore id exigente; *l. 17. h.* β) contra heredes eius; ſi ante L. C. deceſſerit, detur *actio in factum*, per quam reſtituere coguntur, quanto locupletiores ex ea re facti fuerunt. *l. 52. h.* Præſtita hac *æſtimatione*, dominium poſſeſſor etiam tertius acquirit; *l. 46. h.* nam ſola condemnatio non ſufficit. *l. 7. h. l. 1. §. 43. depoſ.*

8. Fluit exinde (α) hanc actionem contra heredes non dari, *qua tales*, ſed *qua poſſeſſores. l. 42. l. 51. & 52. l. 55.* MEV. *7. D. 404.* (β) Si non conſtat, vtrum aduerſarius poſſideat, probandam eſſe poſſeſſionem. Olim hoc caſu præmittenda erat actio *ad exhibendum:* qua probata, in pœnam *mendacii* poſſeſſio, ſaluo petitorio, transferebatur in actorem; *l. vlt. h.* HILLIG. *ad Donell. cit. l. lit. R.* quæ pœna merito hodie obſeruanda eſt, vt nouiter prouiſum in *ord. proc. Sax. elect. emend. tit. 16. §. 3.* STRYK. *in V. M. h. §. 6.* BERGER. *in elect. diſcept. for. p. 470. ſeqq.* (γ) Poſſe vindicari a quolibet poſſeſſore, licet a domino titulo dominii non translatiuo aliis conceſſa ſit: Verum *iure Germanico* contrarium obtinuit, quod ſtatuta hinc inde retinuerunt. STRYK. *in V. M. h. §. 7. ſqq.* HERT. *lib. I. de parœm. iur.*

parœm.

paræm 18. (δ) Non dari hanc actionem contra eum, qui non amplius possidet, sed *bona* fide rem alienauit, licet forsan pretium habeat. Æquum tamen est, vt actione *in factum* in tantum teneatur *in subsidium*, in quantum locupletior factus. *l. 23. §. 5. h.* GROTIVS *de I. B. & P. l. 2. c. 10. §. 2.* HERT. *c. l. paræm. 17.* STRVV. *ex. 11. §. 13. pr.* STRYK. *de act. for. inuest. S. 1. m. 2. §. 43. & 44.*

9. (IV) Res *talis vindicanda, in quam cadere potest dominium.* h. e (α) *res corporalis*, in commercio existens, *l. 1. l. 23. §. 1. l. 56. h.* vnde etiam *homines proprii* in hanc actionem veniunt. MEV. *3. D. 8. & 9.* (β) *certa*, quæ designanda est & describenda. *l. 6. h.* DONELL *lib. II. c. 4. lit. R. seqq.* ibique HILLIGER. Pro certa tamen & vna specie reputatur, quæ vno *nomine collectiuo* constat, vt grex, *l. 1. §. 3. l. 2. h.* modo non sit *vniuersitas rerum & iuris*, vti peculium, hereditas. *l. 56. h.* conf. *l. 30. de Vsuc.* DONELL. *c. l. lit. n. seqq.* ibique HILL. *Incertæ partis* vindicatio admittitur, si iusta de causa certa pars demonstrari nequit. *l. 76. §. 1. h. l. 43. pr. de acquir. vel amitt. poss. l. 8. §. 1. comm. diuid.*

10. (V) *Res vindicanda cum omni causa. l. 20. h.* quo pertinent (α) variæ accessiones, v. g. alluuio, *l. 34. h.* & quicquid alias rei nostræ tanquam, principali accessit, *t. t. I. & D. de R. D. & A. R. D.* modo separari accessorium non possit; alias datur *actio ad exhibendum. l. 6. ad exhib.*

11. Pertinent huc imprimis (β) *fructus*. Circa hos tamen distinguitur inter *b. & m. f. possessores:* illi vi *bonæ fidei reuocabiliter* (*iure Sax. prou.* irreuocabiliter, *lib. 2. art. 44.*) acquirunt omnes fructus *perceptos*, naturales & industriales, *l. 48. de A. R. D.* nisi *titulo* destituantur. *l. 45. de vsur. Pendentes* cum re ipsa restituuntur *l. 2. D. de vsur. l. 44. h.* sicut & *exstantes* non-vsucapti *l. 22. C. h.* Ex *consumtis* nihil restituit, licet vel maxime inde locupletior factus sit *b. f. possessor, arg. l. 4. § 2. fin. regund.* FRANZK. *h. n. 63.* quamuis contrariam sententiam plures erronee defendant, STRYK. *in V. M. h. §. 12.* ENGELBR. *c. l. §. 15.* Ast m. f. possessor (pro quo etiam post L. C. *intuitu fructuum quandoque* habetur b. f. possessor *l. 45. h. l. 5. C. eod.*) de omnibus fructibus, etiam qui *honeste* percipi potuerunt, MERILL. *II. obs. o. 12.* tenetur, *l. 33. h.* æstimandis ex *persona domini & culpa possessoris. §. 2. in f. l. de offic. iudic.* Si res interim periit dolo vel culpa possessoris, vsque ad rei iudicandæ tempus æstimatio crescit. *l. 33. h. l. 62. in fin. h.* conf. MEV. *3. D. 373.*

12. Requirunt insuper Dd. *vt fructus ante litem contestatam percepti in specie petantur:* alioquin iudicem *ex officio* de illis adiudicandis sollicitum esse non debere. *l. 21. §. 8. de Ædil. edict.* Verum satis incongrue hæc lex, de *potestate iudicis pedanei* loquens, applicatur ad officium nostrorum magistratuum, qui defectus aduocatorum supplere tenentur. BACHOV. *ad W. h.*

STRYK.

STRYK. *in V. M. h. §. 15.* G OEDD. *ad l. 27. de V. S.* conf. *l. 20. h. l. 35. & 75. de V. S.*

13. A fructibus deducuntur *impensæ*, in illos factæ, *l 48. l. 65. h.* non vero a furibus *l. 27. §. 25. ad l. Aquil.* Ceteras impensas *in rem* factas *necessarias* & *vtiles b. f. possessor* deducit, non *actione reali* ex *iure ciuili* agit; *l. 48. h.* licet *in factum* ex *iure prætorio* non denegetur. *l. 23. §. 5. h. t.* Et quidem *necessariæ omnimodo*, quatenus factæ: *utiles* non aliter, quam α) si dominum haud grauent, β) eique vtiles sint, adiudicantur, & γ) quatenus fructuum ante L. C. perceptorum summam excedunt. *l. 48. l. 38. h.* MEV. *2. dec. 210. Voluptuarias* tantum tollit, quatenus id sine *rei corruptione* fieri potest. Habet tamen dominus *ius offerendi* tantum, quantum habiturus est possessor, his rebus ablatis. *c. l. 38.* Ast *m. f. possessor necessarias* quidem repetit, *l. 5. C. h.* sed *vtiles* tantum tollit, *l. 37. in fin. h.* quamuis manifesto prædoni non succurrendum sit. *§. 30. in fin. I. de R. D.* STRYK. *in V. M. h. §. 16.*

14. Restituenda est res, vbi est, aut vbi agitur, sumtibus petentis, *l. 10. & 11. 12. h.* & quidem *non deteriorata*; alioquin iudex damnum æstimare debet. *l. 13. h.* Quod si post *rem iudicatam* restituere recusat, manu militari res aufertur; *l. 68. h.* conf. HVBER. *h. §. 13.* dilatio tamen ex iusta causa condemnato aliquando conceditur, si negat, in præsenti se posse rem restituere. *§. 2. I. de offic. iudic.*

15. Ne-

15. Neque potest reus restitutioni opponere exceptionem *pretii prius soluendi* a vindicante, *l.23.C.h.l.2.C.de furt.* SCHILT. *ex.16. th.62.* licet vel maxime se emisse dicat rem in *foro publico*, *I. P.S.lib.2.art.36.* vel cum *protestatione*; SCHILT. *cit.l.* BRVNN. *ad l.34.§.3. de contrah. E.V.* nisi (1) forsan rem alias *perituram* magis *nomine domini* redemerit, quam sibi emerit; *l.6.§.8. de neg. gest.* (2) vel quidam *priuilegiati* fuerint, vt *Iudæi* & *olim* & *hodie* in quibusdam locis. *I. P. S. lib.3. art.7.* FINCKELTH. *obs.57.* SCHILT. *c.l.§.63.*

16. Magis actori obstat (α) *exceptio præscriptionis*, quia quamdiu durat *ius in re*, tamdiu durat actio realis inde oriunda, STRYK. *de act. for. inuest.S.3.m.2.ax.1.* (ϐ) exceptio *rei venditæ & traditæ.*

TEXT. NOTAB.

L. 1.§.3. l.si in rem.6. seqq. l. officium. 9. l. si res mobiles 10 seqq.l. item si 15 §.13. l.præterea.20. l. in rem actio. 23. l. is qui destinauit. 24. l. is qui se obtulit. 25. l. si autem.27. §.1.l. nisi venalem. 29. l. ceterum.31. l. fructus.33 l. & ex diuerso. 35. §.3. l. qui petitorio. 36. pr. seqq. l. in fundo. 38. l. quis hac lege. 41. l. 44. l. cum autem. 52. l. habitator. 59. l. 61. l. si culpa. 63. l. non ideo. 66. l. qui restituere. 68. seqq. l. quæ de tota. 76. l. in rem actionem. vlt.

Ex Cod. l. si inferiorem. 2. l. mater tua. 3. l. Domum 5 l. si ex ea pecunia. 6. l. si vt proponis 8. l. doce ancillam. 9. l. ordinarie. 13. l. quotiens 15. l. si fundum. 17. l. iudicia. 19. l. si mancipium. 23. l. res alienas. 29.

Tit. II.

De Publiciana in rem actione.

1. EX *quasi dominio iure prætorio* datur actio PVBLICIANA, quæ *est actio realis, qua b. f. possessor, qui iusto titulo & bona fide rem a non-domino accepit, agit contra infirmiori iure possidentem, ad rem quasi vsucaptam restituendam.* Actor hic duo probare debet: (I) a parte sui *b. f. possessionem*: a parte rei *possessionem infectam.*

2. Etenim (I) *bona fides* hic sufficit, quæ quasi *dominium* seu *putatiuum* constituit, *l. 7. § 6. h. l. 136. de R. J.* quod fundabat prætor in *ficta vsucapione.* Sufficit vero *bonam fidem* adfuisse *ab initio, l. 7 §. 11. & 14. l. 8. h.* etiam de *iure Canonico;* HILLIG. *ad Don. l. 20 c. 8. l. r.* STRYK. *in V. M. §. 4.* immo etiam in *rebus incorporalibus*, quibus hæc actio applicata est. *l. 11. §. 1. h.* Hinc α) *domino, qua tali*, hæc actio non datur, nisi sub qualitate *b. f. possessoris;* HILLIG. *ad Donell. l. 20. c. 8. l. S.* imo ϐ) solet hodie *rei vindicatio* cum *publiciana* cumulari STRVV. *ex 11. th. 44.* Denique γ) plerumque, vbi dominium quoad *legitimationem ad causam* & sic *incidenter* probandum, sufficit probasse *bonæ fidei possessionem*, vt in seruiana actione, retractu ex iure congrui &c.

3. (II) *Iustus titulus* seu dominii acquisitiuus, *l. 13.*

l. 13. pr. h. etiam *putatiuus*, iusto errore probato. *l. 7. §. 2. h.* Vnde non datur, qui rem tenet ex causa pignoris & precarii. *l. 13. §. 1. h.*

4. (III) *Traditio accedere debet;* nam ante *traditionem* publiciana non datur, *l. 7. §. 16. h.* nisi ex talibus titulis quis rem petat, ex quibus *ipso iure* dominium transit absque *traditione. l. 1. & 2. h.* Hoc requisitum etiam de iure Sax. sufficit, licet *iudicialis resignatio* desit. STRYK. *in V. M. h. §. 3.* (IV) *Res non vitiosa* requiritur, *l. 9. §. 5. l. 12. §. 4. h.* & (V) *vt b. f. possidens possessionem amiserit.* ENGELBR. *h. §. 20.*

5. Denique supponitur (VI) *possessorem infirmiore iure rem tenere. l. fin. in fin. h.* Vnde (1) contra dominum non competit, *l. 16. & 17. h.* nisi ex post facto *dominium* b. f. possessor acquisiuisset: *l. 17. de euict. l. 18. §. 15. de damn. infect.* CORNEL. VAN ECK. *in princ. iur. h. §. 11.* (2) contra *aeque titulatum* possessorem, qui a *diuerso* vel *eodem* non domino rem accipit, haud datur. *l 9. §. 4. h. l. 72. de E. V. l. 31. §. f. de action. E. V.*

6. Quoad modum restituendi non differt a rei vindicatione, cum in quasi dominio se fundet. *l. 35. pr. de obl. &* A.

TEXT. NOTAB.

L. 1. 2. l. sed etsi res 7. §. 3. 6. 8. 16. fin. l siue autem emtori 9. §. 4. l. si ego emi, 11. §. 1. 2. 4. l. quæcunque 13. l. pen.

Tit. III. (*IV. vlt.*)

Si ager vectigalis id est emphyteuticarius petatur.

1. QVemadmodum dominium vel *directum* vel *vtile* h. e. *ius dominio proximum* est: ita respectu huius datur *rei vindicatio vtilis*. Huc pertinet *actio* EMPHYTEVTICARIA *realis, qua is, cui emphyteusis constituta est, agit aduersus omnem possessorem, intendens, dominium emphyteuticum sibi competere, adeoque rem illam esse restituendam.*

2. Oritur hæc actio ex *iure emphyteutico*, emphyteutæ constituto, quod est *dominium vtile alicui, sub lege annui canonis præstandi, in recognitionem dominii directi in bonis immobilibus constitutum, vi cuius emphyteuta re emphyteuticaria vti frui, & de illa quodammodo disponere potest.* De origine huius iuris vid. ENGELBR. *ad D. h. §. 23.*

3. Emphyteusis est vel *secularis* vel *ecclesiastica*, pro diuersitate obiecti. Vsus huius distinctionis quærendus (α) in *modo amittendi* ob non solutum canonem; *l. 2. de S. S. eccles.* (b) in *constitutione*: difficilius constituitur in re *ecclesiastica*, *l. 14. & 17. C. de S. S. eccles.* nisi res sit in emphyteusin dari solita: *extrau. ambitiosæ. De*

rebus

rebus eccles. non alien. (γ) in *forma*: de necessitate in *ecclesiastica* requirunt scripturam; *N. 7. pr. N. 120. c. 5.* MEV. *3. D. 289.* in aliis *scriptura* per se non est necessaria: HAHN. *ad W. h. n. 3. in med.* (δ) in *successione;* vltra *nepotes* non extenditur; *N. 7. c. 7. pr.* nisi per expressum *in perpetuum* concessa sit. *N. 55. & 120. c. 6.* STRYK. *in V. M. h. §. vlt.*

4. Ipsa emphyteusis constituenda (I) *a domino,* plenam alienandi facultatem habente; quicquid ergo alias in *alienatione* iuris est, hic quoque repetendum.

5.. (II) Constituenda *in re immobili,* olim quidem (1) *inculta,* & tantum (2) in *agris publicis* seu *ciuitatum;* post (3) ad res *templorum* & *principis,* tandem (4) ad res *priuatorum* extensa. SCHILT. *ex. 16. §. 76. & seqq.* Denique (5) etiam prædia *fertilia* & maxime *culta* in emphyteusin dari cœpta. STRYK. *in V. M. h. §. 3.*

6. (III) Constituenda *legitimo modo* & quidem in rebus *cultis inter viuos* vel *vltima voluntate.* Priori modo vel *expresse,* præcedentibus *titulis dominii translatiuis;* vel *tacite,* per *præscriptionem* longi vel longissimi remporis secundum rei circumstantias. BACHOV. *V. 1. disp. 9. th. 9. lit. a.* Ex sola tamen *solutione vniformi* certæ præstationis per longissimum tempus non inducitur emphyteusis, nisi constet, illam velut ab *emphyteuta* factam fuisse. MEV. 3. *D* 288. Præter titulos adductos hoc casu adhuc accedere debet *contractus emphyteuticarius,* qui est *bilateralis*

lis & consensualis, quo dominus se obligat ad concedendum alteri dominium vtile in re immobili: emphyteuta vero ad præstandum annuum canonem in recognitionem. In rebus *incultis* hic tantum sufficit, nec præter hunc alius desideratur *titulus præcedens.*

7. Obligatur ex hoc contractu dominus *ad concedendum dominium vtile*, quod regulariter pro omnibus heredibus concedi solet, *N. 120. c. 6.* nisi restrictum sit vel ad *certam generationem*, vel ad *certum tempus.*

8. Emphyteuta vero obligatur, (α) *ad soluendum quotannis canonem.* Et quia per hanc solutionem *recognoscit dominium directum*, hinc fluit, (1) illum non augeri aucto fundo, CARPZOV. *p. 2. c. 38. de 22.* nec remitti ob sterilitatem vel alios casus fortuitos, ID. *c. l. def. 19.* nisi prædium plane fuerit extinctum. (2) Diuisa emphyteusi, non diuidi canonem, quia *recognitio dominii* est *indiuidua.* VOET. *h. t.* §. *38.* STRVV. *in iurispr. for. lib. 2 tit. 12.* §. *15.* (3) *Cessione* fundi emphyteutici, (quæ etiam ad exemplum feudi *inuito* fieri potest, excepto casu in *l. 3. C. de fund. patrim.* SCHILTER. *ex 16.* §. *88. sq.*) extingui obligationem ad præstationem canonis, quemadmodum etiam *derelictione. l. 48. pr. l. 64. de vsufr.* (4) Posse canonem in *quauis re* consistere. HERT. *in præm. iur. l. 1. præm. 19.* (5) Posse & *feminas in* emphyteusin succedere. *N. 7. c. 3.*

9. Præterea (β) obligatur *ad rem meliorandam:*

dam; hinc, finita (1) emphyteusi, repetere nequit *meliorationes*, quas ex *obligatione* facere debuit. *l. 2. C. h. t.* conf. HILLIG. *ad Don. l. 9. c. 15. lit. h.* HVBER. *h. §. vlt.* Imo (2) si contra hanc obligationem culpa vel dolo emphyteuta rem *insigniter* deteriorem reddidit, ius suum amittit. *auth. qui rem C. de SS. eccles.*

10. Accedere præter *contractum* debet *traditio*, cum per illum tantum *ius ad rem;* per hanc vero *vtile dominium* consequatur emphyteuta. Vi huius (1) *plenissimam* rei in emphyteusin datæ *vtilitatem* percipit: VOET. *h. t. §. 12.* (2) *ius vindicandi* a quocunque possessore habet: *l. 1. D. & C. h.* (3) omnia onera etiam soluit. *l. 2. C. h. l. 2. C. de ann. trib.* Disponit quoque (4) *quodammodo* de ipsa emphyteusi cum *immutando*, tum *alienando.*

11. *Dominii directi* effectus sunt: (1) *ius protimiseos* in venditione emphyteuseos, modo intra *duos menses* se declaret, vtrum rem emere velit? Interim domino hoc denunciandum; alioquin 2 emphyteuta *priuatur* emphyteusi, *l. fin. C. h.* alienatione plena consummata. VOET. *h. t. §. 23.* FRANZK. *de Laudem. c. 14. n. 86.* Sed etiam ex aliis causis *ius priuandi* ei competit. vid. *§. 9. inf. §. 14.*

12. Præterea ei competit (3) *exactio laudemii*, a nouo emphyteuta pro *receptione* soluendi, licet *non-promissi.* Olim duo de centum: *moribus* vt plurimum quinque præstantur.

RICHTER. *dec. n. 83. n. 6.* Hinc ad pretium venditionis *verum*, non *simulatum*, respiciendum, aliquando iuramento confirmandum, quin & eo nomine edenda instrumenta venditionis. FRANZK. *tract. de laudem. c. 24. n. 29.* Debet denique laudemium solui in *eadem bonitate*, in qua pretium solutum fuit, cum iuxta *pretium conuentum* sit præstandum. *l. f. C. h.* Conf, NIGER. *de laudemio.*

13. Præstandum hoc laudemium, quoties *titulo singulari* emphyteusis in alium transfertur; sed mores admodum variant. Ceterum nouus emphyteuta, non soluens intra duos vel tres annos laudemium, emphyteusi propterea priuari nequit. BERLICH. *2. concl. 47. n. 11.* Vlterius (4) ei competit *exactis canonis*, de qua §. 8 actum est. Denique (5) *ius deuolutionis*, quod in certis casibus, §. *sq. n. 1. 2.* indicatis, ad dominum directum deuoluatur.

14. Finitur emphyteusis variis modis: (1) *tempore præterlapso: l. vlt. h.* (2) *morte* emphyteutæ, non relictis heredibus: (3) *totali rei interitu*, non item partiali: VOET. *h. t.* §. 12. *sq.* (4) *præscriptione* domini directi vel vtilis; vbi tamen non sufficit, per 30. annos non fuisse solutum canonem, si possessio non fuit mutata. HVBER *h. in fin.* (5) *Cessatione solutionis* per *triennium* in secularibus, per

per *biennium* vero in eccleſiaſticis, *l. 2. C. h. auth. qui rem. C. de SS. eccl. c. 4. X. de loc. conduct.* modo (α) iuſta cauſa ceſſet, (ℭ) dominus ſe ſtatim declaret. *l. 3. C. h.* Non enim *ipſo iure* amittitur emphyteuſis, & ſic mora adhuc purgari poteſt *N. 120. c. 8. auth. qui rem. C. de SS. eccleſ. l. 2. C. de iur. emphyt. c. fin. X. de loc. cond.* MYNS. *3. O. 97.* Imo dominus, poſt *declarationem* penſionem accipiens *ſcienter*, caducitati renunciaſſe cenſetur. CARPZOVIVS *p. 2. C. 38. def. 6. 7.*

15. In quibusdam cum bonis his conueniunt *cenſitica*; quorum diuerſa hodie eſt ratio. FRANZK. *reſol. 1. n. 1. ſqq.* Aliquando enim (1) in venditione rei ſuæ vel pro iuris cuiusdam ſingularis indultu cenſum quis ſibi *reſeruat*: vid. *diſſ. de vario cenſ. ſignificat.* aliquando (2) in re alterius, per *iuſtum titulum*, ſibi de nouo *conſtituit*. vtrobique *dominium plenum* eſt penes cenſitam. CARPZ. *p. 2. c 39. d. 1.* STRYK. *in V. M. h. §. 5. & ſeqq.* & magis bona in dubio cenſentur eſſe cenſitica. SCHILT. *ex. 16. §. 84.* Sunt etiam (3) *cenſitica*, ex *conditione ſeruili ruſticorum* in Germania orta, de quibus agit ZIEGL. *de prædiis cenſit. rural. I. P. S. lib. II. art. 21.* conf. *diſſ. de imperfecta libert. ruſticorum in Germania.*

TEXT. NOTAB.

Ex. Cod. l. 1. l. cum dubitabatur. 3.

Lib. VII. Tit. I. (*III. 33.*)

De vsufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur.

1. SEquuntur *actiones* ex *seruitutibus.* SERVITVS *est ius in re aliena, alteri ad vtilitatem constitutum, vi cuius dominus in re sua aliquid pati vel non facere cogitur.* Estque vel *personalis* vel *realis.* Ad illam pertinet *vsusfructus*, qui pro *seruitute personali* sumtus, *est ius re aliena vtendi-fruendi, salua manente substantia. l. 1. h. pr. §. eod.*

2. Ante omnia requiritur (1) *legitima constitutio*, quæ dependet vel a *lege*, vel a *facto hominis. Iure Romano* constituitur α) patri in bonis liberorum aduentitiis, aliquando etiam β) coniugi superstiti inopi, *auth. præterea. C. vnde vir & vxor* vel γ) ad secundas nuptias transeunti. *l. 3. C. de secund. nupt.* Iure *Germanico* etiam δ) matri post mortem mariti in bonis liberorum eum assignant; *ius prou. Saxon lib. I. art. 11.* quamuis magis sit *communionis* effectus.

3. *Facto hominis* constituitur, vel (a) *iudicis* in iudiciis diuisoriis, *l. 6. §. 1. h. §. 4 & seqq. I. de offic. iudic.* & quidem per solam *adiudicationem: §. vlt. I. eod.* vel (b) *priuati*, tam vltima voluntate, de quo vid. *tit. 3.* quam inter viuos. Hoc casu

casu *sola promissio* de vsufructu constituendo non sufficit, sed *vera* vel *quasi traditio* accedere debet. *l. 3. pr. h. t.* HILLIG. *ad Donell. l. 10. c. 5.*

4. (II) *Res aliena*, etiam pro *parte indiuisa*: *l. 5. h.* res *propria* nemini seruit. *l. 26. de seru. præd. vrban. l. 63. h.* Hoc differt ab *vtili dominio*, quod *omnem vtilitatem* continet, STRYK. *in exam. iur. feud. c. 2. qu. 14.* & ordinarie *perpetuum* est, cum *vindicatione* & *dispositione l. 9. C. h. t.* quadam coniunctum.

5. (III) *Res vsu non consumtibilis*, licet leuior attritio admitti debeat. Vnde & *vestimentorum indistincte* verus est vsusfructus. *l. 15. §. 4. 5. h. l. 9. penult. vsusfruct. quemadm. cau.* HVBER. *ad I. h. §. 7.* NOODT *lib. II. probab. c. 4.* THOMAS *de pret. affect. in res fung. non cad. c. 1. §. 18.*

6. (IV) *Concessio vtilitatis in tali re, quæ fructus rationem habet*; vnde tam ad *voluptatem* quam *emolumentum* vtitur-fruitur. *l. 7. pr. l. 9. h.* Sunt autem FRVCTVS *commoda rerum ordinaria, propter quæ res est comparata, arg. l. 27. pr. de her. petit.* ENGELBR. *c. l. §. 7.* si vel maxime rarius euenerint, vt *laudemia* HARPR. *vol. nov. cons. 35. n. 66. sqq.* VOET. *h. t. §. 27.* Thesaurus in fructu non est, *l. 7. §. 12. solut. matrim.* nec partus ancillæ. *l. 68. h. l. 28. §. 1. de vsur.* bene tamen pecorum. Proprietarius itaque omnino curare debet, vt vsufructuarius recte & commode possit vtifrui. *l. 30, l. 19. §. 1. h. l. 1. §. 1. si vsusfr. pet.*

7. Fru-

7. *Fructus tamen* (V) *ita sunt percipiendi, vt salua maneat substantia.* Hinc (α) rem *in totum* mutare nequit; *l. 7. inf. l. 8. h. l. 13. §. 7. l. 61. h.* bene tamen pro parte. *l. 13. §. 4. 5. h.* DONELL. *l. 10. c. 10.* ibique HILLIG. (β) Re debet vti frui, vti bonum patremfam. decet, veluti syluam ita cædere, vt maneat sylua, *l. 9. inf. & 11. seqq. h. l. 22. de vsu & habit.* metalli fodinas non plane metallis exhaurire, *l. 9. §. 2. h. l. 7. §. 13. D. solut. matrim.* gregem ex fœtu supplere, *l. 68. inf l. 69. sqq. l. 70. §. 3. h.* rem sartam tectam conseruare. *l. 7. §. 2. h. &c.*

8. Ex ipsa *perceptione fructuum* dependet (I) *acquisitio. §. 36. de R. D. l. 12. §. fin. h.* SCHILT. *ex. 17. th. 23.* Hinc vsufructuarius *ante messem* defunctus, ad heredes suos non transmittit *prædiorum rusticorum* fructus, *l. 13. quibus mod. vsusfr. amitt.* nec pensionem pro re tali *locata* vsufructuario debitam. *l. 58. pr. h.* Diuersa est ratio *prædiorum vrbanorum locatorum*, de quibus *singulis momentis* vtilitas percipitur, & ita pro *rata temporis* diuidenda est pensio inter *heredem* & *proprietarium l. 26. h.* DONELL. *l. 10. c. 9.* ibique HILLIG.

9. Ex *perceptione fructuum* quoque (II) fluit necessitas (1) soluendorum onerum rei inhærentium: *l. 7. §. 2. h.* (2) rei reficiendæ modice: *l. 7. cit. l. 64. h.* MEV. *8. D. 260. n. 5.* (3) vetustate corrupta ædificandi, & restituendi suis sumtibus, cogendis & conseruandis fructibus necessaria; *l. 50. h.* nisi vsumfructum derelinquere paratus sit.

sit. *l. 48. pr. l. 64. sq. h.* Alias *ædificia noua* nec exstruere, nec iam inchoata consummare potest, *l. 13 §. 6. l. 61. h.* multo minus æs alienum soluere tenetur, vsufructu etiam omnium bonorum relicto. HVBER. *h.* §. 7. DONELL. *lib. X. c. 23.* Iure Germanico circa ædificia fere idem obtinet. vid. *J. P. S. lib. II. art. 21.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Vsusfructus in multis. 4. l. vsufructu legato. 7. §. 2. 3. l. 8. l. item si fundi. 9. §. 2. 5. l. ex sylua. 10. l. arboribus. 12. pr. §. 1. 2. 5. l. si cuius rei 13. pr. §. 3. 5. 6. l. sed si quid. 15. pr. §. 3. 4. 5. 7. l. seqq. l. agri 18. l. proculus. 19. l. si operas. 26. l. si pendentes. 27. §. 3. l. omnium bonorum. 29. l. non vtitur. 38. sqq. l. si alii vsus. 42. in f. l. vsufructuarius. 44 l. an vsusfructus. 56. l. defuncta 58. l. Vsufructuarius nouum. 61. l. vetus fuit quæstio. 68 §. f. l. vel inutilium. 69.

Ex. Cod. l. Vsufructu. 4. l. si pater. 5. l. Eum 7. l. ambiguitatem. 12. l. cum antiquitas. 13. l. antiquitas. 14 l. corruptionem. 16. §. 1.

Tit. II.

De vsufructu accrescendo.

IN vsufructu eiusdem rei, pluribus *coniunctim* & *in solidum* legato, obtinet *ius accrescendi l. 1. pr. l. 3. pr. h. t.* sufficitque qualiscunque *coniun-*

iunctio, etiam *realis. l. 1. §. 3. h. t.* Singularia huius iuris in hac doctrina sunt: (1) quod accrescat alteri etiam post *realem concursum: l. 1. §. 3. h.* nisi (a) vnice *ob alimenta* fructus fundi pluribus legati, *l. 57. §. 1. de vsufr.* vel (b) *separatim* vnicuique partis rei vsusfructus relictus fuerit: *l. 1. pr. & §. f. l. 6. §. 1. h. l. 11. h.* (2) quod accrescat ei, qui partem suam amisit: *l. 10. h.* conf. FRANZK. *h. n. 25.* (3) quod si alteri legatur *vsusfructus*, alteri *fundus*, vterque concurrat in vsufructu; illo vero deficiente, vsusfructus iure accrescendi huic obueniat. *l. 3. §. 2. h.* STRYK. *ad Lauterb. h. t. in f.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 3. f. l. idem Neratius. 3. l. si quis Atio 7. l. Interdum. 10. l. cum singulis. 11.

Tit. III.

Quando dies vsusfructus legati cedat.

1. DIes vsusfructus legati non cedit a *morte* testatoris, quod ordinarii iuris alias est; *l. vn. §. 1. & 5. C. de cad. toll.* sed ab *adita hereditate*, *l. vn. §. 2. h.* cum ad heredes non transmittatur. Hinc si adeatur *post multos annos* hereditas, fructus interim percepti hereditati, non vsu-

vsufructuario acquiruntur. FRANZK. *h. inf.* nisi in manifesta mora heres fuerit, vniceque intenderit, per *moram* fructus hereditati acquirere. VOET. *ad D. tit. de vsufruct. §. 28.*

2. Quodsi in *singulos annos* diuisus sit, non semel, sed *per singulos annos*, a tempore *mortis* computandos cedit, *l. vn. pr. vers. vnde h.* de cuius ratione agitur *tit. de annuis leg.* Ergo nec vna vice perire potest. *l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. tit. sq.*

Tit. IV.

Quibus modis vsusfructus vel vsus amittatur.

1. MOdi amittendi vsumfructum sunt varii. Principalis est (α) *mors vsufructuarii naturalis, l. 26. pr. C. l. 3. §. vlt. D. de vsufr.* etiamsi (a) *ad tempus* vsusfructus concessus, & ante illud tempus vsufructuarius mortuus fuerit, *l. 12. C. de vsufruct.* (b) In *personis mysticis* finitur spatio centum annorum, *l. 56. de vsufruct. & l. 21. h.* vel dissoluta vniuersitate *l. 21. h.* Denique (c) filiofamilias concessus exspirat morte patris & filii. *l. vlt. C. de vsufr.* (ε) *Mors ciuilis §. 3. I. de vsufr.* modo vsusfructus iam constitutus sit. *l. 1. §. 1. h.*

2. Al-

2. Alter est *interitus rei*, modo (α) vere interierit: *l. 10. §. 7. l. 24. h.* (β) in totum. *l. 5. §. 2. l. 8. 9. h.* quod secundum naturam rei æstimandum. *l. vlt. l. 10. §. vlt. h.* Idem dicendum, si testator rem prorsus mutauerit. *l. 12. h.*

3. Tertius est, *tum non vsus* per decem annos, *l. 28. D. h. l. penult. C. de vsufr.* si nec alius eius nomine eum exercuit, *l. 12. §. 2. in f. l. 38. de vsufr.* quod etiam attendendum esse volunt in *præscriptione vsusfructus promissi: l. pen. C. de vsufr.* ENGELBR. *ad ff. h. §. 11. n. 5.* tum (2) *illegitimus vsus*, quia non videtur vtifrui, qui non eo, quo debet, modo vtitur, *l. 2. de aqua quotid.* adeo vt ob *insignem deteriorationem* quoque amittatur.

4. Quartus est *consolidatio*, *l. 27. h.* vt si vsusfructus *cedatur* proprietario, §. 3. *I. h.* vel, eo nolente, derelinquatur. *l. 48. pr. l. 64. de vsufr.* Extraneo cedendo nihil quidem agitur, non tamen amittitur vsusfructus, sed suo tempore ad proprietarium reuertitur. *l. 66. de iur. dot.* Commoditas autem vtendi ex persona *vsufructuarii* in alterum *sine cessione* transferri potest. *l. 12. l. 4. §. 1. h. t.*

5. Quintus est, *resolutio iuris proprietarii l. 16. h.* si ius *per se* reuocabile *ex pacto* vel *lege* habuit. BERGER. *in resolut. leg. h. in fin.* Denique vltimus est, *lapsus temporis. l. 5. C. de vsufr. l. 15. h. &c.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. sicut in annos 3. pr. §. vlt. l. repeti. 5. l. Fundi. 8. l. quid tamen. 10. §. 17. f. l. si fructuarius. 13. l. si sub conditione 16. l. si tibi. 17. l. si ager. 23. seqq. l. si vsusfructus. 28.

Tit. V.

De vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur vel minuuntur

1. EXtra ordinem etiam *quasi vsusfructus* in *rebus fungibilibus* sub imperatoribus receptus est. Differt vero hæc *species irregularis* a *vero vsufructu*, (1) quod vsufructuarius in hac *dominus* fiat, *l. 7. h. t.* adeoque *periculum* rei *statim* in eum transeat *l. 7. cit.* Loc. *proprietatis* constituta est *cautio. l. 2. in fin. h. §. 2. I. de vsufr. l. 6. pr. vt in possess. legat.* (2) Quod obiectum huius vsusfructus sit res *consumtibilis*, seu *fungibilis, quæ vsu tollitur vel minuitur. l. 1. h. t.*

2. Quod (3) a *iudice* non constituatur, quia res fungibilis diuidi potest; bene tamen etiam *inter viuos*, quamuis *vltimæ voluntatis* fauor *occasionem* ei dederit, *l. 1. pr. h. t.* quæ tamen legem non restringit. (4) Quod res restituatur vel *in genere*, vel *in æstimatione l. 5. §. 1. l. 6. & 7. h.* (5) Quod non amittatur *abusu* & *rei interitu*, sed potissimum *morte naturali & ciuili l. 9. h.*

3. A *mutuo* differt, (α) quod in eo semper res *in eodem genere* restituenda: (β) morte non finiatur; (γ) *cautionem* per se non requirat: *l. 3. in f. l. 4. h.* (δ) regulariter *vsurarium* sit: (ε) *contractu* tantum constituatur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. sed de pecunia. 2. l. Hoc SCtum. 5. l. si vini. 7. l. Tribus. 8. l. cum pecunia. vlt.

Tit. VI.

Si vsusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.

VSusfructus nomine comparatæ sunt actio *confessoria* & *negatoria*, quarum explicationem reseruo ad *lib. 8. tit. 5.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 4. l. Vti frui. 8. pr. §. 4. f. l. quid de vsufructu. vlt.

Tit. VII. (III. 33.)

De operis seruorum.

1. INter seruitutes *personales minus plenas* referuntur OPERAE SERVORVM, consistentes *in iure percipiendi omnem vtilitatem ex operis serui alieni. l. 5. h.*

2. Dif-

2. Differt hæc seruitus ab *vsufructu serui*, (α) quod operarum dies cedat a *die petitionis*: *l.1. h.l. 7. de vsu & vsufr. legat. l.5. h* (β) morte eius, cui debentur operæ, non extinguatur, nec (γ) capitis deminutione, *l. 2. eod.* nec (δ) non-vtendo, nisi *operæ* fuerint *indictæ. cit. l. 2.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. cum de serui. 6. §. 2.

Tit. VIII. (III. 33.)

De vsu & habitatione.

1. PRæterea huc pertinent *vsus & habitatio.* VSVS est *ius realiena vtendi ad necessitatem quotidianam, salua rei substantia.*

2. Quo circa vsuarius *tantum vtilitatem capit pro necessitate quotidiana:* hinc (α) vsusfructus legari potest, alteri concesso vsu; *l. 14. §. vlt. l. 15. pr. h.* vel alteri vsufructu constituto, vsus tolli. *l. 13. §. 3 de accept.* HVBER. *p. 2. digress. l. 2. c. 16.* THOMAS. *ad Huber h.* (β) Vsus alteri concedi nequit, *l. 8. l. 11. h.* nisi alias vsus foret inutilis, *l. penult. pr. h.* vt si conditio vsuarii hoc postulet. *l. 12. §. 4. h.* (γ) Vsuarius non tantum *fructus naturales* percipit, *§. 4. J. h. l. 12. §. 2. h.* sed etiam *industriales* pro *necessitate. l. 12. & 15. h.* (δ) Aucta familia vsuarii, augetur vsus. *l. 2. §. 1. l. 4. §. 1. l. 5. 6. h.* (ε) Vsus non diuiditur. *l. 18. & 19. h.* (η) Refectio domino & vsuario *pro rata* incumbit, si ille simul fruitur. *l. 18. h.*

3. HABITATIO est *ius alienas ædes inhabitandi, omnemque vtilitatem ex habitatione iure seruitutis percipiendi.* Vnde differt (1) a *locatione:* (2) *commodato ædium: l. 1. §. 1. commod. l. 2. C. de precar.* & (3) plus continet, quam *vsus:* (4) minus, quam *ususfructus ædium. l. 10. h.* MVLLER. *ad Struu. ex. 12. th. 61.* (5) Differt etiam ab *vsu ædium precario*, qui semper reuocari potest. *l. 32. de donat.* VOET. *h. t. §. 7.*

4. Denique etiam (6) hodie *habitatio ædium parochialium* parochis conceditur, quæ non ex iure *seruitutis*, sed ex *obligatione* eadem, ex qua *salarium* eis debetur, dependet, adeoque *ius in re* non confert. vid. *ius eccl. protest. tit. de præbend. §. 159. seq. Ius. paroch. Sect. 5. c. 2. §. 18. seqq.*

5. Ceterum *habitatio* etiam in hoc differt ab *vsufructu*, quod *capitis deminutione* & *non-vsu* minime amittatur, quia *in facto* magis naturali quam in *iure* consistit. *l. 10. D. de cap. min.* DONELL. *l. 10. c. 21. in fin.*

TEXT. NOTAB.

L. cui vsus. 1. §. 1. l. ceterum. 4. pr. §. 1. l. non aliter. 7. l. sed neque. 8. l. si habitatio. 10. §. 3. 4. l. plenam. 12. §. 1. 2. 4. l. per seruum. 14. l. si domus. 18. l. Vsus pars. 19. l. Diuus Hadrianus. 22. l. vlt.

Tit. IX.

Vsufructuarius quemadmodum caueat.

1. CAVTIO in his seruitutibus præstanda, quæ eo magis necessaria est, quo minus eo nomine ad heredes aliquid transmittitur. *l. 13. pr. de vsufr.* Vnde nequidem a *testatore* remitti potest: *l. 7. C. vt in poss. leg. l. 1. C. de vsufr. l. 6. vt in poss. leg. l. 5. §. 7. de admin. & peric. tut.* SCHILT. *ex. 17. §. 65.* facilius a *lege*, (*v. §. 3.*) vel ab *heredibus*. Remissio tamen his non nocet, si *ex post facto* vsufructuarius rem dilapidare incipit. Qui in cauendo *contumax* est, nec commodum seruitutis habet, denegata tam diu actione, *l. 13. D. de Vsufr.* donec cautionem, quam exegit proprietarius, præstiterit. Si non exegit. fructus facit suos. BERGER. *in resol. LL. h.* NOODT *de vsufr. lib. I. c. 19.*

2. Requiritur vero, (I) *vt caueatur fideiussoribus. § 2. I. de vsufr. l. 5. §. 1. h. l. 7. de præt. stip.* In defectu *fideiussorum* admittuntur α) *pignora*, & β) his deficientibus etiam *iuratoria* cautio, si cauens homo *spectatæ fidei* & *probitatis* fuerit. *auth. generaliter. C. de Episc. & Cler.* GAIL. *2. obs. 47. n. 8. 9.* Alias γ) consultius est, rem vsufructuariam alteri locare, etiam ipsi *proprietario*, & pensionem quotannis vsufructuario præstare. GAIL. *c. l. inf.*

3. (I) Vt *vsufructuarius quodammodo sit suspectus.*

spectus. Hinc (1) a *lege* remissa est patri, *l. 8. §. 4. C. de bon. quæ lib.* (2) fisco, *l. 1. §. 18. vt legat. §. fideic.* (3) illi, qui proprietatem aliquando se adepturum certo sperat, *l. 9. §. 2. h.* (4) qui rem alteri donauit, *reseruato sibi vsufructu.*

4. (III) *Vt caueatur modo a legibus præscripto.* & quidem in *vero*: (α) *se vsurum bono viri arbitratu*, adeoque etiam *custodiam præstiturum. l. 2. h.* Vt vero de hoc constet, consultum erit, *inuentarium* desuper conficere, *l. 1. §. 4. h.* quanquam in patre sola *priuata designatio* sufficiat. BRVNNEM. *ad l. 1. D. h. n. 12. seqq.* Si contra hanc cautionem peccatum, statim agi, *l. 1. §. 6. h.* non vero statim reuocari potest vsusfructus. (β) *Se finito vsufructu rem restituturum, l. 1. pr. h.* aliquando etiam ex accidenti *æstimationem l. 1. §. 7. h.* In *quasi vsufructu* vero tantum cauet, *se rem in genere vel æstimatione restituturum*: quæ cautio hic magis necessitatis est, cum vice *proprietatis* fungatur. Ea tamen omissa, nihilominus *condictione sine causa* petitur id, quod debetur. *l. 5. §. 1. de vsufr. ear. rerum.*

TEXTVS NOTABILES.

L. 1. pr. §. 3. 4 5. 6. l. nam fructuarius. 2. l. & si vsusfructus. 7. l. si vsusfructus. 9. §. 3. l. si serui. 10.

Lib. VIII. Tit. I. (III. 34.)

De seruitutibus.

1. Dictum est tit. *de vsufruct. §. 1.* seruitutem esse vel *realem* vel *personalem.* Magno-

Magnopere hæ duæ ſpecies differunt. Quando vtilitas *immediate* debetur *perſonæ*, dicitur *perſonalis*; quando vero quis *mediante* ſuo prædio vtilitatem ex alterius re capit, dicitur *realis*, de qua hic. *Illa* morte extinguitur; *hæc* eſt perpetua: *illa* non reuiuiſcit, prædio ſemel diruto & reſtituto; *l. 10. §. 7. quibus mod. vſusfr.* bene tamen *hæc: l. 20. §. 2. de ſeru. P. V. illa* prædio ſeruiente contenta eſt; *hæc* duo requirit, eoque intuitu dicitur *prædiorum qualitas: l. 68. de V. S.* illius legatæ dies cedit a tempore *aditæ hereditatis*, huius a tempore *mortis*. &c.

2. Reales ſeruitutes a *prædiis dominantibus* dicuntur vel *vrbanæ* vel *ruſticæ*. Prædia autem dicuntur vel *vrbana* vel *ruſtica*, ratione *vſus & deſtinationis*. Vſum eius triplicem faciunt, quem examinaui *tit. 8. §. 5. & lib. XX. tit. 3. §. 6.* denique *lib. XXXIX. tit. 1. §. 7.*

3. Vtilior eſt diſtinctio *in affirmatiuas*, quæ in *patiendo*, & *negatiuas*, quæ in *non faciendo* conſiſtunt. *Illæ quaſi traditione* acquiruntur; *l. 20. h. t. hæ* nuda *promiſſione*: *illæ* præſcribuntur ordinario modo; *hæ* vero requirunt *prohibitionem* alterius, cum ſeruientis *acquieſcentia* coniunctam.

4. Denique ex male intellecta *l. 14. h.* Dd. formarunt diſtinctionem inter *continuas* & *diſcontinuas*, illas dicentes, quarum vſus continuo adeſt; has vero, quæ non habent certum continuumque exercitium, & proinde has *inpræſcriptibiles* dicunt, non illas, de quo §. 8.

5. In omni seruitute necessaria est (I) *legitima constitutio a parte concedentis*, quæ etiam *aliquando* fit α) a iudice: *l. 22. §. 3. fam. herciſc.* vt plurimum β) a priuato. Concedens *priuatus* vero (α) sit *dominus prædii*: qui dominium reuocabile habet, in sui præiudicium tantum illam imponere potest. STRYK. *in V. M. §. 10.* (ϛ) Et quidem *totius rei*: rei communi ne quidem pro *sua parte* imponit dominus seruitutem; *l. 2. h. l. 6. §. 1. comm. præd. l. 11. de S. P. R.* DONELL. *l. 11. c. 9. lit. d. seqq.* (γ) *liberam disponendi habeat potestatem*; hinc proprietarius non aliter quam cum consensu *vsufructuarii* seruitutem potest imponere fundo vsufructuario per *l. 15. in f. de vsufr.* vbi pro *nequidem* legendum *equidem*, vt *l. 16. eod.* declarat. BYNKERSHOEK. *lib. I obs. 11.*

6. (II) *Legitima acquisitio* respectu acquirentis. De iure Rom tantum quilibet *sibi* seruitutem recipere poterat. *l. 5. comm. præd.* Sed aliud hodie, SCHILT. *ex. 18. §. 35.* STRYK. *in V. M. tit. comm. præd. §. 5.* DONELL. *cit. l. lit. k.* & inde etiam hodie *vsufructuarius* fundo vsufructuario seruitutem acquirere potest.

7. Acquiritur α) *vltima voluntate*, & sic transit statim a *morte* testatoris: *l. 19 §. 1. quemadm. seru. amitt.* β) *inter viuos*, per conuentiones expressas, accedente in *affirmatiuis* quasi traditione seu *patientia* & *vsu*, vel *inductione in prædium*. Ipso *facto* seu *tacita voluntate* non facile constituitur, *l. 36. de S. P. V. l. 1. de seru. leg.*

HERT.

HERT. *diss. de seruit. fact. constit. n. 1.* nisi vsus *legatæ rei* alias forte inutilis. *l. 30. de S. P. V. l. 7. pr. l. 10. comm. præd.*

8. Acquiritur præterea γ) per *præscriptionem.* Si contra ipsum dominum possidentem *sine titulo* seruitus exercetur, accedente *scientia* & *patientia* eius, *l. 10. pr. si. seru. vindic. l. 2. C. de seru. tempus immemoriale* olim *vice tituli* erat, *l. 1. in f. l. 2. pr. §. 5. 7. l. 23. in f l. f. de aq. & aq. pl.* iure nouo sufficit *longissimi temporis præscriptio.* Si a non-domino alteri constituta est, *bona fide* accedente & *titulo,* etiam X. vel XX. annis acquiritur. *l. 2. in f. C. de præscr. long. temp.* RAEVARD. *in protribun.* Sed in *discontinuis* vt plurimum *immemoriale tempus* hodie desiderant, quod per errorem in quibusdam locis introductum. MVLLER. *ad Struu. ex. 13. th. 39. lit. k.* STRYK. *in V. M. h. §. 6.* STRVV. *cit. l. th. 40.*

9. (III) *Duo prædia,* alterum, *dominans,* alterum *seruiens. §. 3. I. h.* In his desideratur: (α) *Vicinia, l. 39. de seru. præd. V. l. 5. de S. P. R.* vtut non semper *immediata* esse debeat, nisi quam *natura rei* postulat. *l. vlt. de S. P. R. l. 1. l. 14. de S. P. V.* FRANZK. *h. n. 28. seqq.* DONELL. *l. 11. c. 2.* THOMAS. *c. l. §. 36.*

10. Vlterius (β) *vt alterum alteri præstet vtilitatem,* quæ non tantum ex *commodo,* sed etiam luxu ciuitatum aucto, ex *amœnitate* æstimatur, ob quam etiam vicini sæpe interesse potest, *l. 15. h. l. 3. §. 1. de aqu. quot. & æstiu.* NOODT. *lib. 1.*

prob. iur. c. 2. maxime iis in locis, in quibus voluptas in *pretio* est, in quibus *meliorem prædiorum causam* facit. *l. 6. de* S. P. R. *l. 15. pr. h.* Id vero vbi non fit, non est seruitus *realis. l. 8. pr. h.* Præstat autem vtilitatem ordinarie omnibus *fundi dominantis* partibus. *l. 23. §. 3. de S. P. R.* Similiter vbi *indefinite* concessa, *totus fundus* seruit, *l. 21. eod. l. 6. h. ciuiliter* tamen alter seruitute vti debet, *l 9. h.* MEV. *3. D. 371.* adeoque legatarius audiendus, si heres per certam partem fundi velit seruitutem assignare. *l. 26. de S. P. R.* DONELL. *cit. l. c. 13.* Aliquando etiam per arbitros hæc res determinatur. MEV. *c. l. D. 372.*

11. Ita vero (γ) vtilitas præstanda, *vt alterum prædium aliquid patiatur aut non faciat:* in *faciendo* nulla de *iure Romano* consistit seruitus *l. 15. in fin. h.* Promissio hæc operatur *obligationem* mere *personalem*, quæ tertium possessorem non stringit. *l. f. in f. de contrab. E. V.* STRYK. *in V. M. h. §. 3.* Non abhorret tamen a *moribus Germaniæ*, seruitutem in *faciendo* consistere. ID. *c. l. §. 4. & c.* TITIVS *de seruit. in faciendo consist.*

12. Requirunt porro (d) *causam perpetuam* h. e. *naturalem, l. 28. de S. P. V.* quia seruitutes sua natura sunt *perpetuæ.* Iure tamen *prætorio* ex æquitate, contra subtilem antiquorum ICtorum philosophiam, seu contra *ius ciuile*, admissæ seruitutes *temporales, l. 4. h.* & ita quoque non amplius hoc requisitum in praxi olim obser-

natum

uatum fuit, *l. 9. de S. P. R. l. 2. comm. præd.* THOMAS *cit. diſp. §. 28. ſeqq.* qua de cauſa hodie, non obſtante hac ſubtilitate, *ſeruitus foraminis* datur, negata in *l. cit. 28.* STRYK. *in V. M. tit. de S. P. V. §. 18.*

13 Effectus conſtitutæ ſeruitutis eſt (I) *a parte ſeruientis* prædii, (a) quod nihil poſſit facere in præiudicium dominantis: *l. 14. de S. P. R. l. 13. §. 1. eod.* (b) omnia concedere debeat, ſine quibus ſeruitus exerceri nequit: *l. 20. §. 1. de S. P. V.* (II) *a parte dominantis*, quod perpetuo poſſit ſeruitute vti, niſi ad *tempus* fuerit conſtituta; *l. 4. h.* non vero aliis rurſus concedere. *l. 44. locati*, aut vltra *prædii neceſſitatem* eam extendere, *l. 24. de S. P. R.* quatenus prædio ſeruienti inde nocetur. *cit. l. 24.* Pactis tamen plus concedi poteſt, quam ſeruitutis ratio permittit. *l. 33. §. 1. de S. P. R.* NOODT. *lib. 1. prob. c. 3.*

TEXT. NOTAB.

L. Vnus. 2. l. ſeruitutes. 3. l. ſeruitutes ipſo. 4. l. ad certam. 6. l. Vt pomum. 8. l. ſi cui ſimplicius. 9. l. ſeruitutes prædiorum. 14. l. quoties. 15. l. viæ. 17. l. Ei fundo. 19. l. quoties. 20.

Ex Codice l. 1. l. ſi aquam. 2. l. præſes. 6. l. altius quidem. 8. l. per agrum. 11. l. ſicut 13. l. cum talis. 14.

Tit.

Tit. II.

De seruitutibus prædiorum vrbanorum.

1. TAles dicuntur, *quæ vt plurimum ex primæua origine debentur prædio vrbano*, in quorum vsum ab initio sunt introductæ; nam & *rusticæ* esse possunt, si debentur rustico.

2. Pertinent huc: seruitus *oneris ferendi*, vt vicinus onera ædium vicini sustineat, & patiatur vicinum habere ædificium supra eius muro vel columna. *l. 33. h.* Ab hac differt *seruitus tigni immittendi*, das Tram-Recht, qua quis in parietem vicini potest tignum immittere: vt ibi requiescat, *l. 2 in fin. l. 25. eod.* non tamen insigne onus ferat. STRYK. *in V. M. h. §. 3.*

3. In effectu hanc differentiam vtrique vulgo adscribunt, quod in *oneris ferendi* seruitute *seruiens* teneatur ad refectionem; *l. 33 h. l. 6. §. 2. l. 8. pr. si seru. vind.* in *tigni immittendi* vero hæc incumbat *dominanti. l. 8. §. 2. si seruit. vind.* Verum in priori seruitute id non aliter admittendum, quam si *speciale pactum*, quo seruitutis natura mutari potest, *cit. l. 6 l. 8. pr. eod.* interuenit, quæ est sententia *cit. leg. 33. 6. & 8.* Regulariter enim *refectio* ei incumbit, cui seruitus debetur, non cuius prædium seruit. *l. 6. §. 2. si seruit.*

ſeruit. vindic. l. 3. §. 11. 12. de itin. act. priu l. 4. D. de riuis. l. 1. §. 7. de cloac. atque de hoc *iure cogendi* ad reficiendum agitur vel *confeſſoria*, *cit. l. 6.* vel *negatoria l. 8. cit.*

4. Proxime huc pertinet ſeruitus *protegendi* & *proiiciendi*. *Hæc* eſt ius emittendi tignum, vt euehatur ſupra alienum, non tamen ibi requieſcat. *l. 242. de V. S.* *Illa* vero eſt, cum tigna emittuntur tegendi tantum cauſa, *l. 5. §. 6. de his qui effud.* veluti ſi tectum ædium educatur. Huc ſpectant etiam *ſuggrundia*. conf. FRANZK. *h. n. 13. & ſeqq.*

5. Immittitur quoque in alienum aliquid per ſeruitutem *ſtillicidii* & *fluminis recipiendi*, qua vicinus pati tenetur, vt aqua pluuia vel *guttatim*, vel cum *impetu* per tubos in eius aream cadat. *l. 20. §. 4. ſeqq. h. I. P. S. lib. II. art. 49.* Quod ſi aqua mihi proficua eſt, oritur inde ſeruitus *ſtillicidii & fluminis non recipiendi*, qua vicinus non poteſt aquam pluuiam ex ſuis tectis in vſus proprios colligere, ſed pati tenetur, me aquam ex ipſius ædibus collectam poſſe deriuare in meam aream. conf. *l. 14. de alim. & cib. legat.* THOMAS. *diſſ. de ſeruit. ſtillicid.*

6. Reſpectu luminis variæ ſunt ſeruitutes: (a) *ſeruitus luminum*, quæ eſt ius in parietem non ſuum vel communem (vid. *l. 40. h.*) feneſtram habendi, lumenque *neceſſarium* inde recipiendi *l. 16. h.*

7. (b)

7. (ε) Si consuetudine vel statuto inualuit, non licere habere fenestras in proprio pariete, protendentes in alienam aream, oritur inde *seruitus aperiendi fenestram* in proprio pariete. STRYK. *in V. M. h. §. 9.*

8. Alias de *iure communi seu Romano* quilibet in suo fenestras facere potest, nisi (γ) seruitus *non habendi fenestram* fundo nostro imposita fuerit.

9. Plenior est (δ) seruitus, *ne luminibus officiatur*, qua vicinus nihil facere potest, ne lumina nostra vel altius tollendo, *l. 4. h.* vel *quomodocunque* obscurentur, aut minuantur, vt aliquando vicinus ne quidem *deprimere* ædes possit. *l. 17. §. 2. h.* Generaliter imposita futura quoque lumina complectitur. *l. 23. h.* STRYK. *in V. M. h §. 12.*

10. Plus continet (ε) seruitus *prospectus*, die Aussicht, vbi vicino fenestras habenti in aream nostram liber prospectus in eam relinqui debet; quod si *vndequaque* liberior & gratior prospectus impediri non possit, dicitur (ζ) *ne prospectui officiatur. l. 3. §. 15. h.*

11. Propter *lumina* plerumque etiam (η) competit seruitus *altius non tollendi*, vi cuius vicinus non potest altius ædes suas tollere, quod alias *iure libertatis* erat permissum. *l. 8. C. de seruit. l. 9. 10. h.* Viridaria tamen supra eam altitudinem quis habere potest, licet obscurentur inde lumina, vel prospectus impediatur, *l. 12. h.* sicut nec prohibetur quis deprimere ædes.

12. Dif-

12. Differt ab ea (ϑ) *seruitus altius tollendi*, vbi supponenda est lex, prohibens, ne quis *contra voluntatem vicini* vltra certam mensuram ædes tollat, eiusque luminibus officiat. DONELL. *l. 11. c. 5. lit. H.* ibique HILLIG. HERT. *dissert. de seruit. fact. constit. S. 1. §. 9.* Huiusmodi mensuram ædibus olim Romæ *per leges* fuisse præscriptam, colligo ex *l. 11. h. t. l. 1. C. de seruit. l. 1. C de ædif. prin. l. 1. §. 17. de O. N. N.* conf. TACITVS *lib. XV. annal.* SENEC. *lib. III. contr.* BRISSON. *lib. I. de antiq. sel. c. 1.*

13. Superest *seruitus cloacæ immittendæ* in alterius fundum, *l. 7. de seru.* a qua differt seruitus *locum necessarium immittendi in vicini parietem.* a TRYK. *in V. M. h. §. 19. I. S. P. lib. II. art. 51.*

14. Possent huc referri adhuc plures seruitutes v. c. effundendi mittendique in fundum vicini; *l. 8. §. 5. si seru. vind.* fumum immittendi, *cit. l.* positum habendi vel non habendi in fundo vicini, *l. 17. §. 1. eod.* foraminis, furni non exstruendi, horrei non habendi, puteum non fodiendi. *l. 15. de seruit.* STRYK. *cit. l. §. 16. 18. 20.* Denique cum fornaces, cloacas & suilia in suo ita quisque exstruere debeat, ne vicinis noceant, *I. P. S. lib. II. art. 51.* inde nouæ seruitutes oriuntur. STRYK. *de iur. sens. diss. V. c. 3. n. 19.* WEICHBILD. *art. 122.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. vrbanorum 2. l. 4. l. hæc autem. 6. l. cum eo. 9. l. Gaurus 10. l. qui luminibus. 11. l. quidam 13. pr. l. inter seruitutes 15. l. si arborem. 17. pr. §. 2. l. fistulam.

lam. 19. §. 1. 2. l. seruitutes. 20. §. 2. 5. l. si seruitus 23. l. Hoc quod dictum 25. l. foramen in imo. 28. l. si ædes 30. l. Eum debete. 33. l. si ædes. 38. l. eos qui 40.

Tit. III.

De seruitutibus prædiorum rusticorum

1. PRo seruitutibus *rusticis* habentur (I) *iter*, consistens in iure *eundi*, *l. 14. comm. prædior. ambulandi* (h. e. *spatiandi voluptatis vel sanitatis gratia*, NOODT. *lib. I. prob. c. 2.*) hominis per fundum alterius, ad proprium prædium. Aliud est, si quis *iure familiaritatis* tantum iuerit. *l. 41. de A. & A. poss. l. 15. §. 2. de precar.*

2. (II.) *Actus* est ius agendi iumentum vel vehiculum per prædium alienum. *l. 12. h.* Estque vel *plenus*, qui *iter* etiam continet, *l 7. h.* quod in dubio præsumitur: *l. 58. de V. O. vel minus plenus*, qui vel iter non continet, vel consistit in iure tantum *vehendi*, vel tantum *cogendi* pecora, vt tamen *ciuiliter* illa agantur, ne pastura inde fiat. STRYK. *in V. M. h. §. 5.*

3. (III) *Via* continet in se *actum* & *iter* necessario, *l. 13. §. 1. de acceptil.* & *aliquid amplius*, videlicet ius *tigna & lapides trahendi*, & *hastam erectam ferendi*, vt liberum spatium versus

versus cœlum patere debeat. *l. 7. pr. h.* HERT. *diss. de seru. fact. const. sect. 3. obs. 4.* *Viæ* latitudo determinatur *in l. 8. & 23. pr. h* latitudo *actus & itineris* ex *conuentione partium* dependet. *l. 13. §. 2. h.*

4. (IV) *Aquæ ductus* est ius aquæ ducendæ vel educendæ per fundum vicini ad nostri prædii vtilitatem. *l. 1 pr. l. 15. l. 17. inf. h.*

5. (V) *Aquæ haustus* est ius hauriendi aquam ex alieno fonte, *l. 9. h.* non tamen vltra, quam quatenus ad fundi necessitatem opus est. *l. 5. in fin. h.*

6. (VI) *Pecoris ad aquam appulsus*, est ius pecora prædii nostri appellendi ad aquam vicini. *l. 5. h.* germanice: Die Viehe-Tränke.

7. Vtraque seruitus cum *similibus* potest etiam esse *personalis*, *l. 14. in fin. de alim. & cibar. legat.* quamuis id non præsumatur. *l. 20. h.* Imo licet personæ debeantur, *vicinitatem* tamen quandam requirunt prædiorum, absque qua vsus earum esse nequit. *l. cit. 14.* HILLIG. *ad Donell. lib. XI. c. 7. lit. e.*

8. (VII) *Ius arenæ fodiendæ* vel *lapides eximendi. l. 13. §. 1. comm. præd.* (VIII) *Ius calcis coquendæ. l. 1. §. 1. h.* (IX) *Ius pedamenta sumendi. l. 3. §. 1. h.* (X) *Ius vuas in alieno exprimendi. l. 14. in fin. de alim. & cibar. legat.* (XI) *Seruitus aucupii l. 16. h.* (XII) *Ius excutiendi frumentum in alterius area.* (XIII) *Nauigandi. l. 23. §. 1. h.*

9. (XIV.) *Ius pascendi*, quod est ius in alieno

prædio pascendi pecora nostri prædii. *l. 39. §. 1. ad L. Aquil. Indefinite* illo concesso, omnia pecora, modo *sana* nec *noxia* sint, ibi pascere potest dominans; nec excluduntur seruientis pecora, si *ab initio* sufficiens vtrique pastura est. *l. 6. C. de seruit.* STRYK. *in V. M. h. §. 15.* Si *ex post facto* deficit, dominus prædii præfertur. *l. 13. §. 1. comm. præd. l. 6. C. de serv. & aqua.* BODIN. *de iure domin. in præd. seruiente.* Modum pascendi determinant α) *conuentiones* partium: β) *consuetudo* loci: γ) *natura fundi seruientis.* Itaque pastura in alienis *agris cultis* eo tempore, quo fruges sunt collectæ, demum permissa censetur; seruitus enim *indefinite* concessa ita interpretanda, ne nimium oneretur fundus seruiens, FAB. *in C. lib. III. t. 24. d. 4.* De modo probandi hanc seruitutem vid. MEV. *9. D. 165.*

10. Potest enim iure *seruitutis mutuæ* constitui *ius compascui*, die Koppel-Weide, cui non potest renunciari ab altero sociorum. MEV. *5. D. 251.* Aliud, si tantum *iure mutui precarii* vel *familiaritatis* concessum, STRYK. *c. l. §. 15.* quod *in dubio* omnino ex natura *libertatis* præsumendum. COCCEI. *diss. de præscript. extraord. §. 23. sqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. item sic. 3. §. f. l. pecoris. 4. l. Ergo. 5. l. seruitus aquæ. 9. l. per fundum. 11. l. certo 13. §. 1. l. Imperatores. 17. l. Vna est via. 18. l. si mihi concesseris. 21. l. via. 23. l. ex meo. 24. l. si via. 26. l. si communi. 27. l. cum

l. cum essent. 33. l. Et Atilicinus. 35. l. cum fundo 36. l. vlt.

Tit. IV.

Communia prædiorum, tam vrbanorum quam rusticorum

IVra seruitutum communia, quæ hoc titulo exhibentur, iam explicata sunt *tit. 1. huius libri*, vbi *requisita* ad constituendam seruitutem necessaria tradidi.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. de aqua. l. caueri. 4. l. si quis duos. 6. l. si cum duos. 8. l. si ei 9. l. refectionis. 11. l. cum fundus. 12 l. venditor. 13. pr. l. qui per certum. 15. l. receptum est. vlt.

Tit. V.

Si seruitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

1. PRo asserenda qualibet seruitute, datur ACTIO CONFESSORIA, *competens ei, qui prædio suo vel sibi a vicino seruitutem deberi intendit, l. 4. §. 7. h. aduersus impedientem, vt*

iudex declaret, ius sibi esse, vel alteri ius non esse, si scil. seruitus est negatiua. l. 4. in f. h. t.

2. E contrario pro libertate asserenda competit ACTIO NEGATORIA, *qua negamus ex libertate dominio cohærente vicino competere seruitutem in nostro prædio, petimusque declarari, alteri ius non esse seruitute in nostro vtendi. &c.*

3. In eo vtraque conuenit, (1) quod probatio semper incumbat asserenti sibi seruitutem, etiamsi in *confessoria* actor, in *negatoria* vero reus in *quasi possessione seruitutis* fuerit, cum possidenti resistat præsumtio libertatis. STRYK. *in V. M. h. §. 1.* HERTIVS *de quasi poss. prob. sect. 2. §. 1. seqq.* HORNII *programm. de hac quæstione* annexum tractatui PACIANI *de probat.* (2) Quod vtrobique *cautio de non turbando* petatur, & præstari debeat; alioquin tanti condemnetur aduersarius, quanti actor in litem iurauerit. *l. 7. & l. 12. h.* (3) Quod vtraque domino, *l. 2. §. 1. l. 4. §. 7. h. l. 1. pr. l. 5. § 1. si vsusfr. pet.* ex æquitate etiam vtilis *creditori hypothecario* & *domino vtili* detur. *l. 16. de seru.* (4) Quod vtraque detur domino licet *possidenti. l. 6. §. 1. h. l. 5. §. fin. si vsusfr. petat.*

4. Admodum frequentes in foris nostris etiam sunt *vtiles confessoriæ & negatoriæ: illæ* in vniuersum omnibus iuribus applicari solent, quibus quis se fundat in *priuilegio* vel *iure singulari*, & inde dependente iure *cogendi* & *prohibendi*. *Hæ* tunc instituendæ, quando quis se fundat vel in

in *libertate naturali*, vel *iure communi*, seu eo, quod *regulam* in certo loco constituit, vel *æquali*, & ita *ius singulare*, vel *priuilegium* alteri negat. Exemplis rem declarat STRYK. *de act. for. inuestig. S. 2. m. 4. §. 6. sqq.* Maximum quoque numerum congessit in *materia ecclesiastica* SWENDEND. *de action. for. sect. 2.*

5. Præterea ratione seruitutum plura constituta sunt remedia *possessoria*, infra *l. 43. tit. 19. seqq.* explicanda. Neque enim possessor seruitutis facile prouocabit ad *iudicium petitorium* cum in *possessorio* citius defendi possit. Quin & cumulari possessorium *retinendæ* cum *petitorio* vtiliter potest. SCHILT. *ex. 18. §. 44.*

TEXT. NOTAB.

L. de seruitutibus. 2. pr. §. 1. l. loci 4. §. 1. 3 l. etsi forte. 6. pr §. 2. l. harum actionum. 7. l. sicut 8. §. 5. l. si eo loco. 9 in f. l si quis diuturno 10. l. an vnus. 11. in f. l. si cum meus. 14 pr. l si de communi. 19.

Tit. VIII.

Quemadmodum seruitutes amittantur.

1. AMittuntur seruitutes, (I) *interitu totali* rei. *l. 14. h. l. 8. §. 1. de seruit.* Quæ tamen *ædificiis* inhærent, restituto ædificio,

reuiuiſcunt. *l. 20. §. 2. de S. P. V. l. 12. comm. præd.* conf. FRANZK. *h. n. 21.*

2. (II) *Conſolidatione* ſeu *confuſione*, cum idem vtriusque prædii dominus fit, modo (α) *totius* prædii dominus fiat: *l. 8. §. 1. de ſeru.* (β) *in perpetuum l. 1. h. l. 30. de S. P. V. l. 7. pr. comm. præd.* In dominio *reuocabili* vel *temporali*, reſtituta re, ſeruitus reuiuiſcit. *l. 18. de ſeruit. l. 7. pr. de fund. dot. l. 9. comm. præd.* Idem dicendum, ſi *alia de cauſa temporali* iura confuſa reuiuiſcunt. *l. 2. §. 18. ſeq. de hered. vel act. vend.*

3. (III) *Remiſſione* vel *expreſſa*, ſtricte accipienda, ne alterius ſeruitutis vſus impediatur: *l. 21. de S. P. V.* vel *tacita*, permittendo aliquid ſerituti contrarium, *l. 8. h.* modo animus remittendi adſit. *l. 17. comm. præd.*

4. (IV) *Vtendi intermiſſione*, *l. 6. de S. P. V.* modo (α) nemo vſus ſit; *l. 20. h. ſeqq.* non ſufficit autem *quomodocunque* ſeruitute vti: *l. 25. h. l. 1. §. 8. de itin. actuque priu. l. 18. pr. h.* (ε) dominans *in totum* non fuerit vſus: *l. 2. h. l. 18. de S. P. R. l. 6. §. 1. h.* (γ) conſtitutum in iure tempus effluxerit, *l. 34. §. f. l. 35. de S. P. R. l. 6. de S. V. P. l. 7. h.* ſcilicet 10. vel 20. annorum, *l. 13. C. de ſeru.* niſi *alternis annis* vel *meſibus* quis tantum habeat vſum ſeruitutis, tunc enim *duplicatur* tempus, *l. 7. h.* quod ad *decennium* ſine cauſa reſtringunt Doctores, quaſi vicennium iam antea duplicatum ſit. *l. 13. C. de ſeruit. & aqu.* FRANZK. *h. n. 34.* STRVV. *ex. 13. th. 57.* HAHN. *ad W. h.* STRYK. *in V. M. h. §. 2.*

5. Præ-

5. Præterea (δ) *qualificatæ seruitutes*, h. e. tales, quæ propter seruitutis vsum *opus manufactum* in fundo seruiente desiderant, præter *non vsum* requirunt destructionem eius, quod propter seruitutis exercitium in *fundo seruiente* exstructum est, ne *vestigium seruitutis* supersit, v. g. obturando foramen, in quo tignum immissum &c. *l. 6. de S. P. V.* Hoc in *vrbanis* quidem plerumque contingit, DONELL. *l. XI. c. vlt. lit. D. seqq.* HVBER. *h. §. 6.* non tamen ratio exinde petenda, quod seruitus sit *vrbana*, cum in *rusticis* æque idem contingere queat.

6. (V) *Extincto iure concedentis* seruitutem, *l. 11. §. 1. h.* modo ius concedentis *per se* resoluatur: si ex *libera voluntate* res in alium transfertur, simul transfertur seruitus, cum *per accidens* resoluatur dominium.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. qui iter. 2. l. si constituta. 7. l. si stillicidii. 8. l. is cui via 11. §. 1. l. qui fundum. 12. l. si locus. 14. l. si cum seruitus. 15. l. si quis alia 18. pr. §. 1. l. Vsu 20. l. seruitute fin.

Lib. IX. Tit. I.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

1. ACtio QVADRVPEDARIA *datur illi, cui a beſtia alterius manſueta, ſponte & contra naturam ſui generis, damnum illatum, aduerſus dominum beſtiæ, vt damnum reſtituat, niſi noxæ dare malit.*

2. Requiritur itaque, (I) *vt animal irrationale damnum dederit*, etiamſi *bipes* ſit, quod quidam applicant ad *furioſos*, ex ratione *l. 1. §. 3. h.* vt damnum ex eorum bonis refundatur. Hoc ipſum *æquitatem* habet, vt *actio in factum* prætoria *l. 14. de offic. præſ.* non vero *hæc* locum habere poſſit. STRYK. *in V. M. h. t. §. 1. & ſeqq.*

3. (II) *Vt animal nocens in alterius ſit dominio. l. 1. §. 10. h.* (III) *Vt animal damnum dederit, contra naturam ſui generis, l. 1. §. 7. h.* quod *manſuetis* proprium eſt. Si depauerit herbas, *ſecundum naturam* damnum dat, adeoque *actio de paſtu* locum habet, *l. 14. §. fin. de P. V.* vbi itidem agitur ad reparationem damni, ſalua reo noxæ deditione PAVLVS *l. ſent. 15. §. 1. I. S. P. lib. II. art. 39. & 40. 41.* In æſtimatione damni ſimul quodammodo ratio habenda futuræ meſſis, STRYK. *c. l. §. 11. & 12.* Iure Germanico hunc in finem *pignorationes* pecorum, iure R. prohibitæ, *l. 39. §. 1. ad L. acquil.* indulgen-

gentur. *IS. P. lib. 2. art. 27. 28. & 40. 47.* restituto damno iuxta peritorum taxationem per *cit. art. 47.* nisi dominus in culpa fuerit, quod fruges, messe ab aliis iam facta, neglexerit. *art. 48. cit. l.* MEV. *ad ius Lubec. lib. 3. tit. 11. ad rubr. n. 10.*

4. Quod si per *animalia ferocia*, quorum feritas est *genitalis*, damnem datum, & dominus vitii gnarus illud debito modo non custodierit, *simpliciter*, ad damnum resarciendum, & simul ad *pœnam extraordinariam* agitur. *C. C. Carol. art. 136.*

5. (IV.) *Vt culpa alterius non accesserit;* alias contra culposum datur *actio L. Aquiliæ, l. 1. §. 6. h.* veluti si culpa pastoris animal depauerit herbas: vel etiam *actio ad exhibendum*, si *dolo* alterius id factum. *l. 9. §. 1. D. ad. exhib.* Quod si ipse irritans damnum passus, hoc sibi imputet. conf. *l. 1. §. 11. h.*

6. Hisce concurrentibus datur hæc actio contra *possessorem* animalis *præsentem*, quia noxa caput sequitur: *l. 1. §. 12 h.* contra plures in solidum. *l. 1. §. 14. h.* Vnde quoque actio hæc cessat, mortua ante L. C. bestia. *l. 1. §. 13. h.* Agitur *ad damnum resarciendum*, a quo se liberare potest, noxæ deditione, quæ non est in *obligatione*, sed *solutione. l. 6. §. 1. de re iudic.* Hanc *facultatem* amittit, si *dolo* negat, animal ad se pertinere, *l. 1. §. 15. h.* quæ sententia merito in praxi sequenda. STRYK. *c. l. §. 10.*

7. Iure Saxon. non aliter reus liberatur a damni restitutione, quam per *expulsionem animalis* in continenti factam. *I. P. S. lib. 2. art. 40.* vid. tamen *art. 54. cit. l.* SCHILT. *ex. 19. §. 3. seqq.* Libero homine, culpa rei accedente, occiso, actio datur ad *Wergeldum* soluendum per *cit. art. 40.* CARPZOV. *IV. II. 1. n. 1.* h. e. ad *compositionem hominis occisi.* vid. ECCARD. *ad LL. Salicas p. 97.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. ex hac lege. 3. l. hæc actio. 4.

Tit. II. (III. 35.)

Ad legem Aquiliam.

1. IN LEGE AQVILIA vindicatur *damnum ab aliis, per corruptionem ipsius rei, iniuria datum*, cuius plura capita fuere. Hunc in finem comparata est *actio ex L. Aquilia, competens ei, cui per tale damnum a libero homine datum nocitum est in patrimonio, vt damnum datum restituatur, tum etiam, vt quanti res intra annum proximum vel etiam triginta dies plurimi fuerit, restituatur.*

2. Vindicat lex Aquilia primario (I) *damna extra contractus data:* in *contractu* data actione *ex contractu* emendari possunt, vt tamen, *quatenus* ex contractu ad damnum restituendum agi potest, *postea* vsu forensi permissum etiam sit, ex *lege Aquilia* agere. *l. 18. §. 1. l. 7. §. 1. commodat. l. 7.*

l. 7. inf. l. 18. inf. h. STRYK. *in tract. de act. for. inuestig. sect. 1. membr. 10. §. 28.* THOMAS. *de laru. detract.* L. *Aquil. §. 20.*

3. (II) *Per corruptionem rei contingentia*, & quidem si corpore suo quis rem corruperat, dabatur secundum *verba legis directa* actio: si non corpore, per *interpretationem ex æquitate, vtilis.* Denique si absque rei corruptione damnum datum, subueniebat prætor per actionem *in factum, §. vlt. I. h. l. 11. de præscript. V.* quæ mere rei persecutoria erat. In effectu autem hodie hæ non differunt. SCHILT. *ex. 19. §. 45. seqq.* STRYK. *in V. M. h. §. 6.*

4. Propter hanc corruptionem agebatur partim ex capite *primo*, quanti res intra annum plurimi fuerat: partim ex *tertio*, quanti res intra 30. dies, prout corruptio data variabat. *pr. & §. 13. I. h.* Hæc tamen diuersitas hodie in plerisque locis cessat, æstimatione damni facta secundum statum præsentis temporis, STRYK. *in V. M. h. §. 2.* & sic est *mere rei persecutoria.*

5. Inde vero fluit; propter *damnum priuatiuum*, in sola *interceptione lucri* consistens, primario actionem L. Aquiliæ non dari, *l. 13. §. 2. de vsufr.* nisi præcesserit *damnum positiuum*, per *corruptionem* rei datum; *l. 33. h. §. 10. I. h.* modo interesse sit (α) *pecuniarium*, (β) *certum* & in *iure perfecto* radicatum. *l. 23. §. 6. h.* Propter solum lucrum *dolo* interceptum, ad quod quis

ius

ius perfectum habuit, vel *certum* fuit, *actio doli* competit. *l. 88. §. 4. de leg. 2.*

6, Hoc ipso liquido quoque distinguitur a damnis in aliis delictis factis, quæ contingunt, vel contrectando vel rapiendo &c. Interim concurrit hæc actio sæpius cum criminalibus persecutionibns, modo *dolus* vel *culpa* adsit. *l. 23. §. 9. h. l. 2. §. 1. de Vi bon. rapt. t. t. D. arbor. furt. cæs.*

7. (III) *Damna iniuria data*, hoc est, *dolo* vel *culpa*, *l. 5. §. 1. h.* etiam *leuissima* fuerit, *l. 44. h.* & in *omittendo* consistat, *l. 27. §. 9. l. 45. pr. l. 28. §. 1. h.* LEONIN. *lib. 1. emend. c. 4.* & inde hæc actio non infamat. Probanda est itaque *iniuria*, VOET. *h. t. §. 20.* nisi reus in *re illicita* versatus fuerit. MEV. *5. d. 365.*

8. Huc ergo non pertinent (1) damna, ab infante vel furioso data: *l. 5. §. 2. h.* NOODT. *ad L. Aquil. c. 10.* (2) in rebus permissis contingentia: *l. 7. §. 4. h.* (3) iure illata: *l. 2. l. 4. l. 5. pr. l. 29. §. 3. & 4. h. l. 14. pr. de P. V. J. P. S. lib. 2. art. 62. lib. 3. art. 48.* BYNCKERSHOEK. *IV. obs. c. 17.* (4) ad iussum eius, qui ius imperandi habuit, facta: *l. 37. h. l. 169. pr. de R. I.* (5) in re data, quam quis suam esse putauit.

9. (IV) *Damna in re æstimabili data:* hinc si corpus liberi hominis læsum, ex æquitate *vtilis* dabatur, *l. 13. pr. h.* æstimatione facta secundum *l. 7. pr. de his qui effud. & deiec. l. 7. pr. h.* non habita ratione cicatricum & deformitatis, *cit. l. 7.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0296
DFG

l. 7. l. 3. ſi quadrup. quamuis *actio iniuriarum* eo nomine detur. SCHILT. *c. l. §. 35.* BRVNNEM. *ad l. 13. h.* Olim ob filiumfamilias *occiſum* etiam patri *vtilis* dabatur NOODT. *ad L. Aquil. c. 2.* Quin & moribus in certam pecuniam, pro penſando dolore, condemnatio fieri ſolet, STRYK. *in V. M. h. §. 10.* præterea vero iudici cedit *inſtrumentum*, quo quis iniuſte læſus eſt. *J. P. lib. 1. art. 62.*

10. Hiſce concurrentibus competit actio, ad damnum, & quidem hodie, *ſimpliciter* reſtituendum: *J. P. S. lib. 2. art. 38.* contra inficiantem in duplum; *l. 2. §. 1. l. 23. pen. h.* quod in *ord. proc. Sax. elect. emend. tit. 16 §. 3.* confirmatum. Quodſi a *pluribus* datum, ſinguli *in ſolidum* tenentur; *l. 11. §. 2. h.* vnius tamen præſtatione reliqui hodie liberantur, STRYK. *cit. l. §. 21.* SCHILT. *c. l. §. 70. 71.* ceſſante beneficio *diuiſionis* & *regreſſu.* STRYK. *cit. loc.*

11. Non dabatur olim hæc actio contra heredes, quia erat *pœnalis* & obligatio ex *delicto. §. 9. l. h. l. 23. §. 8. h.* Facilius tamen moribus ex *iure canonico*, quod heredes obſtringit etiam ex delicto defuncti *pro rata* hereditaria, non tamen vltra vires hereditatis. *c. f. X. de ſepult. c. 5. X. de raptor.* MEV. *5. D. 39.* THOMAS. *cit. l. §. 32. ſeqq. & §. 59.*

TEXT. NOTAB.

L. lege Aquil. 2. §. 2. l. itaque. 4. l. ſed etſi. 5. pr. §. 1 2. f. l. præceptoris. 6. l. quæ actione. 7. §. 6. l idem iuris. 8. §. 1. l. item Mela 11. pr. §. 2 3. 5. l. liber homo. 13.

l. aut

l. ait lex. 21. l. inde Neratius. 23. §. 6. 10. l. proinde 25. fin. l. si. seruus. 27. §. 9. l qui foueas. 28. l. quemadmodum. 29. §. 1. 3 4 6. l. qui occidit. 30. §. 3. l. si putator. 31. l. illud quæsitum 32. l. si seruum. 33. l. liber homo. 37. l. Quintus Mutius. 39. l. in L aquil. 40. l. leuissima. 44. l. scientiam. 45. l. sed si priore 47. l. si quis fumo 49. l. ita vulneratus. 51. pr. §. f. l. si ex plagis. 52. §. 1.

Ex Codice l. contra negantem. 4 l. de pecoribus. 5. l. de his. 6.

Tit. III.

De his, qui effuderint vel deiecerint.

1. AD securitatem *publicarum viarum* conseruandam, *l. 1. §. 1. h. t.* quæ tempore *noctis* Romæ fere deficiebat, teste IVVENALI *lib. 1. satyr. 3. vers. 268.* proposuit prætor actionem de *effusis* vel *deiectis*, *competens ei, cui effusione damnum datum, contra inhabitatorem ædium ad damnum, pro diuersitate circumstantiarum, reparandum simulque ad pœnam sustinendam.*

2. Requiritur (I) *deiectio vel effusio*, quæ in faciente *verum delictum* constituere, & sic, si constat de eo, ex *cap. tertio* L. Aquiliæ is conueniri potest. Quatenus autem quilibet inhabitator exinde obligatur, ob interuenientem *culpam*, ex *quasi delicto* actio *in factum prætoria* oritur; *l. 1. §. 4. h.* imo olim etiam *lege Aquilia* agi potuit, *5. §. 4. h.* cuius plura, quam tria, fuere capita.

3. Ex

3. Ex quo porro sequitur, non quæri in hac actione, quis deiecerit vel effuderit, sed tantum, an aliquid effusum sit? HAHN. *ad W. h. n. 4.* imo nec *culpa inhabitatoris* hic alleganda *l. 1. §. 4. h. t.* aut probanda, quæ quandoque in *L. Aquilia* probanda erat, sed simpliciter habitator suorum culpam præstat. *l. 6. §. 2. h.* Si *plures* in eodem cœnaculo habitant, singuli *in solidum* tenentur; *l. 1. §. 10. l. 3. l. 4. h.* vno tamen soluente, reliqui liberantur, saluo regressu. *l. 3. 4. h.* Si inter plures diuisum est cœnaculum, is solus obligatur, qui inhabitat eam partem, vnde effusum est. *l. 5. pr. h.*

4. (II) *Vt deiectum quid sit in loco, in quo vulgo iter fieri solet;* aliud si in secretis locis. *l. 1. §. 2. h.* (III) *Deiicientis præmonitio deest:* secus est, si *hodie* præmonuerit.

5. (IV) *Vt ex effusione damnum alicui datum sit;* pro varietate vero damni dati variat vindicatio damni. Et quidem (α) si *liber homo periit*, quilibet *ex populo* agere potest, ad pœnam 50. aureorum, actori applicandam, *l. 1. §. 5. h.* daturque intra annum, non tamen in heredem nec heredi *l. 5. §. 5. h.*

6. Quod si (ε) *liber homo læsus* sit, (1) *ipsi* perpetua datur actio, ac computantur impendia in *curationem* facta, & *operæ*, quibus caruit aut carituras est, ob id, quod inutilis factus *l. 7. h.* Simul quandoque respiciendus probabilis vitæ terminus, & an non sibi aliunde victum quærere possit?

possit? STRYK. *in V. M. h.* §. 4. (2) *Aliis de populo* datur *in subsidium* intra annum ad id, quod iudici bonum & æquum visum fuerit. *l. 5. §. 5. h.*

7. Denique (γ) si in rebus æstimabilibus damnum datum, datur in duplum, *l. 1. §. 5. h.* quæ *perpetua* est, in heredem tamen non datur, quia in *lege Aquilia primordialiter* fundata fuit.

8. Proxima huic actioni est *de posito vel suspenso*, quæ datur singulis de populo, vbi quid periculose ex ædibus positum vel suspensum est, supra locum, vbi vulgo iter fieri solet, ad pœnam 10. aureorum *l. 5. §. 6. h.*

9. Quodsi non amplius pendeat, sed ceciderit, vel prior actio locum habet, *l. 1. §. 3. h.* vel L. Aquiliæ. *l. 5. §. 12. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 1. 2. 4. 9. f. l. 2. l. 3. l. si vero. 5. pr. §. 2. 4. 5. 6. 11. 12. l. cum liberi. 7.

Tit. IV. (III. 41.)

De noxalibus actionibus.

1. PROpter *delicta privata seruorum* in dominum *præsentem* serui dabatur actio *noxalis*, ad litis æstimationem præstandam, a qua se liberare poterat *noxæ deditione. l. 6. §. 1. de re iudic.*

2. Ante

2. Ante omnia requirebatur *ignorantia domini: l. 2. pr. h.* de damno a seruo, sciente & prohibere valente vel etiam iubente domino, contingente, dominus *directo & simpliciter* tenebatur.

3. Hodie hic titulus magis *historicus*, quam *practicus* est. Neque enim applicari potest (a) ad *famulos* nostros, qui ipsimet ex *propriis delictis* tenentur, nisi circa *officium* deliquerint, *l. 4. §. 2. de offic. proc.* dominisque imputari possit *culpa*, in eligendis famulis admissa. STRYK. *in V. M. h. §. 4. & 5.* (b) multominus applicari potest ad *proprios homines*.

4. Extra hunc casum ne quidem *respectu mercedis residuæ* actio in dominum hodie datur; per modum *arresti* tamen, sicuti aliis etiam *debitoribus*, ei iniungi potest, ne soluat *delinquenti* residuam mercedem. *J. P. S. lib. II. art. 32.*

TEXT. NOTAB.

L. in omnibus. 3. l. in delictis. 4. l. si communis. 9. l. si quis a multis. 14. l. electio. 26. l. in noxalibus. 30.

Lib. X. Tit. I. (III. 39.)

Finium regundorum.

1. SEquuntur *tria iudicia diuisoria*, in quibus hæc singularia occurrunt: (1) quod sint *duplicia* h. e. vterque litigantium possit esse actor & reus, *l. 37. §. 1. de O. & A. l. 44. §. 4. famil. her.* vt tamen is actor sit, qui prior ad iudicium pro-

uocat, *l.* 2. §. 1. *comm. diuid.* vel in *casu dubio* quem sors eligit: *l.* 13. *l.* 14. *de iudic. c.* 3. *X. de probat* (2) *mixta* h. e. tum ex *iure in re*, tum ex *iure ad rem: l.* 1. *h. l.* 22. §. 4. *fam. erciscund. l.* 1. *comm diuid.* (3) *generalia* ob varias præstationes personales generales: (4) *quasi contractum* supponentia: (5) iudex hic vsumfructum *nonnunquam* constituere possit: *l.* 6. §. 1. *de vsufr.* (6) sola *adiudicatio* in his transferat dominium: §. *vlt. I. de offic. iudic. l.* 16. §. 5. *de pign.* (7) *b. fidei* sint: §. 20 & 28. *J. de action.* (8) *arbitraria*: *l.* 2. §. 2. *l.* 8. §. 1. *h.* (9) circa *diuisionem* occupata.

2. Prima est actio FINIVM REGVNDORVM, *quæ datur inter eos, qui confines habent agros, ad dirigendos fines, & præstationem eius, quod interest. l.* 4. §. 1. *h.*

3. Requiritur itaque (I) *vt litigantes sint confines*, h. e *domini* agrorum vicinorum vel aliud ius in re habentes. *l.* 4. §. 9. *h.* Non itaque habet locum, si *via publica* vel *flumine* distinguantur, *l.* 4. §. *vlt. h.* vel *socii* sint. *l.* 4. §. 7. *h.* HVBER. *h.* §. 4. *in fin.* FRANZK. *h. n.* 14. 15.

4. (II) *Vt agatur de finibus prædiorum rusticorum. l.* 4. §. 10. *h.* In ædificiis *fines proprie* non dantur, cum *parietibus* distinguantur. In agris *fines* olim erant spatium certum intermedium, h. e. *quinque pedum*, ex *L. Manilia*, cui præscribi non poterat. CIC. *l.* 1. *de L. L.* SCHILT. *ex.* 20. §. 46. Quodsi itaque de hoc *limite publico* constabat, licet vltra illum aliquid esset ab altero

altero occupatum, actor non ſummouebatur exceptione *præſcriptionis longi temporis, l. pen. C. h. longiſſimi* tamen *temporis* præſcriptione admiſſa. *l. f. C. h.* Ceterum *fines parochiales*, ſi certi & publice determinati, ſunt inpræſcriptibiles. Si vero non conſtat de certis limitibus, præſcriptioni 30. vel potius 40 annorum ſtatur. *c. 4. X. de paroch. c. 6. C. 16. q. 6.* conf. *ius noſtr. paroch. ſect. 3. cap. 3. §. 13.*

5. (III) *Fines legitime probandi.* Hoc fit per 1) teſtes ſenes: 2 inſtrumenta, quibus fines demonſtrati: *l. 12. h. 3*) libros cenſuales, *l. 11. h.* & alia adminicula: *c. 13. X. de prob.* MASCARD. *de prob. vol. 1. concl. 393.* præſertim 4) per *ſigna finalia*, Mahl-Bäume und Mark-Steine, ordine relata a STRYK. *in V. M h. §. 5.* Ad horum poſitionem iure Germanico vocandi vicini, quod admodum rationabile eſt. *J. P. S. lib. II. art. 50.* Habentur autem lapides pro *finalibus*, ſi *carbones* vel *fragmenta vitri*, vel *lapilli minores* ſuppoſita deprehendantur. SIGVLVS FLACCVS *p. 5.* apud GOESIVM. Admittuntur enim *probationes leuiores* ob negotii antiquitatem, per *cit. c. 13.* atque hunc in finem pro meliore informatione iudicis ab vtraque parte iudici *ichnographia* offerenda. *R. I. de anno 1654. §. 51.*

6. Præterea 5) probationem inſtruit *inſpectio ocularis*, quem in finem iudex, adhibitis agri menſoribus, in *rem præſentem* ire, *l. 7. l. 8. pr. §. 1. h. l. 3. l. 5. C. h. R. I. c. l.* HERT. *de ocular. inſpect. §. 21.* STRYK. *de iur. ſenſ. diſſ. 1. c. 2. n. 10. & ſeqq.*

SCHILTER *cit. l. §. 10. sq.* & ita veteres restituere debet. *l. 7. h.*

7. Aliquando etiam, amouendæ obscuritatis gratia, *fines nouos* constituit, *l. 2. §. 1. h.* vel *inundatione* aut *obsidione* confusos de nouo assignat, *diuisione* quadam intercedente, *l. 8. pr. h. t.* alterumque, cuius prædio aliquid adiicitur, in certam pecuniam condemnat. *l. 3. h. §. pen. 7. de offic. iud.* Ratio quoque habenda est eius, quod interest, *l. 4. §. 1. h.* & fructuum, *l. 4. §. 2. h.* & denique damnorum datorum.

8. Potest etiam *criminaliter* de finibus agi, si termini *dolo* moti *l. 4. §. 4. h.* ita vt moribus nostris remedium *ciuile* cum *criminali* cumulari possit. SCHILT. *c. l. §. 23.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Hæc actio. 2. l. sed & loci. 4. §. 1. 2. 6. 9. 10. f. l. de irruptione 8. l. iudicium. 9. l. iudicium communi. 10. l. in finalibus. 11. l. vlt.

Ex Codice l. successionum 2 l. quinque pedum. 5. l. vlt.

Tit. II. (*III. 36.*)

Familiæ herciscundæ.

1. ALtera est actio FAMILIAE HERCISCVNDAE, *qua agitur inter coheredes, de rebus communibus hereditariis diuidendis, & aliis præstationibus personalibus faciendis.*

2. Fundamentum huius actionis est *ius hereditarium*, & inde hæc actio est realis; quatenus autem

autem alter heredum ſolus *adminiſtrauit* rem communem, eſt *perſonalis*. Ex quo fluit, iudicium hoc (I) *locum habere inter coheredes, qui ſemet inuicem vt tales agnoſcunt. l. 36. h. l. 51. §. 1. h.* Quod ſi is, qui poſſidet, negat alterum coheredem, *hereditatis petitio prius inſtituenda;* ſi vero alter ſimul eam partem poſſidet, quæſtio *hereditatis*, tanquam *punctus incidens*, in eodem iudicio pertractatur. *l. 1. §. 1. h.*

3. Perinde autem eſt, inter quos heredes communio ſit, *l. 40. l. 2. l. 24. §. 1. h.* ſicuti parum intereſt, vtrum vnus, omnes, an quidam ad diuiſionem agant? *l. 2. §. 4. h. l 43. h.* quamuis abſenti, niſi curatore deſtituto, per præſentium diuiſionem *c. 3. X. de teſt.* non præiudicetur. *l. 17. C. h.*

4. Ille autem *inter coheredes* (II) *prouocare ad diuiſionem* poteſt, qui *libere diſponere* valet: ſi minor ad diuiſionem prouocat, iudicis decretum cum cauſæ cognitione requiritur; quamuis ſi prouocetur, hoc non requiratur. *l. 17. C. de præd. minor.*

5. Agitur (III) ad *diuiſionem rerum hereditariarum recte ineundam.* Id vt a *iudice* obtineatur, ad eius *officium* pertinet, ante inuentarium exigere illudque rectificare; quod quomodo fiat, explicat MEV. *p. 5. d. 360.* Hoc facto iudex animaduertat (1) *an & quæ res in diuiſionem venire commode poſſint?* Sunt enim hæ diuerſæ naturæ & indolis. (α) *Quædam iam diuiſæ ſunt*, v. c. quarum diuiſionem defunctus iam fecit *l. 10. & 21. C. h.* quin & nomina *ipſo iure* iam diuiſa

sunt. *l.2. §.5. l.4.pr.h.* Nihilominus ad officium iudicis nonnunquam pertinet, vt debita & credita vni heredum in solidum attribuat, quod tamen creditoribus non præiudicat. *l.3.h.*

6. *Quædam* (β *diuidi honeste non debent*, ab hereditate *separanda*, vt libri improbatæ lectionis, vel quod ex scelere acquisitum est. *l.4.h.l.59. §.1.D. pro socio.* quod a fisco auffertur. *l.9. de iur. fisc.*

7. (γ) *Quædam diuidi non possunt*, vt seruitutes reales, *l.25. §.9. seqq.h.* obligationes pœnales, *cit. l. §.13.* pignoratitiæ *l.c. §.14.* Indiuiduitas hæc operatur, vt *in solidum* singuli heredes, etiam post *diuisionem*, obligentur; *l.2.C. si vnus* ex *plurib. hered.* officium tamen iudicis est, vt interpositis cautionibus efficiat, ne factum heredis coheredi noceat. Cautiones quoque & instrumenta hereditaria non diuiduntur, sed apud eum relinquuntur, qui vel maiori ex parte heres est, vel quem sors aut consensus reliquorum elegit. *l.4. §.3. l.5.h.*

8. *Quædam denique*, (δ) *etsi in hereditate reperiantur*, *non tamen communes sunt*, sed alteri heredi propriæ, veluti prælegata, *l.42.h.* & quæ collationi alias non subiacent, vt expensæ studiorum, *l.50.h.* materna, feuda, ante diuisionem separanda.

9. Proinde (a) exhibito inventario *separatio bonorum*, quæ ad hereditatem non spectante ineunda. *l.2.C. delegit. hered.* Hac facta (b) habenda est ratio *præstationum personalium*, quorsum pertinent

nent (α) fructus ab vno coheredum percepti, *l. 19. h. l. 4. l. 13. C. h.* (β) damna culpa leui data, *l. 25. §. 16. h.* (γ) sumtus in communem hereditatem facti, *l. 18. §. 1. C. h. l. 3. C. de negot. gest.* de quibus ante omnia *rationes* sunt reddendæ, (c) *collatio* conferendorum inter *liberos* instituenda, de qua *ad tit. de collat.* (d) *taxatio bonorum* legitime ineunda per peritos taxatores, & ita (e) totius hereditatis massa redintegranda. Tandem (f) partes constituendæ.

10. Præterea in ipsa *partium constitutione* (α) attendat iudex, ne quicquam supprimatur: *l. 44. §. 4. h.* MEV. *6. D. 108.* (β) absentibus *curator* constituatur: m. 4. *D. 386. n. 3.* (γ) sequatur imprimis *iudicium defuncti*: *l. 16. l. 21. 26. C. h. l. 32. D. h.* (δ) Corpora hereditaria, quæ diuisionem recipiunt, æqualiter distribuantur, vel si diuidi non possunt, vni adiudicentur, interueniente *licitatione*, *l. 1. C. comm. vtriusque iud.* vel per *sortem*; HVBER. *h. §. 8.* nisi alia sit *consuetudo* ex *veteri iure Germanico.* BEYER. *in specim. iur. Germ. lib. II. c. 13.* (ε) Omnes res diuidantur; si quædam res indiuisæ relictæ, de his postea agi potest communi diuidundo. *l. 20. §. 4. h.*

11. *Extraiudicialis* diuisio arbitraria quidem est, consuetudines tamen locorum in illa quoque attendendæ. Iure Germanico antiquo maior diuidit, minor eligit; Landr. *l. 3. art. 29. ius prou. Sueu. c. 266. §. 2.* WEICHBILD. *art. 26.* modo sint coheredes *eiusdem sexus*: si diuersi, indistincte *femina* diuidit, masculus eligit,

STRYK. *in V. M. h.* §. *3.* alibi de iure communi *forte* res expedienda. MEV. *ad ius Lubec. p. 2. t. 2. art. 5. n. 19. seqq.*

12. Denique (3) *æqualitas inter coheredes obseruanda.* Quod si alter heredum se læsum dicat, videndum, vtrum diuisio *iudicialiter* an *extraiudicialiter* facta? *l 36. h. l. 17. pr. de inoff. testam.* Hoc casu imprimis attendendum, vtrum (1) læsio contingat ex *æstimatione rerum diuisarum?* nec alia attenditur nisi vltra dimidium fuerit: *l. 1. C. commun. vtr iudic.* an (2) *circa ipsas res diuidendas* citra æstimationem? & quæcunque inæqualitas reparanda. *l. 3. C. eod.* COCCEI. *diss. ad remed. l. 3. cit. Sect. 2. §. 5. sqq. In iudiciali* vero simpliciter standum diuisioni. *l. 36. h. l. 65. §. 2. ad SCt. Trebell.* Denique (3) si læsio *vtroque casu* contingit *ex euictione*, ad eam heres coheredi obligatur. *l. 25. §. 21. h. l. 66. §. vlt. de euict.* Quod si ipse testator diuisionem facit, videndum, vtrum *vera diuisio*, an *prælegatum* adsit? Hoc præsumitur, si inter *extraneos* assignatio certæ rei *simpliciter* facta, quo casu cessat euictionis præstatio: nisi (a) præsumtio sit, testatorem *simpliciter* huic legatario legatum præstari voluisse: *l. 10. C. de legat.* (b) testator *sciuerit*, se alienam rem legasse. §. *4. J. de legat.* Illud vero dicendum, si inter *liberos* assignatio facta, & sic euictio præstanda. *l. 77. §. 8. de legat. 2. l. 33. h.* STRYK. *in V. M. h.* §. *9.*

13. Communio ipsa est inpræscriptibilis, quamdiu res *vt communes* possidentur; *l. 14. §. 2. comm.*

2. *comm. diuid.* præscribitur tamen huic actioni per 30. annos, si vnus coheredum res communes, vt *proprias*, *bona fide* possederit. *l. 1. §. 1. C. de annal. except.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. l. per familiæ. 2. §. 3 4 f. l. plane ad officium. 3. l. si quæ sunt. 5. l. & post litem. 12. §. 2 l. & puto officio. 16. §. 4. l. si filii. 20. §. 1. 4. l. Heredes. 25. §. 9. 16. 20. 21. l. in hoc iudicio. 27. l. cum putarem. 36. l. qui familiæ. 37. l. arbitrum. 43. l. inter coheredes. 44. §. 3. 5. l. si familiæ. 48. l. quæ præter. 50. l. si. familiæ. 55. l. vlt.

Ex Codice l. aduersus. 3. in f. l. si filius fam. 4. l. in ipsius. 5. l. ea quæ. 6. l. quotiens. 10. l. si familiæ. 14 l. filii patris. 16. l. coheredibus. 17. l. filiæ. 18. l. si cogitatione. 21. l. ex causa. 25. l. inter omnes. 26.

Tit. III. (III. 37. 38.)

Communi diuidundo.

1. TErtia actio est COMMVNI DIVIDVNDO, *qua agitur de rebus titulo singulari communibus diuidendis inter socios, præstationibusque personalibus faciendis.* Neque enim actio *pro socio* sufficere visa fuit, quæ ad præstationes personales ex *vero contractu*, non vero ad *societatem dissoluendam* pertinet. *l. 1. h.*

2. Præsupponitur itaque (1) *rerum singularium communio*, siue *vero* contractu *societatis* inita fuerit, siue per *quasi contractum* partes in eam *inciderint: l. 2. h.* FRANZK. *h. n. 5. seqq.* siue possi-

deant, siue non: *l. pen. h.* siue domini sint, siue b. f. possessores, *l. 7. pr. §. 1. & 2. h.* vel alio modo ius in re habeant, *l. 7. §. 6. 7. 8. 9. h.* veluti *communem vsumfructum. l. 13. §. 3. de vsufr.* Non vero sufficit *ius ad rem. l. 7. §. 11. h.* Vbique tamen communio adesse debet ex *iusta causa. l. 7. §. 4. 5. h. l. 70. in f. de fidei. l. 12. §. 1. de furt.* Vtilis etiam actio datur, finita communione, de *præstationibus* ex *antiqua communione* dependentibus. *l. 6. §. 1. h.*

3. Communio quoque (II) debet esse *pro indiuiso, vt alter sociorum partem suam separatim administrare non potuerit*: alioquin *negotiorum gestorum* actio datur. *l. 6. §. 2. h.*

4. Præterea (III) *quod in re communi actum, communi quoque nomine gestum esse debet, l. 14. pr. h.* licet agens in persona errauerit. *l. 6. pr. h.* Qui non *communi nomine*, sed, vt fructus solus lucretur, & ita *improbe* egit, damnum sentire debet, lucrum vero communicare. *l. 6. §. 2. h.* Enimuero qui aliquid *b. f.* impendit in rem communem, quasi *suam retentionem* quidem habet, non vero *stricto iure*, hanc actionem, *l. 14. §. 1. l. 29. pr. h.* quamuis non deneganda ei sit actio *in factum*, in quantum alter locupletior factus, æque vt in *rei vindicatione.*

5. His suppositis datur hæc actio, non obstante *pacto contrario, l. 14. §. 2. h.* aut *prohibitione testatoris, l. 59. D. pro soc.* nisi *ad tempus* prohibita sit diuisio. *l. cit. 14.* STRYK. *in V. M. h. §. 4.* MEV. *9. D. 157.*

6. Prin-

6. Principaliter datur (α) ad *diuisionem*, eodem modo fere instituendam, vti in famil. herciſc. iudicio. *l. 6. §. 11. h.* Ante omnia voluntati partium ſtandum; *l. 3. inf. h.* alioquin vel *licitationi*, *l. 1. C. h.* vel *ſorti* res committenda, ſi alius modus diuidendi vel *prærogatiua* alterutrius deficit. MEV. *2. D. 21. l. 34. §. 3 C. de donat.*

7. Denique (ζ) etiam in hoc iudicium veniunt *præſtationes perſonales*, *l. 4. §. 3. h.* dum ſocii tenentur (α) ad reſtituenda damna data in re communi, *l. 8. §. 2. l. 20. h.* veluti, ſi quid *licite* factum in re communi, inuito ſocio, *l. 12. & 28. h.* ſeu ad quod res communis non eſt deſtinata; ſi *licite* quid factum, melior dicitur conditio *facientis*, *l. 68. D. pro ſoc.* & hinc rem *pro indiuiſo* alienare vel ad diuiſionem prouocare non prohibetur. *l. 26. de ſeru. præd. vrb.* MEV. *7. D. 44.* (β) Ad lucrum communicandum, *l. 11 h.* modo poſt communionem perceptum ſit. *l. 4. §. 3. h.* (γ) Ad impenſas pro parte refundendas. *l. 4. §. 3. l. 11. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. nihil autem 2. pr. §. 1. l. per hoc iudicium. 4. §. 23. l. ſi quis putans. 6. §. 1. 2. 11. l. communi diuidundo. 7. pr. §. 5. 6. vlt. l. & ſi non omnes. 8. pr. l. in ſumma 11. l. in hoc iudicium. pr. §. 1. 2. l. vt fundus. 18 l. ſi is. 20. l. Sabinus in re communi 28. l. ſi quis. 29.

Ex Codice l. 1. l. Si probatum. 2. l. ſi maior. 4. l. vlt. *comm. diuid.* l. diuiſionem. 1. l. maioribus. 3. l. de inſtrumentis. 5. l. 7. l. ſi inter vos. 8 l. familiæ. 9. l. ſcriptura. 10. *commun. vtriusque iudic.*

Tit.

Tit. IV. (*III. 42.*)

Ad exhibendum.

1. ACtione AD EXHIBENDVM opus fuit ad demonstrandum, reum possidere rem vindicandam, vel ob aliam causam, quarum multæ esse possunt. *l. 3. §. 1. h. l. 56. de procur.* Vnde *præparatoria* est rei vindicationis & in genere *actionis realis*, *l. 3. §. 3. h. l. 1. h.* vel aliquando *personalis*. *l. 8. §. f. de opt. vel elect. leg. l. 3. §. 6. & 10. l. 12. §. 2. h.* Est autem EXHIBERE, *facere in publico potestatem, vt ei, qui agat, experiundi sit copia. l. 2. h. l. 6. h.*

2. Oritur hæc actio ex *obligatione legali*, HAHN. *ad W. h. n. 2.* & hinc *personalis* est, *l. 3. §. 3. h.* simul tamen *in rem scripta*, *l. 3. §. f. h.* cum detur aduersus omnem possessorem, quippe qui *ex lege* obligatur.

3. Requiritur vero (I) *vt interfit agentis*, *l. 3. §. 9. h.* rem exhiberi &, quidem (α) *peculiariter*, *l. 13. l. 19. h.* de quo iudex summariter cognoscit, *l. 3. §. 9. h.* non admittendo exceptiones altioris indaginis: *l. 3. §. 13. h.* (β) *Ex iusta & probabili causa* seu *ex iure perfecto*, *l. 3. §. 11 17. h.* etiam ob delictum: *l. f. h.* (γ) *vtroque tempore*, litis contestatæ scil. & rei iudicatæ. *l. 7. §. vlt. h.*

4. (II) *Vt, alterum rem exhibendam possidere, probet actor*, quem in finem *argumenta* seu eius *notas* dicere debet. *l. 3. pr. h.* Sufficit autem probasse, alterum *naturaliter* possidere, *l. 3. §. 15.*

§. 15. l. 4. h. licet mala fide *l. 3. §. 11 h. l. 2. §. 1. expil. hered.* C. I. A. *h. n. 5.* Ergo heres, non qua *heres*, sed qua *possessor*, tenetur. Tenetur tamen ex dolo defuncti, quatenus hereditas locupletior eo nomine reddita. *l. 12. in f. h.*

5. (III) *Vt habeat facultatem exhibendi reus. l. 5. pr. h. l. 7. §. 3. h.* Alias cauere tantum debet se rem exhibiturum, si in potestatem suam peruenerit. *l. 5. §. 6. h.* Sic etiam per legem aliquando hæc facultas adimitur, quo casu hæc actio cessat *l. 6. in f. h.*

6. Si res propter *dolum* rei exhiberi non possit, *in subsidium* ad *interesse* reus tenetur, *l. 9. pr. & §. 4. h.* per iuramentum in litem determinandum; *l. 3. §. 2. l. 5. §. 2. h.* dolus enim pro possessore est. Culpa non sufficit; *l. 7. §. 5. h.* nisi res perierit propterea, quod non statim fuerit exhibita, & alter temere liti se commiserit. *l. 12. §. 4. h.*

7. (IV) Vt exhibeatur *in eadem causa*, *l. 9. §. 5. h. l. 6. h.* non deteriorata aut mutata; *l. 9. §. 3. h.* (V) aliquando etiam *ex accidente*, si reus post exhibitionem rem restituere paratus est *cum omni causa*; *l. 9. §. 6. 7. h. §. 3. I. de off. iud.* (VI) *sumtibus petentis. l. 11. §. 1 h.*

8. Denique (VII) *vt res possit in publicum exhiberi.* Hinc tantum respectu *mobilium* agi posse volunt. *l 56. de procur.* C. I. A. *h. n. 6.* Verum quid si *res immobiles* lateant? nec obstat quod, ita earum argumenta doceri non possint iuxta *l. 3. pr. h.*

nam

nam id non opus est, si iuste ea ignorantur. *l. 3. §. 7. h.* STRYK. *ad Lauterb. h. p. 279. verb. incognitæ.* HAHN. *ad W. h. n. 5.* BRVNN. *ad l. 8. in f. h.* THOMAS. *ad Hub. h. inf.*

9. Hodie etiam *solenni* actione non est opus, sed expeditius exhibitio petitur per *mandata compulsorialia*, SCHILTER. *ex. 20. th. 91.* vt tamen eadem requisita supponi debeant.

L. exhibere. 2 l. in hac actione. 3. pr. §. 2. 3. 7. 9. 11. f. l. nam & cum eo. 4. l. Gemma. 6. l. Tigni. 7. pr. §. 4 5. l. Iulianus scribit. 9 §. 5. l. sed. & si hereditas. 11. §. 1. l. de eo exhibendo. 12. §. 2. 3. 5. f. l. si liber homo. 13. l. si quis hominem. 17. l. ad exhibendum. 19.
Ex Cod. l. Neque. 3 l. ad exhibendum. 5. l. exhibitionis. 7. l. si res tua. 8. l. vlt.

Lib. XI. Tit. I.

De interrogationibus in iure faciendis, & interrogatoriis actionibus.

1. INterrogationes olim etiam *præparatorie* ab *actoribus* fiebant. Et quidem vel ad *fundandam actionem, l. 1. 2. 3. h.* iam antea competentem; vel ad *quærendam nouam*, cum *responsione* *sua*

sua reus adstringebatur tanquam ex quasi contractu. *l. 11. §. 9. h.* Hunc in finem *interrogatoria actio* erat comparata, quæ in desuetudinem iam olim abiit; *l. 1. §. 1. h.* sed non ita interrogationes pro *fundandis actionibus* iam competentibus. STRYK. *de prob. per interrog. aduers. §. 11. seqq. & 29.* Hæ & hodie vtiles esse possunt, ID. *§. 14.* præsertim si super titulo quis interrogetur. *l. 11. C. de petit. hered.* STRYK. *de necess. edend. tit. poss. c. 2.*

2. Iudex etiam, vbi æquitas id postulat, interrogare litigantes potest, *l. pen. h.* in quauis iudicii parte, etiam post *conclusionem in causa.* R. I. de *A. 1654. §. 41. inf.* STRYK. *de prob. per interrog. §. 31. seqq.* Vbi vero iudex non habet ius interrogandi v. c. in criminalibus, cessantibus indiciis, ibi responsio non nocet.

3. Ex hac *interrogandi* facultate inualuerunt post seculum XII. in foris POSITIONES, vt obseruaui *in iur. eccl. lib. II. tit. 5. §. 7. sq.* confirmatæ in *c. 6. de iuram. calumn. & clem. sæpe. de V. S.* Per has, præstito *iuramento dandorum*, actor ab altero elicere confessionem satagit, exigens ab eo iuramentum *respondendorum*, vt α) *confusa litis contestatio* & ϐ) *temeraria negatio* præcaueatur.

4. Modus procedendi per *positiones* est hic: (1) offerantur post litem contestatam; (2) in causis ciuilibus; (3) concipiantur de *facto*, quod probandum est; (4) non perplexe, nec (5) obscure

ſcure aut (6) alternatiue, multo minus (7) generaliter, quin potius (8) diſtincte, vel vt non contineant diuerſas quæſtiones. Sint quoque (9) *releuantes:* MEV. *3. D. 241.* (10) offerat ſe ponens ad *iuramentum dandorum.* Inde ponens poſitiones *veras* eſſe aſſerit, non qui *articulos* offert; MICHALOR. *de poſit. c. 3. n. 15.* reuocatio tamen *in continenti* permiſſa. STRYK. *c. l. §. 70.*

5. Ad has alter, quem *ponat* vocant, reſpondere debet (1) *ſimpliciter;* alias habetur pro confeſſo; *c. 2. de conf. in 6.* modo ſecundum vſum fori hæc pœna fuerit inſerta citationi: STRYK. *c. l. §. 77.* (2) *congrue:* (3) *rotunde* abſque omni appendice. R. I. *de Anno 1654. §. 49.* (4) *clare.* Præſtat etiam hic iuramentum *malitiæ*, & hoc vtrobique eſt neceſſarium, licet iam ante iuramentum *generale calumniæ* ſit præſtitum, MEV. *3. D. 176.* quod non debebat fieri.

TEXT. NOTAB.

L. 1 §. 1 l. Edictum. 2. l. voluit. 4. §. 1. l. ſi ſine interrogatione. 9. §. 5. 6. 7. l. de ætate. 11. §. 3. 4. 8. 9. l. confeſſionibus. 13. pr. l. vbique. 21.

Tit.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0316
DFG

Tit. II.

De quibus rebus ad eundem iudicem eatur.

1. *Causa principalis* in eo foro peragenda, in quo *præparatorie* ad *exhibendum* actum, vel *interrogationes* factæ. Huius ratio quærenda est in *continentia causarum*, vbi in *causa eadem* vel *connexa* ad eundem iudicem aliquando etiam *superiorem*, litigantibus omnibus communem, itur, non obstante *exceptione primæ instantiæ. l. 10. C. de iudic.*

2. Oritur talis continentia (I) ex *identitate causarum*, quando aduersus plures personas, veluti tutores, legatarios &c. diuersas iurisdictiones agnoscentes, vel de rebus pluribus, diuersis iudicibus subiectis, eadem competit actio, *l. 1. l. 2. h.* quæ haud diuidenda. *l. 10. C. de iudic.*

3. Hoc casu iudex omnium superior adeundus, modo (I) plures litis consortes vnum *superiorem magistratum* agnoscant. vmm. *ad proceſſ. diſp. 4. n. 22.* Hoc etiam locum habet, licet alias ad hoc *forum commune* quidam ex iis euocari nequeant, ob beneficium *de non appellando* vel *euocando.* stryk. *ad Lauterbach. h. pag. 282. V. habeat.* Foro communi deficiente, actio scindenda est.

4. Modo (II) actor causas non vltro separauerit, aduersariis tacentibus & non excipientibus. mynsing. *l. O. 97. in fin* Denique (III) actor non captiose adiungat alium reo principali,

vt saltem eum prima instantia defraudet. CARPZOV. *lib. 2. resp. 17.*

5. (II) Ex *connexione causarum* forum idem locum habet, quando vnum iudicium alteri ita cohæret, vt vel (α) illud *præparet*: veluti actio ad exhibendum, & rei vindicatio. Pariter vbi de *possessorio* actum, ibi *petitorium* quoque instituendum, nisi obstet defectus iurisdictionis in iudice. Vel (β) *explicet* atque liquidum reddat: veluti si plures adsint actiones, atque vni per alterum præiudicium fiat. MEV. *3. dec. 90. & 5. d. 234.* Sic etiam ex (γ) *accessorio* continentia oritur. MEV. *5. Dec. 355.* FRIDERVS *de continent. caus.*

Tit. III. (*VI. 2.*)

De seruo corrupto.

1. QVi seruum alienum dolose corrumpebat *quoad animum*, olim ex *secundo capite L. Aquiliæ* punitus fuisse videtur, quod in desuetudinem abiit, postquam ex dicto prætoris data fuit *pinguior actio*, ad *duplum* eius, quod actoris interest. Hæc singularia habet, quod (1) licet sit prætoria pœnalis, tamen *perpetuo* detur, *l. 13. pr. h.* nec (2) infamet *arg. l. fin. h.* quia *legi Aquiliæ* originem debet; imo (3) inter coniuges detur tantum in simplum. *l. fin. h.*

2. Quia vero *patria potestas* olim admodum rigida erat, vt liberi fere eiusdem sortis haberentur

tur cum seruis, *vtilis* actio ad liberos ab aliis corruptos extensa est. *l. 14. §. 1. h.* Praeterea hodie etiam Dd. hanc *actionem vtilem* applicant ad maritum, praeceptorem, magistratum &c. si hi, qui sub horum potestate sunt, corrumpuntur. conf. tract. *de action. sect. II. c. 1. §. 69. sq.*

3. Poterat quoque olim *extra ordinem* haec corruptio vindicari; *l. 5. D. de extraord. crimin.* hodie vero denunciasse magistratui expedit, vt *ex officio* inquirat. SCHILT. *ex. 21. th. 16.* Magistratui enim incumbit, ne scandala publica dissemineutur, vnde postea calamitates in re publica oriri possint. *N. 14. c. 1.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 4. l. in hoc iudicium. 10. l. Haec actio. 13. l. Vt tantum. 14. §. 1. l. vlt.

Tit. IV. (VI. 1.)

De fugitiuis.

1. DE his etiam *actiones personales* competebant SERVVS FVGITIVVS autem dicitur, qui discedit a domino *dolo malo* cum animo, ne vnquam reuertatur. *l. 17. de aedil. edict.* Ab hoc differt *erro*, qui pererrat quidem vrbem, animum tamen redeundi non deposuit. *cit. l. 17. §. 14.*

2. Varia de *fugitiuis* constituta sunt in iure, v. g. si ad barbaros fugiebant, poena erat pe-

dis amputatio. *l. 3 C. h.* Si pro liberis se gesserant, grauiter coercebantur, *l. 2. h.* data simul facultate, in prædiis alienis requirendi fugitiuum, & hos puniendi, apud quos delituerant, si criminis essent conscii. *l. 1. §. 2. l. 3. 4. h. l. pen. C. h.* Sed hæc quidem ad mores Romanos spectant,

3. Hodie si *famuli* aufugiant, exigere nequeunt partem mercedis futuri adhuc temporis, imo secundum ius antiquum Germanicum, *mercedem* prorsus amittunt, *I. P. S. lib. II. art. 32.* quod etiam per leges prouinciales passim confirmatum est, nisi iusta causa discedendi allegetur. *I. P. S. lib. II. art. 33.* SCHILT. *ex 21 §. 19. in not.* Quod vero ad *rusticos* & *proprios homines fugitiuos* attinet, horum persecutio non addiscenda est ex iure Romano, sed moribus propriis Germanorum. vid. MEV. Von dem Zustande, Abforderung und verwiederter Abfolge der Bauers-Leute.

Tit. V. (*III. 43.*)

De aleatoribus.

1. OCcasione *aleatorum* actiones personales variæ dantur, h. e. qui *ludis vetitis* operam dant. Tales sunt ludi *fortunæ* & certa ratione ludi *artis*, cum facile abire possint in lacrymas. *l. fin. C. h.* Illi demum permissi, per quos ciues inclarescere poterant, qui *virtutis ludi* vocabantur. *l. 2. h.*

2. Cau-

2. Cautum etenim, (I) ne, quod lusu perditum est, vnquam peti posset, quin, si perditum iam solutum est, conceditur *condictio ad 30. annos*, quæ non tantum ludenti, sed cuilibet de populo etiam, & maxime *fisco* competit. *l. fin. C. h.*

3. (II) Ne collusores exactionem habeant eius, quod ad lusum crediderunt; qui vero non collusit, pecuniam mutuatam condicere non prohibetur. vid. *l. 12. §. 11. mandat.* HAHN. *ad W. h. n. 4.*

4. (III) Episcopi & alii sacris officiis præfecti per triennium ab officio suspendendi, si tantum spectatores adfuerint. *Auth. interdicimus C. de episc. & cler.* SCHILTER *c. l. §. 21.* ZIEGL. *tr. de episc. lib. IV. c. 15.*

5. (IV) *Receptores lusorum* non habent actionem de damnis & iniuriis, *l. 1. pr. h.* bene tamen *collusores*, non exclusa coercitione publica. HVBER. *h. §. 2.* Imo domus aleatoribus præbita fisco cedit.

6. (V) Constituta quoque est actio pœnalis in eos, qui alterum ludere coegerunt, vel a ludo recedere volentem retinuerunt, & hi vel pœna pecuniaria multabantur, vel in vincula publica ducebantur. *l. 1. inf. l. 2. pr. h.*

7. Atque hæc olim ex optimis rationibus inter gentiles obtinuere. Hodie vero in plurimis rebuspublicis ludi tolerantur, & collusores fouentur: forsan *nationi Germanicæ* hoc connatum vitium dixeris, cum & ab antiquis temporibus Germani a ludendi pruritu notati fuerint. TACIT. *de*

morib. Germ. c. 24. Leges quædam antiquæ referuntur in *gl. ad art. 6. lib III. I. P. Sax.* Vnde condictio eius, quod lusu perditum est, non vbique competit: quin etiam nonnullis in locis datur simul exactio, accedente *transactione* vel *cambio.* STRYK. *in V. M. h. §. 9.*

8. Maior est fauor & æquitatis ratio in SPONSIONIBVS, quæ sunt *conuentiones conditionales, qua ab vtraque parte in euentum certum aliquid promittitur, vt conditione existente obligatio ad petendum efficax adsit.*

9. Eadem hic obseruanda sunt requisita, quæ in *pactis* & *conditionibus.* Proinde curandum, (1) vt *bona fides adsit.* Hæc respuit *dolum*, vt & varias *ambiguas locutiones* & *sophisticas interpretationes*, quæ hic non raro adhiberi solent: (2) *vt de re licita ineatur. l. 17. §. f. de P. V.* Sic vbi ludi sunt illiciti, non licita quoque eo nomine est sponsio. *l. 3. h. l. 5. pr. de naut. fœn.* SCHILTER. *ex 21. lit. b.* (3) *Vt non sit temeraria*, veluti de maxima parte bonorum.

10. Hodie cum *ex pacto* detur actio, non ambigitur, ex *sponsionibus* hisce quoque dari actionem: quodsi tamen tertio res sit commissa, vt victori restituat, tenetur eo nomine *actione P. V.* iuxta *l. 17. §. vlt. de P. V.*

11. De *vrnis fortunæ*, von denen Lotterenen, minor dubitatio est, quod permitti possint, si (1) ad bonum adhibentur finem: (2) absque fraude omnia procedunt: (3) autoritate publica con-

constituuntur. Subest enim in iis *emtio spei*; alias magis e republ. eliminandæ, vid. *Ord. polit. Sax. tit. 8. §. 2.*

12. *Iudicium sortis* fortunæ quoque species est, quod aliquando *in subsidium* adhibendum, vbi (α) nulla alia eluctandi via, vtpote si par omnium est conditio: (β) res est talis, quæ priuato subest arbitrio. Hinc sortes in *pœnis infligendis* & *electionibus* non facile adhibendæ.

TEXT. NOTAB.

LL. omnes sub hoc titulo notandæ sunt.
Ex. Cod. l. 1. Aluenum. l. vlt.

Tit. IV.

Si mensor falsum modum dixerit.

1. EX dolosa vel culposa RENVNCIATIONE FALSI MODI a mensore, qui finibus regundis adhibetur, facta, a prætore introducta est *actio in factum* contra mensorem ad id, quod interest. *l. 3. §. 1. h.*

2. *Mensorum* olim magna erat dignitas, SCHILTER. *ex. 20. §. 10.* vt veteres crederent, inter talem personam non locationem & conductionem, sed magis operam *beneficium*, & quod datur, *honorarium* esse. Hinc *ciuilem*

obligationem ex contractu hic deficere crediderunt ICti. *l. 1. pr. §. 1. h.* Prætor itaque in hoc defectu *actionem in factum* dedit, satis tamen abundeque mensorem coerceri putando, si *dolum* & *latam culpam* tantum coerceret. Ergo ad hanc non deuenitur, quam si *ordinaria* deficit. *l. 3. §. 2. 3. l. 5. §. 1. h. t.*

3. Est itaque hæc actio magis ex *delicto* seu *damno* per mensorem dato, licet non sit pœnalis, sed rei persecutoria; *l. 4. h. t.* vnde contra *heredes* non datur. *l. 3. §. 5. h. t.* Extensa est præterea ad eos, qui in ædificii, vini, frumenti, itinerisque latitudine & mensura fefellerunt. *l. 5. in f. l. 6. h.*

4. Hodie hac actione non esse opus putat SCHILT. *ex. 21. §. 24.* quod nostri agri mensores non *indistincte* sint in ea dignitate constituti, vt ex *locato conducto* conueniri nequeant. Et sic maior diligentia præstanda, imo datur actio etiam contra heredes, contra *l. 3. §. 5. h.* THOMAS. *ad Huber. h.* Hoc tamen limitandum esse censeo, nisi etiam hodie mensores, in *dignitate* constituti, adhibeantur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 1. l. vel per literas. 2. l. si duobus. 3 §. 1. 3. 5. l. Hæc actio. 4. l. si mensor. 5 §. vlt. l. vlt. §. 2. 4.

Tit.

Tit. VII. (*III. vlt.*)

De religiosis & sumtibus funerum, & vt funus ducere liceat.

1. SEquuntur *actiones personales de religiosis.* Religiosum locum quilibet *priuata auctoritate* olim faciebat, cui *sanctitatem* quandam inesse credebant gentiles, quod *manibus defuncti* esset dicatus. A. GELL. *de N. A. l. 4. c. 9.* Hinc oriuntur *iura manium.* CIC. *l. 2. de LL. p. m. 448.* IAC. GVTHER. *de iur. manium.* Requirebatur autem, (I) vt *cadauer* vel *præcipua pars hominis* esset illata. *l. 44. h.* MERILL. *lib. II. obs. c. 40.* Destinatio sola non sufficiebat: *l. 6. §. 1. h.* (II) In talem locum, vbi alicui esset ius inferendi, nec (III) alia ratione inferre prohibitum esset, veluti in vrbe, *l. 3. §. 5. de sepul. viol. l. 12. C. h.* (IV) & quidem *animo sepeliendi. l. 40. h.*

2. Sicuti vero olim fauorem summum habuit *religio funeris*, *l. 43. h.* ita *sepultura* quoque hodie ex causis naturalibus sua habet iura specialia, & imprimis celerrimæ est expeditionis, nullam admittens appellationem.

3. Hodie secundum *iuris canonici* principia, a Germanis recepta, *loca peculiaria* sepulturæ sunt destinata, vt nemo amplius sibi priuatum dormitorium *autoritate priuata* eligere possit.

STRYK. *ad I. eccl. Brunn. l. 2. c. 2. §. 12. verb, extra cœmeterium. Ius noſtr. Paroch. S. 4. c 2. § 13.* Ipſa tamen *cœmeterii* conſtitutio ad iura *epiſcopalia* inter proteſtantes referri non debet. STRYK. *de iure funer. c. 1. §. 11.* conf. *ius eccl. prot. ad tit. de ſepult.*

4. Sepulchra ſunt vel *publica* ſeu *communia*, quæ vt plurimum gratuita; vel *priuata* ſeu *ſpecialia*. Circa illa hodie ex *iure canonico* obſeruandum, (1) *ſepeliendum aliquem eſſe in eccleſia parochiali*, adeo vt etiam peregrinus ad inſtantiam cognatorum ad ſuam parochiam deferri poſſit, quo caſu nimis auare parochi, per quorum parochiam ducitur cadauer, funeralia exigunt STRYK. *de iur. fun. c. 1. §. f.* Magiſtratui tamen hoc denunciari debet, per cuius territorium ducitur. *l. 3. §. 4. de ſepulchr. violat. ius paroch. cit l. §. §.* (2) *Liberum tamen eſſe vnicuique, ſibi ſepulturam alibi eligere, c. 1. X. de ſepult. ius paroch. c. l. §. 8 ſeq.* niſi fuerit ſepultura indignus.

5. Eſt enim ſepultura vel *honeſta*, conſuetis ceremoniis adhibitis facta, de quibus tamen princeps diſponere, THOMAS. *de iure princ. euang. circa ſolenn. ſepult.* adeoque ſolennia illa remittere poteſt, vt tamen maneat *honeſta*: vel *inhoneſta*, quando quis vel absque ceremoniis *in pœnam* extra cœmeterium, vel prope marginem eius, vel etiam a carnifice in loco ſupplicii ſepelitur, quæ in ſpecie *aſinina* dicitur. Eſt vero *denegatio honeſtæ ſepulturæ* genus pœnæ *eccleſiaſticæ*

sticæ, adeoque in consistoriis de ea decernitur. Dissentit STRYK. *cit. l. §. 5.*

6. *Priuata* sepulchra sunt vel *familiaria* vel *hereditaria*. *Illa* sunt, quæ quis sibi & familiæ suæ constituit: *hæc* vero, quæ quis sibi heredibusque constituit, *l. 5. h.* & conseruantur quoque de *iure Rom.* illis, α) qui hereditatem repudiauerunt; β) qui exheredati sunt, *l. 6. h.* nisi testator hoc expresse prohibuerit: *cit. l. 6.* γ) non transeunt in heredes fideicommissarios, quod proprie *bonis hereditariis* non annumerentur *l. 42. §. 1. ad SCt. Treb.* Hodie in bonis sunt, atque possunt in alios quoque transferri & alienari, vt tamen maneant sepulchra. STRYK. *c. l. c. 3. §. 10. seqq.*

7. Cautum vero est, *ne quis in alienum locum inferat*; alias datur actio prætoria *in factum* domino loci, aduersus illicite inferentem, ad hoc vt uel cadauer tollat, vel loci pretium præstet, *l. 7. l. 8. h.* quæ actio tam heredi, quam in heredem competit. *l. 7. pr. h.* Socio sufficit *actio famil. herciſ.* vel *comm. diuid. l. 2. §. 1. h.* Quandoque etiam ad pœnam competit, si quis in locum publicis vsibus destinatum intulit. *l. 8. §. 2. h.* Vsus huius actionis in *priuatis sepulchris* esse potest. HAHN. *ad W. h. n. 4.*

8. Præterea quoque *actio* personalis *funeraria* datur ei, qui alienum funus terræ mandauit, aduersus eum, qui funerare debuit, ad sumtus repetendos. *l. 12. §. 4. l. 14. §. 17. h.*

9. Da-

9. Datur hæc actio contra eum, cui *cura funeris faciendi* incumbit, h. e. (I) ei, quem testator elegit, qui tamen ad hoc cogi nequit, nisi emolumentum a defuncto habeat. *l. 12. §. 4. h.* Hoc deficiente, (II) obligantur *heredes*, *c. l. l. 14. §. f. h.* & (III) in subsidium illi, qui *ad alimenta defuncto præstanda* obstricti erant. STRYK. *c. l. c. 3. §. 4.* Proinde si vxor dotem habet, ex qua sepeliri possit, maritus non tenetur ex bonis propriis vxorem sepelire. *l. 16. seqq. h.* E contrario filiæ in subsidium ex feudo funerandæ. &c.

10. Requiritur vero, (I) *vt funerans sumtus fecerit animo repetendi*: aliud est, si eos fecerit ex *pietate*, h. e. ex sola *affectione* vel *misericordia*, animo non repetendi impensas. *l. 14. §. 7. seqq. h.* SALMASIVS *ad ius Att & Rom. c. 25.* BYNKERSHOEK. *IV. obs. c. 22.* Illud parum refert, vtrum heres prohibuerit nec ne? cum magis *defuncti*, quam *heredis* negotium geri dicatur, *c. l. §. 13.* isque *ex suis bonis* funerandus sit. *l. 12. §. 3 h.* (II) *Vt alia deficiat actio. l. 14. §. 12. l. 15. h.* (III) *Vt sumtus sint intra modum facti.* Hinc non competit ei, qui nimis parcus fuit in contumeliam defuncti, *l. 14. §. 10 h.* vel etiam nimis immodice eos fecit, etiamsi testator ita voluit; *l. c. §. 6.* ineptæ enim voluntates defunctorum haud seruandæ. *l. 14. §. 6. h. l. 113. §. 5. D. de leg. 1. l. 27. pr. de condit. instit* Imprimis itaque hic respiciendum ad *dignitatem* & *facultates* defuncti. *l. 14. §. 6. h.*

11. Fu-

11. Funeris causa impensum videtur, sine quo honeste funus duci haud potuit, *l. 14. §. 3. l. 37. h.* vnde & commendationum funebrium expensæ imputandæ, *l. 14. §. 4. h.* CIC. *de leg. lib. II. p. m. 450.* de quibus cognoscit iudex secularis. Hæ expensæ omne creditum præcedunt, *l. 45. h. l. 17. de reb. autor iud.* quibus tamen non annumerandæ in vltimum morbum factæ. BODIN. *de non præfer. sumt. vlt morbi.*

12. Denique si quis impediebatur, mortuum in suum locum inferre, ei dabatur *actio prætoria in factum aduersus impedientem ad interesse*, & quia rei persecutoria erat, heredi & in heredem quoque dabatur. *l. 8. §. 1. l. 9. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. locum. 2. §. 1. 4. 5. 6. l familiaria. 5. l. is qui intulit. 7. l. ossa 8. pr. §. vlt. l. etsi quis. 14. §. 6. 7. & 10. 12. f. l. in eum. 16. l. Celsus scribit. 22 l. quodsi nulla 28. l. minime. 35. l. Diui fratres 39. l si plures. 41. l. sunt personæ. 43. l cum in diuersis 44. l. impen. sa. 45.

Ex Codice l. legatum. 3. l. si sepulchrum. 4. l. militis. 5. l. ius familiarium. 8. l. obnoxios. 11. l. mortuorum. 12. l. 19. l. sepulchri. 13.

Tit. VIII

De mortuo inferendo & sepulchro ædificando.

1. EOdem in casu, qui §. *vlt. tit. præced.* explicatus est, datur etiam interdictum *possessorium, ne vis fiat ei, qui mortuum in suum locum, quem possidet, inferre vult, l. 1. pr. h.* si vel maxime *per indirectum* prohibeatur. *l. 1. §. 3. h.* Datur ex fauore religionis etiam illis, quibus opponitur, quod locum religiosum faciendi ius non habeant. *l. 43. de relig. & sumt. fun.*

2. Aliud interdictum est de *exstruendo sepulchro*, quo prohibet prætor vim fieri ei, qui sine dolo malo ædificare monumentum in suo loco intendit. *l. 1. §. 5. h.* Solebant enim Romani amplissima monumenta exstruere, vt etiam in iis commorari liceret. *l. 3. de sep. viol. l. 71. §. 2. de cond. & dem.* CIC. *cit. l.* AMAYA *lib. I. obs. VI. n. 5. sqq.*

3. Tandem quoque *lege regia* cautum, ne quis mulierem, quæ prægnans mortua sit, humaret, antequam partus ei excideretur, qui contra fecerit, *spem animantis cum grauida peremisse videtur. l. 2. h.*

TEXT. NOTAB.

L. Negat. lex regia. 2. l. longa. 4.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0330
DFG

Lib. XII. Tit. I. (*IV. 1. 2.*)

De rebus creditis.

1. CREDENDI appellatio generalis est, complectens omnes *contractus l. 1. h.* CONTRACTVS autem, quatenus *pacto* stricte dicto opponitur, est *conuentio forma specifica & certa simulque speciali nomine constans & commerciis gentium inseruiens*, quo sensu dicitur habere *nomen* aut *causam. l. 7. §. 1. & 2. de pact.*

2. Sunt vero contractus vel *veri* vel *quasi*. *Illi* dicuntur, qui *mutuo consensu*, siue *expresso* siue *tacito*, constant; in *his* obligatio magis ex *re*, quam *mutuo consensu* nascitur. *l. 46. D. de obl. & act.* vid. *tit. de pact. §. 15.*

3. Veri contractus sunt vel *nominati* vel *innominati*. *Nominati* propter definitam in iure naturam in *peculiare nomen* contractus transeunt, & in foro Romano determinatam actionem & sic specialem formulam præscriptam habebant; HVBER. *tit. de præscr. verb. §. 2.* HENNIG. *ad Grot. lib. 2. c. 1. §. 2.* Secus ac innominati, de quibus infra *lib. XIX.*

4. Nominati omnes quidem *consensu* constare debent; alii tamen præter illum ad sui *constitutionem* requirunt *traditionem rei*, & hinc *reales*; alii *scripturam*, hinc *literales*: alii *verba*, hinc *verbales* dicuntur. Denique quidam subsistunt in *solo consensu*, quamuis *speci-*

specifico & *determinato* ad certum obiectum, hinc *consensuales*.

5. Apud Germanos hæc distinctio *simpliciter* non occurrit, quippe qui *consensui causam proximam* obligandi tribuerunt; hinc eatenus illa recepta dici nequit, quatenus ad producendam obligationem vltra *consensum* aliquid iure Romano exigitur. STRYK. *de proband. vers. cred. §. 3. & 4.* Sic reales contractus *primario* ex rei *traditione* obligationem capiebant. *l. 17. pr. de pact.* ex quo fluit decisio *l. 11. §. 1. h.* quæ tamen hodie, vbi simpliciter ad *consensum* respicimus, aliter facienda. BRVNNEM. *ad cit. l. n. 8.* Idem iudicium de *l. 34. pr. mand.* ferendum.

6. Stricto sensu vox *crediti* tantum refertur ad *mutuum*, quod inter reales primo loco eminet, *estque contractus realis, quo res fungibilis ita alteri datur, vt eadem in genere restituatur.*

5. In mutuo requiritur. (I) *vt dans habeat dominium rei fungibilis;* quod hic transfertur, *l. 2. §. 4. h. t. l. 4. C. h.* & sic in re *aliena* fungibili non contrahitur mutuum, sed *exstans* vindicari *consumta* vero b. f. a pristino domino condici, vel ad exhibendum agi potest, si dolus interuenit. *l. 11. in fin. l. 13. h.* SORTIS *dominium* tamen creditori tribui potest.

8. (II) *Vt habeat liberam administrationem rerum suarum;* pupilli mutuum non valet; interim consumta res *condictione sine causa* repetitur. *l. 19. §. 1. h.* Olim quoque magistratus

tus ex singulari ratione mutuum dare non potuit, *l. 34. §. 1. h.* secus ac hodie.

9. (III) *Vt res tradatur ex certa scientia. l. 30. h.* Requiritur itaque *traditio, vera* vel *ficta, l. 15. l. 11. h. breui manu*, olim inter præsentes facta, *l. 79. de V. obl. l. 34. pr. mandati l. 43. §. 2. de furt.* etiam si tertius suam pecuniam *meo nomine* dedit, vt mihi acquiratur actio, contra *regulam iuris antiqui. l 2. §. 4. l. 9. §. 8. h.* Si *error* in *acceptione* adsit, si quidem consentiant in *translationem dominii*, licet in *titulo* dissentiant, transfertur dominium: *l. 18. pr. h. l. 36. de acq. rer. dom.* si dissensus adest ratione transferendi dominii, res extans *vindicari*, consumta *condici* potest. *l. cit. 18. §. 1.* HERT. *de conuent. domin. translat. §. 17.*

10. (IV) *Vt accipiens se obligare possit, l. 30. h. vel alia ratione mutuum accipere non prohibeatur*, vt filiusfamilias ob SCtum Macedonianum. *l. 12. §. 11. mand.* Imo si *alieno nomine* mutuum accipitur, non aliter obligatur principalis, quam probata *versione*, vel *mandato* aut *ratihabitione. l. 1. §. 9. de exercit. act. l. f. eod.*

11. Proinde (1) in *ciuitate* distinguendum, vtrum ipsa *ciuitas*, an eius *administratores* contraxerint? Prius fit, si vel *tota vniuersitas*, vel hi, qui eam *repræsentant*, MEV. *8. D. 162.* vel *Syndicus* ad mutuum accipiendum constitutus, contraxerint; MEV. *5. Dec. 384.* quo casu ipsa ciuitas *simpliciter* obligatur. Posteriori casu non aliter, quam *probata versione: l. 27. h. c. pen. X. de fideiuss.* qua non probata, ipsi adminis-

ſtratores ſoli obligantur. STRYK. *de caut. C. S. 2. c. 1. §. 3. ſeqq.* Idem (2) dicendum de mutuo a tutoribus *nomine pupilli* accepto, vbi itidem probanda verſio. *l. 3. C. quand. ex facto tut.* (3) Adminiſtratores eccleſiæ ex mutuo non aliter poſſunt obligare eccleſiam, quam probata *verſione* vel mandato ſpeciali. *auth. hoc ius porrectum. C. de SS. eccleſ.* conf. *ius eccl. prot. lib. III. tit. 16. §. 40.* (4) Magiſter nauis mutuum citra mandatum accipiens dominum demum obligat ex *verſione*, *l. f de exerc. act.* quod etiam (5) de ſocio dicendum. *l. 82. pro ſoc.*

12. (V) *Res alteri tradatur fungibilis*, ſeu quæ vſu eſt abſumtibilis vel *per ſe* vel *per accidens*, modo etiam detur, *vt fungibilis*, cum etiam hæc *vt certa ſpecies* dari poſſit. THOMAS. *de pret. affect. in res fungib. non cad. c. 1. §. 16. ſeqq.* Dicuntur etiam *quantitates*, ſeu *pondere*, *numero & menſura conſtare*, hoc ſenſu, quod non aliter in commercium veniant, nec aliter certum indiuiduum fiant, niſi *pondere*, *numero*, & *menſura*. Conf. tr. *de Action. S. II. c. 8. §. 3.*

13. (VI) *Accipiens ſe obliget, ad rem fungibilem in genere reſtituendam.* In hoc differt a contractu *vitalitio*, vbi ſors morte creditoris perit, & ideo creditor maiores vſuras percipit. STRYK. *de C. C. cit. l. §. 33.* Per accidens aliquando eadem res *in ſpecie* reſtitui poteſt.

14. Re-

14. Restitutio autem fieri debet (α) *legitimo tempore*, scil. quod expressum est: alias vtilis est *resignatio*, quia absque hac aduersus debitorem *executione* procedi nequit. MEV. *ad I. Lub. t. 8. art. 12. n. 11.* ID. *p. 1. D. 73. & 3. D. 144.*

15. (β) *In eadem quantitate.* Quod vltra sortem promissum, non debetur. *l. 11. §. 1. h.* Hodie omnino debetur *vi pacti*, si vsuraria prauitas deest. STRYK. *de prob. vers. cred. c. 1. §. 8.*

16. (γ) *In eadem qualitate & genere.* In pecunia tamen (a) magis ad *quantitatem*, quam ad *idem nummorum genus*, quod numeratum est, respicitur, nisi *certa species nummorum* restituenda promissa, *l. 3. h.* Praeterea (b) in nummis *qualitas* propter mutatam *bonitatem externam* vel *internam* variare potest, adeoque ad illam, quae fuit *tempore contractus*, respiciendum, quia *eatenus* quis obligatur, *quatenus* res interuenit, BERGER. *in resol. LL. h. p. 177.* quae sententia quoque in Saxonia alibique *indistincte* obtinet. vid. *constit. Sax. p. 2. const. 28. ibique* CARPZ. *def. 4. 5.* Consultum tamen (c) est, ad omnes lites euitandas, exprimere in chirographo *aestimationem* cuiusque thaleri. STRYK. *c. l. §. 12.* Denique (d) si *aliarum rerum fungibilium*, quae forsan ob defectum restitui *in genere* nequeunt, aestimatio praestanda, ad *praesentis temporis*, quo agitur, aestimationem respiciendum. *l. 22. h.*

17. Ex hoc contractu creditori datur *condictio certi ex mutuo* aduersus debitorem, ad id præstandum, quod in obligatione continetur. Hodie vero si mutuum in *chirographum* coniectum, illudque *liquidum* est, in Saxonia ad *recognitionem* vel *iuratam diffessionem* agitur, & mox decernitur *executio:* vel secundum *R. I. de anno 1654. §. 174.* petitur *mandatum de soluendo sine clausula*, cuius rationem euolui in tr. *de action. S. II. c. 8. §. 7.*

18. Moris etiam olim fuit, super mutuo *cautionem seu solenne chirographum* conficere, vt docet *l. 40. h. t.* si de *domo* vel *ex arca domini* pecunia numerabatur, cui opponebatur *mensæ scriptura*, si per *argentarios* numerabatur. DONAT. *ad Adelph. Terent.* HORAT. *lib. II sat. 3. vers. 69. 70.* Vtroque casu obligatio *simpliciter* ex *literis* oriebatur. Non vero sufficiebat scriptura quæuis *vulgaris*, *probationis gratia* adhibita, *l. 4. de fid. instrum. l. 4. de pignor.* sed *solennibus verbis* concepta debebat esse cautio, ex qua demum, sicut ex *stipulatu*, actio oriebatur, cum talem adhibens sciebat, se scriptura obligari, *Tr. de act. S. I. c. 3. §. 33. sqq.*

19. Erat itaque *contractus* CHIROGRAPHARIVS, *quo debitor scriptura solenni se obligabat ad dandum vel faciendum.* Si super *mutuo* initus erat, requirebatur, vt in solenni cautione *confessus esset, sibi pecuniam ex mutuo fuisse numeratum, cum obligatione adiecta, se illam rem legitimo tempore restituturum. l. 40. h. t.*

20. Re-

20. Requirebatur ergo hoc casu, (1) vt scriptura contineret *confessionem acceptæ pecuniæ*, (2) cum promissione *restitutionis*: (3) vt scriptura concepta *verbis solennibus*: haud. (4) *suspecta* de falso: denique (5) *causa debendi* adiecta esset: *l. 40. h.* alioquin nulla inde oriebatur obligatio. *l. 25. in f. de probat.* STRYK. *de caut. contr. S. 2. c. 7. §. 4.* Neque enim *specialis* contractus erat, sed *modus generalis*, alia promissa confirmandi, ad instar *stipulationis*.

21. Et quidem *iure veteri causa debendi quæuis*, non vero duntaxat *mutui* & *dotis*, in hunc contractum veniebat, *nouatione* quadam interueniente. THEOPHILVS *in paraphr. §. ad tit. de liter. oblig l. 17. C. de fid. instrum. l. 25. l. 31. in f. C. de donat.* Scriptura *vulgaris* adhibita *vim probandi* tantum habebat, donec contrarium probaretur, quæ probatio biennio inclusa non erat.

22. Verum hic contractus iam tempore IVSTINIANI in vsu esse desiit. In locum eius hic substituit *cautionem* super *mutuo* vel *dote* confectam, *l. 5. 6. 11. 13. C. de non num. pec. l. f. C. de dot. caut. non num.* qui quidem *probationis causa* adhibetur, *ex accidente* tamen obligare incipit, quod post tempus præfinitum de *pecunia non numerata* amplius queri nequeat. *§. vn. §. de literar. oblig.* Proinde in scriptura super *mutuo* confecta requiritur, *vt intra biennium, propter numerationem non factam, nulla mota fuerit querela.* Intra *biennium* contra hanc scripturam opponi potest exceptio *non numeratæ pecuniæ*,

vt creditor numerationem aliunde probare debeat. *l. 3. 10. C. de non num. pec.* De hoc tamen non sine ratione dubitat ZOLLIVS *de except. non num. pecun. th. 5.* propter *l. 25. in f. de prob. l. 13. C. de N. N. pecun. l. 2. C. si pign. conu. l. 1. C. de cond. ob turpem cauſ.* atque *cit. l. 3. & 10.* de *ſcriptura indiſcreta* accipit. Vnde 1) vtile eſt, numerationi adhibere teſtes. *auth ſi quis vult caute C. qui potior. in pign.* Qui vero 2) doloſe numerationem ſibi factam falſo inficiatur, conuictus condemnatur *in duplum. auth. contra C. de N. N. pec.* Imo 3) intra biennium querela non numeratæ pecuniæ moueri, vel chirographum condici poteſt. *l. 14. C. de non num. pec.*

23. In *dote cauta* & *non numerata*, ſoluto intra biennium matrimonio, opponi poteſt hæc exceptio intra *annum*. Si poſt *biennium*, ſed intra *decennium*, intra tres menſes: poſtea plane ceſſat. *auth. quod locum habet. C. de dot. caut.* In apochis vero intra 30. tantum dies, poſt expoſitionem connumerandos, opponi poteſt. *l. 14. §. 2. C. de N. N. pec.*

24. Currit hoc tempus *maiorenni* a tempore interpoſitæ cautionis: *l. 14. pr. § fin. C. de N. N. pec. minori* poſt *minorennitatem* completam. *l. fin. C. in quibus cauſ. in integr. reſt.* Vnde vtile eſt, intra biennium proteſtari de non numerata pecunia; ſic enim exceptio ei & heredibus datur ad 30. annos. *l. 8. C. de N. N. pec.*

25. Biennio præterlapſo, abſolute ad ſoluendum condemnatur, ceſſante exceptione N. N. pecu-

pecuniæ, *l. 8. 10. 14. pr. & §. 3. C. de N. N. pec.* licet debitor contrarium probare velit *l. 3. C. eod.* Vnde nec iuramentum amplius deferri potest, *l. 14. §. 3. C. de non num. pec.* deficiente omni *probandi* facultate. In praxi tamen debitorem admittunt, si hanc exceptionem probare paratus est, ergo & iuramentum deferri potest: quo posito hæc noua species contractus chirographarii in Germania non est recepta.

26. Quod si post cautionem interpositam semel debitum *agnouerit*, *l. 2. & 4. C. eod.* per se iam cessat hæc exceptio; sed *renunciatio* huius exceptionis in instrumento facta, licet iurata sit, debitori non præiudicat. STRYK. *de caut. contr. cit. l. §. 10. seqq.* STRVV. *in dec. Sabb. c. 13. dec. 15.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. mutuum. 2. §. 1. 3. 4. l. cum quid. 3. l. quod te. 5. l. certum est 6. l. certi condictio. 9. pr. §. 8 9. l. quod si. 10. l. Rogasti 11. pr. §. 1. l. si a furioso. 12. l. si filius fam. 14. l. singularia. 15. l. si ego pecuniam. 18. l. non omnis. 19. § 1 l. vinum. 22. l. creditor. 25. l. ciuitas 27. l. qui pecuniam, 30. l. si & me & Titium. 32. l. periculum. 35. l. lecta 40.

Ex Codice l. neque. 1. l. si absentis. 4 l. si ex pretio. 6. l. non vnde. 7 l. si pro mutuo 8 l. eo quod. 10. l. incendium 11. l. cum qui. 13 *si cert. pet* l. si pecuniam 1. l. minore 2. l. si ex cautione. 3. auth. contra qui l. aduersus. 5 l. si quasi 7. l. asseueratio 10. l. si transactionis. 1 l. generaliter. 13 l. in contractibus. 14. l. indebiti. 16. *de non num. pec.*

Tit. II. (IV. 1.)

De iureiurando siue voluntario, siue necessario, siue iudiciali.

1. IVSIVRANDVM *est assevueratio religiosa, animo iurandi facta, rei alicuius, adhibita inuocatione Dei in testem & vindicem.*

2. Vt legitime præstentur iuramenta, requiritur (I) *grauissima necessitas*, quæ in *iudicialibus* vtplurimum adest. *l. 1. h.* Nec enim facile, & sic *regulariter* non sunt præstanda, nec *expetenda* aut *commendanda*, more iudæorum, quod Christus reprobat, *Matth. V. 33. seqq. Iac. V 12. c. 2. C. 22. q. 1. c. 5. eod.* maxime si nihil operari possunt. conf. *tr. de iur eccles. protest. lib. II. tit. 24. §. 16. seqq.*

3. Iurandum (II) *per verum Deum*, quia solus est (α) *omniscius* & (ε *omnipotens*: non per creaturas, nisi *implicite* intelligatur creator; *Matth. XXIII. 6 & seqq.* multo minus per *Angelos* & *sanctos*, contra *nov. 8. inf.* quamuis si cum gentili vel alterius religionis homine nobis res sit, in casu *necessitatis vrgentissimæ* accipi eo modo possit, quo illud præstari solet. *l. 5. §. 1. h.*

4. (III)

4. (III) *Inuocandus est Deus in testem & vindicem.* In hoc consistit ratio formalis iuramenti: sola *inuocatio Dei in testem*, aut sola *religiosa assertio* iuramentum non constituit, & sic frustra prouocatur ad PAVLVM *Rom. I. 9. IX. 1. ad Philip. I. 8. 1 Thess. II 20. 1 Tim. II. 7. 1 Cor. II. 1. 2 Cor. II.* 31. conf. *cit. tr. lib. II. tit. 24. §. 6.*

5. (IV) *Adsit animus iurandi*, qui adesse censetur, quando alter iuramentum sibi præstari postulat. Impia est (α) *reseruatio mentalis*, si quis verba iuramenti profert absque animo iurandi; *quacunque enim arte verborum quisque iuret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, hoc ita accipit, sicuti ille, cui iuratur, intelligit. c. 9. C. 12. q. 5.* STRYK. *de iur. sens. diss. 10. c. 3. num. 6. seqq.*

6. Ex quo porro fluit, (β) *interno affectu* etiam iurari posse, licet *verba* non accedant, modo alia signa idonea adsint, quod in *muto* euenire potest. BACHOV. *ad Treutler. disp. 21. th. 1. lit. a.* HILLIGER. *ad Donell. l. 24. c. 13. lit. b.* (γ) Quælibet alia verba sufficere, quæ *animum iurandi* indicant, veluti *promissio in vim iuramenti*: MEV. *I. D. 146.* STRYK. *de vsu iur. in iud. §. 14.* item si quis aliquid asseuerat, sub *perditione animæ suæ. l. 5. pr. h. t.*

7. Vt tamen eo *religiosor* asseueratio fiat, *certam formulam* & *solennitates* requisiuerunt iudicia nostra, vnde nascitur *iuramentum solenne*, & vbi hoc *ad essentiam negotii* requiritur, supra

dictæ formulæ *in foro ciuili* non habent *effectus ciuiles*. SETSER. *de iuram. lib. 1. c. 16 n. 17.*

8. Variant hæ solennitates pro negotiorum grauitate. In criminalibus plures in quibusdam locis desiderantur. Formula inter tres in Germania receptas religiones hæc probata est: So wahr mir GOtt helfe und sein Heil. Evangelium. *R. J. de anno 1555. §. 106.* Præmittitur ordinarie *auisatio de periurio* vitando, adhibito quandoque ministro ecclesiæ. STRYK. *de I. sens. diss. 7. c. 1. n. 16. seqq.* LVDOVICI *diss. de solenn. iuram.* Remitti hæc formula iis debet, quibus per religionis suæ principia iurare non licet. VOET. *h. t. §. 2. in f.*

9. (V) *In iurante adesse debet intellectus & sinceritas.* Vnde (α) minores admitti possunt; *auth. sacramenta puberum. C. si adu. vendit.* (β) iurans rem ipsam, de qua iurat, intelligere: (γ) *dolus* & *vis metusque* ab omni iuramento abesse debet; alias non obligat; *c. 28. X. h. t. c. 2. de pact. in 6.* quamuis ius canonicum hoc casu *relaxationem* desideret: *c. 1. 15. X. h. c 2. X. eod.* (δ) suspecto de periurio ægre a *iudice* iuramentum deferri potest. *c. 5. C. 22. q. 5.* SETSER. *de iuram. l. 4. c. 3. n. 11.* MEV. *P. 4. dec. 118.*

10. (VI) In obiecto requiritur *iustitia*, *c. 28. X. de iurei.* ne fiat vinculum iniquitatis. *c 5. C 22. q. 4. c. 18. sqq c. 22. q. 5.* Hinc etiam de illis non iurandum, quæ non dependent ex dispositione hominum.

11. (VII)

11 (VII) *Veritas* seu conformitas linguæ cum mente. *c. 26. X. de iurei.* Ex quo tamen non negatur iuramentum *credulitatis.* Nam & tunc *veritas ethica* adest, quoties quis de facto alieno iurat, quod credit ita esse. Alioquin *periurium* committitur, quod *pœnis humanis* etiam subiacet, *l. 13. §. 6. h.* si in præiudicium reipubl. vel tertii tendit. *l. 22. D. de dol. l. 41. C de transact.* STRYK. *de abbreu. proceſſ. per pœn. mendac. §. 33.*

12. Ita comparatum iuramentum vires habet. Et quidem *assertorium* vim *probandi* obtinet: *promissorium* vel *confirmatorium* obligat & stringit *conscientiam* iurantis, vt & *heredum*, FRANZK. *lib. II. ref. VI. n. 28.* quamuis non quoad *pœnam periurii*, si modo *status rei non fuit mutatus. l. f. qui satisd. cog. c. 25. X. h. t.* Ceterum ex eo *de iure ciu.* nulla *noua obligatio* inducitur; sed sequitur naturam negotii, *l. 5. C. de LL.* excepto iureiurando extraiudiciali. *Nouam obligationem* ei addidit *ius canonicum* in actibus *nullis* (quamuis satis improuide, vid. *ius eccles. protest. lib. II. tit. 24. §. 22.*) *c. 2. de pact. in 6. c. 28. X. h.* Vnde hodie exinde datur *actio* & *exceptio*, vt euici *cit. tr. §. 33. seqq.*

13. Iuramentum *assertorium* præstatur vel *extra iudicium*, vel *in iudicio.* Illud dicitur *voluntarium*, de quo primario *h. t.* agitur. Fundatur in *conuentione* quadam seu *transactione*, adeo vt, quæ alias in *pactis* & *transactionibus* attenduntur, hic quoque desiderentur. *l. 17. pr. h.*

14. Ex

14. Ex hoc iuramento a *creditore* vel *actore* præstito datur *actio in factum prætoria personalis aduersus illum, qui detulit, ad præstanda illa, quæ in iuramentum sunt deducta.* Hæc tamen actio priorem non tollit, sed ei accedit. *l. 5. §. 2. h. l. 11. §. 1. h.* Si *debitori* vel *reo* delatum est, *exceptio iurisiurandi* inde datur, §. 4. *I. de excep.* litis ingressum impediens, si de illo statim constat. *l. 7. §. 9. pr. h. c. 1. de litis contest. in 6.* DONELL. *l. 24. c. 9. & seqq.*

15. In *iudicio* varia iuramenta sunt recepta. Primo loco occurrit iuramentum IVDICIALE der Haupt-Eyd, *quod pars parti defert in iudicio, iudice approbante.*

16. Defert (I) is iuramentum, (α) *cui probatio incumbit, l. 25. §. pen. de condict. indeb. l. 35. pr. h. l. 12. de reb. cred.* quatenus (β) *ei de re controuersa transigere integrum est. l. 17. §. 2 h.* etiamsi alias non facile admittatur ad iuramentum præstandum, qualis est *infamis* & *de periurio suspectus*, BRVNNEM. *de processu c. 23. n. 4.* Habentur etiam hoc loco pro dominis tutores & curatores & procuratores vniuersorum bonorum, vel cum libera. *l. 17. 18. 19. l. 34. §. 1. l. 35. h.*

17. (II) *Deferendum illi, ad quem causa spectat, & qui notitiam eius qualemcunque habet,* non habito respectu *personæ, sexus, ætatis* aut *morum l. 20. pr. h.* Si ergo 1) pupillo defertur, illius præstatio, differtur ad annos *plenæ pubertatis*, nec *tutor* inuitus pro pupillo iurare aut refer-

referre iuramentum tenetur, MEV. *p. 7. D. 385.* quod etiam de procuratore & defensore dicendum. *l. 34. §. 3. h. 7. S. P. lib. I. art. 46.* Nec 2) *heres* subire tenetur iuramentum *veritatis*, quod super *facto proprio*, ab herede iuste ignorato, defunctus præstare debuit, *l. 12. C. h.* quamuis aliquando *iuramentum credulitatis* præstare debeat, si deferens omni alia probatione destituatur. CARPZOV. *P. 1. C. 24. d. 6. seqq.* Aliquando etiam 3) si iuramentum iam susceptum a defuncto fuit, *ex iustissimis circumstantiis mors* habetur loco *iuramenti.* STRYK. *diss. de morte loco iurisiurandi.* 4) *Ciuitati* vel *collegio* delatum præstatur ordinarie per seniores, MEV. *3. dec. 54. 7. D. 388.* quin etiam vnus ex pluribus consortibus in causa communi admittitur. ID. *1. D. 237.*

18. (III) *Causa sit* (α) *ciuilis*, vtut *famosa* fuerit, *l. 5. §. 8. l. 11. §. 1. de iniur.* & (β) talis, *in qua non præcise requiritur probatio luce meridiana clarior:* in criminalibus & matrimonialibus *contra matrimonium* hoc iuramentum non admittunt, modo constet de *matrimonio* iam *contracto.* HEIG. *lib II. qu. 16.* Aliud si super solis sponsalibus lis sit. *tr. de iur. eccles. protest. lib. II. tit. 24. §. 60 seqq.* IO. SAMVEL STRYK. *dissert. de delat. iuram. in matrim.*

19. (IV) *Deferens præstare debet iuramentum calumniæ:* alioquin delatum non præstandum. *l. 37.*

l. 37. h. nisi iudex iustam illud remittendi causam habeat.

20. (V) *Deferendum, antequam terminus probatorius elapsus fuerit;* est enim *species probationis. l. 5. §. 2. l. 14. §. 3. C. de N. N. pec.* FABER. *in C. tit. de reb. cred. def. 28.* Hoc non præstituto, non nocet, si probationem actor iam aggressus est, a qua rursus desistere potest. FRANZK. *h. n. 108.* In Saxonia ante L. C. deferendum.

21. (VI) *Legitimo modo præstandum.* Ante omnia (α) præmitti *sententia confirmatoria*, illaque transire in rem iudicatam debet, (ℭ) & ad instantiam deferentis alter ad iurandum citandus. In *Saxonia elect.* postquam sententia in rem iudicatam transiit, olim *intra octo dies* iurare iussus se offerre & petere debuit, citari actorem ad iuramentum calumniæ, & videndum iurare, CARPZ. *P. 1. C. 12. def. 6. 19.* quod per *emend. ord. proc. Sax. tit. 18. §. 7.* correctum.

22. Ordinarie (VII) præstandum est *in iudicio l. 12. pr. §. 4 C. h.* in *persona propria: l. 12. C. h. J. P. S. lib. 1. art. 46.* nonnulli *ex priuilegio* domi etiam id præstare possunt, *l. 15. h.* quo pertinent infirmi, senes, MEV. *3. Dec. 421. & 422.* & personæ egregiæ. DONELL. *l. 24 c. 22.* ibique HILLIG.

23. Delatum iuramentum vel (α) est *suscipiendum.* Hoc facto, præstandum est *præcise*, nec suscipiens aliis probationibus vti potest, nisi *sub conditione* susceperit. MEV. *6. Dec. 167.* Nec re-

reuocari illud amplius a deferente poteſt, ID. 2. *D. 93.* niſi ob nouas ſuperuenientes probationes. *l. 11. C. h.* Præſtandum eſt in ea forma, in qua delatum, *l. 3 §. f. h.* niſi deferens illud remiſerit, quo facto habetur pro præſtito in cauſis *priuati arbitrii. l. 6. h.* MEV. *4. D. 262.* HERT. *de paræm. iur. l. 1. par. 32.*

24. Vel (ε) *probatio* loco iuramenti ſubeunda, quod fieri poteſt, antequam illud ſuſceptum fuerit. Si in probatione deficit, *præciſe* iurare debet. MEV. *6. D. 168.* Quod *in Saxonia elect. per emend. proc. ord. tit. 19.* correctum.

25. Vel (γ) *iuramentum* referendum, id quod vt fieri poſſit, neceſſe eſt, vt *is, cui refertur, æque notitiam rei, de qua iurandum, habeat. l. 34. §. 8. h. l. 11. §. 3. ſeqq. de action. rer. annot.* Procurator tamen absque *ſpeciali mandato* id referre nequit CARPZ. *l. 3. t. 1. R. 11. n. 4.* Si neutrum horum in *termino* fiat, habetur contumax pro *confeſſo* & *conuicto. l. 34. inf. l. 38. h. J. P. S. lib. 2. art. 11.*

26. Iuramentum hoc præſtitum habet vim *rei iudicatæ. l. 2. D. h. l 8. C. h.* appellatione prorſus excluſa, *l. 12. §. 3. C. h.* MEV. *1. D. 147. & 3. D. 47.* vt nec nouæ probationes contrariæ admittantur, *l. 31. h. l. 1. C. h.* excepto caſu *in l. f. C. h.*

27. Alterum iuramentum litis deciſorium eſt NECESSARIVM, *quod ob inopiam probationis iudex etiam non rogatus defert actori vel reo, c. 2. X. de prob. l. 3. l. 12. C. h. l. 31. h.* & ni deferat, appellari poteſt. MEV. *3. D. 417.*

Eſt-

Estque vel *suppletorium* vel *purgatorium. c. f. X. de iurei.*

28. SVPPLETORIVM est, *quod iudex defert, qui semiplene vel plus quam semiplene probauit.*

29. Hinc requiritur, (I) *vt semiplene admi. nimum probatum sit*, veluti per duos testes inidoneos, MEV. *3. D. 402.* vel per vrgentes præsumtiones, ID. *7. D. 375.* & *3 D. 402.* vel per libros mercatorum. (II) *Vt probatio hæc non sit elisa.* (III) Persona sit *fide digna.* MEV. *4 D. 118.* (IV) *Causa sit ciuilis* non *ardua*, de qua iudex arbitratur. MYNS. *4. O. 12. & 1. O. 68.*

30. Supplet hoc iuramentum imperfectum probationem, & sententia pro iurante fertur. *l. 31. h.* Hæc retractari potest ob *instrumenta nouiter reperta*, *cit l. 31.* si aduersa pars in impositionem a iudice factam sponte non consensit. SCHILT. *ex. 23. §. 45.* Non excluduntur tamen testes nouiter reperti, *arg. l. 4. §. 3. de in lit. iur.* STRYK. *de probat. contra præst. iuram leg. cap. 3. §. 6.*

31. Iuramentum PVRGATORIVM, quod *iuri canonico* debetur, est, *quod iudex causa cognita* reo *defert*, si vel, *suspicionibus a parte aduersa allatis, semiplenam tamen probationem non constituentibus, grauatus est, vel, si actor alia de causa ad suppletorium admitti nequit, ad elidendas istas suspiciones* Neque enim, actore non plene probante, statim reus absoluendus, MEV. *8. D. 368.* modo ta-

tamen aliunde præsumtiones elidi nequeant.

32. Facilius hoc admittitur, quam *suppletorium:* vnde etiam, ceteris paribus, imponi potest in *causis criminalibus*, quando indicia leuiora adsunt, vt torturæ locus esse nequeat. MEV. *7. D. 227. n. 4.* Aliquando, si persona non sit fide digna, *territio* decernitur, olim purgatio vulgaris. *I. P. S. lib. I. art. 39.*

33. Præstito hoc, reus *definitiue* absoluendus; *c. 8. X. de purg. can.* non autem ab expensis in *processu inquisitorio*, cum ad hoc iuramentum grauatus causam dedisse censeatur inquisitioni. STRYK. *intr. ad prax. c. 20. §. 12. inf.* Habet etiam hic locum retractatio sententiæ ex *l. 31. D. h.* SCHILT. *c. l. §. 43. seqq.*

34. Ad *integritatem iudiciorum* conseruandam introductum quoque est IVRAMENTVM CALVMNIAE GENERALE, quod itidem *legale* seu *necessarium* est, cuius capita sunt hæc: (1) quod credat se bonam habere causam: (2) interrogatus veritatem diffiteri nolit: (3) iudicem non corruperit: (4) falsa probatione vti nolit: (5) nec superfluam probationem exigere, vel (6) alio modo litem protrahere, & denique (7) si in progressu litis aduerterit, causam suam esse vitiosam, a lite desistere velit. *auth. in isto iuramento. C. de iurei. propt. cal. N. 49. c. 3. R. J. de A. 1654. §. 43.*

35. Ordinarie illud præstandum in omni processu, etiam in *secunda instantia* ab *appellante*,

(non vero regulariter ab appellato, MEV. *2. D. 324. & 1. D. 138.*) nec remitti a partibus *expresse*, bene tamen *tacite* potest. Imo etiam a iudice per *decretum expresse. c. 1. de iuram. cal. in 6.* I. S. STRYK. *de remiss. iuram. calumn. c. III.* Præstandum in *exordio litis*, post L. C. *auth. hoc sacramentum. C. de iurei. propt. calumn. c. 1. cit. c. 6. X. de iuram. calumn.* GAIL. *1. O. 85. n 1.* Sed expediret, vt ante L. C. præstaretur. STRYK. *de abbreu. proc. per pœn. mend. §. 49.* In Saxon. ne quidem amplius præstatur ob frequentiam periuriorum, quæ tamen euitari possent, si iudices suo non deessent officio, & periuria debito modo punirent.

36. Ab hoc differt *iuramentum malitiæ* seu *calumniæ speciale*, quod, pendente lite, quoties *suspicio calumniæ* incidit, exigitur, de quo iudex arbitrari debet, *l. 8. §. 5. qui satisd. cog.* MEV. *4. D. 164.* & sic *ex officio*, etiam parte non postulante, iniungi potest. ID. *7. D. 387.* *Generale* tantum semel, *hoc* vero *sæpius*, pro *arbitrio iudicis*, exigi ac præstari potest. FRANZK. *h. n 57.*

37. Exigi potest iuramentum vtrumque ab omnibus. Quoad prius excusantur, (α) qui *ex officio* agunt, MEV. *6. D. 138.* GAIL. *1. O. 90.* (ℭ) *consiliarii Principum* causas eorum in Camera peragentes. *R. I. de anno 1654 §. 43.* Ab vtroque liberati sunt, quibus debetur reuerentia, *l. 7. §. 3. de obseq. par. l. 8. §. 5. qui satisd cogant. l. 34. §. 4. h.* nisi iudex illud *ex officio* detulerit. *l. 34. §. 4. h. t.* Illud vero durum, quod præstito

gene-

generali iuramento, adhuc *indistincte* exigi possit *speciale*, quod ius canonicum introduxit *c. 2. de iuram. cal. in 6.*

38. Præstitum hoc iuramentum excusat a *calumnia*, non a *temeritate*; hinc condemnatio in expensas nihilominus decerni potest. *l. 79. de iudic.* Actor si illud præstare nolit, repellitur a iudicio, *l. 2. C. h.* reus vero pro *convicto* habetur. GAIL. *l. O. 86. seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. iusiurandum. 2. l. ait prætor. 3. pr. §. 1. l. non erit. 5. pr. §. 2. 3. l. remittit. 6. l. nam posteaquam. 9. §. 1. 2. f. l. quia. 10. l. ad personas egregias. 15. l. si patronus. 16. l. iusiurandum 17. pr. §. 1. f. l. qui iurasse 26. pr. §. 2. l. seq. l. in duobus. 28. §. 1. l. admonendi. 31. l. qui per salutem. 33. l. iusiurandum. 34. §. 2. 4. 6 7. 9. l. manifestæ. 38.

Ex. Cod. l. causa. 1. l. iurisiurandi. 2. l. in bonæ fidei. 3. l. nec filius. 7. l. actori. 8. l. delata. 9. l. si quis. 11. l. generaliter. 12. §. 1. 2 3. l. vlt.

Tit. III. (V. 53.)

De in litem iurando.

1. SVpereſt alia ſpecies *iuramenti neceſſarii* ſeu *legalis*, *iuramentum in litem*, *quo permittitur actori*, *iudice deferente*, *rem*, *quam petit*, *æſtimare*, *quæ dolo vel culpa alterius reſtitui non poteſt.*

2. Distinguitur hoc communiter in *affectionis & veritatis*; in illo supponitur *dolus* vel *culpa lata*, resque *æstimatur* secundum *pretium particulare*; in hoc *culpa leuior*, resque *æstimatur* secundum *pretium commune*; quamuis *ordinarie* propter *culpam* eius, qui non restituit, iuramentum locum non habeat, si aliunde æstimatio haberi possit. *l. 4. §. vlt. l. 5. §. 3. h. l. 8. h.* THOMAS. *dissert. de pret. affect. in res fungib. non cadent. c. 3. §. 3. 4. 5.* Addendum etiam *iuramentum singularis interesse*, per quod non *res*, sed *lucrum cessans* & *damnum emergens* in casu *doli* æstimatur, quod fundatum in *l. 7. si seru. vindic. l. 3. 10. h. t. l. 18. pr. de dol. mal. l. 15. §. 9. quod vi aut clam. l. 7. pr. de admin. & peric. tut. l. 9. C. vnde vi. c. 7. X. de iniur. & dam.*

3. Iuramentum *in litem affectionis* præsupponit, (I) *rem peti, in quam cadere possit affectio*; *l. 3. h.* neque enim aliter iudex potest præfinire certam summam, vsque ad quam iuretur. *l. 5. §. 1 h.* Vnde (α) res debet esse *non-fungibilis*: (β) *causa affectionis* doceri,

4. (II) *Iudex illud deferat*; alias non valet. *l. 4. §. 1. h.* vid. HAHN. *ad W. h. n. 3.* Iudex etiam gerere morem debet ei, qui hoc iuramentum non præstare, sed in *simplici æstimatione* acquiescere vult. *l. 71. de R. V.*

5. Necesse vero est (III) *vt res petita non possit restitui*, etiam si fuerit *immobilis*, cum & in hanc cadere possit affectio. *l. 1. §. 15. si quid in fraud. patr.* A recusante *restitutionem* manu militari auferri

auferri potest. *l. 68. de R. V. l. 36. de liberal. cauſ.* conf. BYNCKERSHOEK. *lib. III. obſ. c. 14.* vbi de *manu militari* agit. Inde tamen minus recte concludunt Dd., ibi demum huic iuramento locum esse, vbi agitur *de reſtituendo*, *arg. cit. l. 68.* cum vox *reſtitutionis* generaliſſima ſit, *l. 22. de V. S.* BRISSON. *de V. S. hac voce.* & hinc etiam locum habeat in *emtione venditione* THOMAS. *cit. loc. §. 21. ſeqq.* Nec diſtinguitur, vtrum agatur ex contractu *ſtricti iuris*, an *bonæ fidei?* modo ſubſit res affectionem recipiens. *l. 5. §. 4. h.* THOMAS. *cit. loc. §. 24.*

6. (IV) *Vt dolus rei concurrat. l. 68. cit. l. 8. h.* Ob *dolum defuncti* contra heredes non iuratur in litem. *l. 1. 2. C. h.* Sed quatenus locupletiores facti, actione in factum conueniri poſſunt; *l. 52. de R. V. culpa* tamen *lata* hic quoque dolo comparatur. *l. 2. C. h. l. 223. & 226. de V. S.*

7. (V) *Præſtandum illud ab actore, qui litem ſuo nomine conteſtatus eſt. l. 7. h.* Procurator non iurat de affectione domini, DONELL. *lib. 26. c. 7. lit. D.* nec tutores aliter quam *ſponte* ſubeunt hoc iuramentum, quo caſu rem æſtimant non ſecundum *ſuam*, ſed *pupilli probabilem affectionem l. 4. pr. h.*

8. Hiſce concurrentibus, æſtimatio arbitrio iurantis, modo *probabilis* doceatur *affectio*, committitur, *l. 1. l. 4 §. 2. h. l. 68. de R. V.* vt tamen iudex ex iuſta cauſa temperare poſſit infinitam alterius æſtimationem. *l. 4. §. 2. & 3. l. 5.*

§. 1. h. Hoc præstito, reus fit dominus rei, propter quam actor iurauit, *l. 46. R. V.* si modo is dominus fuerit: alioquin reus ne quidem *publicianam* actionem habet, *l. 70. eod.* nec *cautionem* propter euictionem exigere, *l. 35. §. 2. eod* aut, vt actiones cedantur, petere potest. *l. 69 eod.*

9. Vbi *culpa leui* res restitui nequit, *regulariter* non est iusiurandum deferendum, sed æstimatio *simpliciter* aliunde facienda a iudice. *l. 4. §. 4. h. l. 58. de R. V. l. 2. §. 1. h.* Quodsi inuestigari veritas nequeat, *in subsidium* iuramento obtinenda est. *l. 5. §. 4 h* conf. HILLIG. *ad Don. l. 26. c. 10. lit. D.* Ceterum si ob *dolum interesse* præstandum, statim recurri potest ad hoc *iuramentum. l. 3. h.*

10. Si *vera æstimatio* rerum variat, mora præcedente, in actionibus bonæ fidei, & arbitrariis vsque ad *rei iudicandæ tempus:* in stricti iuris iudiciis vsque ad *litis contestatæ* extenditur *l. 3. §. 2. commod. l. 37. mand. l. 3. §. 3. l. 21. §. 3. de action. emt. vend.* Hodie tamen indistincte *rei iudicandæ* tempus esse respiciendum, monet SCHILTER. *ex 23. §. 55. & 56.* quod *distinctius* tit. *de condict. triticar.* examinandum.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. siue nostrum. 2. l. nummis. 3. l. videamus. 4. pr §. 1. 3. 4. l. in actionibus. 5. l. vulgo. 7. l. Tutor. 8. l. vlt.
Ex Cod. l. is qui. 2. l. alio iure. 4. l. vlt.

Tit. IV. (*IV. 6.*)

De condictione causa data, causa non secuta.

1. CONDICTIONES denotant *generaliter* quascunque *actiones personales*. *Specialiter* hæc denominatio iis tribuitur, quæ non ex *speciali* quodam *negotio ciuili*, sed extra ordinem ex *æquitate naturali*, etiam *legibus ciuilibus* agnita, immediate nascuntur, unde & *iuris gentium* vocantur *in l. 25. D. rer. amot.* & ideo concurrunt cum *restitutione in integrum*, quæ itidem *ex æquitate* indulgetur. *l. 16. §. 1. de minor.* Deducuntur enim ex naturali principio: *ne quis per iniuriam locupletetur cum damno alterius, l. 32. de reb. cred. l. 14. l. 15. pr. l. 66. l. 65. §. 4. de condict. indebit. l. 3. §. 7. l. 5. §. 3. h.* ad quod ICti vbique in decisionibus respexerunt.

2. Species harum condictionum secundum diuersitatem casuum describuntur. Prima, quæ hic proponitur, *est actio personalis, qua quis id, quod ob causam honestam futuram & expressam dedit, re non secuta repetit cum omni causa.*

3. Requiritur itaque, (I) vt *res aliqua data sit*, siue *vere* siue *ficte*, *l. 9. & 10. h.* (II) *ob causam finalem* seu *futuram. l. 52. de condict. indeb.* Inde contractus *innominatus*, vt *causa remota*, supponitur, in quo *tacite*, æquitate suadente, latitat obligatio restituendi, re non secuta. *l. 13. commod.* In *nominato* ita agi nequit. *l. 14. C. de rescind. vendit.* (III) *Vt causa illa vel expresse adiiciatur. vel tacite* subintelligatur, ex natura rei. *l. 6. 7. C. h. l. 6. 7. 8. h.* (IV) Vt *causa sit honesta & possibilis.* In inhonesta cessat condictio, *l. 8. de condict. ob turp. caus.* vt & in impossibili, quam quis talem sciuit. *l. 8. C. h.*

4. Denique (V) requiritur, *vt causa non sit secuta*, ob *moram* vel *culpam* ipsius *accipientis*, vel ob *pœnitentiam* dantis, quippe quæ in *contractibus innominatis* admissa est, modo accipiens nullum incurrat damnum, *l. 5. pr. h.* nec *transactio* inita. Ob *culpam dantis* cessat repetitio. *l. 2. h. l. 5. §. 1. de P. V. l. 15. C. de donat. ante. nupt.*

5. Quodsi res propter *casum fortuitum* sequi nequit, condictio cessat, *l. pen. C. h.* si accipiens in lucro non hæret. *l. 3. §. 3. l. 5. pr. §. 2. & 3. h.* Ex supra enim dato fundamento iniquum foret, repetere rem ab eo, qui nihil inde lucratus est, adeoque, si repeteretur, damnum fuisset passurus. Ita ICti, hoc principium obseruantes, pro variis circumstantiis controuersias deciderunt. *l. 5. §. 3. & 4. h.*

6. Instituitur hæc condictio ab eo, qui *dedit*: qui *fecit*, factum reuocare nequit, sicut

nec

nec heredes ex *pœnitentia* condicere possunt, si defunctus revocare noluit *C. I. A. h. th. 5. n. 1.*

7. Veniunt in hanc actionem fructus & accessiones, *l. 7. §. 1. l. 12. h.* sive ante sive post litem contestatam perceptæ; *l. 38. §. 1. de vsur.* sed non *vsuræ*, *l. 4. C. de condict. ob turp. caus.* nisi quas reus percepit; quamuis interim nihilominus actio *b. f.* sit *l. 65. §. 4. de condict. indeb.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. dedi tibi. 3. §. 3. 7. l. si quis. 4. l. si pecuniam. 5. pr. §. 2. 3 4. l. si extraneus. 6. pr. l. vlt.
Ex Cod. l. pecuniam 1. l ea lege. 3. l. si militem. 5. l. si repetendi. 7. l. dictam legem. 8. l pecuniam. 10. l. vlt.

Tit. V. (IV. 7.)

De condictione ob turpem vel iniustam causam.

1. CONDICTIO OB TVRPEM CAVSAM *est actio personalis, qua id, quod ob causam respectu solius accipientis indecoram & turpem solutum est, ab accipiente repetitur cum omni causa.*

2. Requiritur igitur, (I) *vt aliquid datum sit ex turpi causa.* Turpe hic intelligitur, quod contra regulas *iusti* & *decori* est. *l. 42. de verb.*

signif. Nam nec sola *prohibitio legis* sufficit; alias repeti non posset, quod *lusu* perditum: nec solum *indecorum*; alias absurda esset decisio *l. 4. §. 3. h.* de *meretrice* pudicitiam diuulgante, quod olim non *iniustum*, TACIT. *l. 2. annal. c. 85. p. m. 79.* sed tantum *indecorum* fuit. *l. 38. pr. de oper. libert.*

3. (II) *Vt solus accipiens turpiter accipiat*; inde *iniquum lucrum* merito restituere debet, quæ obligatio cum *ex æquitate* fluat, etiam heredes stringit, sicuti in *condictione furtiua.* Nec nocet, si vel maxime causa fuerit secuta, cum res turpiter fuerit accepta. *l. 9. pr. h.* In *pari turpitudine* melior est conditio *possidentis*, *l. 3. l. 8. h.* actor enim allegaret propriam turpitudinem, ex qua tamen nemo actionem vel exceptionem habere debet *l. 5. C. h. t.* IO. SAM. STRYK. *de allegat. propr. turpitud. c. 2. n. 22.* Huc hodie etiam spectat casus de meretrice, *pro vsu corporis* pecuniam accipiente. Ceterum a possessore scelere acquisita vindicat vel condicit fiscus. *l. 9. in fin. de iur. fisci. l. 32. §. f. de donat. inter vir. & vx.* ENGELBRECHT *ad D. h. §. 4.*

4. Condictio *ex iniusta causa* aliquando idem denotat, quod condictio *sine causa.* vid. *rubric. C. de condict. ex leg. & sine causa vel iniusta causa.* Aliquando etiam idem, quod *turpis causa.* THOMAS. *cit. loc.* Aliquando stricte significat causam *iniquam* seu cum *æquitate naturali* pugnantem, producitque *actionem personalem*, qua

qua id repetitur, quod ex causa stricto iure valida, sed æquitate naturali, iure ciuili postea agnita, destituta, & hoc intuitu iniusta, solutum est. l. 6. & 7. h. Vnde differunt *iniusta* & *turpis* causa, quod illa sola *iniquitate* potissimum constet; hæc vero præterea *turpitudinem* quandam *singularem* requirat. Nam etiam alias in iure opponuntur, quæ contra *ius* & contra *bonos mores* sunt. *l. 112. §. 3. dr legat. 1. l. 15. de condition. instit. l. 15. §. 2. 5. 6. D. de iniur. &c.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l vt puta. 2. pr. §. f. l. vbi. 3. l. idem 4. l. si ob turpem. 8.

Ex Cod. l. si ex actione. 1. l. cum de 2. l. quotiens 4. l. mercalem. 5. l. ob restituenda.

Tit. VI. (IV. 5.)

De condictione indebiti.

1. CONDICTIO INDEBITI *est actio personalis, orta ex obligatione æquitatis naturalis, qua, quod ex errore indebitum solutum, repetitur, ac si mutui instar datum fuisset,* vnde *promutuum* a Dd. dicitur per §. *1. I. quib. mod. re contrah. oblig.*

2. Oritur obligatio hæc ex *æquitate naturali, l. 14. l. 15. pr. l. 66. h.* quam *sensu laxiori* Imperator vocat *quasi contractum* in §. *6. I. de oblig.*

quæ

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0359
DFG

quæ quasi ex contr. Vnde (1) non tantum is repetit, qui indebitum soluit, sed etiam *tertius*, qui inde læsus est: *l. 2. §. 1. sq. h.* (2) in tantum repetitio conceditur, in quantum accipiens locupletior factus. *l. 3. l. 65. §. 8. h.* Ipsum *dominium* transfertur in accipientem, neque error translationem dominii impedit. HERT. *de conuent. dom. transl. §. 17.* & sic contra tertium denegatur actio. *l. 4. §. 3. h.*

3. Requiritur autem (I) *vt aliquid sit solutum, vel promissum. l. 33. h. l. 5. inf. de A. E. V.* Si in area alienа ædificatum, hæc *quoad sumtus* non competit *l. 33. h.* Debet autem solutio & promissio esse facta a *persona habili*: alioquin non hæc, sed *condictio sine causa* datur. *l. 29. h.*

4. (II) *Vt indebitum tale solutum, quod nec iure naturæ debetur. l. 15. pr. l. 64. h.* Si *obligatio naturalis* adest, impeditur repetitio, *l. 3. in f. quod quisque iur.* modo sit (α) *plena. l. 13. l. 26. §. 12. h.* Est enim hæc condictio *ex æquitate naturali. l. 66. h. l. 26. pr. h. t.* Hinc ex pacto, *l. 3. C. de vsur.* vel contra sententiam absolutoriam, *l. 28. l. 60. pr. h.* vel a filiofamilias contra SCtum solutum non repetitur, *l. 40. pr. h.* HERTIVS *diss. de condict. indeb. ciu. deb. nat. §. 2. & seq.* & vbi alias tantum *exceptio doli*, *l. 13. in f. h.* vel *retentionis* locum inuenit. *l. 51. l. 33. h.* Quod ex obligatione *minus plena solutum*, repetitur, HERT. *cit. l. §. 21.* modo soluens habuerit animum *soluendi* quasi ex *obligatione perfecta*: secus est, si animum

mum *donandi* habuerit; hoc enim casu repetitio cessat, *l. 52. l. 65. §. 2. h.* ID. *c. l. §. 22.* sicuti quoque in eo casu, si debitor, omisso beneficio competentiæ, soluit. *l. 9. l. 11. h.* (ε) Obligatio naturalis *in totum non reprobata* sit; alioquin hunc effectum perdit. *l. 8. §. 3. & l. 16. in f. ad SCt. Velleï. l. 40. pr. l. 41. h.*

5. Quod naturaliter *nullo modo* debetur, illud merito condicitur, *l. 60. h. l. pen. C. h.* licet *ciuiliter* subtili iure debeatur; *l. 5. C. de pact.* nam in effectu ob *perpetuam exceptionem obstantem* indebitum esse videtur. *l. 26. §. 3. l. 44. h.* Vbi tamen quandam *naturalem rationem* adhuc leges agnouere, ibi repetitio quoque cessat, veluti quod ex *transactione, re iudicata, iureiurando* &c. solutum. *l. 56. de re iud. l. 65. §. 1. h. l. 1. C. h.* quamuis antea debitum nullum subfuerit: noua enim accessit causa, *æquitate naturali* subnixa, ob quam condictio denegatur nisi ex *iusta causa* ob naturam processus reseruata sit.

6. Probandum est *indebitum* ab illo, qui in eo se fundat, vtut hæc *propositio negatiua* sit: modo (1) alter non negauerit solutionem: (2) soluens sit homo diligens: (3) cautio, ex qua solutio facta, habeat adiectam *causam*: alioquin probatio in alterum reiicitur. *l. 25. D. de probat.* Sufficit autem probasse, se *indebitum* soluisse, licet accipienti forsan *ab alio* debeatur, *l 19. §. 1. h.* veluti si heres vltra ratam hereditatis ex *errore* soluit, *l. 31. h.* nisi nomine alterius solutum quoque sit. *l. 44. h.*

7. (III)

7. (III) *Vt errore vel titubante animo indebitum sit solutum. l. 6. l. f. C. h.* Si scienter, donatio est; *l. 26. §. 3. h. l. 53. de R. J.* modo (α) soluens *donare* possit: (ϐ) *donationis* præsumtio alio modo non eneruetur, veluti, quod soluens in necessitate constitutus fuerit. Error tamen non præbet repetitionem, (α) vbi inficiando lis crescit in *pœnam mendacii: l. 4. C. h. §. f. J. de obl. quæ qs. ex contr.* (ϐ) vbi *pietatis naturalis* ratio subest: *l. 32. §. 2. h.* (γ) ex transactione aliquid solutum. *l. 65. §. 1. h.* Renunciatio *exceptionis indebiti* non nocet, quæ ex *errore* eodem, quo solutio, facta censetur.

8. (IV) Et quidem *errore facti.* Nam error *iuris* nocet in *acquirendo* seu *lucro captando*; *l. 9. C. ad L. Falcid.* non vero, vbi alias soluens damnum, h. e. *deminutionem patrimonii* sentiret, accipiens vero lucrum perciperet; *l. 7. & 8. de J. & F. ignor.* est enim condictio hæc *ex bono & æquo l. 14. l. 66. h. l. 26. pr. §. 1. h. t.* SCHILT. *ex. 24. §. 32. seqq.*

9. (V) *Vt accipiens eodem modo in p. f. & errore versetur, atque lucrum ex indebiti accetione perceperit: l. 3. inf. l. 65. §. 8. h.* qui indebitos nummos *scienter* accipit, condictione furtiua tenetur, *l. 18. de cond. furt.* quæ *durior*, quam præsens condictio.

10. Hisce concurrentibus datur condictio illi, qui tali solutione *læsus* est, quæ vel *certi* vel *incerti*: illa est, quando *certam rem* seu *quantitatem:* hæc vero, quando *ius*, *l. 12. §. 1. h.* vel *possessio-*

ſeſſionem indebite translatam perſequimur. *l. 15. §. 1. h.* Vtraque eſt perpetua, etiamſi res indebite translata, cuius poſſeſſio *longi temporis præſcriptione* acquiſita fuerit *c. l. 15.*

11. Perſequimur, quod indebite ſolutum. Diſtinguendum tamen inter *quantitatem* indebite ſolutam, vbi *tantundem*, vt in mutuo, reſtituendum, *l. 7. l. 19. §. 2. h.* ſine vſuris: *l. 1. C. h.* quamuis in ſe *b. f.* ſit: *l. 66 h.* CARPZOV. *lib. 4. reſp. 50. n. 24.* & *ſpeciem*, vbi idem corpus repetitur. *l. 7. h. l. 38. §. 2. de vſur.* modo adhuc exſtet, nec dolo perditum ſit; *l. 26. §. 12. h.* alioquin liberatur. *l. 65. §. 8. h.* Quodſi in *alternatiua* vtrumque ſolutum, eligit actor, quod repetat, *l. pen. C. h.* Conf. MERILL. *lib. III. obſ. c. 10.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. nec nouum 5. l. quod indebitum. 7. l. nam & moribus. 9. l. in diem 10. l. naturaliter. 13. l. nam hoc. 14. l. indebiti 15. l. ſub conditione. 16. l. 18. l. ſi pœnæ. 19. §. 1. l. ſi non ſortem. 26. §. 1. 2. 3. 12. l. qui loco 27. l. iudex. 28. l. interdum. 29. l. cum is. 32. pr. §. 2. l. ſi in area. 33. l. frater a fratre. 38. l. qui exceptionem 40. pr. l. quod pupillus. 41. l. repetio. 44. l. his ſolis 49. l. quod quis ſciens. 50. l. ex quibus cauſis. 51. l. ex his omnibus. 54. l. in ſumma. 65. §. 1. 5 6. f. l. Hæc condictio. 66.

Ex Codice l. pecuniæ. 1. l. ſi citra vllam 2. l. ea quæ. 4. l. ſi per ignorantiam. 6. l. fideicommiſſum. 7. l. indebitum. 9. l. ſi quis. 10. l. vlt.

Tit.

Tit. VII. (IV. 9.)

De condictione sine causa.

1. CONDICTIO SINE CAVSA vel concurrit cum reliquis condictionum speciebus, *l. 1. §. 2. l. 4. h.* & hoc sensu *generalis* est. In effectu enim, quando *causa* non sequitur, aut *turpis* vel *iniusta* est, aut *indebitum* quid solutum, *causa* non subfuisse videtur, h. e *titulus* ad obligationem producendam habilis, quo sensu vox *causæ* sæpe in materia *contractuum* adhibetur. *l. 7. §. 2. de pact. l. 5. de reb. cred.*

2. Vel *specialis* actio est, & *quidem personalis ex æquitate producta*, (*l. 32. in f. de reb. cred.*) *qua id, quod sine omni causa promissum* aut *penes alterum est, vel ab initio, vel ex post facto, repetitur. l. 1. §. 2. l. 3. l. 4. h.*

3. *Ab initio* itaque causa nulla est in exemplo *l. f. h.* & quando ob *inhabilitatem personarum* non subsistit mutuum; & pecunia tamen b. f. consumta est: extans enim vindicari posset. *l. 11. in f. l. 13. D. de reb. cred. l. 19. §. 1. eod. l. 29. in f. de cond. indeb. l. 5. in f. l. 6. D. de donat. inter V. & Vxor.*

4. Ex

4. *Ex post facto* desinit esse in exemplo *l. 2. h. l. 11. §. 6. inf. de act. emt. vend.* Si debitum est solutum, condicitur chirographum. *l. 2. C. de cond. ex lege.* Non idem dicendum, si ex post facto pecunia ex chirographo dato non numeratur, quo casu condictio *causa data causa non secuta* locum habet. *l. vlt. C. eod.* conf. *l. 5. C. de vsufruct.* Sed *rei vindicatio* hoc casu cessat.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si fullo. 2 l. qui sine causa 3. l. Nihil refert. 4. *Ex Codice* l. dissolutæ. 2. l. mala fide 3. l. vlt.

Lib. XIII. Tit. I. (IV. 8.)

De condictione furtiua.

1. NEcessaria contra fures hæc actio fuit, quod res furtiua per *casum fortuitum* interire, & *rei vindicatio* deficere posset. §. 26. *I. de R. diuis.*

2. Est itaque CONDICTIO FVRTIVA *actio personalis, qua rem furto ablatam, vel in subsidium eius æstimationem, a fure eiusue herede repetimus.* Vnde hæc oriatur, admodum dissentiunt Dd. teste MVLLERO *ad Struu. ex. 18. §. 50. lit. a. & e.* Alii illam ex *delicto*, alii *immediate* ex *lege* deducunt. Verius omnino est, eam esse *immediate* ex *obligatione legis*, vt potius delictum, ceu *causar emota* vel *sine qua non*, hic considere-

tur, præsertim cum *condictiones*, de quibus hic agitur, ex *adducto fundamento* deriuentur *in genere*. Inde fluit multiplex conclusio in §. 4. adducta.

3. Necesse vero est, (I) *vt instituatur a domino vel quasi, cui res surrepta. l. 1. h.* Sufficit enim *bona fides*, quæ instar *dominii* est, quæ qualitas tamen hic solum *alleganda*, non *probanda*. Imo sufficit *ex postfacto* dominium esse acquisitum. *l. 10. §. 2. & 3. h.* Ceterum ob *ius pignoris* datur creditori *condictio incerti. l. 12 inf. h.*

4. (II) *Vt instituatur contra eum, qui ipse furtum actu & reuera fecit, quippe qui in lucro hæret. l. 5. h.* Neque enim, α) si *ope consilioue* alicuius, sine *participatione*, furtum factum est, hæc *condictio*, bene tamen *actio furti*, competit. *l. 6. h.* β) Contra plures *in solidum* competit, *l. 1. C h.* nec; quod vnus soluit, ab altero actione *pro socio* repetere potest, cum rei illicitæ non sit societas. *l. 7. §. 4. D. comm. diu.* Datur γ) etiam *simpliciter* contra heredes, quia hæc obligatio non ex *delicto*, sed immediate ex *lege* est. *l. 7. §. 2. l. 9. h.* Vnde δ) nec infamat: *l. 36. de obl. & A.* ε) filiofam. furtum faciente, in patrem datur *actio de peculio. l. 19. h. l. 3. §. 12. de pec.* Ceterum ζ) contra heredes tantum pro rata competit, *l. 9. h.* si vel maxime fur vltimo supplicio affectus est. Sed vid. *I. S. P. lib. III. art. 31.*

5. Per-

5. Persequimur (a) *rem mobilem* furto vel rapina ablatam, vel eius *æstimationem*, quanti res vnquam plurimi fuit, si, licet casu fortuito, periit, cum fur semper moram facere videatur, *l. 8. §. 1. h.* nisi illam purgauerit. *l. 8. pr. h.* Præstandi (b) quoque sunt *omnes fructus*, etiam *percipiendi*, & æstimanda res secundum tempus, quo vnquam plurimi fuit, *l. 8. §. 1. h.*

6. Concurrit hæc cum rei vindicatione, actione ad exhibendum, actione furti, rerum amotarum, ex contractibus, quamuis sæpe expediat, hac *condictione* vti, *l. 16 h.* & singularum actionum sit diuersa ratio. ENGELBR. *ad D. h §. 10.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. condictioni 2. l. ex furtiua. 5. l. proinde. 6. l. si pro fure. 7. l. in re furtiua. 8. l. in condictione. 9. l. siue manifestus 10 §. 2 l. sed nec legatarius. 11. l. ex argento. 13. l. quoniam. 18. l. vlt.
Ex Cod. l. præses 1. l. vlt.

Tit. II. (VI. 9.)

De condictione ex lege.

1. OMnis condictio quidem *immediate* ex *obligatione legis* in *casibus designatis* nascitur; specialiter tamen *condictio ex lege* illis actionibus tribuitur, quæ ex *lege noua* immediate fluunt, *alia condictionis specie* cessante. Est itaque

que CONDICTIO EX LEGE actio *personalis, qua petimus id, quod ex obligatione, lege noua immediate alicui imposita, nobis debetur, vt tamen lege illa cautum non reperiatur, quo genere actionis agendum sit.*

2. Requiritur itaque (I) *obligatio*, tanquam fundamentum huius actionis; est enim hæc actio *personalis.*

3. (II) *Obligatio noua* h.e. post L.L. XII. tabb. introducta. Sufficit autem, si nouam accepit efficaciam ad producendam actionem, quam antea non producebat.

4. (III) *Vt ex lege ciuili immediate fluat*, qualis est obligatio ad supplementum legitimæ. *l. 30. & 36. C. de inoff. testam.* Ius *prætorium* enim *nouam obligationem* introducendo vel dedit *specialem* vel *generalem in factum*, imitando ius ciuile. Leges Germanorum quoque & statuta idem præstant, vt vel obligatio in *retractu* docet.

5. (IV) Vt *lege non sit cautum, quo genere actionis experiamur. l. vn. h.* Omnes enim actiones peculiaribus constabant formulis. *l. 2. §. 6. D. de O. I.* Si tamen ex *natura negotii*, in lege nouiter determinata, constet, qua actione agendum sit, datur ordinaria actio ex ipso negotio, non *immediate ex lege.* STRYK. *ad Lauterb. h. p. 346. verb. experiundum.*

6. Cum hac actione aliquam affinitatem habere dicitur *imploratio officii iudicis*, ad quam recurrunt, quando aliud remedium deficere vi-

videtur. Sed terminus hic ambiguus est. Aliquando (1) id denotat, quod magistratus ordinarius hodie *vi officii* sine *actore* facere debet, veluti in criminalibus: aliquando (2) *remedia* denotat, in quibus magistratus *extra ordinem* procedit, actione solennni non prodita, nec dando iudicem pedaneum: *l. 5. D de extr. cognit. l. 24. in f. de minor.* aliquando (3) instruit *officium iudicis pedanei*, quid *ex officio*, actione ex *contractu b. f.* instituta & pendente, *ex æquo & bono* adiudicare debeat. *l. 49. in f. de act. E. V. l. 54. pr. in f. loc. l. 8. D. de eo quod cert. loc.* Quodsi tantum iudicatum super sorte, seorsim propter *usuras* agi nequit. *l. 4. C. depos.* Denique (4) in iure canonico denotat remedium, *quod coram iudice ecclesiastico intentari potest, deficiente actione ciuili, ad peccatum euitandum.* vid. *tr. de iur. eccles. protest. lib. I. tit. 32. §. 7. sq.* quod protestantes admittere non possunt.

Tit. III.

De condictione triticaria.

1. DE origine huius condictionis disquirit THOMAS. *ad Huber. h.* Est videlicet condictio hæc *actio personalis, quæ æstimationem rerum quarumlibet, excepta sola pecunia,* (*l. 1. pr. h. l. 42. in f. de fidei.* vid. ENGELBR. *ad D. h. §. 12.*) *ex iusta causa nobis dari debere intendimus,*

mus, habita ratione loci & temporis secundum prudens iudicis arbitrium. Hæc actio potissimum propter negotia *stricti iuris* inuenta videtur; *l. 1. pr. h.* nam in *actionibus b. f.* æstimatio ex *ipso contractu* petitur: in negotiis stricti iuris non aliter, quam si æstimatio in contractum est deducta. *l. 28. de nouat.*

2. Instruitur hac actione inprimis *iudicis officium*, qua ratione in *æstimatione* ineunda *ex æquo & bono* procedere debeat. Nam (α) si res per *conuentionem* decisa est, statur æstimationi conuentæ. *l. 28. de nouat.* Hac cessante & (β) *mora interueniente*, in b. f. iudiciis a tempore moræ vsque ad rei iudicandæ tempus; in stricti vero iuris, vbi hac actione agitur, vsque ad L. C., quo res plurimi eo tempore fuit, respicitur. *l. 8. §. 1. de condict. furt. l. 3. §. 2. commod.* HVBER. *h. §. 6. seqq.*

3. Extra casum *moræ* (γ) videndum, vtrum *conditio* vel *tempus* adiectum, annon? priori casu ad *conditionis* existentis vel *temporis*, quo præstari debuit, æstimationem respicitur; *l. 22. de reb. cred. l. 37. mand. l. 22. d. O. & A.* Denique (δ) posteriori casu in rebus exstinctis respicitur tempus *interitus*, *l. 3. pr. h.* et quamuis *omnis vtilitas* in æstimationem veniat, hoc tamen tantum intelligendum de illa, quæ *certa & radicata est. l. 21. §. 3. de act. E. V.* Si dolus interuenit, proceditur secundum titulum *de in litem iurando.*

TEXT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0370
DFG

TEXT. NOTAB.

L. sed. & ei. 2. l. in hac actione 3. l. vlt.

Tit. IV. (*III. 18.*)

De eo quod certo loco dari oportet.

1. ACtio DE EO QVOD CERTO LOCO est *personalis*, *qua id*, *quod ex obligatione stricti iuris* CERTO LOCO *soluendum est*, *petitur alio loco conuenienti*, *facta loci commemoratione*, *quo solui debuit*, *vt iudex arbitretur*, *quanti actoris vel rei interfit*, *debito loco solutionem esse factam.*

2. Secundum *regulam* inuito creditore alibi res peti & solui nequit, quam quo conuentum est. *l. 9. h. l. 137. §. 2. de V. O.* Quod si locus *alternatiue* adiectus est, ante *petitionem* debitoris est electio, quo soluat: post creditoris, quo petat. *l. 2. §. 3. h.* HERT. *de elect. ex oblig. altern. debitori debita sect. 3. §. 7.* Si loca plura *copulatiue* adiecta, singulis locis *pro parte* debitum petendum. *l. 2. §. 4. h.* Denique si plures res *alternatiue* diuersis locis debentur, electio *ante moram* est debitoris: post creditoris. *l. 2. §. 3. h.* Hoc pluribus illustrat HERTIVS *cit. l. sect. 1, sqq.*

3. Enimuero cum sæpe contingere possit, rem debitam *promisso* loco solui & peti non

posse, quod in negotiis *stricti iuris* impedimenta grauissima producebat, *l. 1. h.* introduci debuit *actio* hæc *arbitraria*, quæ & *vtilis* vocatur. *cit. l. 1.* Requiritur itaque (I) *vt aliquid debeatur ex negotiis stricti iuris.* In b. f. enim negotiis iudex instituta actione ex ipso contractu, *ex bono & æquo* de eo arbitrari poterat, nec peculiari actione opus erat. *l. 7. pr. h.* Vnde eo minus hodie hanc actionem necessariam esse putat SCHILTER. *ex 24. §. 64. seqq.* cum vix stricti iuris negotia supersint, & præterea in dandis actionum formulis iudices nostri haud sint solliciti.

4. (II) *Vt certo loco aliquid ex eiusmodi conuentione sit soluendum.* Temporis adiectio hanc actionem arbitrariam haud facit.

5. (III) *Vt alibi petatur, quod debetur*, in foro tamen alias competente, scil. *domicilii.*

6. (IV) *Vt fiat commemoratio loci, vbi peti debuit*, ne *simpliciter petendo*, actor exceptione *plus petitionis* alias repellatur, causamque perdat. Et sic, si locus *alternatiue* adiectus, huius quoque mentio iniicienda. *l. 2. §. 2. h.*

7. (V) *Vt iudicis arbitrio relinquatur, quanti actoris vel rei interfit, quod alibi debitum petatur.* Hinc dicitur *arbitraria*, *l. 2. h.* eoque intuitu permissum, vt debitum *alibi* peti & solui queat, salua *indemnitate* eius, qui inde læditur.

8. In *æstimatione* ineunda iudex debet habere rationem vtriusque, tam *rei* quam *actoris*

vis læsi, prout nimirum locus in *debitoris* aut *creditoris* vtilitatem mutatur, *l. 2. pr. & §. 8. h.* ita vt arbitrium eius in genere ad *normam æquitatis* vbique sit restrictum. *l. 3. 4. h.* Ceterum qui creditum in alio loco *sponte* accipit, non contradicendo, interesse hoc postea *speciali actione* petere nequit, cum tantum debeatur *officio iudicis*, *l. centum Capuæ. 8. h.* PAGENSTECH. *in sicil. manip. 3. p. 98.* quin remisisse illud videatur. *l. vlt. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. arbitraria 2. pr. §. 4 5. 8. l. ideo. 3. l 4. in f. l. in bonæ fidei. 7. l. centum Capuæ. 8. l. is qui. 9. l. vlt.

Tit. V. (*IV. 18.*)

De constituta pecunia.

1. *Constituere* hic idem est ac *firmare* & *stabilire*, BRISSON. *de verb. signif. verbo constituere*, & *pecunia* latissime sumta hic comprehendit omnes res in patrimonio existentes. *l. 5. l. 178. pr. l. 222. de V. S.* Hinc actio *de constituta pecunia est in factum prætoria, qua conuenitur is, qui se soluturum vel facturum, nudo pacto promisit, quod vel ipse vel alius aliunde soluere vel facere debet.*

2. Oritur ex CONSTITVTO, quod est *pactum, a prætore specialiter confirmatum, quo*

quis denuo promittit, quod vel ipse vel alius iam ante ex quacunque causa debebat. l. 1. §. 6. sq. h. Estque instar *obligationis accessoriæ, l. 28. h.* vt actori integrum sit, vtrum ex *causa debiti priori*, an ex *constituto* agere malit, nec illa consumatur, nisi *solutione. l. 18. in f. h.*

3. *A fideiussione* facile distinguitur, quæ fit *stipulatione*, quamuis in effectu, et plerisque aliis cum ea conueniat, præsertim hodie, vbi ratione *modi* ineundi inter *fideiussionem* & *constitutum* nulla amplius supereſt differentia. STRYK. *de inueſt. act. ſect. 1. m. 8. §. 2.* Multo minus constitutio *pactitii debiti* æque, vt olim, necessaria est, cum *simplex* pactum æque obliget hodie, quam *geminatum* de iure Romano: quamuis ex *geminatione* in aliis debendi causis singulares quosdam effectus accipiat, & *obligatio quæcunque* magis firmetur.

4. Quærunt quidem adhuc differentiam in eo, quod pure constituenti ad soluendum *modicum tempus* indulgendum sit, h. e. *decem dies. l. 21. §. 1. h.* Sed idem laxamentum, arbitrio iudicis definiendum, debitoribus indulgetur in aliis quoque contractibus. *l. 105. de solut. §. fin. Inſt. de inutil. ſtipulat.* MERILL. *lib. 11. obſ. c. 16.* In eo tamen differentia admitti potest, (1) quod fideiussores ordinarie intercedant pro *eodem debito*, quod est in obligatione principali: ast constitui etiam potest *res alia*, quam quæ est in obligatione principali. *l. 1. §. 5. h.* (2) Potest *alteri* constitui, con-

consentiente creditore, quam cui debetur *l. 5. §. 2. h.t.* (3) Tenet constitutum, licet in eo plus sit *tempore* vel *loco. l. 3. in f. h.t.*

5. Requiritur itaque (1) debitum *verum antecedens: l. 29. h.l. vlt. h.l. 1. §. 7. & 8. h.* (2) *animus* constituendi: *l. 1. §. 4. h.* (3) vt debeatur illi, cui constituitur: *l. 26. & 27. h.* (4) quælibet verba quidem sufficiunt, sed non *impersonaliter* concepta, ob incertitudinem: *auth. si quando C. h.* (5) vt actor in mora non sit constitutus, in re *in specie* debita. *l. 16. §. 2. l. 18. pr. h.* Cetera ex generali natura pactorum & fideiussionis dependent. Vnde etiam hic *ordinis* & *diuisionis* beneficium obtinet, *l. f. C. h.* nisi quis pro alio *iudicatum soluere* constituerit. MEV. *1. D. 229.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 3 5. 7. l. quodsi maritus. 3 l. Eum qui Ephesi. 5. §. 2 l. Hactenus 11. l. qui aurem 14 pr. f. l. si duo quasi. 16. §. 1. l. item illa. 18 § 1. f. l. id quod sub conditione 19. pr. l. promissor 21. l. Vtrum præsente. 27. l. vbi quis 28.

Ex Codice l. si pro alieno. 1. auth. si quando. l. receptitia. 2. l. vlt.

Tit. VI. (IV. 23.)

Commodati vel contra.

1. COMMODATVM *est contractus realis, quo vsus certus rei non fungibilis gratis alicui conceditur, ita vt finito vsu res eadem in specie non deteriorata restituatur.*

2. Re-

2. Requiritur (I) vt *interueniat res non fungibilis*, saltem non, *vt fungibilis*, *l. 3. §. vlt. l. 4. h.* quæcunque demum sit, *l. 1. §. 1. h.* etiam incorporalis, HAHN. *ad W. h. n. 4.* imo aliena. *l. 15. & 16. h.* BACHOV. *ad Treutl. disp. 24. vol. 1. th. 1. lit. g. in fin.*

3. (II) *Vt alteri concedatur ad nudum vsum.* Hinc *possessionem* & *proprietatem* commodans retinet. *l. 8. & 9. h.* Statutis tamen quorundam locorum ex iure Germanico antiquo (*vid. I. P. S. lib. 2. art. 60.*) adhuc retenta est sententia Hand muß Hand gewehren, vt contra *tertium b. f. possessorem* denegetur rei vindicatio MEV. *ad ius Lubec. lib. 3. tit. 2. art. 1.* SCHILT. *ex. 25. §. 5. seqq.* Inde tamen minime colligendum, secundum *ius Germanicum* in commodato transferri dominium, quod contra intentionem paciscentium est.

4. Et quidem (III) *ad vsum certum. l. 17. §. 3. h.* Inde differt a *precario*, quod (a) pro lubitu reuocabile est, *l. 1. pr. & l. 15. pr. de precar.* & (b) proinde tantum *diligentiam infimam* requirit STRYK. *de caut. contr. S. 2. c. 2. §. 3.*

5. Fluit inde, (α) rem ad alium vsum adhiberi non posse citra furtum: *l. 5. §. 7. 8. h. l. 18. pr. h.* (β) rem dari debere ad illum vsum aptam, non nociuam; alioquin commodans eo nomine *actione contraria* tenetur: *l. 18. §. 3. h.* STRYK. *c. l. §. 12.* (γ) commodatarii gratia tantum regu-

regularirer hunc contractum celebrari, adeoque ipsum teneri ad omnem diligentiam. *l. 5. §. 2. h.*

6. (IV) *Vsus debet esse gratuitus:* accedente *mercede* est locatio conductio. *l. 5. §. 12. h. l. 7. §. 3. h. Honararium* tamen promitti & solui potest, quia *sponte* offertur, & nullam proportionem cum vsu concesso requirit. Inde ex *obligatione antidorali* commodatarius quoque tenetur ferre modica impendia. *l. 18. l. 2. h.*

7. (V) *Vt finito vsu restituatur*, & si res commodata fuerit ad pignorandum, *vt repignoretur. l. 5. §. 12. h.* Neque α) res commodata retineri potest prætextu debiti alterius *l. f. C. h.* sed tantum ob *impensas: l. 18. §. 2. & 4. h.* β) nisi restituatur, iuratur in litem contra dolosum: *l. 3. §. 2. l. 5. §. 1. h.* γ) In restituendo autem *omnis diligentia* adhibenda. *l. 10. seqq. h. I. P. S. lib. 3. art. 22.*

8. Denique δ) ante vsum finitum repeti nequit, *l. 17, §. 3. h.* nisi ob *necessitatem improuisam* superuenientem *arg. l. 3. C. loc.* STRVV. *in decis. Sabb. c. 5. dec. 1.* HAHN. *ad W. h. n. 11.*

9. Restituenda res (VI) *in specie*, in quo differt a mutuo. *l. 2. pr. de reb. cred.* In *subsidium* tamen aliquando æstimatio præstanda, si periit culpa commodatarii, *l. 17. §. f. h.* vel æstimatio ab initio adiecta sit venditionis gratia. *l. 5. §. 3. h.*

10. Imo

10. Imo (VII) *in eodem ſtatu*, ſeu non deteriorata quauis culpa; *l. 3. §. 1. h. l. 10. pr. h. I. P. S. lib. 3. art. 5. & 22.* caſum non præſtat commodatarius. *l. 18. pr. l. 19. h.* Quodſi deterioratio ſit grauior, aliquando *æſtimatio* totius rei præſtanda. HAHN. *ad W. h. n. 10.*

11. Ex hoc contractu naſcitur duplex actio, *directa* & *contraria*. *Directa* competit commodanti aduerſus commodatarium eiusque heredem, ad rem finito vſu reſtituendam in eodem ſtatu. Si α) pluribus res commodato data, ſinguli tenentur in ſolidum, *l. 5. §. f. h.* niſi *communi periculo* res fuerit data *l. 21. §. f. h.* Aſt β) contra heredes datur pro *portione hereditaria*, niſi vnus totam rem poſſit reſtituere, *l. 3. §. 3. h.* vel ex facto proprio conueniatur. *l. 17. §. 2. h.* Neque diſtinguitur, vtrum aliquid *ex dolo defuncti* ad heredes peruenerit nec ne? *l. 12. de obl. & A.*

12. *Contraria*, quæ etiam ſine *principali* moueri poteſt, *l. 17. §. 1. h.* competit commodatario aduerſus commodantem ad *indemnitatem* præſtandam, (α) ſi *dolo* vel *lata culpa* commodatarius eſt læſus: *l. 17. §. 3. h. l. 18. §. 3. l. 12. h.* (ε) ſi *importune* rem repetiit; *c. l.* (γ) ſi impenſas *non modicas*, quas naturali ratione facere non debuit, in rem commodatam fecit: *l. 18. §. 2. h.* (δ) ſi *pretium* & *rem ipſam* tenet. *l. 17. §. f. h.* Quod autem *contraria* actione conſequi poſſumus

sumus, eo nomine etiam habemus *retentionem. l. 18. §. 4. h.*

22. Ceterum præter hanc doctrinam in *l. 5. h.* generales regulæ de DOLO, CVLPA ET CASV FORTVITO traduntur. *Dolus* est *quodlibet factum illicitum, quo data opera & ex proposito alteri damnum inferre intendimus*, qui vbique præstandus, nec valet pactum de dolo *in futurum* non præstando. *l. 17. pr. h.*

14. *Culpa* vero est *omissio diligentiæ debitæ, proæresi directa carens*, quamuis *voluntas indirecta* adsit. Sicuti vero *diligentia* suos habet gradus, ita & *culpæ* tres vulgo constituunt gradus, *latæ, leuis*, vel *leuissimæ.*

15. *Lata culpa* consistit *in omissione diligentiæ communis omnium hominum ex communi sensu agentium. l. 213. 223. de V. S l. 9. §. 2. de I. & F. ignor. l. 7. §. 2. de administr. tut.* Hæc præstanda est in omni contractu, cum *dolo* æquiparetur quatenus ad *interesse priuatum* agitur. *l. 226. de V. S. l. 1. §. 1. si mensor. fals. mod. dix. l. 7. depos. l. 29. §. 3. mand.*

16. *Culpa leuis* est *omissio diligentiæ talis, quam patresfamilias diligentes & industrii in rebus suis adhibere solent. l. 14. de pignor. act. l. 35. §. 4. de contrah emt.* Ergo *officium boni patris familias negligere*, est *culpam leuem* committere. Qui vero *summum gradum diligentiæ omittit, qualis in homines cadere potest, culpam leuissimam* committit. *l. 18. pr. h. l. 1. §. 4. de O. & A.*

17. Præ-

17. Præstationem culparum ordinarie temperant pro modo *vtilitatis perceptæ* secundum *l. 5 h.* Sunt tamen regulæ ibi traditæ nec *accuratæ* nec *adæquatæ*, cum ad *obligationem dandi* tantum applicabiles sint.

18. Præterea tota doctrina hæc satis obstructa est, quia ICti variis hac in re locutionibus vsi sunt; *l. 18. pr. h.* hinc plerique optime monent, *substratæ materiæ* & *æquitatis naturalis* rationem esse habendam, qua ICti vbique vsi sunt.

19. Proinde ex regulis *rectæ rationis*, quam ICti vnice in decisionibus respexerunt, dicendum videtur, *regulariter* præstandam esse *diligentiam mediam*, pro conditione *humanæ naturæ imperfectæ*, quam intueri debet, qui cum altero contrahit, *l. 6. l. 9. §. 2. de I. & F. ignor. l. 10. de bon. poss. l. 32. depos. l. 5. §. 2. inf. h. t.* cum ordinarie in aliis quoque materiis temperamento hoc ICti sint vsi *l. 137. §. 2. 3. de V. O. l. 33. de vsur. l. 18. l. 19. §. 4. de edict. Aedil. l. 25. in f. de pign. act. l. 15. D. de N. G. l. 21. §. 1. de constit. pec.* conf. COCCEI *collat. iurid.*

20. Merito tamen ab hac *regula* excipiendus est casus, (1) si quis *summum diligentiæ gradum* promittit, *§. 3. J. de emt. vend.* idque vel *expresse* vel *tacite*. Posterius fit (1) si quis vltro se negotio offert: *l. 25. §. 16. famil. herc. l. 36. de R. iur. l. 8. §. vlt. ad l. aquil.* (2) si negotium *arduum* est, & singularem *peritiam* & *præcautionem* requirit *l. 13. C. mandat. l. 25. §. 7. locat. cond.* si (3) alter

alter *singulare beneficium* in contractu accipit. *l. 17. §. 3. h.*

21. Quandoque etiam (II) leges æquum iudicarunt, non adeo stricte *mediam* attendere *diligentiam*, vt in *deposito*, *societate* & *precario*, quatenus vterque contrahentium in his *in singulari culpa* versatur, *l. f. D. h. t.* & sic *culpa* cum *culpa* compensanda est, nisi alterius desidia nimis præponderet. *l. 9. §. 5. de reb. aut. iud. poss.*

22. Denique *casus fortuitus* est *inopinatus euentus, qui humano consilio auerti aut præcaueri non potuit. l. 2. §. 7. de admin. rer. ad ciu. pertin. l. 18. pr. h.* *Ciuiliter* etiam pro *casu* reputatur ille culpæ gradus, qui pro negotii natura præstari non debet, quamuis alias *in se* culpa sit.

23. Casus regulariter tunc nocet *domino rei*, si eidem hæc ex contractu *restituenda est*: *l. 23. in f. de R. I.* modo (1) debitor non sit in mora restituendi: *l. 12 §. 3. depos.* (2) nulla culpa ordinata ad casum, & quæ alias in tali negotio præstanda est, antecesserit; *l. 5. §. 4. h. l. 11. §. 1. locat.* (3) nihil aliud conuentum: *l. 5. §. 10. h. l. 23. de R. I.* (4) æstimatio venditionis gratia non sit adiecta: *l. 10. de I. dot. l. 5. §. 3. h.* hæc enim transfert periculum in accipientem. *l. 1. §. 1. D. de æstim. l. 10. de iur. dot.*

24. Vbi vero res nostra alteri *danda*, h. e. ex contractu *dominii translatiuo* in alterum transferenda, ibi *res perit ei, cui debetur. §. 3. I. de emt. V.* Imo hæc regula adeo generalis est, vt in

quibuscunque contractibus vsum habeat, & cum *priori regula* concurrat.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. l. sed mihi. 3. pr. §. 1. 2. f. l. si vt certo loco. 5. §. 2. 3. 4. 8. 9. 10. 12. f. l. Vnde quæritur. 7. in f. l. rei commodatæ. 8. seqq. l. is qui commodatum. 13 l. commodare. 15. l. in commodato. 17. pr. §. 2 3 f. l. in rebus commodatis. 18. pr. §. 2. 3. f. l. argentum. 20. l. si seruus. 22. l. vlt.

Ex Cod. l. ea quidem. 1. l. vlt.

Tit. VII. (IV. 24.)

De pignoratitia actione.

1. PIGNVS *est contractus realis, quo res datur in securitatem crediti ad effectum, vt alteri ius in re constituatur, & simul obligetur, ad rem soluto debito in specie in eodem statu restituendam.*

2. Requiritur itaque, (I) *vt mutuo consensu res pignoris causa determinata sit.* Hoc ipso differt (α) a *pignore iudiciali, l. 26. h.* (quamuis & hic *vtilis actio pignoratitia* applicari possit, *l. 5. §. 21. vt in possess. legat.*) & (ϛ) *tacito. l. 11. §. 5. h.* Quam rem autem (γ) consensus respexit, illa pignori obligata est, *l. 1. §. 1. h.* quæcunque demum sit.

3. (II) *Vt tradatur a debitore creditori in securitatem crediti.* Hinc differt ab *hypotheca*, quæ *nudo pacto* constituitur, sine *possessionis* trans-

translatione; l. 1. l. 9. §. 2. l. 35. §. 1. h. pignus autem creditor possidet, *l. 15. §. 2. qui satisd. cog.* vt etiam domino locare possit. *l. 37. h.* Vnde & *remedia possessoria* ei competunt, MEV. *5. d. 349,* aliique effectus tribuuntur, qui alias tantum *domino* proprii sunt. *l. 16. de seruit. l. 9. de N. O. nunc. l. 12. in f. de cond. furt.*

4. Inde (2) *contractus pignoris necessario praesupponit debitum principale praeexistens. l. 43. de solut.* Nulla pignoris est causa, vbi debitum nullum, *l. 11. §. 3. h.* vel extinctum est. *l. cit. §. 1.*

5. *Talis* (3) *res tradenda, quae possit securitatem illam praestare,* h. e. *propria,* non aliena, *l. 9. pr. l. 32. h.* nec aliis obligata. *l. 16. §. 1. & l. 36. §. 1. h.* Ceterum voluntate domini res *aliena* valide pignori datur, *l. 20. pr. l. 27. h.* imo operatur datio *rei alienae,* vt, soluta pecunia, debitor pignoratitia possit experiri. *l. 9. §. 4. h.*

6. Vlterius (4) inde fluit, *mediam diligentiam hic esse praestandam, l. 14. h.* non exactissimam: verba enim *l. 13. §. 1. h.* corrupta sine dubio sunt, & pro *vt* legendum *at,* vt obseruat eleganter NOODT. *lib. 1. prob. iur. c. 4.* Res vero ipsa perit debitori, saluo debito, *l. 8. & 9. C. h.* nisi creditor pignus propria autoritate occupauerit. *l. 30. h.*

7. Denique (5) inde liquet, *vsum rei oppignoratae non transire ad ipsum creditorem:* neque enim aliquid lucrari potest creditor ex pignore,

l. 22. pr. §. 1. & 2. h. sed fructus ex pignore percepti imputandi sunt vel in *vsuras*: vel in ipsum *debitum*, si haud *vsurarium* est, aut alias creditor citra *voluntatem debitoris* pignus possidet, veluti per *immissionem*. *l. 1. 2. 3. l. 12. C. h. l. 23. h.*

8. Aliquando *vsus pignoris* etiam pacto adiecto creditori conceditur, vel in α) *compensationem ipsius debiti*, quo casu illud absorbetur, *l. 39. h.* rationibus redditis de fructibus *perceptis* & *percipiendis l. 3. C. h.* vel ϐ) in *compensationem vsurarum*, saluo manente debito, quod ius speciatim *antichreticum* vocatur.

9. Constituitur hoc ius vel *expresse* vel *tacite*. Hoc fit, si res frugifera alicui pignori datur, nihilque de vsuris *expresse* disponitur. *l. 8. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* Atque hoc casu antichresis modum *legitimarum vsurarum* excedere nequit, sed tenetur creditor rationes reddere de fructibus, *l. 8. cit.* vt tamen in prouentibus minus certis modicus excessus attendi non debeat. Diuersa est ratio *antichreseos expressæ*, cui etiam secundum *iuris Romani* principia *tacita* inest *locatio*: iam autem rem vilius locare permissum. *l. 14. l. 17. C. de vsur.* LAVTERBACH. *de antichresi. §. 42. seqq.* STRYK. *de action. for. inuest. S. 1. m. 5. §. 33.* Multo minus secundum *iuris Germanici* principia rationes ab his creditoribus exigi possunt. vid. GVNDLING. de *iur. oppign. territ.*

10. Ob dubia tamen, quæ *in praxi* mouentur, quidam suadent, vt potius contractus *retrouenditionis*

tionis ineatur. Quia vero in hoc periculum rei in emtorem transit, adhuc consultius est, rem oppignoratam pro *certa mercede* conducere, & vsuras cum locario quoad *quantitatem concurrentem* compensare, reddito quotannis superfluo.

11. (III) *Vt tradatur cum obligatione ad rem illam oppignoratam restituendam soluto debito. l. 40. §. 2. l. 11. C. h.* Necesse autem est, quo pignus liberetur, (α) vt *totum debitum sit solutum*, *l. 11. §. 3. h.* ibique BRVNNEM. *n. 4.* vel alio modo creditori satisfactum, *l. 9. §. 3. h.* etiam solenni *oblatione & depositione. l. 10. C. h.* Nec quicquam amplius praestare *debitor* cogitur, licet creditor interim pignus pro maiori quantitate alii pignori dederit, a quo nihilominus rem *vindicare* potest, *l. 40. §. 2. h.* SCHILTER. *ex. 26. §. 11.* soluto debito. *l. 65. pr. de R. V.* Iure Germanico antiquo aliud obtinuit. *I. P. S. lib. 2. art. 60.* vid. *p. 348. §. 3.* Neque huic reluitioni praescribi potest, *l. 10. & 12. C. h. I. P. art. V. §. 27.* cum ante *solutum debitum* actio non sit nata *l. 9. §. 3. h.* STRYK. *de act. forens. inuest. S. 3. m. 1. axiom. 1.* (β) *Idonee quoque soluat debitor*, per nummos probos. *l. 24. §. 1. h.* Aliquando (γ) etiam, non soluto debito, agi potest ad *interesse*, propter abusum rei oppignoratæ, *l. vlt. D. h.*

12. (IV) *Vt restituatur in specie. l. 9. §. 5. h. Per accidens* euenire potest, vt *in specie* restitui nequeat, si *culpa creditoris* interiit: si sine *culpa*, nihil restituitur, *l. 9. C. h.* saluo debito; *l. 6. C. h.*

CARPZ. *P. 2. C. 26. d. 1. & 3.* quod *iure antiquo Germanico* exſtinctum eſt. *I. P. S. lib. 3. art. 5.* Denique ſi pignus venditur ob *moram* debitoris, ſuperfluum pretii cum vſuris reſtituit; *l. 42. h. l. 6 §. 1. l. 7. h.* dummodo pretium ad creditorem iam peruenerit. *l. 24. §. 2. h.*

13. Nec ſiſtit hanc reſtitutionem *lex commiſſoria*, qua conuentum, vt, non ſoluto ſuo tempore debito, pignus pro debito creditori plene acquiratur. GONZAL. TELLEZ. *ad c. 7. X. h. n. 7. & ſeqq.* Hæc enim reprobata eſt, cum mere vſuraria ſit, *l. fin. C. de pact. pignor. c. pen. 7 X. h* nihil operante *iuramento* adiecto, quamuis id plerique canoniſtarum velint per *alleg. cap. 7.* VALENS. *ad X. h. §. 3. n. 4. & 5.* Toleratur tamen pactum hoc, ſi ita conuenerint, vt, debito ſuo tempore non ſoluto, pignus *iuſto pretio* ſit creditori venditum, *l. 16. §. 9. de pign.* modo pretium non ſtatim determinetur, cum alias eadem hic ſubſit decipiendi facilitas. HVBER. *ad tit. de pign. & hypoth. §. 15.*

14. (V) *Vt reſtituatur non deterioratum dolo vel culpa leui: l. 13. §. 1. l. 14. D. l. 3. C. h.* alias eo nomine tenetur. *l. 7. C. h. I. P. S. lib. 3. art. 5.*

15. Oritur ex hoc contractu bilaterali *actio pignoratitia directa & contraria.* *Illa* competit debitori aduerſus creditorem ad pignus, ſoluto debito, reſtituendum, cum omnibus acceſſionibus, damnisque reſarciendis. Vnde (1) facile

cile ab *hypothecaria* distinguitur: (2) efficaciter institui nequit nisi *soluto debito l. 9. §. 3. h.* vel ad minimum in *iudicio oblato. c. l. §. 5. h.*

16. Quia personalis est, non competit contra *tertium possessorem*, licet hic nouiter iure pignoris a creditore rem possideat. *l. 40. h.* De *iure canon.* tamen aliud volunt, per *c. 6. X. h.* quamuis de eo recte dubitet SCHILTER. *ex 26. §. 10.* Proinde minus secura est sententia MEVII *5. D. 343.* asserentis, in praxi contrarium obseruari, quod reprobaui in *tr. de iure eccles. protest. lib. 1. tit. 2. §. 72.* quin potius contra secundum creditorem agendum vel actione *reali*, vel *cessa*, aut *vtili* ex creditoris conuentione.

17. Persequitur debitor hac actione (α) ipsum *pignus*: (β) omnia *commoda*, quæ creditor occasione eius est consecutus: *l. 22. pr. §. 1. h. l. 12. §. 1. de distrah. pign.* (γ) in *antichresi tacita*, vel, si cessantibus vsuris fructus simpliciter in sortem imputandi, etiam *fructus percipiendos*, quos ipse debitor percipere potuisset; *l. 3. C. h.* (δ) aliquando *interesse*, *l. 9. §. vlt. h.* si creditor pignus *dolo* vel *culpa* amisit. *l. 5. C. h.*

18. *Contraria* actio est creditori comparata aduersus debitorem, *ad indemnitatem obtinendam.* Obtinetur illa, (1) si impensæ *necessariæ* restituuntur; *l. 8. h.* imo & *vtiles*, intra *modum* factæ, quatenus debitorem non onerant. *l. 25. h.*

19. (2) Si pignus *alienum* vel *vitiosum* datum, agitur ad hoc, vt aliud loco eius detur. *l.* 1. §. 2 *l* 9. *pr. l.* 16. §. 1. *h.* Nam quamuis *in l.* 54. *de fideiuss. interesse* præstandum esse dicatur, creditoris tamen non aliter interest, quam vt *aliud* constituatur. SCHILT. *ex.* 26. §. *vlt.* PAGENST. *in ficit. manip.* 3. *pag.* 111. Nec distinguitur, vtrum soluendo sit debitor nec ne? *l.* 32. *D. h.*

20. (3) Si damnum occasione pignoris passus est. *l.* 22. *in fin. l.* 23. *h.* Aliquando etiam (4) ad *restitutionem pignoris*, dolo debitoris intercepti agitur. *l* 3. *l.* 22. §. *pen. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. f. l. si quasi recepturus. l. 3. l. si conuenit. 4 l. si necessariis 8. pr. § 4. f. l. si rem alienam. 9 pr. §. 3 4. f. l. solutum. 11. §. 2 3. 5 l. si cum venderet 13. l. ea igitur. 14. l Tutor. 16. § 1. l aliena 20. l si pignore 22. pr. §. 2. l. eleganter. 24. §. 1. 2. l. si seruos. 25 l. non est mirum. 26. l quiratione. 30. l. cum debitore. 33. l. si pecuniam. 33. l. Titius. 34. l. cum & sortis. 35. §. 1 l. debitor 40. § 1. l rem alienam. 41. l. creditor 42.

Ex Codice l. ex pignore. 1. l. creditor. 2 l pactum. 4. l. si creditor. 5. l. quæ fortuitis 6. l. si nulla. 8. l. nec creditores 10. l. pignoris. 11. l. vlt.

Lib. XIV. Tit. I. (IV. 25.)

De exercitoria actione.

1. SEquuntur actiones ex *contractu*, quæ tamen *nouas qualitates* inde sortiuntur, quod ex *contractu alieno* actor conueniatur. Introductæ sunt a prætore, contra *ius ciuile*, quo nemo ex *contractu alterius* conueniri poterat. *l. 11. de O & A.* Earum itaque vsus est, si, qui ad contractum alterius *concurrunt*, conueniendi sunt. Tandem etiam receptum, vt *directo*, eu ex *formula ipsius contractus*, cum iis, qui ad contractum alterius *concurrunt*, agi possit, quia ipsimet contraxisse videntur. §. *vlt. I. quod cum eo qui in al.*

2. Huc pertinet actio EXERCITORIA, *competens ei, qui cum magistro nauis, secundum legem præpositionis, contraxit, aduersus exercitorem nauis ad præstandum id, quod in contractum est deductum.*

3. Necesse ergo est, (1) *vt exercitor aliquem naui præposuerit, tanquam magistrum. Exercitor* dicitur, *ad quem omnis reditus ex naui redundat:* sicuti *magister* est, *cui totius nauis cura mandata. l. 1. §. 1. h.*

4. Hæc ipsa *præpositio* est fundamentum obligandi exercitorem, adeo vt (1) si plures fuerint exercitores, singuli *in solidum* teneantur, *l. 1. §. 13. h. l. 3. l. 4. pr. §. 3. h. t.* (quod male *iniustitiæ*

accusat GROTIVS *de I. B. & P. lib. II. c. II. §. 13.* ibique ZIEGLER.) imo (2) etiam obligetur rursus ex persona eius, quem magister substituit, licet prohibente ipso exercitore, ne impediatur vtilitas nauigantium. *l. 1. §. 5. h.*

5. (II) *Vt quis contraxerit cum magistro l. 1. pr. h.* Neque enim (α) tenetur dominus ex contractu cum nautis inito, quamuis curare debeat, ne delinquant. *l. 1. §. 2. h.* (β) Non tenetur ex *delicto* magistri sui, nisi circa *officium* commisso, quod pluribus exemplis declaraui *in diss. de discrim. tempest. marin. c. 1.*

6. (III) *Et quidem secundum legem præpositionis.* Modum egressus magister non obligat exercitorem. *l. 1. §. 12. h.* Si plures præpositi sunt magistri, videndum, an diuisa eorum officia sint, nec ne? *cit. l. §. 13.*

7. Illud quoque *tacite* censetur magistro iunctum esse, sine quo nauigatio perfici nequit: veluti si mutuam accipiat pecuniam, ad *necessariam nauis refectionem* vel aliam *necessitatem*; inde etiam obligatur *exercitor*, licet *expresse* haud mandauerit, cum sufficiat, quod pecunia in rem domini versa fuerit.

8. Requiritur tamen hoc casu, (1) vt mutuans sciat, se in hoc credere, cui rei est præpositus magister; *l. 1. §. 8. h.* (2) nauis refectionem desideret: *l. fin. pr. h.* (3) vt pecunia *expresse* hac lege accipiatur, licet magister *postea* forsan mutauerit voluntatem: *l. 1. §. 9. h.* (4) vt non maior summa, quam

quam ad refectionem necessaria, credatur; *l. fin. in fin. h.* 5) vt in loco illo credita sit, vbi refectio fieri debuit. *l. 7. §. 1.* conf. STRVV. *ex. 20. th. 10.* BERL. *dec. 252. n. 7.*

9. Si est liber, *durante officio* etiam cum *magistro directo* agi potest, vt actori relicta sit electio. *l. 1. §. 17. h. Finito officio* solus exercitor obligatur, *l. fin. de inst. act.* nec *magister* amplius conueniri potest, nisi 1) *simpliciter* contraxerit, non facta mentione officii, quod gessit: (2) fidem suam interposuerit: (3) contra *legem præpositionis* contraxerit: (4) deliquerit.

10. Exercitori contra contrahentes cum magistro nulla actio ex *edicto prætoris* est prodita, sed sufficit, quod contra magistrum nauis agere possit, *l. 1. §. 18. h* modo a magistro rem conseruare queat. *l. 1. in f. l. 2. de instit. act.* Sed *iure nouo* ex edicto D. PII vtilis actio sine *cessione* concessa est. *l. 13. §. 23. de act. E. V.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 1. 2. 5. 7. 9. 12. 13. 15 16. 17. 18. f. l. ne in plures. 2. l. nec quisquam. 3. l. si tamen. 4. pr. §. 1. vlt. l. vlt.

Ex Codice l. seruus. 1. l. & si a mulieris. 4. l. vlt.

Tit. II.

Tit. II.

De lege Rhodia de iactu.

1. RECEPTÆ apud Romanos erant *leges Rhodiensium*, & quidem *in subsidium*, *l. 9. h.* quod summa æquitate niterentur. SCHOTTEL. *de antiq. in German. iur. c. 21. §. 4.* Imprimis autem in *decidendis controuersiis maritimis* auctoritate maxima pollebant, quas recenset PECKIVS *in comment. ad rem nauticam*, quem optime illustrat VINNIVS. Imo legum nauticarum *Wisbycensium* & ceterarum, quæ adhuc hodie supersunt, fons sunt. *Leges Wisbycenses* recenset MARQVARD. *de iure mercat. in app. lit. X.*

2. In specie in lege DE IACTV cautum est, *vt si naufragio imminente merces leuandæ nauis gratia iactæ sint, reliqui socii periculi, quorum res sunt seruatæ, in tributum veniant. l. 1. h.*

3. Congruit hoc iuri naturæ, quod vult, *vt omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est, l. 2. pr. h.* ex qua ratione plures casus similes deciduntur, veluti si nauis a piratis redemta &c. *l. 2. §. 3. 5. l. 4. pr. h.* LAVTERBACH. *de æquitat. & extens. L. Rhodiæ.*

4. Vt autem vectores reliqui ad contributionem teneantur, requiritur, (I) *vt iactus sit factus, l. 4. h.* & quidem *ob iustum naufragii metum. l. 2. pr. & §. 2. h.* Non sufficit (α) *metus vanus*, quin

quin potius voluntas nauigantium aut maioris partis, de *iactu faciendo*, explorari debet: SCHOTTEL. *cit. l. §. 6.* (c) si iactus factus propter *culpam* magistri nauis, *contributio* non nisi *in subsidium* locum habet. *arg. l. 29. §. 3. ad L. aquil.*

5. (II) *Vt res iactæ sint amissæ vel deterioratæ. l. 4. in f. h.* Si (a) recuperatæ sunt, cessat æquitas contributionis, *l. 2. §. 7. h.* Imo (b) si post contributionem iam factam saluæ fuerunt recuperatæ, condici potest, quod tributum est *arg. l. 2. §. 1. de cond. sine cauſ.*

6. Res enim iacta manet domini, *l. 2. in f. l. 8. h.* quia reprobatum est ius occupandi bona naufragorum, *auth. nauigia C. de furt.* SCHOTTEL. *cit. tr. c. 29.* GREVIVS *ex. ad D. h. §. 22.* adeo vt furti teneatur, qui tales res non restituit. SCHILT. *ex 27. §. 30. seqq.* Pertinere huc videtur *l. 9. h.* quam peculiari paraphrasi illustrat HVBER. *h. in f.*

7 (III) *Vt per iactum nauis res ceterorum vectorum sint seruatæ.* Inde *obligatio ad contributionem* nascitur quoad omnes res seruatas, etiam non multum onerantes nauim, *l. 2. §. 2. h.* imo quoad ipsam *nauim* seruatam, non quoad cibaria. *l. c.*

8. Quodsi itaque, *iactu facto*, nauis nihilominus periit, nulla fit contributio, sed quod quisque seruat, hoc sibi seruat, quasi ex incendio. *l. 7. l. 5. pr. h.*

9. Suf-

9. Sufficit tamen, *semel res ceterorum esse seruatas*, licet post alio in loco nauis fuerit submersa, & forsan per vrinatores res extractæ *l. 4. §. 1. h.* Semel enim obligatio nata est, & res, propter quas hæc obligatio adest, adhuc saluæ sunt.

10. His ce concurrentibus omnes contribuunt, quorum interfuit, iactum factum fuisse, *l. 2 §. 2. h.* adeoque etiam (α) assecuratores, (ε) dominus nauis (γ) & quorum res amissæ, secundum *proportionem respectiuam*; ita tamen, vt *amissarum*, quatenus *indicatæ* sunt, æstimatio computetur, *quanti emtæ sunt*; *seruatarum* vero, *quanti venire possunt. l. 2 §. 4. h.* Modum computandi designat MVLLER *cit. l. §. 19. lit. b.* Ipsa contributio dicitur *Hauaria.* SCHOTTEL. *cit. l. c. 21. §. 3.*

11. Illi, cuius res sunt iactæ, naui laborante, nulla dabatur actio *directo* contra conuectores ob *defectum formulæ.* SCHILT. *c. l. §. 24.* Poterat tamen *ex locato* agere contra magistrum nauis, vt is cum reliquis, quorum res saluatæ sunt, agat ex *conducto*, vt detrimentum pro portione communicaretur, *l. 2. pr. h.* ita tamen, vt, si vnus ex conuectoribus soluendo non esset, hoc non grauaret magistrum. *l. 2. §. 6. h.*

12. Hodie *directo* cum conuectoribus agi potest, SCHILT. *c. l.* HVBER. *h. §. 7.* quia adest *obligatio perfecta* ad contribuendum, quod sufficit, cum ad *formulas actionum* non simus adstricti. Non tamen magister nauis res conuectorum antea

antea dimittere debet, quam facta contributione alioquin ipse *in solidum* tenetur.

TEXT. NO TAB.

L. 1. l. si laborante. 2. pr. §. 2. 4. f. l. Nauis. 4. §. 1. 2. l. amissæ 15. Nauis. 6. l. cum depressa 7. l. qui leuandæ. 8. l. ἀξιωτὶς, 9.

Tit. III. (IV. 25.)

De institoria actione.

1. ACtio INSTITORIA in plerisque fere conuenit cum *exercitoria. l. 7. §. 1. h.* Datur illis, *qui cum institoribus secundum legem præpositionis contraxere, contra præponentem ad id, quod in contractum est deductum.*

2. Præsupponitur itaque, (1) *vt quis fuerit præpositus negotiationi quæstuariæ vniversaliter. l. 11. §. 2 l. 1. h.* Hic dicitur *institor, l. 3. h.* qui *officium stabile* aliquod gerit, HVBER. *h §. 2.* adeoque morte *præponentis* non desinit esse, *l. 5. §. 17. h.* in quo differt a *procuratore simplici. l. 5. §. 10. h.* qui etiam aliquando *institorem* constituere potest. *l. 5. §. 18. l. 6. h.* Imo nec semper *mandato* constituitur. HAHN. *ad W. h. n. 4.*

3. Finita præpositione, cessat quoque hæc actio, *l. 11. §. 2. h.* veluti si *publice* institor reuocatus est. *c. l. 11. §. 3. h. Substitutio* institoris dominum inuitum obligare nequit, *l. 1. §. 5. de exerc. act.* SCHILT. *ex. 27. §. 42. sqq.* HVBER. *h. §. 5.*

in

in quo differt ab *exercitoria*, quæ maiorem habet fauorem.

4. In *præponente* generaliter requiritur, *vt liberam habeat disponendi facultatem*; BRVNN. *ad l. 7. n. 1. h.* alioquin præpositio est nulla.

5. (II) *Vt cum institore contractum sit secundum legem præpositionis. l. 5. §. 11, l. 11. §. 5. h. l. f. C. h.* Si circa *officium* deliquit institor, præponens *quasi institoria* conuenitur ad damnum resarciendum, *l. 5. h. §. 8.* non *criminaliter*. BRVNNEM. *ad c. l. num. 2.* Si leges præpositionis transgressus est institor, ipse, non præponens, tenetur.

6. Obligatur præponens ex tali contractu; imo & heres, *l. 15. h.* licet mortuo præponente contractus initus sit. *l. 17. §. 2. & 3.* BACHOV. *ad Treutl. disp. 24. th. 7. lit. e.*

7. Ipse institor *durante officio* conueniri directo potest, C. I. A. *h. §. 13.* non vero eo deposito, *l. f. h.* nisi *proprio nomine* contraxisset &c.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Eo nomine. 2. l. quicunque. 5. pr. §. 8. 11. 12. f. l. sed & si quis. 7. f. l. nam & plerique. 8 seqq. §. l. sed si pupillus. 11. §. 3. 5. l. Habebat. 13. pr. §. f. l. Nouissime. 15. l. 17. §. 3. l. Institor. 18.

Tit. IV.

De tributoria actione.

1. ACtio TRIBVTORIA *competit aduersus patrem vel dominum, ex eo, quod inique merces peculiares, in quibus, ipsis scientibus, filii vel serui negotiati sunt, inter se & reliquos creditores diuiserint, ad corrigendam istam iniustam diuisionem. l. 7. §. 2. l. fin. h.*

2. Non aliter, quam *dolo* interueniente, competit, *l. 8. h.* adeoque est *ex delicto rei persecutoria*, & in heredem datur de eo duntaxat, quod ad eum peruenit.

3. Requisita potiora sunt hæc, vt (1) *sciente patre vel domino* filius vel seruus negotiatus fuerit; *l. 1. §. 3. l. 3. pr. h.* inde enim vterque obligatur.

4. (2) Et quidem *in merce peculiari; l. 1. §. 2. h.* respicitur autem imprimis ad illam mercem, cuius intuitu quis contraxit, in qua aliis, qui *diuersæ tabernæ* crediderunt, præfertur. *l. 5. §. 15. & 16. h.*

5. Vnde & hodie *separationem* obtinere putant, vt vnius debitoris diuersarum tabernarum creditores non sint confundendi, ex ratione *l. cit.* SCHILTER. *ex. 27. § 51.* STRVV. *ex. 20. th. 46.*

6. (3) Vt ex illa omnibus creditoribus satisfieri nequeat, & tamen (4) dominus *inique distribuerit* illam: patri enim vel domino

ius distribuendi datum, vt tamen, cedendo merces peculiares creditoribus, liberetur. *l. 7. §. 1. h.* Inique autem distribuendo ipsemet *per indirectum* obligabatur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. sed si. 3 §. f. l. Procuratoris. 5. §. 11. 15 17. 18. l. sq. l. illud quoque. 7. §. 2. l. quia non. 8. l. 9. in f.

Tit. V. (*IV. 26.*)

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur.

1. IN hoc titulo ostenditur *effectus obligationis*, ex contractu illius, qui in aliena est potestate, natæ. Et quidem *serui* plane non obligantur, bene tamen *filiifamilias. l. 39. de O. & A. l. 44. de pecul.*

2. Limitatur tamen secundum ius antiquum obligatio *liberorum*, qui in *patria potestate* constituti contraxerunt, *l. 2. h. t.* (1) vt *executio actionis* differatur, vsque dum sui iuris fiant. FRANZK. *h. n. 4.*

3. (2) Vt sui iuris facti tantum condemnentur, in quantum facere possunt; *l. 2. pr. h.* modo (*α*) ex bonis paternis *nihil* vel *parum* lucrati sint, *l. 2. cit.* quod modicum non ex quan-

quantitate legitimæ præciſe, ſed ex quantitate minori, quam vt debitum inde ſolui, & filius ſe cum ſuis exhibere poſſit, æſtimandum. SCHILT. *ex. 27. §. 57.*

4. (ε) Filius non verſetur in dolo aut delicto, vbi in ſolidum tenetur, *l. 4. §. 1. & 2. h.*

5. (γ) Cum ipſo filiofamilias agatur; heres enim obligatur in ſolidum. *l. 4. §. 3. h.* (δ) Vt *in continenti* cum filio, ſui iuris facto, agatur. *l. 4. §. 4. h.* Si poſt lapſum temporis, ceſſat hoc beneficium.

TEXT. NOTAB.

L. ait. Prætor. 2. l. ſed an. 3. l. ſed ſi pr. §. 1. 2. 4. l. ſi filius-fam. 5. pr.

Ex Codice l. 1. l. eius rei. 2. l. ſi ex contractu. 4. l. ſi qui. 7. §. 1. l. ſi mandator. 8. l. ſi liberam 10. l. dominos. 13.

Tit. VI. (IV. 28.)

De SCto Macedoniano.

1. SCto hoc, ſub CLAVDIO lato ab improbo fœneratore ita dicto, *l. 1. pr. h.* ſæuitia creditorum coercita, ne in mortem parentum pecunias filiisfamiliarum fœnori darent, vt loquitur TAC. *lib. XI. annal. c. 13. pag. m. 193. cum* SVETON. *in vita Veſpaſ. c. XI.* & ſi darent, ne actio petitioque daretur creditori, ſed *exceptione SCti huius* repellerentur: *l. 9. §. 2. h.* quæ in *odium fœneratorum*, & principaliter in *fauorem parentum* eſt introducta, *l. 1. pr. h. l. 40. pr. de condict. indeb.* quibus

pecuniæ datio pernicioſa viſa eſt. *l.3. §.3.h.* Non ergo *priuilegium liberorum* dici poteſt.

2. Vt autem exceptio hæc locum habeat, requiritur, (I) *vt pecunia ſit mutuo data filiofamilias.* Nec enim (α) quodlibet mutuum filio eſt interdictum, ſed tantum *in pecunia; l. 3. §. 3. h.* multo minus alii contractus huc pertinent, niſi fraus legibus quæratur, *l.3. §.3. l.7. §.3.h.* vel *pecuniæ quærendæ* gratia cum *ſciente creditore* ineantur.

3. Sed etiam (β) filius *tempore mutui* ſub *patria poteſtate* adhuc eſſe debet. *l.3. §. f. l.4. h. l. 9. §.2. l.1. §.2.3.h.* HILLIG. *ad Donell. l.12. c.24.* Contrahi ſecure poteſt (a) cum liberato a patria poteſtate, *l.3. §. vlt.h.* etiam per *dignitatem*, vel *ſeparatim inſtitutam œconomiam*, CARPZOV. *P.2 C.10. d.17.* vel (b) cum eo, qui *publice*, licet per errorem, pro patrefam. habetur, *l.7. §.1. inf. C.h.l.2.D.h.* Idem (c) dicendum de eo, qui libere diſponere poteſt inter viuos, vt in *peculio caſtrenſi, l.1. inf l.2.h.l.f. in f. C.h.* & *aduentitio extraordinario*, BRVNNEM. *ad l.1. D. n. 6.h.* quia hic parentibus nihil amplius metuendum eſt. *l.3. §.3.h.*

4. (II) *Vt ſit data a creditore ſciente.* Excuſatur, (α) qui *iuſte* debitorem patremfamil. credidit, *l.3.pr.h.* (quem errorem probare debet creditor; *l.1.C h.*) non vero, qui ſcire facile hoc potuit. *l.19.h.l.7. §.7.h.* (β) Si doloſe quis ſe patremfamil. affirmauit. vid. *l. 1. C. h.* DE

IENA *de SCt. Maced. sect. 5. aph. 4.* DONELL. *lib. 12. c. 26.*

5. *Vt sit data* (III) *a tali, qui pecuniam mutuam dare potest.* In pupillo α) non habet locum, qui nequidem credere potuit pecuniam, sicut ϛ) nec filiusfamilias ex *peculio profectitio. l. 3. §. 2. h.* γ) *Minor* olim, curatore destitutus, restitui poterat contra SCtum. *c. l.* Curatore munitus a *pupillo* non differebat.

6) *Ciuitati* δ) hæc exceptio etiam opponitur pariter ac *ecclesiæ: l. 15. h.* quamuis, postquam *iure codicis* & *canonico* iura minorum eis sunt tributa, *l. 3. C. de iur. reip.* restitui contra hoc SCtum debeant.

7. (IV) *Sine consensu patris.* Alias valet mutui datio, quia filio exceptio hæc competit *propter patrem. l. 2. 4. 5. C. h.* Consentit vero pater (α) *expresse l. 12.* & quidem vel *ab initio*, licet reuocauerit mandatum, ignorante creditore; *l. 12. h.* vel *ex post facto* per ratihabitionem; *l. vlt. C. h.* (ϛ) *tacite*, si sciente & permittente patre filio creditur, *l. 4. C. h. l. 12. l. 16. h.* vel facto ipso contractum approbat, *l. 7. §. 15. h.* vel alias solitus fuit pro filio soluere.

8. Denique (γ) *præsumtiue*, si pecunia mutuo accepta a filiofamilias ad eam causam, ad quam pater *ex pietate* & *officio* tenetur, veluti ad *studia*, quatenus creditor *probabilem* non excesserit *modum, l. 7. §. 13. h.* vel alias pecunia *in rem*

patris versa est. *l. 7. §. 12. h.* DONELL. *lib. 12. c. 27. lit. e.*

9. Tandem necesse est, (V) *ut filius sui iuris factus debitum non agnouerit;* alioquin cessat haec exceptio, *l. 2. C. h. v.* c. (α) si partem debiti soluerit. *l. 7. §. vlt. h.* BERGER. *in ref. LL. h. qu. §.* GREVIVS *exerc. 12. ad D. §. 26.* (β) si pignus dederit. Vtroque casu tamen quoad *quantitatem concurrentem* duntaxat debitum censetur confirmatum. *l. 9. pr. h.* DONELL. *cit. l. c. 28.* nisi de *voluntate contraria* constet.

10. Ceterum *filiifamilias ratihabitione* viuenti patri non praeiudicatur, imo si ex *peculio profectitio* soluit, ipse quidem non repetit, *l. 9. §. f. l. 10. h. l. 40. pr. de cond. indeb.* bene tamen pater *exstantes* vindicabit, *consumtos* vero condicet, *l. 3. §. 2. h.* quod *sine causa* ad creditorem nummi peruenerint.

11. Est haec exceptio (α) *realis*, hinc & fideiussoribus & heredibus prodest *l. 9. §. 3. h.* (β) in tantum *priuilegiata*; vt opponi possit executioni post rem iudicatam, *l. 11. h.* nec noceat renunciatio a filiofamil. facta, HAHN. *ad W. h.* nisi iurata sit: STRYK. *de caut. contract. sect. 2. §. 1. c. 15.* (γ) *litis ingressum* impediens.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. f. l si quis patremfam. 3. pr. §. 2. 3. l. item si filiusfam. 7. §. 3. 6. 11. 12. 13. f. l. sed si patremfam. 9 pr. §. 3. l. tamen. 11. l. si tantum. 12. l. si quod. 13.

Ex

Ex Cod. l. si filius 1. l. Zenodorus. 2. l. si filiusfam 3. l. si permittente. 4. l. Macedoniani. 5. l. vlt.

Lib. XV. Tit. I. (IV. 26.)

De peculio.

1. OBligatur etiam pater ex contractu filii vel serui ob *peculium concessum*. Est autem PECVLIVM *quasi pusilla pecunia seu patrimonium quoddam*, (*l. 5. 3. h.*) *quod seruus vel filius permissu patris vel domini separatum a dominicis rationibus habet. l. 5. §. 4. h.* De aliis significatibus agit ENGELBR. *ad D. h. §. 33.*

2. Hinc peculium est *vniuersitas* quædam iurium, commodorum & incommodorum, recipiens decrementum & incrementum, *l. 40. h. l. 56. de R. V.* & per consequens pretium succedit in locum rei, & contra. *l. 1. C. de castr. pecul. l. 33. h.* Hoc imprimis habebant filii, si separatam a patre instituerant œconomiam, & ita, idoneo electo vitæ genere, quæstum faciebant.

3. Olim quidem vnum & *seruorum* & *filiorum familias* erat peculium. Sub Cæsaribus peculia filiorumfamil. admodum sunt immutata, vt *quinque species* inde euaserint.

4. Videlicet *peculium filiorumfamilias* est vel *paganum*: vel *militare*: hoc vel *castrense* vel *quasi castrense*; illud vel *profectitium* vel *aduen-*

titium, idque rursus vel *ordinarium* vel *extraordinarium*.

5. Militare ad acquisita *castrensia & quasi* pertinet. *Castrense* est, *quod filiusfam. non fuisset acquisiturus, nisi militiæ operam dedisset, l. 11. de castrens. pecul.* vt quod filio ad res castrenses comparandas donatum, *l. 3. de castr. pecul.* vel quod acquisiuit propter *cognitionem castrensem. l. 1. l. 4. C. eod.*

6. *Quasi castrense* peculium, ad exemplum militiæ sagatæ introductum, comprehendit *omne illud, quod filiofamil. non obuenisset, nisi artibus liberalibus & studiis operam dedisset*, vel *officia publica gessisset. Nou. 123. c. 19.* STRYK. *de succes. ab I. dissert. 11. c. 3. §. 7.*

7. Vnde & sumtus in studia, a patre filio *animo donandi* subministrati, eodem modo sunt *peculii quasi castrensis*, quo illa *peculii castrensis* sunt, quæ dantur vel relinquuntur ad instruendam militiam, *l. 3. 11. castr. pecul.* modo vtroque casu euentus sequatur; nec filius *militiam* aut *cursum studiorum* derelinquat. ID. *c. l. §. 8.*

8. In vtroque peculio (1) filiusfam. plenissime disponit, & habetur pro patrefamilias: *l. 2. de SCt. Maced. l. 6. pr. §. 3. C. de bon. quæ lib.* (2) patri vero omne ius ademtum: (3) habet in castrensi locum *beneficium separationis: l. 7. de castr. pec. l. 1. §. 9. de separat.* (4) competit filiofam. *militi* beneficium *competentiæ: l. 6. &*

18. de

18. de re iudic. (5) non confertur; *l. 1. §. 15. de collat. l. f. C. eod.* STRYK. *c. l.* (6) filius cum patre agit: *l. 4. de iudic.* (7) querela inofficiosi cessat.

9. *Paganum* ad acquisita extra militiam *togatam* vel *sagatam* pertinet, cuius præcipua species hodie est *aduentitium* quod complectitur omnia illa bona, *quæ filius aliunde, quam ex re patris, acquisiuit. l. 6. pr. l. 8. C. de bon. quæ lib.* Huc spectant acquisita ex artibus illiberalibus, & quæ alias ex *titulo lucratiuo* filio obuenerunt, non intuitu *militiæ* vel *studiorum*, veluti hereditas materna, donata, inuenta &c.

10. In hoc peculio patri adhuc plus iuris relictum est. Nam (1) habet in eo vsumfructum; *l. 6. pr. C. de bon. quæ lib.* quem nec morte filii amittit. *l. f. C. ad SCt. Tertul.* Hinc defuncti fratres pro parte tantum succedunt in *proprietate*. Emancipatione tamen olim pro dimidia parte amittebatur, §. 2. *I. per quas person.* Hodie *liberis separatis* bona sunt restituenda. *ius Saxon. prou. lib. 1. art. 11.*

11. Præterea (2) liberiorem *ad instar domini* habet administrationem. Nam procuratorem ad instar *domini* in eo constituit: *l. 1. C. de bon. mat.* sumtus omnes ferre tenetur: rationes non reddit: *l. 6. §. 2. C. de bon. quæ lib.* in casu *necessitatis* vel *vtilitatis* alienat. *l. f. §. 4. 5. C. eod.*

12. Quodsi vero extra hunc casum alienatio facta, filius sui iuris factus reuocare eam potest,

modo non sit heres patris factus. BRVNNEM. *ad l. 4 C. eod. n. 1.* Quia vero proprietas manet penes filium, hinc illud quoque non confert. STRYK. *c. l. c. 4. §. 12.*

13. Et hoc quidem *ordinarium* dicitur. *Vbi vero extra ordinem patri quoque omnis vsusfructus in eiusmodi bonis est ademtus*, dicitur peculium *extraordinarium*.

14. Huc referuntur casus sequentes: (1) si filius patre dissentiente aliquid acquirit. *l. fin. pr. C. de bon. quæ. lib.*

15. (2) Quæ relicta sunt liberis sub conditione, ne vsusfructus patri obueniret. *Nou. 117. c. 1. in pr. auth. excipitur. C. de bon. quæ lib.* Hoc tamen restringunt ad id, quod liberis vltra legitimam a *matre* relictum, per *cit. nou.* BERGER. *in resol. LL. h. 7. qu. 2.* Diss. MEV. *decis. 356.*

16. (3) Quæ filiusfamilias vna cum patre ex *successione fratris*, peculium pleno iure possidentis, acquisiuit. *Nou. 118. c. 2.* Quod in *auth. item. C. cit. tit.* extenditur etiam ad successionem *extranei*, quia pater cum liberis coheres, & sic æquali iure frui debet.

17. (4) Quando pater iniuste diuortium facit, tunc bona pro *besse* liberis pleno iure acquiruntur. *N. 134. c. 11.*

18. (5) Si vsusfructus a patre remittitur, *l. 6. §. 2. C. cit. tit.* & denique, (6) si pater male in administratione se gerit, saluis patri egenti alimentis.

mentis. *arg. l. 50. D. ad SCt. Trebell.* HVBER. *h. §. 2. n. 7.*

19. Communiter etiam (7) huc referunt *donata a principe*, quæ tamen expreſſe in *l. 7. C. de bon. quæ lib.* ad bona *caſtrenſia vel quaſi* referuntur. In effectu hoc intereſt, quod de peculio *caſtrenſi* teſtari liceat, non etiam de hoc. HVBER. *cit. l. in fin.*

20. Commodius forſan (8) huc refertur *pecunia luſtrica* das Patengeld. STRYK. *ad Brunnem. ius eccleſ. lib. 2. c. 1. memb. 2. §. 13. verbo: acquiruntur.* Conf. *ius eccl. proteſt. tom. III. tit. de baptism. §. 46.*

21. Tandem (9) *feudum acquiſitum* quoque huc referunt, ENGELBR. *c. l. §. 34. inf.* quod admitti poteſt, ſi reſpectu *ſeruitiorum* ſit *improprium;* alias ad *militare* videtur referendum eſſe. STRYK. *de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 11. cap. 3. §. 6.*

22. Altera ſpecies pagani *profectitium* eſt *quod filius ex re patris vel intuitu eius acquiſiuit.* Hoc retinuit priſtinam naturam, *l. 4. §. vlt. de dol. mal. & met. except. §. 1. I. per quas perſ.* adeo, vt collationi obnoxium ſit. STYK. *cit. l. c. 4. §. 6. conf. l. 12. C. de collat. l. 13. C. fam. herc.*

23. Præſupponitur vero in peculio *proprie dicto.* (I) *conceſſio dominivel patris, l. 7. §. 3. & 4. l. 46. h.* qua etiam liberi ſeparatim agebant, & commercia exercebant. Ex hac obligatio eius reſpectu *peculii* oritur. *l. 21. §. fin. D. l. 10. C. h.*

Suffi-

Sufficit tamen *scientia*, & *patientia* domini vel patris. *l. 7. §. 2. l. 4. §. 2. h.*

24. (II) *Traditio rei* in hunc finem, vt vicem peculii subeat. *l. 8. h. l. 16. in fin. l. 4. §. 1. h.* Sufficit tamen *ficta. l. 49. h.*

25. (III) *Separata filii vel serui administratio a bonis paternis & dominicis: l. 5. §. 4. l. 4. pr. h.* præter hanc nullum ius in hoc peculio habet, vt nec donare possit, nisi α) ex iusta causa. *l. 7. pr. de donat.* Præterea β) pater, si non ademit emancipato, donasse censetur *ex postfacto; l. 31. §. 2. eod.* imo γ) filio præcipuum manet, licet bona paterna a fisco occupentur *l. 3. §. 4. de min. in fin.*

26. Ex hac *concessione patris vel domini* datur *actio de peculio in eum ex contractu filii, vel serui, ad soluendum illud peculiotenus, quod in contractum est deductum, detracto eo, quod patri vel domino inde debetur.*

27 Respiciendum circa hanc actionem (I) ad *causam contrahendi: l. 1. §. 4. l. 47. §. 1. l. 3. §. 9. h.* (2) ad *quantitatem* peculii tempore rei iudicatæ. *l. 30. pr. l. 32. §. 1. h.* Est enim hic obligatio patris vel domini non *absoluta*, sed tantum *respectu peculii*, adeo vt, mutato peculii dominio, præsens dominus nouus teneatur: *l. 27. §. 2. l. 37. §. 2. h.* (3) ad id quod domino vel patri debetur, in quo prioritatem præ aliis creditoribus habet, *l. 52. pr. h.* quod pluribus illustratur *in l. 9. §. 2. seqq. l. 11. §. fin. l. 17. h.* modo aliunde suum consequi non possit. *l. 11. §. 6. & 7. h.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. licet. 3. §. 5. 7. 9. 11. 12. f. l. depositi. 5. §. 2. 3 4. l. sed si damnum 9. §. 2. 7. l. summa. 21. pr. l. id vestimentum 25. l. quæsitum est. 30. §. 4. 6. f. l. si quis. 44. l. qui peculii. 46.

Ex Codice l. omnes *de Castrensi omn. palat. pec.* l. si in potestate. 1. l. erat. 3. l. cum allegas. 4. *de Castrensi pecul.*

Tit. II.

Quando de peculio actio annalis est.

REspiciendum tandem (4) ad *tempus instituendæ huius actionis*, quæ filio vel seruo in potestate manente perpetua est: *l. 1 §. 1 h.* potestate autem sublata, contra dominum vel patrem *ex æquitate* incipit esse *annalis*, nisi ipsa actio principalis breuiori spatio inclusa sit. *l. 2. pr. h.*

Tit. III. (IV. 26.)

De in rem verso.

1. OBligatur quoque quis ex contractu alterius propter *versionem in rem eius.* Inde nata est actio DE IN REM VERSO, quæ *est prætoria personalis, ac datur iis, qui cum filiofamilias*

lias vel servo vel etiam alio in vtilitatem patris vel domini vel tertii contraxerunt, ad consequendum illud, quod in rem eorum versum est. §. 4. I. quod cum eo qui in al. & c. l. 1. pr. h.

2. Requiritur speciatim quoad liberos vel seruos, (I) *vt negotium patris vel domini agant, non proprium in peculio, l. 10. in f. h. ibique* GOTHOFRED. *in not. lit. f.* nec sufficit, si per *quandam consequentiam* in rem domini versum sit. *l. 11. h. conf. l. 7. §. 4. & 5. h.*

3. (II) *Vt vtilitas domini vel patris* ex *hoc negotio sit promota:* toties enim *de in rem verso* est actio, quibus casibus procurator *mandati*, vel qui negotia gessit, *negotiorum gestorum* haberet actionem. *l. 3. §. 2. h.* Versum autem æstimandum est ex *sumtibus necessariis & vtilibus*, diuerso tamen modo. *l. 5. pr. §. 2. h. l. 3. §. 1. 3 8. l. 5. pr. l. 10. l. 12. l. 19. l. 20. pr. l. 21. h.*

4. Vnde (1) quæ magis ad *voluptatem* spectant, huc non pertinent, *l. 3. §. 4. h.* nisi voluntas domini *præsumta* adsit. *l. 3. §. 6. h.* (2) Non tenetur dominus, si accepit seruus pecuniam, quasi in rem domini verteret, non tamen vertit. *l. 3. §. 9. h.* Ceterum si vtilitas semel promota aliunde casu intercidit, adhuc obligatur. *l. 3 §. 7. & 8. l. 17. pr. h.* (3) Eatenus dominus obligatur, quatenus versum est. *l. 10. §. 4. h.* (4) Actor probare debet hanc *versionem. l. 3. §. 9. h.*

(III)

5. (III) *Vt duret obligatio respectu patris vel domini*, quod inde constat, si filio vel seruo a patre non est satisfactum. *l. 10. §. 6 seqq. h.*

6. Proxime accedit ad actionem *negotiorum gestorum*, quæ tamen est per se subsistens, bonæ fidei, & contra eum datur, qui *immediate* gessit negotium ignorantis; de *in rem verso* vero contra eum, qui cum *hoc* vel eius *procuratore* contraxit in rem domini. *l. 10. §. 5. h.*

7. Si cum homine *sui iuris*, veluti cum alterius mandatario, negotiorum gestore, tutore, curatore vel actore contractum, in domini vtilitatem, datur *vtilis actio. l. 7. §. 1. C. quod cum eo qui in alien. pot.*

TEXT. NOTAB.

L. quod si seruus. 3. §. 2 4. 6. 7. l. sed dicendum. 4. l. si res domino. 5. l. si pro patre. 10. §. 6. l. quidam fundum. 16. l. pen.

Tit. IV.

Quod iussu.

1. ACtio QVOD IVSSV est *personalis, illis competens, contra patrem vel dominum, cuius iussu cum filiofamilias vel seruo contractum est, ad præstandum id, quod secundum hunc iussum in contractum est deductum in solidum. l. 1. pr. h.*

2. Præsupponitur itaque (I) *iussus specialis*, & sic *expressus*, qui a *mandato* differt, quod *cum imperio*

imperio coniunctus sit, cum mandatum *precibus & libera voluntate* contrahatur, *l. 1. §. 4. mandati*, *l. 17. §. 3. commod.* nec *sola scientia* sufficiat. Si simul concurrit *mandatum* ad tertium directum, vt ille contrahat cum filio vel seruo, *actio mandati* etiam competit, *l. 8. C. mand.*

3. (II) *Negotium secundum hunc iussum contractum:* eatenus enim obligatur dominus, quatenus iussit, *l. 3. h.* quod applicant ad hos, qui ex *iussu principis* cum aliis negotia gerunt. Verum *legatorum iura* aliunde addiscenda sunt.

4. (III) *Iubentis idoneitas;* qui enim ipse contrahere nequit, nec iubere potest. *l. 1. pr. h.*

5. (IV) *Negotium tale, quod filius nomine proprio in peculio suo gerit;* neque enim actio *quod iussu* competit, si dominus vel pater per seruum vel filium in *re propria* cum aliquo contrahit *l. 5. pr. h.* Vnde vsus huius actionis eo rarior est, quo rariora sunt peculia profectitia.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. 2. 4. 6. 7. l. si iussu eius. 4.

Lib.

Lib. XVI. Tit. I. (IV. 29.)

Ad Senatus consultum Velleianum.

1. OB *intercessionem* quoque quis ex contractu alterius obligatur, excepta muliere, per *SCtum Velleianum*, quo cauetur, ne pro vllo intercedat, *l. 1. & 2. h. l. 4. C. de sponsal.* vt etiam mater pro filio intercedens tuta sit. *l. 3. C. h.* Ex hoc SCto feminis competit 1) *exceptio*: 2) *condictio* eius, quod contra SCtum hoc solutum: *l. 40. de condict. indeb.* 3) *vindicatio* pignorum. *l. 32. §. 1. h. t.*

2. Requiritur autem (I) *vt mulier intercedat pro alio*, h. e. *alienam* & *nihil ad se pertinentem* obligationem *veterem* vel *nouam* recipiat. *l. 8. §. 1. D. l. 1. l. 4. C. h.* Veterem suscipit (α) *accessorie*: fideiubendo, constituendo, mandando, *l. 3. C. h. l. 6. l. 19. §. 5. h.* defendendo, *l. 2. §. 5. l. 19. §. 5. h.* compromittendo alieno nomine: *l. 32. §. 2. de recept.* (β) *priuatiue*, expromittendo, nouando. *l. 1. §. 2. D. l. 1 C. h. l. 8. §. 8. h.* *Nouam* vero, si mulier intuitu alterius contrahit, sciente creditore *l. 8. §. 14. h. l. 4. C. h.* HERING. *de fis deiuss. c. 7. n. 395.*

3. Intercedit quoque mulier *accessorie*, si re suas *pro alio* obligat: *l. 5. l. 7. C. h.* si *correaliter* se obligat; *l. 17. in f. l. 18. h.* non vero si donat, *l. 4. §. 1. h.* vel reddit pignus, *l. 8. pr. h.*

MEV. 3. D. 84. n. 4. etiamsi marito reddat. ZANG. *de except. P. 3. c. 11. nnm. 42. seqq.* BRVNN. *ad l. 11. C. h. n. 4.*

4. Refert autem, vtrum pro *extraneo* intercedat, an pro *marito?* per *auth. si qua mulier. C. h.* Hoc casu intercessio (1) est *ipso iure* nulla, (2) etiam post biennium repetita. Interim quia non *absolute* vxor *prohibetur*, a iuris ratione non abhorret huius *authenticæ* renunciatio iurata.

5. In tantum vero huic SCto locus, in quantum intercessit pro alio. Quæ corream cum alio se constituit, *pro rata* tantum obligatur. *l. 17. §. f. l. 18. h.*

6. *Principaliter* autem mulier *id agere* (II) *debet, vt alienam obligationem directo suscipiat.* Intercessio, quæ *per consequentiam quandam* ex actu quodam trahitur, non attenditur. *l. 19. pr. §. 1. 2. 3. h.* ibique GOTHOFR. *in not. lit. a.* Huc pertinet, si *simpliciter* alteri indemnitatem promiserit; *l. 19. pr. & §. 1. seqq. h.* MEV. *4. D. 298.* nisi *simul* alienam obligationem *principaliter* susceperit. *c. l. §. 4. l. 6. §. 1. C. h.*

7. (III) *Intercessio debet esse vera, non apparens.* Apparens videtur, (α) si pro alio interuenit in *proprium commodum, l. 2. C. h. l. 8. §. 1. qui satisd. cog. l. 1. inf. de pign.* vel vbi quasi debitrix delegata est; *l. 8. §. 2. h. l. 24. pr. h.* in propriis enim contractibus mulier non iuuatur. *l. 10. l. 12. l. 13. C. h.*

8. (β)

8. (ε) Si *pro alio ſoluit; l. 1. 4. in f. C. h. l. 5. l. 8. §. 5. h.* modo non ex *præcedente fideiuſſione* ſoluerit; alias locum habet repetitio. *l. 9. C. h.*

9. (γ) Si *in effectu* obligatio ad mulierem *principaliter* ſpectat. *l. 13. pr. l. 25. l. 27. in f. h.* Huc etiam refero, ſi aliquid accipit, vt intercederet, *l. 23. C. h.* modo *proportionem quandam* illud, quod datum, habeat cum fideiuſſionis ſumma. ZANG. *de except. P. 3. c. 11. n. 145.*

10. Cauendum itaque, (α) ne vbi *vera* adeſt interceſſio, decipiamur externo colore, *l. 8. §. 6. 14. l. 29. §. f. D. l 19. C. h. auth. ſi qua mulier C. h.* vel (β) etiam vbi *nulla* adeſt, eam ex externa facie adeſſe dicamus. *l. 28. pr. h.*

11. (IV) *Interceſſio ſit ſimplex* & (V) mere *voluntaria. Repetita* (1) ſubſiſtit, *l. 22. C h.* modo (α) mulier ſit maiorennis: (β) pro eadem cauſa repetat interceſſionem: (γ) poſt biennium: (δ) prima obligatio ſubſiſtat. BRVNN. *ad c. l. in f.* MEV. *6. D. 299.* (2) *neceſſaria* quoque ſubſiſtit, quæ deprehenditur in matre, ſuo periculo tutores ex *neceſſitate* nominante. *l. 6. §. 2. C. h.*

12. (VI) *Mulieri interceſſio ſit damnoſa ex infirmitate ſexus. l. 21. h.* Hinc (1) ſi mulieri id, pro quo interceſſit, ſolutum eſt, hoc auxilio non gaudet. *l. 15. l. 16. l. 19. §. 5. h.* Idem (2) eſt, ſi *verſio* in rem vxoris probatur, *Nou. 134. c. 8.* (vbi tamen non ſufficit con-

fessio vxoris in instrumento facta, ZANG. *de except. p. 3. c. 11. n. 130. seqq.* STRVV. *decis. Sabb. c. 14. dec. 23.*) BERL. *P. 2. concl. 19. n. 74. seqq.* (3) si communem cum marito negotiationem exercet, BRVNN. *ad l. 17. n. 7. h.* vel (4) alias *mercatrix* est, & intercessio eius negotiationis intuitu, quam exercet, facta sit. VOET. *h. t. §. 11.*

13. Læsio ipsa ex *imbecillitate sexus* resultare debet. *l. 2. §. 2. h.* Hinc (α) non subuenit SCtum callide versantibus, *l. 2. §. 3. h. l. 5. inf. C. h. l. 18. C. h.* adeoque si sciens se esse munitam SCto soluit, non repetit. *l. 9. C. h.*

14. Nec illis (ε) prodest, quæ *infirmitatis præsidium* pro se allegare nequeunt, propterea, quod sint instructæ consiliariis propriis, quorum consilio interceßere. HERING. *de fideiuss. c. 7. n. 517. seqq.* ENGELBR. *ad D. h. §. 1.* VOET. *cit. l.*

15. (VII.) *Vt creditor sciat eam intercedere; l. 12. h. l. 1. l. 5. C. h.* sufficit tamen, eum scire debuisse & potuisse. *l. 17. pr. h.* Vbi iusta est ignorantia, creditor securus est. *l. 4. pr. l. 11. l. 27. pr. h.*

16. (VIII) *Habenda est ratio crediti, pro quo intercedit, ne sit magis fauorabile.* Hoc contingit, (1) si pro *libertate* intercedat: *l. 24. C. h.* (2) pro *dote: l. 25. C. h. l. 41. de I. dot.* (3) si apud *minorem* creditorem pro debitore *inope* intercedit. *l. 12. de minor.*

17. Deni-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0416
DFG

17. Denique neceſſe eſt (IX) *vt huic beneficio non renunciauerit.* Inanem quidem hanc renunciationem eſſe cenſet AVERAN. *lib. II. interpr. iur. c. 5.* Sed contrarium verius eſt, quia (1) vnice in *fauorem vxorum* introductum, *l. 40. pr. de cond. indeb.* imo (2) aliquando renunciatio *neceſſaria* eſt. *l. 30. pr. h. Nou. 118. c. 5.* HERING. *c. l. c. 7. n. 468.* BERLICH. *d. l. n. 15.* HAHN. *ad W. n. 9.* Sufficit etiam *extraiudicialiter* & absque *iuramento* renunciatio facta. STRYK. *de caut. contr. S. 2. c. 6. §. 3.*

18. In ipſa *renunciatione* tamen præſupponitur, (1) *vt in ſpecie mulier de ſuo beneficio ſufficienter certioretur;* HERING. *c. l. n. 473.* & quidem, quod tutius, (2) coram notario & teſtibus. BERL. *c. l. n. 50.* (3) Concipiatur renunciatio verbis germanicis: STRYK. *c. tr. S. 1. c. 5. §. 6. ſeqq.* (4) renunciatio ſit *ſpecialis.*

19. Iuramentum tamen *renunciationi* adiectum loco ſpecialis *certiorationis* eſſe, cenſet ZANG. *c. l. n. 146.* quod tamen dubium. vid. tr. *de iur. eccleſ. proteſt. lib. II. tit. 24. §. 48.* IO. SAM. STRYK. *de certior. iur. renunc. c. 2. n. 14. ſeqq.* MEV. *ad ius Lub. l. 1. t. 5. art. 7. n. 121.* Imo hanc certiorationem etiam in genere in aliorum *iurium imperitorum* renunciationibus eſſe neceſſariam, colligo ex *conſtit. Max. de anno 1512. §. 12.*

20. Hiſce concurrentibus requiſitis competit mulieribus *exceptio huius SCti,* quæ

(1) *priuilegiata* est, vt etiam post rem iudicatam opponi possit: *l. 11. ad SCt. Macedon.* (2) *realis*; nam datur etiam fideiussori eius, licet regressum aduersus mulierem non habeat: *l. 16. §. 1. l. 19. §. 5. D. l. 14. C. h.* idem heredibus, *l. 20. C. h.* vt & mandatariis. *l. 15. C. h. l. 30. §. 1. h.* conf. *l. 8. §. 4. h.* Quin & repetit pignus cum fructibus, etiam a tertio b. f. possessore *l. 32. §. 1. h.*

21. Merito tamen æquum visum fuit, ita mulieri succurri, vt in *priuatiua intercessione* in *veterem* debitorem *actio prior* restitueretur, *l. 14. h.* quæ hoc respectu *restitutoria l. 8. §. 9. h.* vel *rescissoria*, *l. 16. C. h.* dicitur. Hac restitutione creditori succurritur, si vel maxime heres feminæ extiterit, cum non obligatæ in effectu successerit; *l. 8. §. 12. h.* sed si mulier veteri debitori successit, *simpliciter* obligatur. *l. 8. §. 13. h.*

22. Restituitur autem cum omnibus qualitatibus, *l. 24. §. 2. & fin. l. 29. pr. l. 14. h.* & quidem illi soli, apud quem intercessit, *l. 8. §. 11. l. 20. h.* modo is, contra quem restituenda est actio, obligari possit. *l. 8. §. 15. l. 32. §. fin. h.*

23. Vbi mulier *nouam obligationem* in se suscipit, datur ipsa actio ex contractu inito, quæ *institutoria* vocatur ex *l. 8. §. 14. h.* aduersus eum, in cuius vtilitatem vxor contraxit. Vtraque actio perpetua est. *l. 10. h.*

24. Iu-

24. Iure nouo mulier ne quidem opus habet hoc SCto, sed *ipso iure* tuta est, quando non est facta intercessio *in publico instrumento. l. antiquæ 23. §. 2. C. h.* Tunc enim intercessio *ipso iure nulla* est; quæ tamen lex ad illos casus minime spectat, vbi mulier *valide* ex intercessione obligatur. *arg. l. 23. pr. & §. 2. C. h. t.* STRYK. *de caut. contr. Sect. 2. c. 6. §. 12.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2. l. Et primo. 2. §. 2. 3. 4. f. l. si fideiussores. 6. l. quamuis. 8. §. 1. 3. 5. 14. l. hæ actiones. 10. l. si mulier. 11. l. aliquando 13. l. si mulier. 14. l. Vir vxori 17. pr. §. vlt. l. 18. l. Tutor. 19. pr. §. 1. 5. l. debitrix. 24. pr. l bona fide. 27. pr. §. f. l. quidam. 29. l. si mulier. 32. pr. § 2.

Ex Codice l. mulieribus. 1. l. frustra. 2. l. Senatus Consultum 4. l. si sine. 5. l. si mater. 6. l. si paternam. 8. l. quamuis 9 l. etiam 11. l. mulierem 14. l. si vxor. 15. l. si mulier. 16. l. si cum pater. 17. l. feminis 18. l. cum ad eas 19. l. heredes 20. l. iubemus 21. l. si mulier 22. auth. si qua mulier. l. antiquæ 23. l. vlt.

Tit. II. (IV. 31.)

De compensationibus.

1. COMPENSATIO h. l. *est debiti & crediti inter se contributio. l. 1. h.* De origine huius vocis & ambiguitate vid. PESTEL. *diss. de compens. th. 4.* VOET. *h. t. §. 1.*

2. Vt compensatio locum habeat, (1) *adesse debet mutuum debitum & creditum. l. 2. l. 12. in fin. h.* Hoc sufficit etiam inter eas personas, quæ alias soluere nequeunt, *l. 11. C. h.* BACHOV. *ad Treutl. V. 1. d. 25. th. 10. lit. a. seqq.*

3. Potest etiam compensatio fisco opponi, si *eadem statio* debeat. *l. 1 C. h.* Excipiuntur tamen in *l. 3. C. h.* quædam debita: (1) eius, qui priuatus debitor est *ex Kalendario*, h. e. ex *codice fœnebri*, in quo scribebantur nomina debitorum, & singulis Kalendis vsuræ præstabantur; SALMAS. *de mod. vsur. p. 310.* AVERAN. *lib. II. interpr. iur. c. 28. n. 5.* (2) ex *vectigalibus*: (3) ex *causa annonaria*: (4) *tributorum*; (5) ex causa *alimentorum*: 6) eius pecuniæ, quæ *statutis sumtibus* seruit (7) *fideicommissi*, quod ciuitati debetur. ZANGER. *de except. part. 3. c. 8. n. 21. seqq.*

4. Ex *l. 7. C. h.* adhuc (8) excipitur, qui emit a fisco, qui pretium compensare nequit; imo (9) nec *causa depositi*, §. *30. I. de Act.* nec (10) causa spolii compensationem admittit. *l. fin. C. h. in fin.* ibique BRVNNEM.

5. Debet vero (II) adesse mutuum debitum *proprium inter eundem debitorem & creditorem.* Debitum *tertii* in compensationem deducere nequit reus, inuito actore, nisi *tertius* reo conuento suum cessisset nomen. *l. 9. C. h. t. l. 18. pr. §. 1. h.*

6. Præ-

6. Præterea hoc limitandum, niſi tertii debitum quoque actoris, cui compenſatio obiicitur, debitum eſſe videatur. Sic (α) fideiuſſor compenſat, quod reo debetur, *l. 4. & 5. h.* MEV. *1. Dec. 117. & 2. D. 217.* ZANG. *cit. l n. 43.* & (β) heredi compenſatur, quod defunctus debet, ſi vel maxime cum *beneficio inuentarii* hereditatem adiit; MEV. *1. D. 121.* (γ) filius, quæ patri debentur, compenſat, *l. 9. pr. & §. 1. h.* quatenus filii debitum ſimul patris debitum eſt. Item (δ) quod correo ſocio debetur, *l. 10. de duob. reis* & tutor nomine pupilli conuentus, quod ſibi proprio nomine debetur, non tamen contra *l. 23. h.* FABER. *in C. h. def. 8.* Denique ( ) ceſſionario compenſari poteſt debitum cedentis.

7. Porro (III) *debitum vtrinque debet eſſe verum*, & ſic etiam quod *natura* tantum debetur: *l. 6. h. l. 8. de except. doli. l. 64. de condict. indeb. l. 8. §. 1. rem rat. haber. l. 2. C. h.* modo non ſit reprobatum; *l. 16. in fin. ad SCtum Vellei.* non vero debitum *mere ciuile*, & quod per *exceptionem perpetuam* vel *temporalem* elidi poteſt. *l. 7. l. 14. h.*

8. Præterea etiam *paria delicta* compenſantur, quatenus 1) *æqualia* ſunt, *l. 10. pr. h* & 2) *priuatum intereſſe* continent. HAHN. *ad W. h. n. 4.* ZANG. *cit. l. n. 85.*

9. Neceſſe quoque eſt (IV) *vt debeatur vtrinque genus*, *l. 18. pr. de pignorat. act. l. 6. C. de rei vind.* h. e. (α) vt res compenſandæ

sub vno, non diuerso genere, contineantur; (ε) vt sint *eiusdem qualitatis* & bonitatis: (γ) vt *in genere* debeantur.

10. (V) *Debitum vtrinque liquidum*, seu de quo liquet, quid, quale, quantumue sit: *l. fin. §. 1. C. h. illiquidum* reiicitur in reconuentionem. *cit. l. f.*

11. Liquet de debito (1) per *confessionem* aduersarii: (2) per *celerem probationem*: ZANGER. *cit. l. num. 96. seqq.* (3) per *instrumenta*, CARPZ. *1. 8. 14.* & sufficit liquidum esse *tempore sententiæ. l. fin. C. h.* MEV. *1. Dec. 122. & 5. Dec. 327. Litigiosum* tamen debitum non est absolute illiquidum & hinc compensabile. *l. 8. h.* vid. tamen FABER *in C. h. def. 10.*

12. (VI) *Debitum vtrinque purum & statim exigibile.* Hinc debitum *in diem* vel *sub conditione* non compensatur; *l. 7. pr. h.* modo *debitoris* & non *humanitatis* causa tempus sit adiectum. *l. 16. §. 1. h.* ZANGER. *cit. l. n. 76. & seqq.* conf. BERLICH *p. 1. conclus. 81. n. 12.* Certo loco debitum compensatur cum sua causa, *l. 15. h.* nec nocet, si vel maxime alibi iam peti cœptum. *l. 8. h.*

13. Hisce concurrentibus compensatio fit *ipso iure. l. 14. pr. C. h.* Quamquam enim allegari in iudicio debeat, MEV. *7. D. 127. & 242. n. 4.* & adhuc in executione opponi queat; *l. 2. C. h. l. 16. §. 1. D. h. t.* non tamen demum a tempore *allegationis*, sed illo, quo vtrumque debitum adfuit, effectum habet,

l. 4.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0422
DFG

l. 4. C. h. & ita etiam tollitur *debitum iuratum.*

14. Extinguit itaque obligationem quoad concurrentem ſummam, BRVNNEM. *ad l. 11. h.* cum omni cauſa & acceſſionibus, veluti vſuris, *l. 11. 12. h.* pignoribus. *l. 12. C. h.* Hinc *actio pignoratitia* inſtitui poteſt, præſcriptio eius currere incipit, chirographum poteſt condici. &c. MEV. 2. *D. 168. &c.* Breuibus: habet *effectum ſolutionis l. 10. §. 1. h.*

15. Reiecta exceptione compenſationis, manet adhuc ſalua petitio eius, quod reus in compenſationem deducere voluit, modo debitum compenſabile a iudice per ſententiam non ſit *abſolute* reprobatum. *l. 7. §. 1. h.* FABER. *in C. def. 5.*

16. Affinis compenſationi eſt RETENTIO, *l. 7. §. 5. ſolut. matrim. l. 1. §. 9. depoſ. l. fin. C. commod.* quæ vt locum habeat, inprimis requiritur, (1) *vt res ſine vitio ad poſſeſſorem peruenerit:* MEV. *9. D. 34.* (2) *Vt conſtet de debito.* MEV. 2. *D. 214. & 2. D. 115.*

17. (3) *Vt liquidum ſit*, de quo iudex arbitratur; *l. 85. §. 2. de R. I.* IDEM. 2. *Dec. 16.* quamuis ſi prorſus illiquidum ſit, rem dimittere ante *cautionem* præſtitam non teneatur. ID. 2. *D. 214.* Imprimis per rem ipſam, quæ reſtituitur, cauendum. ID. *9. Dec. 242.* STRYK. *diſſ. de poſſeſſ. per caut. non auferenda c. II. §. 15. ſqq.*

18. (4)

18. (4) *Vt causa debendi connexionem cum re habeat.* BRVNNEM. *cent. 5. dec. 11. n. 1.* MEV. *2 D. 214* In pignore singulare est, quod etiam ob aliud debitum retineri possit. *t. t. C. etiam ob chirograph. pecun. pign. ret. pass.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. vnusquisque. 2. l. ideo. 3. l. verum 4. l Etsim 6. l. quod in diem. 7. §. 1. l. in compensationem. 8. l si ambo socii. 10. pr. §. 1. 2. l. cum alter. 11 l quæcunque. 14. l. pecuniam. 15. l. cum militi. 16. §. 1. l. in rem suam. 18 §. 1. l id quod. 23.

Ex Codice l. & senatus 1. l. ex causa. 2. l. in ea 3 l si constat. 4 l. neque. 6. l. eius. 9. l. inuicem. 12. l. si velut. l. 13 l vlt.

Tit. III. (IV. 34.)

Depositi vel contra.

1. DEPOSITVM est *contractus realis, quo res principaliter alicui ad custodiam datur gratis, vt illam ad lubitum deponentis in specie non deterioratam restituat.*

2. Depositum (1) est vel *simplex* vel *miserabile. Hoc* dicitur, quando tempore naufragii, seditionis, vel incendii res deponitur. Singulare hoc habet, quod (1) lis inficiando *in duplum* crescat, & (2) condictio indebiti *in casu inficiationis* cesset. *l. 1. §. 3. h. §. 17. I. de act. §. vlt. I. de obl. quæ quasi ex contr.* In heredem *in simplum* ex dolo defuncti datur, nisi ex

ex *dolo proprio* condemnetur. *l. 1. §. 1. h.* (II) Aliud est *iudiciale*, aliud *extraiudiciale*.

3. In depositio *extraiudiciali* requiritur (I) *vt res tradatur depositario a deponente.* Hinc *α*) vterque in hoc negotium consentire debet: *l. 25. pr. h.* MEV. *2. D. 54. l. 26. §. 2. h.* *β*) Tradi possunt omnes res cuiuscunque generis, etiam alienæ. *l. 1. §. 36. h. l. 16. h.*

4. *γ*) Singulæ res non necessario monstrandæ. Etenim *cista* tradita; singulæ res in illa comprehensæ depositæ censentur, etiamsi ignorauerit depositarius, quænam res essent illi inclusæ. *l. 1. §. 41. h.* Debet tamen deponens probare singulas res, quæ forsan interuersæ, atque vel iuramento *suppletorio*, vel *in litem*, in casu *doli*, æstimationem earum docere. STRVV. *ex. 21. th. 41.* STRYK. *de caut. contr. S. 2. c. 3. §. 7.* FRANZK. *h. n. 64. seqq.* BRVNNEM. *ad c. l. n. 29.*

5. (II) *Vt tradatur primario custodiæ causa*, h. e. vt *propter custodiam* totum negotium *vnice* suscipiatur. Adeoque (*α*) *non est depositum, si custodia in aliis contractibus promittitur*, quæ magis ad *præstationes personales secundarias* refertur, & *gradum diligentiæ maiorem* designat. *§. 3. I. de E. Vend. §. 17. I. de oblig. quæ ex delict. l. 13. §. 1. de pign. act. l. 2. §. 1. de peric. & comm. rei vend. l. 1. §. 12. 13. h.* COCCEI. *collat. iurid. pag. 9.* Hinc ad *originem negotii* respiciendum, quæ indicat, sæpe magis *mandatum* fuisse. *l. 8. pr. mand. l. 1. §. 11. 12. 13. h.*

6. (β)

6. (ε) *Res talis debet tradi, quæ sub custodiam cadere possit.* Hinc *rei immobilis* depositum communiter non admittunt. MOZ. *de contr. depos. tit. de reb. quæ deponi poss. n. 1.* STRYK. *de caut. contr. S. 2. c. 3. §. 6.*

7. Merito tamen tale depositum admittendum, cum custodia non tantum in hoc consistat, *ne res auferatur*, sed etiam *ne deterioretur.* FRANZK. *h. n. 6.* VOET. *h. t. §. 3.* Vt plurimum tamen in eo *mandatum* contrahitur, cum plerumque *administratio* simul committi soleat.

8. (γ) *Non potest depositarius re deposita vti absque crimine furti, l. 3. C. h. inuito* scil. domino. Bene itaque *volente.* Et hinc aliquando oritur depositum *irregulare*, vbi vsus rei depositæ, maxime *fungibilis*, simul conceditur, & quidem vel *tacite*, quando pecunia non obsignata deponitur: *l 25. §. 1. h.* vel *expresse*, si *ab initio* vel *ex post facto* vsus pecuniæ, si depositario placuerit, conceditur, vbi, antequam vtatur, manet depositum. *l. 1. §. 34. h. l. 19. D. de reb. cred.* Sed si depositarius hoc vrget, *statim* fit mutuum, *l. 9. in f. de reb. cred.* nisi conuentum fuerit, vt maneret depositum. *l. 24. l. 26. §. 1. h*

9. In effectu interest, (α) quod depositum sit in concursu priuilegiatum: (β) non compensabile: (γ) periculum non connexum habeat, secus ac in mutuo.

10. (III) *Vt suscipiatur custodia gratis.* Mercede interueniente est locatio conductio, *l. 1. §. 8.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0426
DFG

§. 8. & 9. h. c. 2. X. h. t. veluti si custodia pecoris pastori *pro mercede* committitur. *I. S. P. l. 9. art. 48.* Hinc quia *beneficium* depositarius tribuit, *vsuræ* non aliter debentur, nisi (1) *post moram, l. 2. C. h.* vel (2) ob *dolum commissum, l. 3. C. h.* vel (3) ex postfacto *promissæ* sunt. *l. 24. h.* Imo minus cauti sæpe sunt, qui illas accipiunt. *l. 7. §. 2. h.* Modica remuneratio non excluditur; cautus tamen sit deponens, vt protestetur, se hanc non vt *mercedem* præstare, propter *priuilegia depositi.* STRYK. *cit. l. §. 8.*

11. (IV) *Vt tradatur sub obligatione, rem illam ad lubitum deponentis in specie restituendi.* Qui *dolose* non restituit, infamis fit, *l. 10. C. h. Ipsa restitutio* rei depositæ debet fieri (1) *bona fide, l. 11. h.* vbi quis facultatem restituendi habet. *l. 1. §. 21. & 32. h.* Ita autem depositum restituendum, vt iustiori petitioni nihil detrahatur, *l. bona fides 31. h.* CIC. *lib. III. de offic.* SENECA *lib. IV. de benefic. c. 10.* adeoque depositarius prædonem exceptione *iusti dominii, in continenti* probabilis, repellere potest. *c. l. inf.*

12, Bona fide quoque in restituendo agit, qui vni ex pluribus deponentis heredibus ratam ex *pecunia* obsignata soluit *coram prætore vel honestis personis:* imo etiam totam *indiuiduam rem*, præstita tamen prius cautione. *l. 1. §. 36. h.* conf. *l. f. C. h.*

13. Debet quoque (2) restitutio fieri *illico*

ad

ad beneplacitum deponentis, *l. 1. §. 22. D. l. 11. C. h.* rei etiam ad tempus depositæ, *l. 1. §. 45. seqq. h.* quamuis propterea haud agi queat executiue. MEV. *2. D. 37.*

14. Interim nulla exceptio illam remorari potest, veluti (α) *compensationis*, etiamsi pecunia sit vtrinque deposita: *l. 11. pr. C. h.* ZANG. *de except. P. 3. c. 8. n. 118.* (β) *dominii*, si depositarius ipse prætendit dominium, *arg. l. 25. C. loc.* vel alias deponentem negat dominum fuisse; *l. 1. §. 39. h.* (γ) *rescripti moratorii.* VINC. CAROC. *de depos. P. 1. de casu. n. 57. sqq.* (δ) Arrestari nequit. *auth. sed iam cautum est. C. h. Nou. 88. c. 1.* vid. tamen CAROC. *c. l. n. 77. & 79. Retentio* interim haud deneganda *ex iusta causa* depositario. *l. 11. C. h.* BRVNNEMANN *ad l. f. C. h.* BACHOV. *ad Treutl. h. th. 5. lit. c.*

15. Vlterius (3) restituatur *in specie*. Si tamen heres *bona fide* rem distraxit, de pretio tantum tenetur, *l. 1. §. f. h.* vel actiones suas præstat, *l. 2. h.* vel rem, vbi potest, redimit. *l. 3. h.* In deposito *irregulari* sufficit, si *tantundem* in genere restituitur. *l. 24. h.*

16. Porro (4) *non deteriorata. l. 1. §. 16. h.* Dolus tamen cum *lata culpa* hic sæpe tantum præstatur, *l. 1. §. 8. 10. 47. h. l. 32. h.* nisi se obtulerit deposito. *l. 1. §. 35. h.* Casum nec iure Germanico depositarius præstat. *I. P. S. lib. 3. art. 5.* Hinc ordinarie res depositas suis præferre non tenetur. STRYK. *c. l. n. 2.*

17. Tan-

17. Tandem (5) *eo loco, quo res est depositа, l. 12. §. 1. h.* & impensis deponentis, *c. l. pr. h.* restituenda.

18 Datur inde actio duplex, *directa* & *contraria*. *Illa* datur (a) deponenti aduersus depositarium ad rem dicto modo restituendam. *Vtilis* (b) tertio, si id ab initio actum, vt huic restituatur. *l. 26. pr. h. l. pen. C. ad exhib.* (c) Plures depositarii *in solidum* singuli tenentur; *l. 1. §. 43. h.* (d) vnius depositarii heredes pro rata *l. 9. h.* *Contraria* datur depositario contra deponentem ad *indemnitatem* obtinendam, v.c. ad impensas & damna *culpa leuissima* data resarcienda &c.

19. Rei litigiosæ depositum vocatur SEQVESTRVM, quod est *depositum rei litigiosæ, vt finita lite victori restituatur. l. 5. 6. C. h. l. 110. de V. S.* Hoc ipsum *voluntarium* est, si volentibus litigantibus fit. *l. 17. §. 1. h. l. 39. de acquir. vel amitt. poss.*

20. Ei opponitur *necessarium*, seu *iudiciale depositum*, quod fit ex *iusta causa*, inuitis etiam partibus, a iudice; alias prohibitum est. *l. vn. C. de prob. sequestr.*

21. Admittitur tamen hisce concurrentibus; (1) vt fiat *autoritate iudicis*: (2) aduersa pars *citetur*: (3) iudex *summarie* cognoscat de iure, propter quod petitur: (4) probetur *causa*, propter quam petitur: (5) vt alio remedio partibus cautum esse nequeat. MYSING. 2. *obs.* 11. MEV. 2. *Dec.* 246. VINC. CAROC. *cit. tr. P. 3. qu.* 1. *seqq.*

22. Causæ iustæ sequestrationis sunt metus (1) *dilapidationis:* (2) *fugæ:* (3) *armorum:* COLER. *de process. executiuo p. 1. c. 2. n. 102. & seqq.* (4) *damni irreparabilis*, propter quam causam etiam feminæ sequestrari possunt. de COCCEI. *de femin. sequestr.* Reliqua huc pertinentia optime expendit HVBER. *h. §. 15. seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 4. 6. 8. 15. 24. 25. 34. 35. 36. 44. 45. pen. l. proprie. 6. l. si hominem. 7. pr. §. 2. l. quod priuilegium. 8. l. si in Asia 12. §. f. l. si plures. 14 pr. l. si is. 16. l. licet. 17. l. si duo 22. l. actione. 23. l. Lucius Titius. 24 l. Die sponsaliorum 25. l. Publia Meuia 26. pr. l. bona fides 31 l. quod Nerua. 32.

Ex Codice l. si in cursu. 1. l. si depositi. 3. l. si deposita. 4. l. si penes 6 l. desiderium. 7. l. qui depositum. 10. l. si quis. 11. l. vlt.

Lib. XVII. Tit. I. (IV. 35.)

Mandati vel contra.

1. SEquuntur actiones ex contractibus *consensualibus*, quorum primus est MANDATVM. Hoc vero est *contractus consensualis de negotio alterius honesto gratis, & ad mandantis præscriptum, gerendo.* Diuisiones mandati eædem sunt, quæ supra *tit. de procurat.* tactæ.

2. Supponitur in mandato legitime expedien-

diendo, (I) *mutuus consensus. l. 1. pr. h.* Quocirca 1) *prohibentis* mandatum non geritur; *l. 40. h.* sufficit tamen 2) *ex factis* de consensu constare. *l. 6. §. 2. l. 18. D. l. 6. C. h.* Quin & 3) *ratihabitio* aliquando mandatum inducit, *l. 60. de R. J.* si superueniat negotio nondum penitus absoluto. BACHOV *ad Treutl. vol. 1. disp. 10 th. 6. lit. D.* Denique 4) hoc requisitum distinguit mandatum a *negotiorum gestione* & actione *quod iussu. l. 20. §. 1. h.*

3. (II) *Consensus dirigendus est ad negotium tale gerendum, l. 6. §. 1. h. in quo non præcise desideratur præsentia domini.* Hinc (1) *actus legitimi* mandari nequeunt *l. 123. d. R I.* (2) in quibus personæ industria electa: (3) hoc ipso mandatum differt ab *expeditione simplicis nuncii*, qui non *gerit*, sed *voluntatis alterius* tantum *interpres* est. vid. LAVTERB. *disp. de nuncio.* HERTIVS *diss. de oblig. mand. & mandat. contempl. tert. §. vlt.*

4. Negotium hoc vel *simplex*, vel *qualificatum* est. Hoc dicitur, quod coniunctam habet *intercessionem*, quale est *mandatum de credendo* alteri pecuniam, periculo mandantis, quo casu *mandator* dicitur & *intercessoris* vice fungitur. *rubr. D. de fideiuss & mandator.* SCHILT. *ex. 28. §. 81.* STRYK. *de periculo petent. c. 1.* conf. *l. 12. §. 12. seqq. D. l. 24. C. h. Illud* vero est, quod nullam in se continet *intercessionem.* Vtrumque *vicariam operam* admittit, nisi speciatim personæ industria electa. *l. 8. §. 3. h.*

5. Et quidem (III) *principaliter*. Hinc α) ad *negotii initium* spectandum, & *intentionem contrahentium. l. 8. pr. h. l. 10. §. 4. h.* Vnde & β) hoc animo geri debet, *l. 10. §. 7. l. 12. §. 2. h.* vt & alteri committi. Vtile itaque est, γ) respicere ad præcedentes *tractatus* & *præfationes* contractuum. 10. SAM. STRYK. *de iure præfat.*

6. (VI) *Negotium honestum.* Mandatum contra bonos mores, & turpe, non est obligatorium. *§. 7. I. mand. l. 6. §. 3. h. l. 22. §. 6. h.* Ex ipso delicto tamen & *mandantis* & *mandatarii* obligatio est (a) ad pœnam, CARPZ. 2. *R. 26.* & (b) ad *satisfactionem priuatam*, læso præstandam, HERTIVS *c. l. §. 18.* licet mandatarius fines mandati excesserit. Sic mandans *de vulnerando* tenetur *de occiso.* HERT. *c. l. §. 12.*

7. (V) *Negotium ipsius mandantis interesse concernere debet*, quamuis & *aliorum*, imo etiam *mandatarii* interesse respicere possit; *§. 1. seqq. I. h. l. 22. §. 2. 4. l. 16. h.* mandantis tamen semper interesse concurrere debet, saltem *consequenter*, quod res geratur eius periculo. *l. 8. §. 6. h.*

8. Inde fluit (1) mandantem & mandatarium ei obligari, cum quo contractus initus est, & mandatarium *directam actionem* ex contractu acquirere. Ceterum quamuis de *iure ciuili antiquo mandanti* per *mandatarium* nec *obligatio* nec *actio* quæsita fuerit *absque cessione*, exceptis quibusdam casibus, de quibus

HERT.

HERT. *c. l.* §. 3 *seqq.* iure nouo tamen actio *vtilis* ex *æquitate* datur sine *cessione*, *l.* 13. §. 25. *de act. E. V.* quod moribus sequimur. MEV. 2. *D.* 95. HERT. *c. l.* §. 5.

9. Porro (2) inde apparet, *nudum consilium*, *laudationem* atque *persuasionem simplicem* non esse mandatum, cum *consulentis* ceterorumque non interfit, vt proposita in effectum deducantur. *l.* 2. *in f. h.*

10. Requiritur tamen, vt (α) in consulente, laudante, atque persuadente nullus *dolus* fit; alias *de dolo* tenentur: *c.* 62. *de R. I. in* 6. *l.* 47. *D. eod.* (β) non accedant *instigationes crebriores*, nec alter ad ipsius preces & *eius periculo* hoc fecerit: §. 2. *I. h. l.* 6. §. 5. *h. l.* 32. *h.* STRYK. *de C. contr. S.* 2. *c.* 11. §. 17. *seqq.* (γ) non procedat consilium ab eo, qui *peritiam artis* profitetur: alias obligatur, si *imperitum* est.

11. Denique nec (3) *commendatitiæ literæ* obligant, *l.* 12. §. 12. *h. l. vlt. C. quod cum eo qui in al.* si sunt *generales*; si *speciales*, obligant, si addita clausula: *periculo meo.* STRYK. *de peric. petent. c.* 1. *n.* 51. *seqq.* Idem dicendum de commendatione *ad certum officium* sub tali clausula, ID. *c. l. n.* 56. quo etiam refero *mercatorum commendationes*, quæ communiter fiunt ad *fidem* nouo mercatori conciliandam, licet *verbis generalibus* conceptæ sint. Par ratio est nudæ *affirmationis* seu *assertionis*, nisi mandatum præcesserit. *l.* 42. *h.* vel *dolus* interuenerit.

12. (VI) *Negotium gratuitum*; trahit enim originem ex *amicitia l. 1. h.* Si non est gratuitum, in alium contractum negotium cadit. *l. 1. §. 4. D. h. §. 13. I. h.*

13. Honorarium autem accedere potest; *l. 6. pr. h.* quod inde cognoscitur, si (α) proportionem nullam habet ad operam præstitam: si (β) sponte oblatum: (γ) si *indeterminate* remuneratio promissa. Hoc casu tamen nil eo nomine peti potest. *l. 56. §. pen. h. l. 17. C. eod.* Si certa quantitas *sponte* promissa, illa recte petitur, vi pacti adiecti. *l. 6. pr. h.* STRYK. *de caut. contr. c. l. §. 21.* FRANZK. *h. n. 36.*

14. (VII) *Vt susceptum impleatur, l. 22. §. 11. h.* nisi *tempestiue & absque fraude* facta *renunciatio* fuerit.

15. Debet autem impleri (1) *intra fines* præscriptos: *l. 5. pr. h.* fines excedens, nullum præiudicium domino facit, *l. 10. C. de procurat. l. 27. §. 2. D. eod.* MEV. *6. D. 24. & 26.* adeo vt ratione excessus ne quidem locus sit actioni *negotiorum gestorum. l. 31. §. 4. de negot. gest.* Quatenus tamen negotium mandato conforme gestum, eatenus obligatur mandatario. *l. 3. in fin. l. 4. h.* Imo mandans etiam *tertio* obligatur, saluo regressu contra mandatarium.

16. Hoc tamen tunc obtinet, vbi (α) *certa præcise forma mandato præscripta est*: quoties fidei mandatarii simpliciter negotium commissum,

sum, secundum *arbitrium boni viri* est implendum. *l. 35. l. 46. l. 66. §. 4. h.*

17. (ε) Vbi agit *contra fines aperte sibi præscriptos:* si agit contra voluntatem, sibi soli significatam, *tertio* mandans obligatur, HERT. *cit. l. §. 11.* saluo regressu.

18. (γ) *Vbi in re licita versatur.* ID. §. 12. & (δ) *Vbi æquipollens ad eundem finem non ita commode tendit;* alias mandatarius excusatur, *l. vlt. §. vlt. h.* si *regulæ prudentiæ* id suadeant. GELLIVS *N. A. lib. 1. cap. 13. disp. nostr. inaug. de iur. epistalm. c. 3. n. 164 seqq.*

19. Porro *implendum est* (2) *diligenter*, omni videlicet adhibita diligentia. Ordinarie *culpa leuis* præstanda, vt in aliis contractibus; nisi *negotium arduum* alicui commissum est, quod *singularem* exposcit *industriam* & *præcautionem. l. 21. C. mand.* CICERO *orat. pro S. Roscio Amer. pag. m. 42.* HAHN. *ad W. h. n. 10.*

20. Denique (3) *bona fide est implendum*, *l. 10. pr. l. 8. §. 7. & 8. h.* licet mandatarius apices iuris attendere non debeat. *l. 29. §. 4. h.* Hinc (α) restituere tenetur, quod occasione mandati lucratus est, *l. 10. §. 8. 9. l. 20. pr. h.* ipse vero (β) vicissim seruandus indemnis. *l. 12. §. 9. h.*

21. Oritur ex hoc contractu actio *directa* & *contraria.* *Directa* datur mandanti aduersus mandatarium ad id præstandum, quod ex *mandati natura* præstare debet, h. e. (α) vt rite exse-

quatur mandatum: (ε) restituat, quod occasione mandati ad ipsum peruenit: *l. 10. §. 9. h.* (γ) de gesto rationem reddat. Contra plures datur *in solidum*, *l. 60. §. 2. h.* vt tamen vtantur beneficio *ordinis* & *diuisionis*. ENGELBR. *ad D. h. §. 11.*

22. *Contraria* competit mandatario aduersus mandantem ad *indemnitatem*, h. e. (1) *ad restituendas impensas bona fide factas*, *l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. l. 27. §. 4. h.* etsi negotio finem imponere mandatarius non potuerit, *l. 56. §. vlt. h.* vel dominus minora impendia feciſſet. *l. 27. §. 4. h.*

23. Agitur (2) *ad damna occasione mandati perpessa restituenda*, *l. 15. h.* modo concurrat culpa mandantis, etiam *leuissima. l. 26. §. 9. l. 61. §. 5. de furt.* Quod *casu fortuito* damnum accidit mandatario, eo nomine non agit, *l. 26. §. 6. h.* nisi (a) negotium expediendum sit per talia loca, quæ sunt admodum periculosa, HAHN. *ad W. h. n. 10. inf.* vel (b) procurator negotium *ex iussu imperantis* expedire debuit.

24. Tandem (3) *vt liberetur mandatarius obligationibus mandati nomine contractis. l. 45. §. 5. h.* Equidem durante officio regulariter *tertio* obligatur mandatarius, HERT. *c. l. §. 19.* vt tamen non de *suis*, sed *eius*, *cuius nomine* contrahit, *bonis* solutionem promittere videatur: *finita administratione*, conueniri. nequit. HERT. *c. l. §. 20.* Verum si *fidem propriam* interposuit, vel *proprio nomine* contraxit, etiam

iam *finito officio* in nexu manet, de quibus casibus requisitum hoc intelligedum.

25. Vtraque actio hoc commune habet, quod infamet, *l. 6. §. 5. D. de his qui not. infam.* quod quoad *contrariam singulare* est. *§. 2. de pœn. temer. litig.* Rationem suppeditat CICERO *alleg. l.*

26. Dissoluitur mandatum, (I) *reuocatione* mandantis 1) *expressa*, vt tamen (α) mandatarius indemnis seruetur: *§. 9. I. h. l. 12. §. pen. h.* (ε) *reuocatio* ipsi innotuerit: *l. 15. h.* 2) *tacita*: *c. 8. de proc. in 6.* 3) *præsumta*, statu rerum mutato.

27. (II) *Renunciatione* facta, *tempestiue* & absque fraude; *l. 22. §. vlt. h.* alias tenetur ad interesse, *l. 27. §. 2. h.* quatenus commode, nullo impeditus casu, renunciare potuit. *l. 23. sqq. h. t. l. 27.*

28. (III) *Morte mandantis.* Hac etiam *substituti* officium exstinguitur, non item morte eius, qui substituit; FABER *lib. II. tit. 8. def. 24.* modo (α) *eam sciuerit* mandatarius, alias excusatur: *l. 26. pr. h.* (β) *in heredes mandatum non sit directum*: *R. I. de A. 1654. §. 99.* (γ) negotium non sit tale, *vt demum post mortem mandantis adimpleri debeat*: *l. 12. §. 17. l. 13. h. l. 18. §. 2. de donat. m. c.* vel (δ) alias *fauorabile*: *l. 9. § 1. de I. dot.* denique (ε) mandatum sit *simplex.* Actio tamen mandati morte non tollitur. *l. 58. pr. h.*

29, (VI) *Morte mandatarii*, *l. 27. §. 3. l. 57. h.* vt tamen inchoata a defuncto heredes per-

ficere debeant. *arg. l. 5. §. 6. de admin. tut. l. 23. C. de procur.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. 2. §. f. l. 4. l. diligenter. 5. l. si remunerandi. 6. pr. §. 2. 3. l. salarium. 7. l. 8. §. 5. 8. l. 10. pr. §. 7. 10. l. si vero. 12. §. 11. 12. 17. l. qui patitur 18. l. si mandauero. 22. §. 5. 11. l. inter causas. 26. §. 2. 6. l. si qui alieni. 27. §. 2. l. 28. l. si fideiussor. 29. pr §. 2 4 l. si negotia mea 31. l. 33. l. Lucius. 38. §. 1. l. 41. l. si mandatu meo. 45. §. 1. l. si quis. 46. l. 56. pr. §. 3. 4. l. 60. §. 2.

Ex Codice l etiam 4. l. si maritus. 5. l. si pro ea. 10. l. procurator. 11. l. cum mandati. 12. l. 13. l. salarium. 17. l. in re mandata. 21. l. per diuersas. 22. l. ab Anastasio. 23.

Tit. II. (IV. 37.)

Pro socio.

1. Societas est *contractus consensualis de rebus aut operis honestis communicandis vsus communis aut lucri gratia.* Sumitur vero vel in sensu *generaliori*, pro quacunque *communione*; vel *specialiori*, pro *negotiatoria*, quatenus *commercium communiter susceptum inuoluit, communis quæstus gratia.*

2. Priori in sensu *societas* vel *communio* est duplex, *vniuersalis* & *particularis.* Illa *vniuersorum bonorum quomodocunque acquisitorum communionem inducit. l. 5. l. 3. §. 1. l. 73. h.* Hæc vero *certarum rerum communionem* habet. *l. 3. §. 2. l. 52. §. 6. h.*

3. In

3. In *vniuersali* (α) continuo omnia communicantur absque *traditione vera*, *l. 1. inf. l. 2. h.* exceptis nominibus *l. 3. h.* quæ tamen ex *edicto D. Pii* etiam sine *cessione* communia sunt, *vtili actione* instituta. (ζ) Omnia, quæ *quomodocunque* erogantur, vtrinque imputantur: *l. 73. h.* vid. tamen *ius Sax. prou. lib. I. art 12.* (γ) omnia acquisita *honeste*, conferenda: *l. 3. §. 1. h. l. 52. §. 17. seq.* si turpia lucra in medium collata, etiam communia fiunt, vt tamen alter pœnam alteri socio ob delictum commissum agnoscere non aliter teneatur, quam si, eo sciente, in societatem turpia lucra collata fuerint: *l. 55. h. t.* (δ) neuter neutri tenetur ad rationes reddendas.

4. In sensu posteriori societas *negotiatoria* itidem est vel *vniuersalis*, vel *particularis*. Illa coita videtur vniuersorum, *quæ ex quæstu veniunt*, *l. 7. h.* seu *titulo oneroso*, quæ in dubio præsumitur præ priori. *l. 7. h. ius prou. Sax. lib. I. tit. 125.*

5. Hæc vero *certam negotiationem* respicit, *l. 5. pr. h.* & quidem rursus vel quoad *sortem*, *l. 58. pr. h.* vel quoad *lucrum* tantum. *l. 52. §. 2. h.* Ratio differentiæ consistit in *periculo sortis*, quod priori casu est commune, non posteriori.

6. In omni societate præsupponitur (I) *mutuus consensus l. 32. h.* Communio sola rerum, in quam citra *conuentionem* incidimus, non

non sufficit, *c. l.* quamuis *ex post facto* societas fieri possit. *l. 52. §. 6. h.*

7. Aliquando *tacitus* sufficit, *l. 4. h.* quamuis difficulter hoc applicari possit ad *communionem omnium bonorum*, quæ *specialiter* h. e. *expresso consensu* ineunda. *l. 3. §. 1. h.* BACHOV. *ad Treutl. V. 1. D. 27. th. 8. lit. f.* DISS. HERT. *disp. de societ. facto constit. S. 1. §. 3. seqq.* Interdum etiam *facto* seu *tacite* instauratur. ID. *c. l. sect. 2.*

8. (II) Consensus est dirigendus *ad res* vel *operas communicandas*, quod intelligendum secundum diuersas species societatum. Communicantur itaque, (α) *res*, modo *honestæ* sint: Rerum inhonestarum nulla est societas: *l. 53. l. 57. h.* (β) *operæ*, pecunia æstimabiles, *l. 5. §. 1. l. 52. §. 2. h.* vt adeoque etiam is, qui nulla bona habet, societatem inire cum diuite possit. *l. 5. §. 1. h.*

9. *Res* communicantur vel ad *vsum*, vel ad *proprietatem*, quod diiudicandum ex eo, quod actum inter partes. *l. 34. de R. I.* In *dubio* posterius præsumendum. SCHILTER. *ex. 29. th. 4.* Si de priori constat, cuique *sors collata* salua manet, & *lucrum* tantum commune sit.

10. In *negotiatoria* speciatim requiritur, (III) *vt communicatio fiat ob quæstum communem.* Etenim (α) sola communio rei, etiam ex consensu sine *animo societatem talem ineundi* suscepta tantum *communem vsum* operatur: *l. 31. l.*

33.

33. h. nec (ε) *donationis* causa inita vera societas est, *l. 5. §. 2. h.* nisi pro parte. *l. 38. de contrah. emt. V.*

11. Sic quoque (γ) computatio quæstus ita non est ineunda, vt vnus *omne lucrum*, & alter *omne damnum* haberet, quæ *Leonina* dicitur. *l. 29. §. 2. h.* HVBER. *ad I. §. 2. h.*

12. In *communicando lucro* tota ratio *societatis negotiatoriæ* consistit, vbi ad duo respiciendum: (I) *vt ratio habeatur eius, quod collatum est:* qui plus minusue contulit, *proportionabiliter* quoque participat de lucro. *l. 29. pr. l. 80. h. ius prou. Saxon lib. I. tit. 12.*

13. (IV) Vt *par sit lucri & commodi ratio*, nisi aliud inter partes placuerit. Talis *conuentio inæqualis* subsistit, modo *ex iusta causa* alteri melior conditio assignata fuerit, veluti quod plus operæ, periculi &c. contulerit. *l. 6. h.* FRANZK. *h. t. n. 57. seqq.*

14. Quando autem partes *inæqualiter* sunt constitutæ, distributio lucri non fit in singulis negotiationibus, sed finita demum societate, damno & lucro inuicem compensatis, *l. 30. h.* nisi positi certi termini sint, quibus computationem *lucrorum* & *damnorum* inire velint, quod vocant die balance ziehen. THOMAS. *ad Huber. præl. ad I. h. §. 4.* STRYK. *in V. M. h. t. §. 5.*

15. Inde oritur actio *pro socio* vtrinque directa, *§. 2. I. de pœn. tem. litig. qua socius aduersus socium agit ad id præstandum, quod alterum alteri*

ex

ex natura initæ societatis præstare oportet. Non itaque primario ad *dissoluendam societatem* tendit, *l. 1. D. comm. diuid.* sed eo nomine actione *communi diuidundo* agendum.

16. Obligatur autem socius (1) ad *diligentem administrationem*, modo talem diligentiam adhibuerit, qualem suis adhibere solet. *l. 72. h.* Hinc (α) inuentario opus est, ENGELBR. *ad D. h. §. 16.* nec (β) compensatur negligentia socii cum eius industria. *l. 23. l. 25. seqq. h.*

17. Deinde (2) ad *rationes reddendas*, (si societatem omnium bonorum exceperis) vel aliquando tantum ad *edendas. l. 89. §. 2. de V. S.*

18. Porro (3) ad *expensas refundendas*, vel in commune ferendas, modo in societatem factæ, *l. 52. §. 15. l. 38. §. 1. h.* etiam cum vsuris, *l. 67. §. 2. h.* nec pacto aliter conuentum, quo pertinet *l. 69. h.* SCHILT. *ex. 29. §. 18. seqq.*

19. Vlterius (4) ad *damni perpessi restitutionem* quoad partem, modo (α) culpa socii leui non contigerit, & (β) res iam communis sit. *l. 52. §. f. l. 58. §. 1. h.* BYNKERSHOEK. *l. II. obs. c. 10.* de WATER. *lib. 1. obs. c. 6.*

20. Si tamen alter tantum *pecuniam*, alter solum *operas* contulit, perit pecunia socio conferenti. STRYK. in *V. M. h. t. §. 19.* Si damnum

damnum culpa socii datum, agitur etiam actione ex L. Aquilia. *l. 47. §. 1. h.*

21. Denique (5) ad *lucrum communicandum*, prout supra dictum, quo etiam pertinet, quod obligationes societatis nomine initas communicare teneatur. *l. 74. h.*

22. Non aliter enim socius ex contractu alterius *acquirit* aut *obligatur*, quam (α) si nomine societatis tanquam *institor*, & secundum *normam præscriptam* seu *voluntatem sociorum* contraxit: *l. 4. §. 1. de exerc. act.* (ℭ) si in communem arcam pecuniæ versæ sunt *l. 82. h.* Alias si socius *proprio nomine* contraxit, reliquis ius agendi contra tertium non nascitur, nec reliqui obligantur. *l. 13. C. si certum petat.* conf. LAVTERB. *de obligat. socior. quæ oritur ex conuent. cum extraneo initis.* Denique *communi consensu* contrahentes obligantur & acquirunt *pro rata*, *l. 44. §. 1. de ædil. edict.* nisi se *in solidum* obligauerint.

23. Ad hasce præstationes personales competit *actio* prædicta *pro socio*, quæ etiam, manente societate, institui potest, *l. 65. §. 6. h.* vt plurimum finita. FRANZK. *h. n. 69. seqq.* Qui in ea ob dolum condemnatur, infamis fit. *l. 6. de his qui not. inf.*

24. Gaudent socii & *vniuersales* & *particulares* beneficio *competentiæ*; *l. 63. pr. §. 1. seqq.* nam verba *l. 16. de re iud.* sunt *corrupta*, nec vim *legis* habent, quin potius a manu inepta adiecta.

25. Sol-

25. Soluitur societas (I) *renunciatione* expressa vel tacita, *l. 64, h.* etiam vnius, *l. 4. §. 1. h. l. 63. §. 10. h.* non valente pacto in contrarium *l. 70. h.* vt tamen (1) fiat *bona fide?* alias a se quidem liberat socius suos, se autem ab illis non liberat quoad *lucrum*, quod *solus* captauit. *l. 65. §. 3. h.*

26. (2) *Tempestiue;* alias ad *interesse* agitur, si eo tempore renunciatur, quo interfuit socii, eam non dirimi, *l. 65. §. 5. 6. h.* modo iusta deficiat causa. *l. 14. in f. l. seqq. h.*

27. (3) *Praesenti.* Sin absenti facta, tunc quod *absens* ante *renunciationis notitiam* acquisiuit, sibi tantum acquisiuit, renuncians autem *lucrum* in commune redigere, damnum vero solus ferre debet, *l. 17. §. 1. h.* & sic soluta tantum est respectu renunciantis, donec alter sciuerit.

28. (II) *Morte naturali & ciuili, l. 63. §. 10. h. l. 52. §. 9. h.* quamuis pactum valeat, vt inter reliquos *noua* sit *societas, l. 65. §. 9. h.* non tamen, vt heredes obligentur ad societatem continuandam. *l. 35. l. 59. l. 52. §. 9. h.* SCHILTER. *ex. 29. §. 14. sqq.* STRYK. *in V. M h. §. 31. seqq.*

29. Actio tamen *pro socio* in heredem dirigitur, *l. 63. §. 8. h.* sicuti etiam, quod a socio, ignorante mortem socii, gestum est, subsistit. *l. 65. §. 2. h.* Exceptio quoque est in *societate vectigalium, l. 59. pr. h.* vel *alterius conductio-*

ductionis, & quæ inchoata sunt a defuncto, perficienda sunt ab herede. *l. 40. h.*

30. (III) *Amissione rerum*, *l. 63. §. 10. h. l. 65. §. 1. h.* nisi tantum *operam* contulerit in societatem socius.

31. (IV) *Finito negotio*, *l. 63. §. 10. h.* & (V) *tempore præterlapso. c. l. §. 6. h.* Finita ita societate, aliquando adhuc *cautio* præstanda. *l. 27. in f. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. societatem. 4. l. societates. 5. §. 1. l. coiri. 7. l. si conuenerit. 14. l. sed & socius. 17. §. 1. 2 l. qui admittitur. 19. seqq. l. Non ob eam. 25. seqq. l. si non fuerint. 29. §. f. l. Mutius 30. l. vt sit. 31. l. nemo potest. 35. l. heres socii 40. l. merito. 51. pr. l cum duobus. 52. §. 2 4. 9. 18. l. nec prætermittendum. 57. l 58. §. 1. l. adeo morte. 59. l. verum est. 63. pr. §. 5. 6. 8. l. actione. 65. §. 6. 9. l. Nemo. 68. l. cum societas. 69. l. Nulla. 70. l. si societatem 73. l. societatem mecum. 76. seqq. l. iure societatis 82.

Ex Codice l. societatem. 1. l cum in societatis. 3. l. tamdiu. 5 l. sancimus. vlt.

Lib. XVIII. Tit. I. (*IV. 38. 40.*)

De contrahenda emtione, & de pactis inter emtorem & venditorem compositis; & quæres venire non possunt.

1. EMTIO VENDITIO est *contractus consensualis de re certa pro certo pretio tradenda.*

2. Estque vel *in scriptis* vel *sine scriptis*. Prior species tunc *regulariter* contracta censetur, quoties inter partes hoc *expresse* placuit, vt demum, scriptura interueniente, obligentur; *in dubio* enim scriptura *probationis gratia* adiecta censetur. *l. 4. de pign. l. 4. de fid. instrum. l. 17. C. de fid. instrum.* STRYK. *de C. Contr. S. 2. c. 8. §. 2. seqq.* & in *append. adiect.* HARPRECHT. *vol. nou. cons. 42. n. 105.*

3. Obligatio itaque tunc demum adest, si scriptura fuit omnibus partibus absoluta: h. e. (α) in mundum redacta: (ε) subscripta: (γ) partibus legitime prælecta. *cit. l. 17. Ord. Max.* von *Notarien de Anno 1512. §. 16. 17.*

4. Alia quoque est *priuata*, alia *publica*, quæ *subhastatio* solet dici, & olim certis constabat solennibus. CORNEL. van ECK *princ. iur.*

iur. h. n. 65. seqq. Hodie hæc variant secundum diuersa locorum iura & statuta. SCHILT. *ex. 46. §. 38. seqq.* IO. PHILIPPI *de subhast.* MARTINI *in proc. Sax. tit. 39. §. 10. seqq.* Huc etiam referri possent *auctiones publicæ.*

5. Requiritur vero in genere (I) CONSENSVS contrahentium. Secundum ius Germanicum in *bonis hereditariis* etiam *consensus agnatorum*, vel hodie eorum, qui *ius retractus* exercere possunt. Hinc concludo (α) *neminem inuitum ad emendum vel vendendum cogi, l. 11. l. 14. C. h. l. 9. de Iud. l. 16. C. de iure delib.* excepta *vtilitate* vel *necessitate publica.* THOMAS. *disp. de pret. affect. in res fung. non cad. c. 2. §. 5.*

6. (β) *Arrham non requiri ad obligationis efficaciam*; accedit tamen aliquando vtiliter, vel α) *confirmandi* tantum contractus gratia, vel β) *simul in signum reseruatæ licentiæ ab emtione resiliendi*, quod in dubio præsumitur. *l. 17. C. de fid. instr pr. I. h. inf.* THOMAS. *de arrh. emtion. §. 34. seqq.*

7. (γ) *Errorem vt plurimum emtionem vitiare, l 9. l. 11. h.* secundum *distinctionem* traditam supra *tit. de pact. §. 8.*

8. (δ) *Ob suspicionem coacti consensus* quosdam merito remoueri ab hoc contractu, veluti v. c. qui aliquam habent potestatem. *l. 46. h.*

l. 46 §. 2. de iure fisci nisi specialiter hoc impetrauerint &c. *l. 46. h. t.*

9. (II) PERSONARVM HABILITAS. Aliquando enim lex vel (α) certas personas ob salutem publ. excludit ab *emtione negotiatoria*, vti *clericos*, *t. t. X. ne cleric. secul. negot. immisc.* vel (β) eam variis modis restringit. Huc pertinet, (a) ne *hostibus* vendantur, quæ ad *instruendam militiam* spectant: *l. 4. & vlt. C. de commerc.* (b) quæ lege emi prohibentur, vulgo *contrabanden.* STRYK. *in V. M. h. §. 7. seqq.*

10. (c) Ne nobiles in pagis suis in *ciuitatum municipalium decrementum* ius braxandi & cereuisiam vendendi exerceant, quibus etiam olim *mercatura* interdicta erat. *l. 3. C. h.* (d) Ne ciuitates *bona ciuitatum* absque principis consensu vendant. *l. 23. C. de SS. eccles.*

11. (III) MERX. Necesse vero est, (1) *vt existat in rerum natura vel existere possit. l. 8. pr. h.* vid. *tit. de pact.* Hinc si res vendita *tempore contractus in totum* iam periit, nulla est emtio; *l. 57. § f. h.* si autem *pars dimidia* vel *maior* adhuc supereſt, subsistit, deminuto pretio, *l. 17. l 57. pr. h.* cum interesse, si venditor hoc sciuit, *c. l. §. 1.* nisi emtoris intentio *præcise ad totam rem* restricta fuerit. *l. 44. h. l. 58. h.*

12. (2) *Vt sit certa & determinata.* Admittitur tamen etiam *emtio spei l. 8 §. 1.* In rebus *fungibilibus* determinatur merx per *pondus*, *numerum* & *mensuram*, & determinata quantitas

titas præciſe debetur, modo (1) *reſtrictiue* vel (2) *modificatiue* quantitas adiecta: ſecus; ſi ſaltem *demonſtratiue*, vbi *principaliter* habetur reſpectus ad *corpus* STRYK. *de caut. contr. S. 2. c. 8. §. 30. ſeqq.*

13. Si enim *ad corpus* vel *per auerſionem* fungibiles res venduntur, omne, quicquid tempore contractus adfuit, debetur. Multum vero reſpectu *periculi* & *præſtationum* hoc in caſu intereſt, quomodo venditio facta fuerit. BRVNNEMANN. *ad l. f. D. de peric. & commod. rei vend. n. 6. ſeqq.*

14. Re *non-fungibili* ſeu *certa ſpecie* vendita, *pertinentiæ* quoque cenſentur eſſe venditæ, *l. 69. h.* Determinantur hæ *ex actuali deſtinatione ad rem venditam*, vt perpetuo ei cohæreant. *l. 17. §. 7. de act. E. V.*

15. Colligitur hæc *deſtinatio* (α) ex *firma cohæſione: l. 17. §. 3. l. 18. pr. l. 38. §. 2. de act. E. V.* (β) ex *ordinaria deſtinatione*, veluti domo braxatoria vendita, inſtrumenta quoque braxandi vendita ſunt: (γ) ex *conſuetudine vel lege:* (δ) ex *longo vſu*, quem *inuentaria* rerum & *contractus præcedentes* docent. In dubio emtor hoc vel illud ad *pertinentias* ſpectare, docere debet. MEV. *7. D. 373. ſeqq.* STRYK. *c. l. §. 20.*

16. (3) *Vt ſit in commercio vel alias vendi non prohibita;* alias emtio eſt nulla, *l. 22. h.* niſi tantum talis res *acceſſerit* principali rei venditæ. *l. 24. h.* Habet quoque emtor igno-

rans actionem *ad intereſſe* aduerſus venditorem, a quo deceptus eſt. *l. 62. §. 1. h.*

17. Ex peculiari ratione *publicæ vtilitatis* vendi nequeunt promiſcue libri improbatæ lectionis, *l 8. §. 5. C. de hered.* famoſi libelli, res litigioſæ, *l. 2. de litig.* venena, *l. 35 § 2. h.* res furtiua, FRANZK. *h. n. 145. ſeqq.* aliquando frumentum extra prouinciam, lana ,officia publica &c.

18. Præterea res vendenda, etiam alias in commercio ſit, variis modis vel a *lege* vel *teſtamento* vel *pacto* circumſcribi poteſt, ne promiſcue vendatur. *l. pen. D. de pact.* Plus tamen operatur prohibitio *legis* & *teſtamenti*, quam *pactitia*, niſi *traditioni* hæc lex dicta fuerit, ne in fauorem tradentis vnquam alienetur: tranſit enim res cum ſua cauſa. *l 67. h. l. 5. C. ſi mancip. ita fuer. alien. l. f. C. de reb. alien. non alien.*

19. (IV) PRETIVM, *l. 36 l. 72. h.* de cuius origine vid. *l. 1. h.* THOMAS. *iurisp. diu. l. 2. c. 11.* & *diſſ de pret. affect. c. 1. §. 7.* Hinc *donationis cauſa* pretium quidem minui, in vniuerſum autem *ab initio* donari nequit, vt maneat emtio venditio; *l. 36. l. 38. h.* bene tamen *ex poſt facto*, ſaluo contractu.

20. Debet autem pretium eſſe (1) *pecunia numerata*, (non *in folle* promiſſa, *l. f. de condict. cauſ. data* (ſaltim quoad *principaliorem partem*, licet alias per modum *acceſſorii* ſimul detur, *l. 6. §. 1. de act. E. V.* In dubio

bio *emtio* præsumitur, tanquam *frequentior* permutatione. HVBER. *h.* §. 6. SCHILT. *ex.* 30. §. 20.

21. Interesse controuersiæ deprehenditur (α) in iure *protimiseos*: (β) in alienatione fundi emphyteutici: (γ) quod res aliena *vendi*, sed non *valide permutari* possit: (δ) quod in *permutatione* locum habeat condictio *causa data causa non secuta*, non in *emtione l.* 14. *C. de rescind. vend.* &c. Sufficit tamen ab initio pretium fuisse constitutum, licet alia res æstimata post volenti venditori *in solutum* detur. SCHILTER. *c. l.* §. 16. *seqq.*

22. (2) *Iustum*, h. e. proportionem cum re vendenda habens. *l. 1. h.* Est autem pretium vel *commune* vel *legitimum*. Hoc determinatur (α) a *lege*, *l. 1. C. comm. seru. manum. l. 3. C. commun. de legat.* vel (β) *magistratu*, *l. 1.* §. 11. *de offic. præf vrbi*, cui *præcise* standum.

23. *Commune* dependet ex hominum *communi determinatione*, *l.* 63. *ad L. Falcid.* quæ tamen *ad punctum* haberi nequit, *l.* 16. §. 4. *de minor.* sed aliqua læsio tolerari debuit, modo non fuerit *vltra dimidium. l. 2. 8. C. de resc. vendit.*

24. Communiter autem æstimatur res ex *raritate, copia vel affluentia rei*, THOM. *c. l.* quamuis & aliæ circumstantiæ, *loci*, *temporis*, &c. non negligendæ, quæ *affectionem* laxant vel augent. *c. l.* 63. §. 2. *l. 3. de eo quod cert. loc.*

25. (3) *Verum.* Non sufficit pretium *dicis gratia* interueniens. *l. 54. de O. & A.* Aliquando tamen imaginarium pretium ex *peculiari ratione* admissum fuit, in *emancipatione*, *testamentis per æs & libram* & aliis causis. *l. 66. de I. dot.* FRANZK. *h. n. 222. seqq.*

26. (IV) *Certum.* Et quidem vel *conuentione* partium *mutua*, vel per *relationem* ad quantitatem (1) aliunde iam *determinatam*; *l. 7. §. 1. 2. l 37. h.* de qua si non constat, nulla est emtio: *c. l. 37.* vel (2) *arbitrio* peritorum *determinandam.*

27 In hoc *arbitrio* requiritur, (α) vt *persona certa eo nomine denominetur. l. f. C. h.* quanquam moribus talem contractum admitti cum STRVV. *ex 23. §. 18.* facile crediderim, vbi conuentum, vt vterque postea aliquem arbitratorem eligat: (β) *non concurrens ad illum contractum.* In arbitrium enim *contrahentium* conferri *pretium* nequit, *l. 16. §. f. de pign. l. 7. pr. l. 35. §. 1. h.* bene tamen *accidentia* pretii iam determinati.

28. Arbitratore designato cessante in arbitrando, deficit venditio: *l f. C. h.* eo arbitrante, valet, salua reductione ad arbitrium boni viri, si *nimia inæqualitas* deprehenditur, quæ non præcise ex *læsione vltra dimidium* hoc casu æstimanda *l. 77. pro soc. l. 30. de oper. libert.* FRANZK. *h. n. 262. seqq.*

29. Solent vt plurimum *varia pacta* adiici emtionibus, de quibus est *altera pars rubricæ.* Hæc quomodo eis adiiciantur de iure Roma-

Romano, fusius expendit FRANZK. *h. n. 318. seqq.* quæ ad mores hodiernos minus congrue applicari possunt. In genere ita debent esse comparata, *ne monopolium sapiant.* ENGELBR. *ad D. h. §. 9. inf.*

30. Pertinet huc pactum *de vsuris* ratione pretii tardius soluti, *l. 5. 6. C. de pact. inter E. & V.* item vt liceat mittere agrimensores intra certum tempus, rei dimetiendæ gratia. *l. 40. pr. h.* BYNCKERSHOEK. *lib. III. obs. 15.* HVBER. *h. §. 9.* &c.

31. Eminentiora pacta sunt hæc: (1) PACTVM RESERVATI DOMINII, donec pretium fuerit solutum. Hoc casu periculum rei venditæ de *iure Germanico* ad *venditorem* spectare volunt, cum *Romano iure* emtorem sequatur. SCHILT. *ex. 30. §. 57. seqq.* THOMAS. *ad* HVBER. *h. in f.* STRYK. *c. l. §. 25.*

32. (II) PACTVM DE RETROVENDENDO: *l. 2. C. de pact. int. E. & V.* quo cauetur, *vt venditori intra certum tempus vel quandocunque idem offerenti pretium res retrouendatur.* Vtile vero est, (α) vt hoc pactum concipiatur verbis *directis* seu *resolutiuis*: (ϐ) adiiciatur clausula *de re interim non alienanda* vel *oppignoranda* sub *lege nullitatis.* STRYK. *c. l. §. 55. seqq.*

33. Tempus adiicitur vel vt terminus *a quo*, vel vt terminus *ad quem.* Si nullum adiectum, videndum, an *simpliciter* reluitio per

missa, quo casu intra 30. annos redimenda; an vero sub clausula: *quotiescunque & quandocunque libuerit;* quo facto præscriptioni censetur renunciatum esse. STRYK. *in V. M. h. §. 42 seqq.*

34. Redemturus soluere debet (1) *pretium* determinatum *ab initio*, nisi aliter conuentum sit: (2) *meliorationes*, nisi pacto modus impensis præscriptus. Et tunc *præcise* res tradenda cum fructibus pendentibus. *l. 2. C. de pact. int. emt. & vend.* ZOANNETTVS *de emt. vend. sub pact. de retrou. n. 73. seqq.*

35. (III) PACTVM PROTIMISEOS, quod *ius prætendendi præferentiam præ aliis extraneis emtoribus tribuit. l. 75. h* Differt a *retractu*, qui consistit in iure *repetendi* rem venditam etiam a tertio possessore. Sæpe tamen promiscue adhibentur. STRYK. *de succeff. ab I. diff. 6. c. 1. §. 3.*

36. Dependet hoc ius vel a *conuentione* partium, vel *lege*, vel *testamento*. Illud interest, (α) quod *testamento* vel *lege* constitutum præbeat facultatem rem a tertio reuocandi, non vero *conuentione*: (β) quod hoc sit cessibile, non vero ordinarie, quod *lege* constitutum est. (γ) Occurrit etiam quædam differentia in *præscriptione.* ID. *c. l. c. 4. §. 48.*

37 *Legale* ius protimiseos in nonnullis casibus *moribus* obtinet contra ius ciuile. *l. 14. C. h.* Pertinet huc (α) ex iure *dominii directi*

recti domino emphyteuseos competens. *l. f. C. de I. Emphyt.* (β) Propter *creditum*, *l. 16. de reb. aut. iud. poss.* vel in Saxonia ob *ius primæ licitationis.* (γ) Ex iure *congrui. l. 4. C. de locat. prædior ciuil.* (δ) Ex iure *incolatus. l. vn. C. non licer. habit. metroc. sua loc.* (ε) Ex iure *societatis.* (ζ) Ex iure *consanguinitatis.* v. *Leuit. XXV, 23 Ruth. II. IV. 3. Ier. XXXII, 7.* Hoc ius retractus fluxit ex iure antiquo Germanico, quo *bona hereditaria* sine heredum consensu vendere fas non erat per *art. 34. & 52. lib. 1. I. P. S.* excepto *casu necessitatis*, quo tamen proximis consanguineis ius retractus concessum est. Vid. *disp. de fundamento duplicis retractus.* Potissima consideratio hic consistit in *ordine retrahendi* bona *auita* vel *hereditaria*, de quo plenissime STRYK. *c. l.* agit

38. Ceterum vbique requiritur: (1) *vt idem pretium, de quo cum extraneo vere venditor conuenit, actu & rite offerat* ceteraque pacta adimpleat: transit enim retrahens in locum *primi emtoris.* (2) Vt *intra legitimum tempus, annale videlicet, exerceatur.* STRYK. *cit. l. diss. 6. c. 4. §. 44. seqq.*

39. (IV) PACTVM CONSTITVTI, per quod venditor iure *conductionis* se rem retinere & possidere velle cauet. *l. 75. h.* Hoc ipso dominium per fictionem *breuis manus* transit ad emtorem cum omnibus effectibus.

TEXT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0455
DFG

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. l. sed Celsus. 6. §. 1. in f. l. Hæc venditio. 7. pr. §. 1. 2. l. nec emtio. 8. l. in venditionibus. 9. §. f. l. etsi 15. l quod venditi. 19. l. Labeo. 21. l. si ita. 25. §. 1. l si sciens. 26 l. qui tabernas. 32. l. si in emtione. 34. § 3 5. l. quod sæpe 35. §. 5. l. cum in venditionibus. 36 l. 38. l. ea quæ. 43. l. Labeo scribit. 50. l. Nuda. 55. l. Domum emi. 57. l Rutilia. 69. l. Imperatores. 71. l. pacta conuenta. 72. l. Clauibus 74. l. fistulas. 78. in f l. cum manu. 80 in f. l f. §. f.

Ex Codice l. si donationis 3. l. si non donationis. 8. l. inuitum. 11. l. in vendentis. 13. l. dudum. 14. l. super rebus. 15. *de contrah. E. V.* l. Ne frumentum. 4. *quæ res venire non poss.*

Tit. II. (IV. 54.)

De in diem addictione.

1. (V) PACTVM ADDICTIONIS IN DIEM, *vi cuius venditori permittitur intra certum tempus meliorem conditionem allatam accipere, & ab emtione recedere. l. 1. h.*

2. Ante omnia (1) *hoc pactum speciatim adiiciendum*, licet in *fiscalibus venditionibus* certo respectu sub intelligatur. *l. 4. C. de fid. & iur. hast. publ. l. 1. C. de vend. rer. ciu. Nou. 120. c. 4. 6. 7.* SCHILT. *ex. 30. §. 50. seqq.* Adiicitur vel sub conditione *resolutiua*, (quæ reuera *modus* est) vt emtio statim effectum habeat, sed *resoluatur*, conditione existente: vel *suspensiua*, vt tam diu in suspenso sit, donec de euentu conditionis con-

constet. *l. 2. h.* Ratio differentiæ est in aprico. *l. c. inf. l. 3. l. 4. h.*

3. Necesse est (II) *vt melior adferatur conditio*, quæ (α) ex *omni emolumento* rationis pecuniariæ æstimatur, *l. 4. §. f. l. 5. l. 15. §. 1. h. l. 14. §. f. h.* CARPZOV. *decis. 275.* (β) cessante *fraude & simulatione. l. 4. §. 5. h.* THOMAS. *ad Huber. h. §. 3. l. 14. §. 1. h.*

4. (III) Et *quidem intra tempus præfinitum. l. 15. h.* Nullo tempore expresso, quod fieri posse patet ex *l. 41. pr. de R. V.* intra 30. annos conditio melior afferri debet, vt agi queat

5. Præterea (IV) *venditor illam acceptare debet.* Permissum enim est ei, iure suo non vti. Si plures adsunt, omnes accipere debent; alias vnius contradictio facit cessare effectum huius pacti. *l. 11. in f. l. 12. l. 13. pr. h.* vid. tamen *l. 9. h.*

6. (V) *Priori* tamen *emtori oblata melior conditio denuncianda*; habet enim *ius protimiseos. l. 8. h.* Si vero vel maxime illam acceperit, nihilominus tamen tenetur fructus interim perceptos restituere, nisi aliud actum sit. *l. 6. §. 1. h.*

7. Si vero meliorem conditionem respuit, reuertitur dominium *ipso iure* ad venditorem, vt rem vindicare possit, *l. 41. pr. de R. V.* modo verba *directa* adiecta, ex quibus constet, voluisse contrahentes, vt *ipso iure* resolueretur contractus, quia fictantum *domini-*

minium limitatum translatum. STRYK. *in V. M. tit. de cont. emt. §. 32.* Si verba *obliqua*, seu *vulgaria* adhibita sunt, quibus emtor duntaxat se *obligauit* ad rem reddendam, tantum competit *actio ex contr actu. l. 7. §. 5. D. de pact.*

8 Restituendi quoque sunt *priori casu* omnes fructus, *l 4. §. 4. l. 6. h.* aliquando tamen compensandi cum impensis: *l. 6. h.* non *posteriori*, quo resoluitur emtio ex tempore declarationis.

TEXT. NOTAB.

L. quoties. 2. seq. l. vbi. 4. pr. §. 3 4. 6. l. quicquid 5 l. 6. §. 1. l. necesse. 8. l. Sabinus. 9. l. imperator. 16. l. vlt.

Tit. III. (IV. 54.)

De lege commissoria.

1. (VI) LEX COMMISSORIA, quæ est *pactum, vt pretio intra certum tempus non soluto res sit inemta. l. 1. h.* Pacto hoc non adiecto, tantum venditori competit actio ad vsuras & interesse. *l. 13. C. de act. E. V. l. 14. C. de resc. emt. vend.*

2. Pacto hoc adiecto, per *traditionem* interim transfertur dominium, cum fides habita sit de pretio. HVBER. *h. §. 2.* Inde exercet omnes dominii effectus; sed, modo non secuto, emtio resoluitur, vt tamen penes vendito-

ditorem sit, malitne legem commissoriam exercere, an pretium actione *emti venditi* exigere. *l. 3. l. 4. §. 2. l. 7. h.*

3. Si venditor eo vti intendit, requiritur, (I) *vt totum elapsum sit tempus præfinitum.* Dies intercalaris haud prodest emtori. *l. 2. de diu. & temp. præscr.* BYNKERSH. *lib. IV. obs. c. 8.* Si nullum certum adiectum, *interpellatione* opus est, post modicum tempus. STRVV. *ex. 23. § 38. inf.*

4. (II) *Vt pretium integrum intra hoc tempus non sit solutum.* Etenim etiam locum habet, licet vel maxime *pars pretii* iam sit soluta, quam ne quidem repetere, bene tamen cum fructibus compensare potest, *l. 4. §. . l. l. 5. h.* quod quodammodo durum. ZOESIVS h. *t. 4.*

5. (III) *Vt emtor nulla iusta causa excusetur:* alioquin enim cessat lex commissoria, *l. f. h.* quæ *moram* præsupponit.

6. (IV) *Vt venditar se mox declaret, vtrum iure suo vti velit nec ne l 4. §. 2. h.* Post declarationem variare non licet. *l. 4. §. 2. l. 7. h.* Moræ tamen purgatio ante *declarationem* vix videtur admittenda, quia statim est res inemta, si verbis *directis* hoc pactum adiectum est. DE IEHNA *de leg. commiss. th. 47.*

7. Modo non secuto, datur venditori vel *rei vindicatio*, si verba *directa* adhibita sunt: *l. vlt. h.* vel actio *ex emto vendito*, *l. 6. §. 1. de contr.*

contr. E. V. l. 4. h. si *verbis obliquis* hoc pactum conceptum.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. nam legem 3. l. si fundu 4. pr §. 1. l. lege fund 5. l. lege. 6 pr. l. post. diem. pen. l. mulier. vlt.
Ex Codice l. commissoriæ. 4. *de pact. inter emt.*

Tit. IV. (*IV. 39.*)

De hereditate vel actione vendita.

1. VEndi etiam potest *hereditas*, tum (α) *deferenda*, modo consentiat is, de cuius hereditate agitur, & in consensu persistat: *l. f. C. de pact.* tum (β) *delata*, de qua *h. t.* agitur.

2. In venditione *delatæ* requiritur, *vt sit hereditas*, *l. 7. h.* nisi tantum spes vendita sit. *l. 11. l. 13. h.* Si 1) nulla adest hereditas, veluti morte non confirmata. *l. 1. h.* emtio cessat: & venditor in b. f. existens pretium acceptum reddere tenetur. *l. 8. h.* (2) Si hereditas ad *venditorem* spectat, ad *singularum rerum* in hereditate inuentarum euictionem non obligatur venditor; *l. 2. pr. h.* nihil enim vlterius præstat, quam se heredem esse. *l. 13. h.* (3) Si ad venditorem non spectat, eius *æstimationem*, h. e. *euictionem* præstare debet.

1. Cum

3. Cum itaque hereditas consistat in *complexu iurium & rerum*, quæ apud defunctum fuerunt, *vniuersitas* illa emtori restituenda *eo modo, quo apud heredem futura fuisset*, *l. 2. pr. h.* adeoque in eum transit omne *lucrum* & *damnum*, *l. 2. §. 8. h.* habeturque *pro herede*, intuitu *venditoris*. Proinde (α) iura per aditionem heredis confusa reuiuiscunt: *l. 2. §. 18. 19. h.* (ℭ) venditor non prohibetur petere debitum *hereditarium* ab emtore. *c. l.*

4. Præterea venditor ea *iura* præstat; quæ *tanquam heres* habuit. An ergo ea, quæ obtinuit post venditam hereditatem, *ex substitutione pupillari, l. 2. §. 2. h* vel *iure accrescendi? l. 9. D. de suis et leg. hered.* Quod asserendum, si tam latissime pateant verba contractus, vt *omne ius hereditarium* venditum censeatur, non *pars præsens hereditatis*. vid. STRYK. *in not. ad Lauterbach. h.* HVBER. *h. §. 5.* BACHOV. *ad Treutl. th. h. 12. lit. a.* Hodie semper obtinere, censet SCHILTER. *ex 30. §. 68.* quod hodie *omne ius hereditarium* in emtorem transeat. Sed tamen *in facto* consistit, quid venditum fuerit? quamuis id, quod SCHILTER asserit, in dubio venditum censeatur.

5. Translata hereditate in alium, respectus *creditorum aliorumque* heres non desinit esse heres, *l. 88. de hered. institut.* cum semel adierit hereditatem, & pacta inter alios inita aliis non præiudicent. Hinc *de stricto iure* actiones hereditarias suscipere, *l. 2. C. h.* & debi-

ta hereditaria soluere tenetur, vt tamen solutum repetere ab *emtore* possit, modo *debitum verum* soluerit. E contrario etiam exigere potest debita, restituenda tamen emtori, *l. 3. C. de nouat.* quem in finem sibimet inuicem *cautionem indemnitatis* praestare debent. §. *6. I. de fideicomm. hered. l. 2. §. 7. h.* Emtor enim in effectu *vicem heredis* obtinet, *l. 2. §. 18. h.* qui etiam ex rescripto D. Pii *vtiles actiones* exercet. *l. 16. pr. de pact.*

6. Emtio talis tamen creditoribus praeiudicat, *fisco* hereditatem vendente. *l. 1. C. h.* Imo venditore non soluendo existente, aequum est, vt emtor *in subsidium* a creditoribus conueniri possit. *l. 1. §. 18. in de exerc. act.* STRVV. *ex. 23. th. 75. in f.*

7. Venduntur insuper *actiones* & *nomina*, etiam inuito debitore. *l. 3. C. h. l. 1. C. de nouat.* Cauendum vero, (I) *ne vendantur iis, qui conditionem debitorum duriorem facere possunt*, vt sunt (1) potentiores, *l. 2. C. ne lic. potent.* (2) Iudaei. *ord. imp. polit. de anno 1577. tit. 20. §. 4.* (3) tutores. *Nou. 72. c. 5. §. 1.*

8. (II) *Vt verum nomen veraque actio vendatur.* Frustra venduntur nomina, (1) quae per exceptionem perpetuam elidi possunt: (2) ex quibus nihil debetur: *l. 5. h.* (3) actiones iam extinctae. *l. 76. de solut. l. 36. l. 39. de fideiuss.* Vt *bonum* sit nomen, non requiritur, *l. 4. h.* nisi *nuda* subsit *assignatio.* HVBER. *tit. D. mand. §. 5.* COCCEI *de assign.*

sign. §. *10. 24. seqq.* Imo & si *bonum nomen* promissum, vel *dolus* vendentis probatus, etiam venditor *de bonitate* & *dolo* eius tenetur. BRVNNEM *de cess. act. c. 5. n. 4. seqq.*

9. Necesse quoque est, (III) *vt actiones sint cessibiles & ad heredem transmissibiles.* Quod in heredes non transit, id ordinarie est personalissimum, & sic cedi nequit. STRYK. *de iur. & act. non cessib. c. 2. §. 7.* Nonnullæ tamen actiones ex alia *speciali ratione* non sunt cessibiles, vt (α) *litigiosæ: l. 2. & f. de litig.* ID. *c. l. c. 6. §. 1.* (β) *actio iniuriarum*, quia post L. C. est litigiosa: ante non est in bonis *l. 28. de iniur.* (γ) querela inofficiosi. ID. §. *vlt.*

10. Cauendum quoque (IV) *ne venditio sit contra legem Anastasianum, sed pretium sit iustum.* Cauetur enim illa lege, ne is, cui vendita est actio, plus possit exigere, quam ipse exsoluit *pretii* nomine. *l. pen. & vlt. C. mand.* Occasionem huic legi dedit *lex Cincia*, in cuius fraudem *redemtiones litium* tendebant. MVLLER. *ad Struu. ex. 23. th. 80. lit. δ.*

11. Vt *lex Anastasiana* opponi queat, requiritur, (1) *venditio perfecta:* MEV. *ß. D. 443.* (2) *vilius pretium:* vid. BRVNNEM. *de cessione Act. c. 1. n. 67.* (3) *fraudulosa venditoris* seu *creditoris inductio. l. 22. C. mandat.* Non vero requiritur *nomen incertum.* BRVNNEM. *c. l. n. 52. seqq.*

12. Excipiuntur tamen in *c. l. 22.* aliquot

casus, vbi securius licet *vilius pretium* capere. Alioquin regulariter *residuum* debetur venditori, in cuius fauorem *lex Anastasiana* introducta. BRVNN. *c. l. n. 86. seqq.* SCHILTER. *ex. 30. § 84. seqq.* FINCKELTH. *obs. 17.*

13. Venditæ actiones cum accessoriis, ad pignorum persecutionem & conueniendos fideiussores comparatis, *l. 6. l. 23. h. l. 6. 7. C. de O. & A. cedi* debent emtori *l. 23. h.* Est autem *cessio translatio actionis in alterum solennis*, de qua vid. VLPIAN. *in fragm. tit. 19. n. 9. seqq.* nam & res *incorporales* cedebantur, & ita in alterum *vt propriæ* transferebantur. Sine *cessione* agebet emtor interueniente *mandato*, *quo is, cui cedenda erat actio, constituebatur procurator in rem suam. l. 76. de solut. l. 49. solut. matrim.* Quamuis enim generaliter quandoque hæc in iure confundantur, *l. 3. §. 5. inf. de in rem vers. l. 2. inf. fam. herc. l. 24. de minor. l. 8. inf. mand.* stricte tamen inter se differunt. LENZ. *de cess. c. IV. m. 7.* D. PIVS tandem emtori absque *tali cessione* actiones *proprio nomine* concessit *vtiles. l. 16. de pact. l. 7. 8. C. h.*

14. Hinc fluit, (α) cessionem ordinarie fieri ex *libera voluntate;* nisi *obligatio perfecta* ad cedendum præcedat. *l. 37. ad SCt. Trebell. l. 40. §. 2. de petit. hered. l. 2. §. f fam. herc. l. 38. §. 4. de contr. E. V. l. 13. §. 12. de act. E. V. l. 25. §. f. loc.*

15. (ε)

15. (β) Cessione *in iure* non facta, sed *mandatis actionibus*, manere venditorem, *subtili iure* dominum actionis, *l. 3. C. de nouat.* adeoque a debitore, *ignorante* venditionem, ei solui. *c. l.* & creditorem agere posse contra debitorem, nisi debitor iam certioratus sit ab emtore actionis, vel aliunde *venditionem* sciuerit. *cit. l. 3.* BRVNNEM. *de cess. act. c. 5. n. 22.* Si tamen venditor nomen exegit, pecuniam emtori restituere debet. Vsu fori post *venditionem factam* ius nullum penes venditorem remanet, SCHILT. *ex. 30. §. 64.* praesertim quia eo ipso, quo venditur alteri nomen, simul venditor declarat, quod emtor *proprietatem actionis* habere debeat, id quod loco *cessionis antiquae* hodie sufficit, sicuti olim *actio vtilis*

16. (γ) Exceptiones *reales* obstare cessionario, quae opponi poterant cedenti, BRVNNEM. *c. tr. c. vlt. n. 2.* non habita distinctione, vtrum quis *vtili* an *directa* agat? ID. *c. l. n. 21. seqq.* Personae vero cohaerentes non prosunt cessionario *l. 42. de admin. tut.*

17. Probatur translatio instrumento, cui simul inseri debet *titulus*. Non enim sola possessione instrumenti paratam executionem habentis illa probata est. BRVNN. *c. l. c. 5. n. 68, seqq.*

18. Affinis cessioni est ASSIGNATIO, qua non *proprietas ipsius nominis* transfertur, sed est *simplex mandatum, quo alii solutionem vel praestandam vel exigendam gratis committimus.* COCCEI. *de assign. §. 9.* Hinc assignans praefertur in

solutione ei, cui assignatio facta. IDEM §. 33. Nec potest subire solutionis vicem. IDEM. §. 24. STRYK. *in V. M. h. t. §. 46 seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. venditor. 2. pr. § 2. 4. 7. 9. 18. 19. l. si nomen 4. l. Emtori. 6. l. quodsi. 8. seqq. l. nam hoc. 11. l. venditor. 23.

Ex Codice l. Nominis. 3. l. qui nondum. 4. l. certi. 9.

Tit. V. (IV. 44. 45.)

De rescindenda venditione & quando licet ab emtione discedere.

1. REscinditur emtio venditio (I) ob *enormem laesionem* ex *l. 2. C. h.* Praesupponitur vero (I) emtio *rei certae*, seu eiusmodi, quae *certam aestimationem* recipit. Neque enim in *emtione spei*, nec in *vniuersitate iuris* vendita, obtinet. HVBER. *h. §. 6.* Recte vero hoc remedium *legis 2. cit.* ad omnes contractus, qui *mutuam & aequipollentem praestationem* desiderant, extendunt, quamuis hoc improbet HVBER. *h. §. 3. seqq.* conf. STRVV. *ex. 23. §. 29.*

2. (II) *Vt dolus verus absit a contractu*; nam tunc, etiam si *infra dimidium* laesio adsit, rescindi potest emtio ex capite *doli. l. 5. C. h.* BRVNNEM. *in parat. h. q. 9.*

3. Prae-

3. Præterea (III) *læsus ignorare debet, se lædi in venditione:* sciens verum pretium, & *extra necessitatem constitutus* nihilominus plus soluens, de se queri debet. *arg. l. 36. de R. I.* Idem est, si *donationis* gratia *minus pretium* constituitur. *l. 38. de contr. E. V.*

4. (IV) *Læsio præsupponenda in pretio communi.* Nam in *legali minima læsio* parit rescissionem. Vbique tamen videndum, in cuius fauorem determinatio pretii sit facta? Si in *emtoris*, hic minus soluere potest. LAVTERBACH. *in coll. h. §. 1. n. 18.* Idem est, si determinatum est a testatore.

5. Ipsa vero læsio (V) inde determinanda, si *læsus non accepit dimidium eius, quod dedit.* Hinc *emtor* læsus dicitur, si non accepit dimidiam mercem ratione *æstimationis* pro pretio, quod exsoluit; SCHILTER. *ex. 30. §. 94. seqq.* id quod *ex tempore contractus* æstimandum, *l. 8. in f. C. h.* & per testes vel ocularem inspectionem probandum. HAHN. *ad W. h. num. 6.* MEV. *2. D. 320.*

6. Denique necesse est, (VI) *vt huic beneficio non sit renunciatum.* Huic enim renunciari posse, in confesso est. STRYK. *de C. contr. S. 2. c. 8. §. 29.*

7. Prodest hoc beneficium non tantum *venditori*, sed etiam *emtori*, cum sæpe in hoc maior adsit ratio: SCHILT. *c. l. §. 39.* imo & heredi, MEV. *2. D. 147.*

8. Datur aduersus *lædentes*, intra 30. annos, *primario* ad hoc, *vt contractus rescindatur*; quamuis ab hoc se liberare possit, reparando læsionem, vt proinde libellus non sit necessario *alternatiue* formandus, vt ostendi *diss. de libell. altern. c. III. §. 2. sq.* conf. COCCEI. *diss. de elect. rei conuent. ex enorm. læs.* Contra *tertium* non competit. MEV. *s. Dec. 22.*

9. Quod si res penes *emtorem*, vltra dimidium læsum, periit, itidem agitur ad pretium refundendum, quod tamen euitare potest reus, offerendo quod *plus æquo* accepit. Quamuis enim res periit, causa tamen *læsionis* adhuc adest, ob quam, *æquitate suadente*, hoc remedium introductum est, præsertim cum lucrum adhuc penes *venditorem* sit. E contrario non datur, si venditor læsus est, ne quidem ad *supplementum pretii*, vtpote quod non est in *obligatione*; sed tantum in *facultate* præstandi, si *principalis obligatio* locum habere possit. COCCEI. *de elect. rei conuent. ex enormi læs. sect. II. §. 8.*

10. Porro (II) resoluitur emtio venditio vel *pœnitentia vnius*, ex *pacto displicentiæ*: *l. 6. §. 2. h.* vel *mutuo dissensu*, *l. 58. de pact.* modo res adhuc sit *integra*. Si ab *vtraque parte* contractui iam satisfactum, noua fit emtio venditio *c. l. 58.* non prior dissoluitur.

11. Interesse quæstionis in eo versatur, (1) quod posteriori casu omnia sint de nouo præstanda, quæ lege vel consuetudine requiruntur

tur, v. c. laudemium, gabella, &c. quæ in casu *resoluti contractus* plane cessant: (2) quod priori casu creditor consentiens in pignoris alienationem non amittat pignus; *l. 10. quibus mod. pign. vel hyp. solu.* bene tamen posteriori: *l. 7. 8. §. 6. eod.* (3) quod primo casu *ius retractus* cesset, non posteriori.

TEXT. NOTAB.

L. si quam. 2. l. cum emtor. 5 l. si id. quod pure. 7. pr. l. fundus 9.

Ex Codice l. rem maioris 2. l de contractu. 3. l. ad rescindendam. 4. l. non est probabilis. 6 l. ratos. 7. l. si voluntate. 8. l. pretii causa. 9. l. ea conditione. 14. *de rescind. vendit.* l. Re quidem integra. *quando lic. ab emt. disced.*

Tit. VI. (IV. 48.)

De periculo & commodo rei venditæ.

1. *Perfecta emtione*, licet *traditio* nondum accesserit, *statim* periculum transit ad emtorem, §. *3. I. de emt. vendit.* ad quem etiam omne spectat commodum, *l. 7. pr. h. l. 10. de R. I.* FRANZK. *h. n. 11.* etiamsi emtor non sit in *mora accipiendi* rem emtam.

2. Modo (α) *culpa* venditoris non perierit: §. 3. *J. de emt. V. l. 33. D. loc.* (β) venditor in *mora* tradendi non fuerit: *l f. C. h.* (γ) res non perierit ex *vitio præcedente. l. vlt.*

C. h. Alias periculum est penes *venditorem*, si aliquid ex requisitis hisce deficit, vel (δ) si venditor se periculo subiecit *l. 1. pr. h.*

3. Toties vero *emtio venditio* quoad *hunc effectum* perfecta censetur, quoties adest (1) *consensus praesens & purus*, (2) *de re certa & iam determinata*, (3) *pro certo & iam determinato pretio. l. 8. pr. h.*

4. Quocirca (I) respectu *consensus* imperfecta censetur emtio, si sub *conditione* suspensa, *l. 2. §. 1. de in diem add.* vel α) *expressa*, qua deficiente emtio est nulla; existente vero, retrotrahi nequit conditio, si in totum perierit; secus est, si deterior effecta vel *pro parte* interiit: *l. 8. pr. h.* vel β) *tacita*, veluti vbi in *tertii arbitrium* pretii determinatio collata, vel emtio *in scriptis* celebrata, & scriptura omnibus partibus non absoluta. *l. 4. C. h.*

5. Respectu *mercis* (II) imperfecta est venditio ante illius determinationem, quando ignoratur, *quid*, *quale & quantum* venditum? *l. 8. pr. h.* Quocirca in *rebus fungibilibus* accedere debet *admensuratio*, *adponderatio* vel *adnumeratio*, vt periculum transferatur. *l. 35. §. 5. & pen. de contr. E. V.*

6. Requiritur tamen, vt (α) emtio non sit facta *ad corpus*; *l. 1. §. 1. h.* β) per emtorem non stet, quo minus *die dicto* admensuratio fiat. *l. 5. l. 17. h.* Emtore vini enim *in mora* existente, illud effundere licuit, i. e. *impune*, quamuis non bene fiat. *l. 1. §. 3. h. l. 2. pr. h.*

pr. h. Imo quamuis (γ) periculum ante *admensurationem* sit venditoris, tamen, quia iam est quodammodo perfecta emtio, tenetur *ad omnem diligentiam* ante admetiendi diem praestandam; *l. 11. §. 1. 4. l. 2. l. 3. h.* alioquin enim non tantum iacturam rerum suarum facit, sed etiam emtori *ad interesse* tenetur. FRANZK. *h. n. 42.* HVBER. *h. §. 6.*

7. Sic etiam res *ad gustum* vendita imperfecte censetur vendita, quia improbari potest, *l. 34. §. 5. de contr. E. V.* FRANZK. *h. n. 27. seqq.* & hinc periculum ante *degustationem* est venditoris, *l. 4. §. 1. h.* nisi expresse ita vendatur, ne degustetur, *c. l. 4.* quod tamen in dubio non praesumitur *l. 4. §. 1. h.* conf. STRYK. *de iur. sens. diss. 6. c. 2. n. 2. seqq.*

8. Denique si res plures *alternatiue* venditae, ante *electionem* est periculum prioris ipsius *venditoris*, posterioris vero *emtoris*. Idem est, si *simul* perierint: altera enim necessario perit emtori. *l. 34. §. 6. de contr. E. V.* HERT. *de elect. ex obl. alt. debit debita. sect. 3. §. 4.*

9. Tandem (III) ratione *pretii* imperfecta est venditio, antequam tertius, cuius arbitrio pretium commissum, arbitratus sit. Ceterum si *pro parte* tantum aliqua incertitudo adest, emtio quoad hunc effectum perfecta est. *l. 7. in f. de contr. emt.*

10. Quemadmodum periculum, ita etiam *commodum*, perfecta emtione, est emtoris, veluti si per alluuionem aliquid accesserit, *l. 7. pr. h.* vel alio modo. *l. 13. §. 13. de act. E. V.* Hinc &

pen-

pendentes fructus lucratur, nisi aliud conuentum, *l. 13. §. 10. eod.* & sic respectu *fructuum* quoque ad *tributa* soluenda tenetur. *l. 2. C. de annon. & trib.*

11. Inde quoque fluit, *thesaurum inuentum* in fundo vendito a venditore, pro dimidia parte esse *restituendum* cum fundo emtori, quamuis interim ipsi, vt domino, æque vt *alluuio* acquiratur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr §. 1. seqq. l. hoc ita verum. 2. §. 1. seqq l. si quis. 4. § 1. l. si per emtorem. 5. l. necessario sciendum. 8. l. si post inspectum 9. l. si vendita. 11. l. quodsi. 14. l. illud sciendum. 17. l. Habitationem. 18. § 1. l. venditori. 19.

Ex Codice l. 1. l. dolum. 3. l. mortis casus. 6.

Tit. VII: (IV. 55. seqq)

De seruis exportandis, vel si ita mancipium venierit, vt manumittatur vel contra.

IN venditione seruorum vsitatum erat, varia addere pacta v. *c. ne aliquo loco morarentur, l. 1. h.* vel *intra certum tempus manumitterentur. l. 2. h.* In priori pacto diuersa PAPINIANI sententia refertur. *l. 6. §. 1. l. 7. h.*

TEXT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0472
DFG

TEXT. NOTAB.

L si ramos. 4. in f. l. si uenditor. 6. §. 1. l. seruus. 7. in f.

Lib. XIX. Tit. I. (IV. 59.)

De actionibus emti & venditi.

1. OBligatio in hoc contractu est *vtrinque principalis*, hinc vtrinque datur actio *directa*, a parte quidem emtoris, *emti*; a venditoris parte, *venditi*.

2. ACTIONE EMTI *emtor aduersus venditorem agit ad rem tradendam cum omnibus accessionibus & aliquando ad damna in re vendita resarcienda.*

3. Vt emtor *efficaciter* agere queat, requiritur, *vt pretium vel ab emtore solutum, vel id ab eo offeratur*; *l. 13. §. 8. h.* alioquin datur venditori exceptio *non impleti contractus*, quæ (1) probanda ab actore, COCCEI. de *dir. prob. negat. c. 4. §14.* STRYK. *introd. ad prax. c. 17. §. 2.* (2) imo a iudice suppleri potest. FRANZK. *h. n. 17.*

4. Emtor *primario* agit ad rem venditam tradendam, & quod præterea *naturaliter* huic contractui inest. *l. 11. §. 1. h.* Debet autem tradi res (a) *præcise*, *l. 11. §. 2. l. 46. h. l. 68.*

§. 2.

§. 2. *de contr. E. V.* HVBER. *ad I. t. de emt. ven.* § 4. THOMAS *diſp. de pret. affect. in res fung. non ead. c. 2. §. 7.* & quidem *vere*, vel *ficte.* STRYK. *de caut C. c. l. §. 22.* In *ſubſidium* venditor tenetur ad intereſſe, *l. 11. §. 9. h.* modo *certum* ſit, *l 21. §. 3. h.* ſi res præſtari non poſſit. *l. 1. pr. l. 11. §. 9. l. 12. D. h. l. 4. C h.* HILLIG. *ad Don. lib. 13. c. 2. lit. a.* FRANZK. *h. n. 28. ſeqq.* Denique ſi propter *dolum* vel *latam culpam* venditoris tradi nequit, iurari in litem poteſt ab emtore. *l. 68. de R. V.*

5. Ita vero tradenda, (ε) *vt rem traditam habere liceat. l. 11. §. f. h. t.* Ergo in *rebus non fungibilibus* venditis ſufficit de iure ciuili transtuliſſe *vſucapiendi conditionem*, niſi ſciens dolo malo venditor rem alienam vendiderit: nam & tunc, *antequam euincatur*, tenetur, quanti emtoris intereſt, rem eius eſſe factam. *l. 13. pr. l. 30. in f. h.*

6. (γ) *Vt vacua poſſeſſio in emtorem tranſeat. l. 11. § 13. h. l. 68. §. f. de contr. E. V.* ne alius in poſſeſſione ſit, vel eam auocare poſſit *l. 2. §. 1. l. 3. h.* Venditor itaque *veram poſſeſſionem* habere debet, quia alias *conditionem vſucapiendi* transferre nequit. FRANZK. *c. l. n. 77. ſeqq.*

7. (δ) *In debita quantitate*, *l. 4. §. 1. h.* & (ε) *qualitate.* Hæc *ineſt* vel *a tacite*, veluti quod non debet eſſe *vitioſa*, *t. t. D. de Aedil. Edict. l. u. §. 4. h.* vel ſeruitutibus aut hypothecæ obnoxia: *l. 1. §. 1. l. 39. h. l. 4. C. de Aedil. Act.* vel

vel (β) *expresse per pactum determinata*, *l. 13. §. 3. h.* vt tamen omnia ad viuum non sint resecanda. *l. 18. l. 19. §. 4. de Aedil. Edict.* Pertinent huc, quæ supra de re *admensuram* vendita dicta sunt. FRANZK. *h. n. 104.* Hinc venditor fines quoque ostendere, & instrumenta tradere debet. *l. 48. h.*

8. (ζ) *Cum debitis accessionibus*, i. e. (1) *fructibus naturalibus l. 13. §. 10. h.* & *ciuilibus*, diuersa quamuis ratione, de qua vid. FRANZK. *h. t. n. 234. l. 13. §. 11. h.* (2) *pertinentiis*, de quibus supra. vid. FRANZK. *h. n. 174. seqq.*

9. (η) *Debito loco & tempore.* Mora in tradendo facta, omnis vtilitas emtoris, quæ modo *circa ipsam rem* consistit, h. e. *certa & radicata* est, in æstimationem venit. *l. 21. §. 3. h. l. 3. §. 4. h.*

10 (ϑ) *Non deterior reddita culpa venditoris* & quidem *leui*, *l. 35. §. 4. l. 68. pr. de contr. E. V. l. 36. h.* aliquando etiam *leuissima. l. 2. in f. l. 3. de peric. & comm. rei vend.*

11. ACTIO VENDITI *competit venditori aduersus emtorem, vt pretium soluat, & quicquid præterea conuentum, vel æquum & bonum est, præstet. l. 13. §. 19. h.* Itidem hæc actio non ante efficaciter instituitur, nisi ab actore implementum contractus probatum fuerit. HVBER. *h. §. 2.* Præterea merce tradita, dominium non acquirit emtor, antequam

quam pretium soluerit vel alio modo satisfecerit, §. 41. *I. de R. D.* vel venditor fidem de pretio habuerit, quod tamen non praesumitur. STRYK. *de caut. contr. S. 2. c. 8. §. 24.*

12. Soluendum vero est pretium (1) *debito tempore*, h. e. statim, nisi habita fides de pretio. Hoc facto, nihilominus *vsurae* ab emtore praestandae sunt, cum re emta fruitus sit. *l. 13. §. 20. D. & l. 5. C. h.* Saepe tamen ipsi pretio vsurae iam imputatae sunt, vt, si dies soluendi pretii in certos terminos diuiditur, quo casu vsurae non praestantur. Conf. FRANZK. *h. t. n. 380. seqq.*

13 *Mora* in soluendo pretio commissa, praeter vsuras consuetas (α) etiam interesse *damni emergentis*, non *lucri incerti cessantis*, peti potest. *l. f. de peric. & comm. rei. vend.* SCHILT. *ex. 30. §. 124.* Imo (ℭ ex pacto adiecto ad *resolutionem* contractus, non vero facile ad *poenam* agitur *l. 13 §. 26. h.*

14. (2) *Debito modo*, h. e. vt nummos faciat accipientis, *l. 11. §. 2. h.* quamuis si *nummos alienos* quis soluat, non possit propterea venditor agere ad condicendam rem traditam. *l. 14. C. de rescind. E. V.* Ante *traditionem* tamen recte opponit exceptionem *non impleti contractus*. Imo nec is, cuius pecunia soluta, rem venditam *regulariter* vindicare potest. *l. 6. C. de R. V.* vid. tamen *l. 2.*

l. 2. quand. ex fact. tut. l. 8. C. de R. V. l. 29. §. 1. seqq. l. 55. de donat. int V. & Vx.

15. Veniunt etiam in hoc iudicium *secundariæ præstationes*, veluti (1) *sumtus* a venditore in rem venditam b. f. facti, ante traditionem, licet vel maxime casu fortuito interierit: *l. 13. §. 22. D. l. pen. C. h.* DONELL. *lib. 13. c. 5. lit. c.* (2) *læsionis* resarcitio: *l. 2. C. de rest. vend.* (3) *retrouenditionis* necessitas: (4) alia, quæ *pacto* sunt determinata, *l. 11. §. l. h.* veluti vt fideiussor vel expromissor detur: *l. 13. §. 23 h.* vt *ius protimiseos* exercere possit. &c.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si in emtione. 2. §. 1. l. ex emto. 11. §. 1 2. 4. 13 17. 18. l. Iulianus. 13. pr. §. 3 §. offerri. 8 10. seqq. 15. 20. 26. 27. 29. 30. 31. l. fundi. 17. pr. §. 2. 7 10. l. si sterilis. 21 §. 3 6 l. prædia 28. l. seruus. 30. §. 1. l. venditor. 36. l. quæro. 39. l. Titius 48. l. qui per. 49. §. 1. l. si & per emtorem. 51.

Ex Codice l. 1. l. ex arrhali. 3. l. si. traditio. 4. l. curabit. 5. l. venditi 6. l. cum venditorem. 10. l. fructus. 13. l. expulsos 17. *de act. emt.* V. l. 1. l. si emancipatis. 2. l. qui aliena. 8. l. Nihil prohibet. 9. *si quis alteri vel sibi sub alterius nomine &c.*

Tit. II. (IV. 65.)

Locati conducti.

1. LOCATIO CONDVCTIO est *contractus consensu initus de vsu rei vel opera personæ pro certa mercede præstanda.*

2. Alia est *rerum*, alia *operarum*. In effectu differunt, (α) quod in locatione *rerum frugiferarum* merces possit etiam consistere in *fructibus certis*: *l. 21. C. h.* THOMAS. *in not. ad Strauch. diss. 15. th. 18.* ZOESIVS. *h. t. n. 4.* (ε) locatio *rerum* facilius transeat ad heredes, quam *operarum*: (γ) quod in locatione *operarum* quandoque *maior* præstanda *diligentia*; *l. 13. §. 5. l. 25. §. 7. h.* (δ) *operis* duobus locatis priori primum sit satisfaciendum. *l. 26. h.* Secus in *re* duobus locata, vbi præfertur, cui prius est tradita. *l. 15. C. de R. V.*

3. Locatio *rerum* rursus est vel *regularis* vel *irregularis*. Hæc recedit a communi natura locationis, quod in ea rei locatæ transferatur dominium, vel *secundum quid*, vt in contractu *Socidæ*, CARPZOV. *II. 37, 19. in f.* vel *absolute*, vt in casu *l. 31. h. t.* Ante omnia videndum, quid inter partes actum fuerit, & ita quoque facile de *præstatione damnorum* statui potest.

4. Requiritur, vt in emtione, quacum in pluribus conuenit, *l. 2. h.* (I) *consensus ab vtraque parte*. *Inuitus* ordinarie ad locandum nemo compellitur, nisi (α) ratio *vtilitatis publicæ* id postulet. Sic *quandoque* non iniquum, parochos compellere ad locandos agros. Vid. *Ius paroch. S. 5. c. 2. §. 14.* (ε) Qui *vectigalia* conduxit, cogitur aliquando, vt finita conductione illa retineat, si maximos

mos fructus sit consecutus, & vectigalia eo pretio postea locari non possint. *l. 11. §. f. de publican.*

5. Ab initio *expresse* regulariter consentire debent. *l. 23. comm. diu.* Semel contracta locatio facilius tacite *renouatur*. Et quidem (a) in prædiis *rusticis* tacita reconductio facta videtur in *annum*, vel si fundus ita comparatus, vt demum singulis trienniis perfecte fructus percipi queant, in *triennium* FRANZK. *h. t. n. 18.* (b) In *vrbanis* vero eatenus conductor obligatur, prout habitauit *post primam conductionem finitam*, *l. 13. §. 11. h.* nisi in scriptis *euentualiter* certum tempus determinatum sit, in quantum reconductio tacite repetita censeri deberet. *l. c. in f.* VOET. *h. t. §. 10.*

6. (II) *Vsus rei vel facta locari solita.* In *rebus* requiritur, vt (α) sint *non-fungibiles*, nec (β) alias iusta de causa *locari prohibitæ*, vt sunt (1) iura monetandi: *R. I. de anno 1551. & 1559.* (2) ædes parochiales: v. *Ius paroch. sect. 5. §. 2.* (3) seruitutes reales, quæ absque prædio locari nequeunt: *l. 44. h.* (4) prædia rustica intuitu militum & curialium: *l. 50. D. l. 30. l. 31 l. f. C. h.* (5) vsus simplex.

7. Ceterum res *aliena*, vel *conducta* recte locatur; *l. 7. D. l. 6. C. h.* quamuis dominium rei locatæ non transeat in conductorem *l. 39. h.* si vel maxime *in perpetuum* vel *ad longius tempus* locatio facta sit. Interim *in*

dubio ius potius *emphyteuticum*, quam *locatio simplex* hoc casu præsumitur. SCHILT. *ex 47. §. 62. ad l. 1. §. 3. de superfic.*

8. *Facta locari solita* æstimantur vel ex *natura propria*, vel *more communi*: h. e. facta debent esse *mercenaria*, quæ certa mercede communiter & ordinarie compensari inter homines solent. Quædam facta enim *æstimationem certam* & *communem* inter homines acceperunt: quædam non, propter *præstantiam operæ*, quæ magis *ingenio*, quam *corporis labore* peragitur: *illa* huc spectant, non vero *hæc*, quæ ad *contractus innominatos* pertinent.

9. (III) *Merces* requiritur. In hac eadem requisita, quæ in *pretio* emtionis venditionis, attendenda. *l. 22. in f. h. l. 30. h. l. 23. comm. diuid.* Si aliter negotium perficitur, veluti (1) vt fructus sint communes inter colonum & dominum prædii, mixtum ex *societate* & *locatione* videtur esse negotium, *l. 25. §. 6. h.* LAVTERBACH. *de colono partiario*, adeoque ex doctrina *iuris Romani præscriptis verbis*, non actione *locati*, agendum est. Imo si (2) loco *mercedis* aliud præstatur, *innominatus contractus* inde oritur. *l. 1 §. 9. depos.*

10. Denique (3) si vel maxime *pecunia numerata* interuenit, non tamen vt *merces*, verum vt *remuneratio*, potius commodatum est.

11. Ex hoc contractu oritur vtrinque *obligatio æque principalis* & sic actio vtrinque directa, *locati & conducti*. ACTIO CONDVCTI com-

comparata est *conductori aduersus locatorem ad præstandum vsum rei locatæ vsque ad tempus præfinitum, vel operas promissas, & impensarum damnique, quod culpa locatoris perpessus est, restitutionem.*

12. Obligatio itaque in *locatione rerum* consistit, (I) *in vsus præstatione. l. 25. §. 1. h.* In hunc finem requiritur, *vt omnia impedimenta locator remoueat, sine quibus frui nequit conductor, l. 25. §. 2. h. l. 15. §. 1. h.* aut aliam *æque commodam* rem substituat *l. 9. pr. h.*

13. Si frui re conducta plane non possit, & quidem (α) per *casum fortuitum*, ad pretium, quod iam anticipatum est, restituendum datur actio conducti; si nullum solutum est, locator exceptione repellitur. *l. 27. pr. l. 33 h.* Si (β) *per culpam locatoris*, etiam ad interesse agitur. *l. 33. l. 35. h.* Denique (γ) si *culpa conductoris* vsus rei locatæ sequi non potest, nihilominus ad integram mercedem soluendam tenetur. *l. 25. §. 4. l. 9. §. 3. h.*

14. Equidem in *rebus frugiferis* seu *prædiis rusticis* locatis locator quoque præstare debet, vt conductor fructus possit percipere; quamuis non *simpliciter*, vt in prædiis *vrbanis* locatis, cum in *rusticorum* locatione *multum spei* occurrat. *l. 18. C. h.* Adeoque ob *sterilitatem* quædam *remissio* conductori indulgenda est. *l. 15. §. 2. seqq. h.*

15. Vt hæc impetrari queat, necesse est (1) vt *extra consuetudinem* calamitas circa fructus superueniat, *l. 15. §. 2. h.* (2) & quidem *extra ipsam rem. l. c. §. 2. & 5.* BYNKERSHOEK. *lib. II. obs. c. 13.*

16. (3) Vt contingat circa fructus *nondum perceptos* seu separatos a solo; STRYK. *c. l. c. 9. §. 22.* BYNKERSHOEK. *cit. l.* nisi etiam locator expresso pacto in se receperit damna in fructibus iam *perceptis* euenientia, ID. *c. l. §. 20.* quod pactum tamen ad casus *insolitissimos* non facile extendendum. *l. 78. in f. de contrah. emt. vend.* AVERANIVS *lib. II. interpret. iur. c. 26. n. 17.*

17. (4) Vt *nulla culpa* conductoris accesserit, *l. 2. §. 3. h.* veluti si intempestiue fundum coluit.

18. (5) Vt *sterilitas* sit *magna*, *l. 25. §. 6. h.* quod ex *arbitrio boni iudicis*, non præcise ex *læsione vltra dimidium* æstimandum est. FRANZK. *h. n. 103.*

19. (9) Vt casus fortuitos circa fructus *in se non receperit.* STRYK. *c. l. §. 19.*

20. (7) Vt agatur de locatione *in singulos facta annos.* Quodsi in plures annos facta, mercede in singulos annos constituta, ob vbertatem subsequentem remissio antea facta reuocatur. *l. 15. §. 4. h.* Sed si vna merces constituta in plures annos, demum finita integra locatione statuendum, vtrum remissio sit facienda nec ne? FRANZK. *h. num. 109. seqq.*

21. His-

21. Hisce concurrentibus, remissio *ex æquo & bono* facienda, quousque *pensionem* fructus non æquant, non computato semine & impensis, quæ frustra in culturam agrorum impendit. *l. 15. §. 2. h.* MEV. *P. 9. Dec. 144. sqq.* conf. EVND. *P. 9. Dec. 116.* vbi docet, quomodo hic sit procedendum. Non tamen contra merces augetur, si immodicum lucrum percepit conductor. *l. 25. §. 6. h.*

22. Præstandus autem est vsus vsque *ad tempus præfinitum.* Hoc elapso, conductor præferentiam præ nouo conductore prætendere nequit, *l. 32. C. h.* nisi *a fisco* conduxerit. *l. 4. C. de locat. præd. ciu.* WILDVOGEL. *de iure præfer. in locat.* Ante tempus finitum expelli nequit; nisi iustæ expellendi conductorem causæ accedant, quo casu tamen non *priuato ausu*, sed *publica iudicis autoritate* expellendus est, ni pacto aliter prouisum. STRYK. *cit. l. §. 9.*

23. Huc pertinet (α) casus superuenientis *necessitatis* non prouisæ, *l. 3. C. h.* HAHN. *ad W. h. n. 15.* quod ad prædia rustica ægre applicaueris. SCHILTER. *ex. 31. §. 20. lit. a. in addit.*

24. (ℭ) Si non soluit mercedem *debito tempore;* hoc casu olim dominus ædium obsignatis, quæ intus erant, fores præcludebat, *l. 56. h. l. pen. in quib. caus. pign. vel hyp. tac. contrah.* MERILL. *lib. III. obs. c. 25.* CVIAC. *lib. 17. obs.* &

quidem si ad *lustrum* locatio facta, præstitutum videtur *biennium*. *l. 54. §. 1 l. 56.* Sed idem terminus quoque obseruandus videtur, si ad longius tempus facta locatio, quoniam in legibus expressum videtur, quod ordinarie apud Romanos contingebat. Pignorationes iure Germanico olim hoc casu permissæ. *I. P. S. lib. I. art. 54.*

25. (γ) Si re locata *abutitur*: *l. 3. C. h.* (δ) si res locata *refici* debet: modo *refectio* sit *necessaria*, *l. 35 h.* & quæ non possit fieri conductore inhabitante. *l. 27. pr. h.* BRVNNEM. *ad c. l. 3. n. 2.* COCCEI. *de clauss. reb. sic stant. c. 6. §. 3. seqq.*

26. Deinde (II) obligatur ad *indemnitatem præstandam*, quo pertinet (α) quod *impensas vtiles & necessarias* repetere possit, *l. 55. §. 1. h.* (quo etiam spectant *ædificia* fundo conducto imposita, de quibus vid. HVBER. *h. sub rubr. de ædific. colonor.*) quamuis quoad *illas* etiam agere possit, vt re salua illas tollere possit, cautione *damni infecti* præstita. *l. 19. §. 4 h.* Ita tamen faciendæ *vtiles*, (a) ne nimis grauent locatorem, *l. 25. de pignor. act.* SCHILT. *ex. 31 §. 30.* & (b) æstimantur secundum *pretium verum*; MEV. *3 D. 42.* necessariæ vero secundum pretium *conuentum*.

27. (ε) Quod *tributa exsoluta* restituenda sint, quatenus sunt onus ipsi rei locatæ impositum, v. c. si pro numero mansorum, nach der Huffen Zahl, imponantur: MEV. *7. D. 222.*

D. 222. secus si *personæ conductoris* impositæ sunt, v. c. capitatio. HAHN *ad W. h. n.* 16.

28. (γ) *Vt cetera damna culpa locatoris data resarciantur*, veluti si vasa vitiosa locauerit: *l.* 19. §. 1. *h.* propter fortuita damna non tenetur. *l.* 45. §. 1. *h. l.* 55. *pr. l.* 60. §. *f. h.*

29. In *locatione operarum* obligatur locator ad operas fideliter præstandas, & quidem (α) *præcise*: quamuis *in subsidium* aliquando *interesse* præstari debeat ob *contumaciam* locatoris *extremam.*

30. *Operis* non præstitis, videndum, vtrum impediantur (1) *casu fortuito* in *eius persona* contingente, quo casu merces non debetur: *l.* 15. §. 6. *h.* an vero (2) *aliunde* casus contigerit, nec per locatorem steterit, quo minus operas præstaret: tunc totius temporis merces debetur, *l.* 38. *pr. h. t.* modo interim operas suas aliis non locauerit: *l.* 19. §. 9. *h. t.* an (3) *dolo* vel *culpa locatoris?* quo casu præterea interesse præstandum: *c. l.* §. 8. *h.* an denique (4) *culpa conductoris?* & tunc nihilominus soluenda merces. *l. pen.* §. 1. *h. l.* 19. §. 9. *l.* 38. *pr h.*

31. (β) Præstandæ sunt operæ *debita diligentia & cura*, quod inprimis in *opere faciendo* attendendum. Hinc sæpe præstanda est *diligentia exactissima*, si negotium ipsum summam requirit præcautionem. §. *pen. I. h. l.* 13. §. *pen. l.* 25. §. 7. *h.* Adhibita autem omni

diligentia debita, de *casu* non tenetur, veluti si pastori per vim pecora fuerint erepta, *I. P. S. lib. II. art. 54.* sed mercedem nihilominus petere potest; *l. 13. §. 5. l. 33. h.* nisi locatio irregularis sit. *l. 31. h.*

32. Distinguendum tamen adhuc est, vtrum *opera* simpliciter locata; an vero *opus faciendum per auersionem?* Posteriori casu rursus videndum, vtrum casus in *opere facto* contingat *vitio operis*, an vero *aliunde?* Hoc casu non tenetur locator, *l. 36. inf. l. 59. h.* bene tamen illo, *l. vlt. h.* nisi ita opus faciendum conductum, vt per *mensuram* vel *approbationem* præstetur; tunc enim ante approbationem, vel admensurationem periculum est locatoris, post conductoris. *l. 36. l. 51. §. 1. h.*

33. Datur hæc actio etiam contra heredem, *l. 10. C. h.* nisi (α) *ad beneplacitum* locatoris facta: *l. 4. h.* (β) morte locatoris exspiret *ius*, quod in re locata habuit, veluti in vsufructu locato: denique (γ) locatio operarum certam personæ industriam & artem respexerit.

34. Non tamen contra *successorem singularem* competit. *l. f. in f. de iur. fisci. l. 3. de mancip. & col. patrim.* Neque enim emtor tenetur stare locationi, *l. 9. C. h.* nisi conductor sibi prospexit de *hypotheca*, vel, quod *in praxi* tutius, *pactum de non alienando* simul adiectum est, *l. 7. §. f. de distr. pign.* STRYK. *c. l. §. 15. 16.* vel emtor venditori promisit, se nolle expellere conductorem. *l. 9. C. h.*

35. Idem

35. Idem ad alios ex *titulo singulari* succedentes applicandum. LAVTERB. *in comp. iur. h. p. 379.* Ab his tamen sunt distinguendi principales domini, quorum nomine *administratores* locarunt.

36. ACTIO LOCATI *datur locatori contra conductorem ad mercedem debite soluendam, & rem vsu finito restituendam saluam & incolumem, eaque omnia præstanda, quæ alias promisit.*

37. Obligantur enim conductor (1) *ad mercedem debito tempore soluendam*, h. e. vel (α) secundum *placita contrahentium*, vel (β) secundum *mores loci*: *l. 54. §. 1. h. t.* CORNEL. *van* ECK *princip. iur. h. § 22.* alias (γ) finito vsu singulorum annorum; cum petenti mercedem ante vsum finitum obstet exceptio *non impleti contractus*, quæ repellit agentem. *l cit. 54. l. 19. §. 6. in f. h.* HILLIGER. *ad Donell. l. 13. c. 8. lit. g.* FRANZK. *h. n. 178. seqq.*

38. In locatione *operarum* debetur merces pro *rata temporis*: *I. P. S. lib. I. art. 22.* si *opus* locatum, finito opere merces soluenda: *l. 80. §. 1. ad L. falcid.* nisi *tractum temporis* singularem desideret, & absque impensis grauissimis perfici nequeat; quo casu æquum est, simulque conuentum *tacite* censetur, vt merces *successiue* per partes præstetur. FRANZK. *h. n. 188.*

39. Pro *mercedis* huius securitate constitutum est a lege locatori *pignus tacitum*, vel in *inuectis* & *illatis* quoad prædium *vrbanum*: vel in *fructibus* quoad *rusticum*. *l. 4 pr. l. 7. in quibus*

hus cauſ. pign. vel hypoth. Imo inde primitus *actio Seruiana & interdictum Saluianum* originem cœperunt. In *ſublocatione* tamen tantum *primario* ſublocatori in *inuectis* & *illatis* poſterioris conductoris pignus tacitum competere videtur. *l. 11. §. 5. de pignor. act.* conf. HVBER. *h. §. 20. In ſubſidium* tamen etiam primo locatori, ſi conductor primus non ſit ſoluendo, illud concedendum.

40. *Præſtanda quoque* (2) *eſt merces integra*, licet rem absque *iuſta cauſa* deſeruerit. *l. 55. §. f. l. 24. §. 2. h. Sterilitatis* tamen cauſa merito remiſſionem operatur. vid. *§. 10. ſeqq. h.* Si pluribus res locata, ſinguli tantum *pro rata* tenentur, niſi ſe *correos* conſtituerint *l. 47. h.*

41. Obligatur vlterius, (3) *vt in re conducta debita diligentia verſetur*, ad exemplum boni patrisfamilias. *l. 28. C. h.* Culpa *leui* damnum datum reſarcire tenetur hac actione. *l. 9. §. 3. 5. l. 12. pr. §. 1. h.* DONELL. *lib. XIII. c. 8. lit. d.* FRANZK. *h. n. 199. ſeqq.* quin etiam aliquando propterea iuſte expelli poteſt. *l. 3. C. h.* Caſum non præſtat, niſi in *irregulari* locatione, *l. 31. h.* vel vbi aliter *conuentum* eſt.

42. Tandem (4) *tenetur rem in ſpecie finita locatione reſtituere.* Si *doloſe* non reſtituit, (a) in litem contra cum iurabitur. *l. 48. §. 1. h.* Imo (b) aliquando præter ipſam rem ad æſtimationem litis, ſeu *in duplum*, tenetur, *l. 33. l. pen. C. h.* habeturque ac ſi *rei alienæ* eſſet *inuaſor*, vt dicitur

citur in *cit. l.* MENOCH. *de recup. possess. remed. XI.*

43. Hæc restitutio est *paratissimæ executionis*, MEV. *3. D. 302.* adeo vt nec quæstio *domini* illam remorari possit, sed potius rem ante omnia conductor restituere, & postmodum de *proprietate* agere debeat. *l. 25. C. h. t.* Proinde minus recte ex hac lege speciale *remedium possessorium* eruitur. BRVNNEM. *ad c. l. n. 4.*

44. Ante finitam locationem rem conductam non potest restituere; si enim *absque iusta causa* migrat, & rem locatam deserit, ad *integram pensionem* tenetur. *l. 24. §. 2. l. 55. §. f. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. locatio. 2. l. 4 l. si tibi 7. l. si quis domum. 9. pr. §. 1. 2. 3. l. videamus. 11. pr. l. item quæritur. 13. §. 5. 7. 9. 11 l. qui ad certum 14. l. ex conducto. 5 §. 2. 3 4 5. 6. 7. l. sed addes. 19. § 1. 4 6. in f. 9. l. si in lege 24. pr. §. 1. l. si. merces promissa 25. l. in operis. 26 l. Habitatores. 27. l. qui insulam. 30. pr. 3. fin. l. si nauem. 31. l. si fundus. 33. l. opus. 36. seqq. l. qui operas 38. §. 1. l. non solet. 39. l. locare 44. l. ea lege. 52. §. 1. l. quæro. 54 pr. §. 1. l. Dominus. 55. l. cum domini. 56. l. Colonus. 61. pr.

Ex Codice l. Aede. 3. l. certi iuris est 5. l. nemo. 6. l. licet. 8. l. Emtorem. 9. l. Viam veritatis. 10. l legem 16. l. excepto. 18. l. si olei. 21. l. si quis conductionis. 25. l. milites 31. Conductores 34.

Tit.

Tit. III.

De Æstimatoria.

1. Inter *contractus innominatos*, de quorum natura *tit. de præs. verb.* agendum commodius, vulgo refertur AESTIMATORIVS, *quo res alicui æstimata certo pretio vendenda traditur, vt aut rem eandem referat, aut pretium. l. 1. pr. h. l. 17. §. 1. de P. verb.* Aſt re penitius inſpecta magis *nominatus* eſt contractus, quamuis ob defectum *formulæ* olim *præſcriptis verbis* eſſet agendum.

2. Requiritur (I) *vt æſtimatio rei venditionis gratia dationi adiiciatur.* (α) Si nullum pretium, vel (β) ſaltem *taxationis gratia* adiectum, potius eſt mandatum. *l 5. §. 3. mand.* HAHN. *ad W. h. Diſp. noſtr. de transl. domin. in contract. æſtimat. §. 7. ſeqq.* Res diiudicanda eſt ex *intentione* contrahentium, *conſuetudine* communi, & *qualitate* eius, cum quo contrahitur. (γ) Sic etiam ſi res non traditur, magis mandatum eſt. *cit. l. 5.*

3. (II) *Vt res detur vendenda.* Neque enim (1) quælibet æſtimatio, quæ aliis negotiis *per pactum* adiici ſolet, huc pertinet, ſed illa ipſi negotio principali ineſt, quamuis *irregulare* exinde fiat. Illa demum huc pertinet, quæ in alium contractum non incidit. (2) Nec huc pertinet, ſi res tantum datur *pretii explorandi* cauſa. *l. 1. §. f. P. V.*

2. Fa-

4. Facile hinc quoque distinguitur (1) ab *emtione*, quia accipiens non simpliciter tenetur ad pretium; (2) a *mandato*, quia magis *proprium* quam *alienum* agit negotium, aliis vendendo, quam retinere ipse poterat; & (3) *locatione*, quia non simpliciter opera hic locata censetur. nec semper *merces* datur.

5. Vnde sine dubio est peculiare negotium, cum alias non necessum fuisset, peculiarem actionem, *æstimatoriam* scil. *præscriptis verbis*, constituere, *disp. cit.* §. *16. seqq.* quæ tamen non est perpetuum indicium *contractus innominati.*

6. (III) Sub hac conditione res danda, *vt aut res eadem aut pretium restituatur.* Adeoque perinde esse debet danti, quid sibi restituatur.

7. Hinc recte infertur a Dd. (α) *dominium* hoc intuitu transferri in accipientem, *arg. l. 10. D. de iur. dot.* LAVTERB. *h.* HERR. *de conuent. dom. translat. §. 3* STRYK. *de act. for. inuest. S. 1. membr. 4. §. 1.* SCHVLTES *ad Pistor. p. 3. qu. 130. n. 88.* (β) Validam esse talis rei oppignorationem factam ab accipiente, quod declaratum in *disp. cit.* §. *61. seqq.* & denique (γ) *periculum* eius sustinere, *l. 1. §. 1. h.* nisi aliud negotium initum sit, adeoque procedi debet secundum distinctionem in *l. 17. §. 1. de præs. verb.* allatam, vtrum *mandatum* sit? quo casu periculum non est accipientis: an *contractus æstimatorius*? vbi eius est periculum: an *ignoretur, quis contractus initus fuerit?* vbi temperamentum *in dubio* adhibendum censet ICtus.

8. Flu-

8. Fluit ex hoc negotio actio *æstimatoria præscriptis verbis* aduersus accipientem, vt aut pretium determinatum soluat, aut rem restituat, & sic libellus *alternatiue* formandus est. STRYK. *de act. for. inuest. S. 1. membr. 7. §. 6.*

9. Sufficit autem soluere pretium determinatum, licet pluris vendiderit, nisi rursus *taxationis causa* æstimatio adiecta. Non recte vero statuitur actio æstimatoria *contraria* aut *vtilis*, nec huc spectat *l. 2. h.* STRYK. *cit. l. §. 9.*

10. In *concursu creditorum* dans inter reliquos creditores ponitur, nisi nudum mandatum interceſſerit. *l. 5. §. 18. de tribut. act. disp. cit. §. 43.*

Tit. IV. (*IV. 64.*)

De rerum permutatione.

1. PERMVTATIO est *contractus innominatus, quo res propria ita datur, vt alter rem propriam viciſſim det, vt tamen in contractum nominatum alium haud incidat.* Absque tali obligatione non censetur *proprie* permutatio contracta, vt in *donatione remuneratoria. l. 25. §. 11. de hered. petit.*

2. Ergo agitur hic de *dominio* rei vtrinque in alterum *transferendo*, possuntque omnes res inter se permutari, excepta *pecunia numerata*; *l. 5. §. 1. de P. V.* nisi (1) detur *in folle, l. f. D. de cond. cauſ. dat.* vel (2) pecunia aurea cum argentea, vel hæc cum minutis nummis commute-

mutetur. Simplicissimus & antiquissimus hic est contractus, *l. 1. de contr. E.* & vix a contractu *do vt des* differt, *l. 5. §. 1. de P. V.* nisi quod appellatio contractus *do vt des* latior esse videatur *l. 17. §. 5 de P. V.* conf. Dn THOMAS. *ad Strauch. diss. 16. th. 5.* HAHN. *ad W. h. n. 10.*

3. Requiritur in hoc contractu *res propria* agitur enim vtrinque *de dando* Hinc (α) qui *rem alienam* dat, non satisfecit obligationi suæ, adeoque etiam antequam euincatur, potest eo nomine agi, *l. 1. §. 3. h.* imo (β nec alter potest cogi, ad rem suam dandam, si alter alienam dederit: si iam dederit, (γ) potest datam condicere, quasi causa non sit secuta. *c. l. §. 4.* Interim *vsucapiendi conditio* eo ipso nihilominus transferri potest. *l. 4. §. 17. de vsucap.* HVBER. *h. inf.* Ceterum posse etiam alia iura in re in permutationem deduci, non dubitandum.

4. Obligatur itaque is, qui rem datam accepit, vt rursus rem suam det, quia in contractibus innominatis demum obligatio nascitur ex vnius *implemento*.

5. Sed hodie etiam obligatio adest ante alterutrius implementum ob *pacti efficaciam*, adeoque *l. 3. C h.* in praxi non est recepta. Si itaque res alterutrius casu perierit, res promissa exigi ad exemplum venditionis, & iam data retineri potest, *l. 5. §. 1. de P. V.* vt hinc hodie hoc negotium longe diuersam naturam habeat ac quidem olim SCHILT. *ex. 32. §. 11.*

6. Cum itaque in plurimis permutatio acce-

dat contractui *emtionis venditionis*, non dubium, quin etiam omnia illa pacta, supra in emtione venditione exhibita, huic negotio quoque adiici possint: B. STRYK. *de act. for. inuest. S. 1. m. 7. §. 12.* quin etiam ex *Ædilitio edicto* agi potest ob vitia rei latentia, *l. f. h.* & qui *vltra dimidium* læsus est, ad rescindendum contractum agendi ius habet.

7. Ad *permutationem* etiam referunt *cambium*: quid enim aliud est *cambire* quam *permutare*? Verum non vnum hic subest negotium, sed ex pluribus mixtum: nam & mandatum *quodammodo* occurrit, & aliquando locatio. SCHILT. *cit. l. §. 9. & 10.* Imo nouus plane est contractus, cum totum negotium debeatur moribus gentium recentiorum, adeoque nihil obstet, quo minus contractibus *nominatis* annumerari queat.

8. Est vero CAMBIVM proprie dictum, *quando pecunia a remittente alteri, qui trassans vocatur, soluitur hunc in finem, vt alibi præsentanti fiat solutio ab eo, cui facta trassa & acceptans vocatur.* Ab hoc differt *cambium improprium* seu *palliatum*, (quamuis hoc alio sensu dicatur *proprium*) quod debitor creditori loco *chirographi* dat, vt eo promtior sit executio.

9. In vtroque cambio loco *præsentantis*, seu cui *remissa* facta, aliquando alius exigit pecuniam ex *voluntate* creditoris. Hinc in dorso cambii *mandatum* exprimi solet, & spatium vacuum relinqui, cui presentans inscribat, quis cam-

cambium exigere debeat, v. c. vor mich zahle der Herr an Lucium &c. quod vocant die indoſſirten transportirten und girirten Wechſelbriefe, B. STRYK. *de caut. contr. S. 3 c. 5. §. 23.*

10. Neceſſe vero omnino eſt, vt addatur, pecuniam a *remittente* eſſe ſotutam, quod eſt *Valuta* von denſelben, & vt Traſſans *literas de Auiſo* ad acceptantem mittat, quarum etiam fieri ſolet mentio in cambio proprie dicto.

31. Quoad *obligationem* eius, ad quem literæ cambii directæ ſunt, videndum, vtrum is acceptauerit illas, an non? priori caſu ex *acceptatione* obligatur ad ſolutionem faciendam tempore conuento vel alias recepto, adeovt ni ſoluerit, ſtatim executiue per *incarcerationem* procedatur. conf. Magdeb. Wechſ. Ord. Poſteriori vero, ſtatim interponenda eſt proteſtatio, & cambium ad *traſſantem* remittendum. B. STRYK. *c. l. §. 16.* In *palliato* nulla *acceptatione* aut *proteſtatione* opus eſt, niſi pro *præſcriptione interrumpenda*, interim eodem modo *executiue* nach Wechſel Recht proceditur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 2. 3. l. Ariſto. 2.
Ex Codice l. permutationem. 2. l. ex placito 3.

Tit. V. (IV. 46.)

De præſcriptis verbis & in factum actionibus.

1. COntractus INNOMINATI ratione originis erant *nuda pacta*. Hæc ſcilicet erant

vel *vnilateralia*, vel *bilateralia* Hæc quidem ante *alterutrius implementum* inefficacia erant, *l. 3. C. de permut.* interim tamen, quod vterque ad aliquid præstandum se obligasset, & ita hic συνάλλαγμα quoddam adesset, proxime ad naturam *contractuum* accedebant, adeo vt si alteruter impleuisset, alter ad implendum etiam cogi posset. *l. 15. in. f. h.* Ceterum *stipulatione mutua* interueniente, statim ante omne *implementum* obligatio aderat.

2. Noua inde conclusio oriebatur, quod is, qui a sua parte impleuerat promissum, ex *pœnitentia* datum reuocare posset. Nam obligatio, quæ ex *implemento* accesserat, erat tantum respectu *alterius*, non vero respectu *dantis; l. 5. pr. de condict. caus. data caus. non sec* nisi aliunde repetitio impediebatur, prout ad tit. *de condict. causa data* dictum est.

3. Hodie vero, ni contradictionem veritati & euidentiæ rei præferre quis malit, hæc omnia aliter sese habent ob efficaciam *pactorum*, quæ vim *stipulationum* habent: his vero olim interuenientibus omnis *pœnitentia* deficiebat. SCHILTER. *ex. 32. th. 11.* B. STRYK. *de caut. contr. S. 3. c. 5. §. 4.*

4. Applicata est ad hæc negotia actio, nomine generali, *præscriptis verbis*, dicta, *l. 1. 2. 3. 4. h.* quia non communis aliqua, specialis, & vsitata, sed *noua* & accommodata ad ipsum factum præscripta fuit formula. GROTIVS *lib. II. de I. B. & P. c. 1. §. 2.* DION. GOTHOFR. *in not. ad rubr. h. lit. O.* HVBER. *h. §. 2. & vlt.* Dicitur

citur etiam *incerta & vtilis*, *l. 21. h.* quandoque etiam *in factum.* ID. *§. 3 4.* Imo tam generalis est hæc appellatio, vt applicetur *ad omnes causarum figuras*, *in quibus æquitas actionem dari suadet*, etsi non subsit contractus, ne quidem *innominatus*. Exemplum est in precario. *l. 14. de precar. l. 17. §. 5. l. 20. pr. l. 23. h.*

5. Actiones tamen *in factum* adhuc videntur generaliores esse, quamuis sæpe cum prioribus pro synonymis habeantur, HVBER. *h. §. 10.* Pleræque videntur a Prætore introductæ, ad imitationem actionum P. V., quæ *ciuiles* vt plurimum dicuntur. ID. *§. 3.*

6. Conceduntur actiones *in factum* (1) etiam in delictis Prætoriis: (2) in supplementum deficientis iuris ciuilis: *l. 11. h. l. 23. §. 5. l. 52. de R. V.* (3) in subsidium, si iusta de causa actio, quæ adest, applicari nequit. *l. 11. §. 1. de dol. mal. l. 1. §. 43. de vi & vi arm.*

7. Ad *contractus innominatos* in hoc titulo referuntur quatuor species in *l. 5. pr. h. do vt des*, *do vt facias*, *facio vt facias*, *facio vt des.* De his notandum, (α) ab eo, qui primus implere debet, contractum denominari: (β) posse plures fingi, si hi *misceantur*, vel *negatiui* adiiciantur: (γ) non dari aliter actionem *præscriptis verbis* in his negotiis, quam si deficiunt vulgaria nomina actionum seu *formulæ vsitatæ*, & *speciales*, *l. 2. h.* & hinc est, quod, vbi *dolus* interuenit, magis de dolo, quam hæc detur cum *formula doli mali* vsitata sufficerit, adeo-

quæ *præscriptione formulæ* in factum conceptæ, opus haud fuerit. *l. 5. §. 2. 3. h.* conf. HAHN. *ad W. h. §. 2.*

8. De priori specie *tit. antec.* actum. *Do vt facias* est, quo *res propria* datur, vt *factum* aliquod præstetur. *Facta* autem intelliguntur vel locari non solita, vel locari solita quidem, vbi tamen res data non habet requisita *mercedis*. *l. 5. §. 2. h. §. 1. I. de locat.*

9. Vnde huc recte referunt *suffragium*, quo quid datur aulico, vt negotium principi commendet. *l vn. §. 1. C. de suffrag.* Quodsi factum sequi non possit, proceditur secundum ea, quæ dicta *tit. de condict. caus. dat. caus. non secut.*

19. Ab hoc negotio non differt contractus *facio vt des;* nam idem negotium talem denominationem accipit, si *ad factam* obligatus primus implere debet, ex conuentione inter partes inita. Hoc casu tamen *simpliciter* agit ad rem dandam; cum factum infectum fieri nequeat, & sic *pœnitentia* per se locum inuenire non possit.

11. Denique contractus *facio vt facias* est, quo factum ab aliquo præstatur, vt rursus ab alio, cui illud præstitum, in compensationem eius aliud fiat: & similis est actioni *mandati*, sicuti priores *locationi*, & do vt des, *emtioni. l. c. §. 4. h.* Hic itidem simpliciter ad factum implendum agitur. *l. 9. h.*

12. Ceterum inter has species hanc faciunt differentiam, quod aliter agatur in articulo *do*

vt des, & aliter in duobus reliquis, h. e *do vt facias*, & *facio vt facias*. Nam in articulo *do vt des* agi potest ad rem dandam *præcise*, vel *in subsidium* ad id quod *interest* præstandum, si dandum præstari forsan non possit. *l. 9. l. f. h.* Hoc casu etiam datum *condictione causa data causa non secuta* repeti potest. *l. 5. §. 1. h. t.*

13. Sed in duobus articulis, *do vt facias* & *facio vt facias* tantum agi posse censet FRANZK. *h. l. n. 63.* ad id, *quod interest*, non ad faciendum seu implendum factum, quod in contractum erat deductum. Addit FRANZKIVS, quod hæc sit natura *obligationis faciendi*, vt post moram *potestate legis* quædam nouatio intercedat, & obligatio in id *quod interest* surrogetur. *arg. l. 44. §. f. de O. & A. l. 7. 8. de V. O. l. 13. inf. de re iudic.*

14. Fluxit hæc obseruatio ex erroneo principio, quod diuersa ratio sit obligationis *dandi* & *faciendi*, quam iam supra tit. *de pact.* refutaui. Expeditum est, aliud pro alio inuito creditori solui non posse, & præstationem eius quod interest tantum in *subsidium* deberi, si *principalis obligatio* non possit vllo modo in effectum deduci. Ast *sola mora* non facit obligationem *faciendi* inanem. Debitor adhuc in nexu est, & sic potest recte agi ad *factum* præstandum, nec libellus *ineptus* censendus. Imo crederem, ipsum quoque condemnari posse ad *factum* præstandum, cum in casu *extremæ contumaciæ*, (quæ in termino *executionis* demum apparet liquido) & sic solum-

lum modo in *subsidium*, id quod interest debeatur.

15. Longe mitiores sunt, qui censent *alternatiue* hoc casu agendum esse, id quod tamen de *necessitate absoluta* non intelligo. Admitto libellum *alternatiuum*, vt aut *factum* aut in subsidium *interesse* præstetur. Sed admitto etiam simplicem, ad *factum præstandum* directum. Non itaque satis mirari possum, FRANZKIVM *cit. l.* talem libellum, qui ad factum *præcise* directus est, ineptum nullumque iudicasse, prætereaque censuisse, sententiam desuper latam omnibus carituram viribus.

TEXT. NOTAB.

L. 1. seqq. l. Naturalis. 5. l. quia actionum. 11. l. si tibi 13. §. 2. l. solent. 15. l. si gratuitam. 18. §. 1. 2. l. rogasti. 19. pr. l quoties. 21.

FINIS.

PARTIS PRIMAE INTRODVCTIONIS IN IVS DIGESTORVM.

)o(

PARS ALTERA INTRODVCTIONIS IN IVS DIGESTORVM AD FORA GERMANIAE ACCOMMODATVM.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0501
DFG

PARS ALTERA

INTRODVCTIONIS

IN

IVS DIGESTORVM

AD

FORA GERMANIAE

ACCOMMODATVM.

Lib XX.

DIGESTORVM.

Tit. I. (VIII. 14. 22. 23. 35.)

De pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.

1. PIGNVS & HYPOTHECA h. l. denotat *ius in re creditori in securitatem debiti constitutum.*

2. Ante omnia (1) pignora *legitime constituenda.* Constituuntur vel *publica* autoritate vel *priuata.* Intuitu prioris modi sunt pignora *publica*, quæ fundantur vel in *voluntate* partium, vel in *necessitate.* Illa dicuntur, quæ in iudicio apud acta *consensu debitoris* expediuntur, vel coram tribus testibus concinnantur. *l. 11. C. qui pot. in pign.* MEV. *7. D 233.* Hinc confirmatio sola principis vel iudicis non sufficit, inuito *debitore* impetrata, quippe qui hypothecam

constituit. MEV. *P. 7. dec. 232. & 179.* Differt a priuato ratione *præferentiæ. l. 11. cit.*

3. *Necessaria* constituuntur vel per *legem*, vel per *iudicem*. Illa tradenda *tit. sq.* Hæc sunt, vel *iudicialia*, vel *prætoria*. *Iudicialia iudicati exequendi* causa constituuntur. *l. 15. de re iud. l. 10. qui pot. in pign. hab.* *Prætoria* fiunt ante L. C. per missionem in possessionem, ad *contumaciam* in non veniendo coercendam, vel ob denegatam cautionem præstandam. *t. t. vt. leg. & fideic. seru. l. 15. de damn. inf.* Illa præter ius in re operantur *ius possessionis*, *expulso debitore*; hæc *nudam detentionem. l. 5. pr. vt in possess. leg.* HAHN. *ad W. h. n. 3.*

4. *Priuatum* constituitur vel vnius vel plurium voluntate. Prius fit per *legatum*, inde nascitur *testamentarium: l. 26. de pign. act.* posterius *mutuo* debitoris & creditoris *consensu* perficitur, vnde nascitur pignus *conuentionale*, vbi (α) vel *sola conuentio* interuenit, diciturque *hypotheca: l. 4. h.* vel (ϛ) *traditio* accedit, & dicitur *pignus. l. 238. §. 2. de V. S.* De vsu inter *hoc* & *prætorium* V MEV. *4. D. 212.* conf. *l. 5. §. 1. quib. ex caus. in poss. eat.*

5. Vtrobique vero vel *omnia* vel *quædam* tantum obligantur bona: hinc pignus est vel *generale* vel *speciale*. Illud afficit omnia debitoris bona, etiam *futura*, *l. vlt. C. quæ res pign.* exceptis iis, (1) quæ verosimile, quenquam specialiter obligaturum non fuisse: *l. 6. h.* (2) de quibus cogitatum non fuit: *l. 29. pr. h.* (3)

h. (3) quæ oppignorari libere nequeunt; vt *feuda*, MEV. 4. *D.* 321. bene tamen *fructus feudi*. ID. 6. *D.* 353. Præterea (1) hic respiciendum ad mentem magis, quam verba; nec mentio *mobilium* & *immobilium* semper excludit *iura*, sed sæpe *ex abundanti per imperitiam* adiicitur. *l.* 9 *pr. de supell. leg.* BVNKERSHOEK. *lib. III. obs.* 2. FRANZK. *h. n.* 17. BRVNNEM. *ad l. 1. h. n.* 5. (2) Si *vniuersitas rerum*, vt grex, taberna, bibliotheca, pignori datur, magis est speciale. *l.* 13. *pr. l.* 34. *pr. h.*

6. *Speciale* afficit *certa* tantum *bona*, *l.* 1. §. 1. *l.* 15. §. 1. *l.* 13. *l.* 34. *h.* eorumque fructus *secundum quid. l.* 1. §. 2. *l.* 16. §. 4. *l. pen. h.* Aliquando etiam vtraque species coniungitur, quo casu *generalis* tantum *subsidiaria* est, vt speciale pignus prius sit excutiendum. STRYK. *de caut. contr. S.* 2. *c.* 4. §. 17.

7. In effectu inter vtrumque pignus hæc subest differentia, quod (α) *generale* pignus habens, possit *eligere*, ex qua re sibi commodius solui possit, salua etiam *variatione*, MEV. 7. *D.* 183. nec hic locum habeat quoad posteriores creditores *beneficium diuisionis*; ID. 5. *D.* 274. cum in *speciali* talis *electio* & *variatio* cesset. (β) Quod in *generali* locum habeat exceptio *excussionis*, tertio possessore conuento, quæ tamen in *speciali* cessat. *N.* 112. *c.* 1. *N.* 4. *c.* 2. STRYK. *c. l.* §. 16. Diss. FRANZK. *1. resol.* 12. Quod (γ) facilius permittatur alienatio rei pignore *generali* affectæ, saluo iure pignoris,

quam *speciali*. Hic enim, non ibi, committitur *stellionatus* crimen. *l. 3. §. 1. de Stellion.* (δ) Quod in *speciali* pignore probandum: rem in bonis debitoris eo tempore, quo obligata est, fuisse, non in *generali. l. 15. §. 1. h.*

8. (II) *Debitum verum præexistere, l. 5. h.* (de quo tit. *de pign act.*) (III) *Res pignori data securitatem creditori præstare* debet: hinc talis res danda, quæ possit illam præstare, de qua *tit. 3.*

9. Securitas illa consistit in eo, (I) *vt possit hypothecam persequi legitimis remediis.* Datur creditori actio *hypothecaria* aduersus omnes possessores tam *veros* quam *fictos*, *l. 16. §. 3. h.* ad persequendum pignus. Si *nomen* sit pignori datum, datur creditori actio *personalis vtilis ad debitum exigendum*, *l. 13. §. 2. l. 20. h. l. 18. de pign. act.* sine speciali cessione. HVBER. *h. §. 11. seq.* MEV. *9. D. 186.*

10. Interest autem, vtrum contra ipsum *debitorem* an *tertium possessorem* actione reali agatur. Si (1) contra *illum*, probandum tantum, reum rem oppignoratam possidere: *arg. l. 41. de pign. act.* si contra *hunc*, probandum, debitorem tempore pignoris constituti fuisse ad minimum *b. f. possessorem. l. 18. h.* SCHILTER. *ex. 33. §. 25.* Imo, (2) vt iam dictum, contra hunc non aliter datur, quam *excusso* prius *debitore* & *fideiussoribus.* (3) Contra debitorem ipsum *alternatiue* agi potest, sed non *commode* contra tertium possesso-

sessorem, vtut hic debitum soluere possit. *l. 16. §. 3. h.* vid. *diff. de libell. alternat. c. 3. §. 6. seqq. l. 19. qui pot. in pign.* (4) Humanius aliquando agitur aduersus *debitorem*, quam *tertium possessorem. l. 16. §. 6. h.* ibique GOTHOFR. *lit. m. l. 21. §. f. h.*

11. Denique (5) huic actioni a tertio *b. f. possessore* ordinario tempore præscribitur, *l. 1. 2. C. si adu. cred. præsc.* (nec nocet, si iam ipsa res intra illud tempus fuerit vsucapta a possessore contra ipsum *debitorem dominum*; *l. 7. C. de pign. l. 44. §. 5. de vsuc.*) a *debitore* vero quadraginta annis. *l. 7. §. 1. C. de præscr. 30. vel 40. ann.*

12. (II) *Vt possit pignus retinere* etiam pro alio quouis debito, *l. vn. C. etiam ob chirogr. pec. l. 19. l. 13. §. 6. h.* modo non sit *vitiose* constitutum. *l. 25. h.* (III) *Vt tandem possit distrahere*, de quo *tit. V.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. contrahitur. 4. l obligatione. 6. l. sed & quod. 9. §. 1. l. si debitor. 10 l. si. is. 11. §. 1. 2. l grege. 13. pr. §. 2. 5. 6. l. & quæ nondum. 15 pr. §. 1. l. si fundus. 16 pr. §. 1. 2. 3. 6. 9. l. pignoris. 17. l. si ab eo. 18. l. qui pignoris. 19 l. si Titio 22. l. cum vitiose. 25. l Paulus respondit. 29. pr. §. 2. l. lex vectigali 31. l. debitor pactus. 32. l. cum tabernam 34. pr. §. f.

Ex Codice l. quamuis. 2. l. creditores. 3. l. Vsucapio. 7. l. quamuis personali. 8. l. debitores. 10 l. distractis. 14. l. quamuis ea pecunia. 17. l. sicut 19. l. secundus. 22. auth. Hoc si debitor, C. *de pign. & hypoth. l. quoniam. 3. de pact. pign.* l. 1. l. in causa *si in caus. iudic.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0507
DFG

Tit. II. (*VIII. 15.*)

In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahitur.

1. PIgnus *tacitum* eſt vel *legale* vel *conuentionale*. Hoc ex *præſumta voluntate* vel *teſtatoris* vel *contrahentium* deſcendit. HERT. *de pign. tac. conuent.* Illud ex *ſpeciali & expreſſa legis vel conſuetudinis diſpoſitione dependet*, atque *ius ſingulare* continet. Qui ergo ſe in *pignore legali* fundat, *legem* vel *mores* probet, neceſſe eſt. conf HARPRECHT. duplici *diſſ. de pign. tac. dub. vel ſpuriis.*

2. Afficit *legale* vel *vniuerſa bona* vel *quædam* tantum. Ad priorem claſſem refertur (1) *fiſcus* (α) in bonis adminiſtratorum: *L. 1. C. de priu. fiſci* (β) debitorum, modo non ſuccedat in ius priuati *l. b. d. iur. fiſci.* γ reſpectu tributorum; *l. 1. 2. C. h. l. 46. §. 3. de I. fiſc.* non vero reſpectu *pœnarum. l. 17. l. 37. de iur. fiſci. Ciuitatibus* idem ius indultum in bonis *adminiſtratorum. l. 4. C. quo quisque ord. conuen.*

3. (II) *Coniux* 1) *pro dote reſtituenda*, *l. vn. §. 1. C. de R. V. A.* vt & dotis argumento, *b. f. facto, N. 97. C. 3. l. 29. C. de iur. dotium, l 1. 2. l. 7. C. qui pot. in pign. hab.* ac bonis *paraphernalibus. l. vlt. C. de pact. conu.* Competit vxori etiam *putatiuæ* in omnibus bonis mariti. 2) *Pro dote ſoluenda* competit marito in bonis vxoris. *l. vn. cit.*

4. (III) *Pupilli* & *minores l. 25. D. de tut. & ration-*

tion. (α) in bonis tutorum & curatorum, *l. 20. C. de admin. tut. l. 19. §. 1. de rebus autor. iud.* quod ius etiam ad heredes transit. MEV. *§ Dec. 393.* Idem quoque (ϛ) indulgetur *ecclesiæ* in bonis administratorum. *l 15. §. 1. de curat. furios. clem. 2. de relig. domib.* MEV. 2. *D. 259.* NON. ACOSTA. *de priuil. credit. R. 3. ampl. 17. n. 23.* (γ) in bonis pecunia eorum *ab aliis* emtis: *l. 7. qui pot. in pign. hab. l. 2 quand. ex fact. tut.* (δ) in bonis *vitrici. l. 6. C. h.*

5. (IV) *Liberi* in parentum bonis (1) quando ad *secunda vota* transeunt, *l. 6. C. de sec. nupt.* (2) ratione dotis maternæ, *l. 6. §. 4. C. de bon. quæ lib. l. 8. §. 3. 4. C. de sec. nupt.* non ratione *ceterorum aduentitiorum. l. 6. §. 2. C. de bon. quæ lib.*

6. (V) *Legatarii* in bonis defuncti pro consequendo legato, *l. 1. C. comm. de leg.* non tamen in *solidum* contra singulos heredes, vt alias iuris est, *l. 2. C si vnus ex plur.* sed pro *partibus hereditariis. c. l. 1.*

7. Pignus legale *particulare* habet, (1) *qui credidit in refectionem ædium, l. 1. h. l. 24. §. 1. de reb. autor. iud.* modo (α) *nominatim* pecunia in hunc finem data: (ϛ) ædificium *reuera* refectum: (γ) refectio fuit *necessaria.* HVBER. *h. §. 8.* Idem priuilegium non habent, (α) qui in refectionem rei alterius crediderunt, quamuis prælationis iure gaudeant, si *expresso pignore* sibi prospexere: *l. 5. 6. qui potior. in pign. l. 26. & 34. de reb. aut. iud.* HVBER. *c. l.* (β) qui ad *exstruendam domum* crediderunt.

8. (2) *Locator prædii vrbani* in inuectis & illatis

latis pro mercede, *l. 2. 4. 6. D. l. 5. C. h.* hoc, suppositio requisito, *vt illatæ sint ita. vt perpetuo ibi maneant*, *l. 7. h.* etiamsi minor conduxerit, quatenus locatio tenet. STRVV. *ex. 26. §. 16.* HVBER. *h. §. 9.*

9. (3) *Locator prædii rustici* in *fructibus*, non vero illatis; *l. 4. h.* hinc expressa cautione quoad *hæc* opus est: *l. 5. C. h. l. 5. C. loc*

TEXT. NO TAB.

L. 1. l. promtius. 2. l. si horreum. 3. l. eo iure vtimur. 4 l. iis prædiis 7. l. Est differentia. 9.

Ex Codice l. vniuersa. 1. l. certum. 2. l. si non inducta. 5 l. si mater. 6.

Tit. III. (VIII. 16. 17. 21. 24. 25.)

Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non possunt.

1. QVicquid *recipit emtionem*, *illud etiam pignorationem recipere potest*, ait ICtus in *l. 9. §. 1. de pign.* Prohibita tamen *emtione* certis personis, iis non censetur statim prohibitum accipere *pignus. l. 24. de pign.* Specialius itaque requiritur, *vt talis respignori detur*, *in qua finis eius*, *nempe securitas crediti*, *obtineri potest.* Huc pertinent omnes res, (I) *alienari non prohibitæ*, corporales & incorporales: (II) quæ *in bonis debitoris* sunt: *l. 15. §. 1. l. 9.*

l. 9. pr. de pign. (III) *tertio possunt præbere vtilitatem.*

2. Ex *primo* requisito fluit, pignus constitui non posse, (α *vbi lege restricta est alienatio*, vt in fundo dotali, *pr. I. quib. al. lic. vel non.* in re peculiari, fundo pupillorum & minorum. *l. 1. h.* re litigiosa, *c. l. in f.* libero homine, *l. 5. h.* (nisi quatenus ab hoste redemus est ab alio, tunc enim detineri *quasi iure pignoris* potest, donec pretium restituatur, *l. 15. de captiu. & postl.*) in armis militum, *l. 14. §. 1. de re milit.* instrumentis rusticis, *l. 7. l. 8. auth. agricultores C. quæ res pign. obl.* domaniis, rebus ecclesiasticis. *l. 21. C. de SS. eccl. & c.*

3. Pertinet huc quoque *res feudalis*, in qua sine consensu domini *pignus* constitui nequit. 2. *f. 55.* Caueat itaque creditor, vt *consensum domini* impetret, & quidem (1) in *cancellaria feudali*, imo (2) & *agnatorum consensus* necessarius est, vt *plene* valeat. Vt autem *debitore sciente* consensus domini vel agnatorum impetretur a creditore, non est necesse. vid. diss. *de hypotheca expressa feud.* STRYK. *de caut. contr. s. 2. c. 4. §. 4. 6. 7.* Valet tamen *hypotheca*, absque hoc consensu constituta, in præiudicium *vasalli* & eius *descendentium.* ID. *§. 13.*

4. (β) *Vbi testamento est restricta*, vt in fideicommissis &c. & denique (γ) *vbi conuentione vel pacto* v. c. ne quis in familia vltra certam summam bona possit obligare. KNIPSCH. *de fideic. famil. c. 11. n. 52. seqq.*

5. Ex

5. Ex *secundo* fluit, in rebus *alienis*, *qua talibus*, non consistere pignus; *t.t. C. de reb. al. non al. l. 2. C. si res al. pign.* modo (α) dominus non consentiat: *l. 26. §. 1. de pign.* (β) pure oppignorentur: *l. 16. §. 7. eod.* (γ) nullum ius in illa re habeat: *l. 3. §. 1. qui pot. in pign. t. t. C. si pign. pignori dat.* (δ) nec ex post facto dominus fiat. *l. 41. de pign. act. l. 22. de pign. & hyp.* Respectu tamen *tertii* possessoris valet pignus in re aliena constitutum, si debitor fuit *b. f. possessor. l. 18. de pign.*

6. Ex *vltimo* requisito fluit, seruitutes *reales sine prædio* non posse oppignorari, bene tamen *personales*; *l. 11. §. 2. & vlt. eod.* neque enim constitutæ tertio, qui non possidet *prædium*, vtilitatem præbere possunt, & sic nec securitatem: *pignoris* tamen *causa* de nouo alteri a debitore seruitus *ad tempus* constitui potest. *l. 12. eod.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si alius. 2. l. Aristo. 3.
Ex Codice l. si probaueris. 2. l. cum res. 5. *si res al. pign.* l. alumnos. 1. l. tamen. 4. l. executores. 7. seq. auth. agricultores. l. vlt. *quæ res pign. obl. l. vn. si comm. res* l. etiam. 1. *si pign. pign.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0512
DFG

Tit. IV. (VIII. 18. 19. 27.)

Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur & de his qui in priorum creditorum locum succedunt.

1. IN persequendis hypothecis sæpe quæstio *prioritatis* voluitur, de qua *part. 1. huius tit.* agitur. Potiores autem in pignore æstimantur alii ex *priuilegio*, alii ex sola ratione *ordinis* in *simplici* hypotheca.

2. *Ex priuilegio ius prælationis* pignori annexum a lege habent, & omnibus *simplicibus hypothecariis* præferuntur, *l. 7. C. h.* quidam intuitu *omnium honorum*, quidam respectu *certi fundi vel rei.* Illuc referri debet (I) *fiscus* quoad *tributa*, *collectas*, & *publicam annonam*, *l. 1. C. in quibus caus. pign.* vt & in *bonis administratorum*, HVBER *h. §. 6.* item in bonis eorum quibuscum contraxit, post contractum quæsitis, *l. 6. C. de priu. fisc. l. 28. de J. fisc. l. 6. de iur. fisc.* vti commode etiam intelligi potest *l. vlt. h.*

3. (II) *Mulier l. vlt. §. 1. C. h.* respectu *dotis* repetendæ, eiusque *liberi* contra vxorem secundam seu nouercam, *§. 29. I. de act.* & qui *expressam* an-

anteriorem hypothecam habent. THOMAS. *in schol. ad Huber. h. §. 10.* Idem dicendum de dotalitio, MEV. *1. D. 137.* probata *dotis* illatione, quatenus eam absorbet.

(4.) Intuitu *certæ rei* vel *fundi* hypotheca priuilegiata est, simulque ius *separationis* operatur I) in eo, *qui in refectionem ædium credidit*, vel alius rei, modo vltimo casu *speciali hypotheca* sibi prospexerit, *l. 5. 6. h. l. 7. C. h.* & *versio* probetur. conf. *l. 34. de reb. aut. iud. possid. Nou. 97. c. 3.* Pari priuilegio (II) gaudent, quorum pecunia res emta, si *expresse* eo nomine *obligata*; *l. 7. C. h. l. 26. l. 34. de reb. aut. iud. possid.* GAIL. 2. O. 12. (III) vel etiam si debitor rem *cum hypotheca* a venditore ei imposita comparauit.

5. Idem ius habent (IV) *pupilli & minores*, quorum pecunia res emta. *l. 7. pr. h.* (V) *Dominus soli* respectu *canonis*, ex fundo debiti, *l. 15. h.* & denique VI) qui in *militiam* credidit, & sibi de *hypotheca* prospexit. *l. vlt. C. de pign.* De natura huius officii vid. CORNEL. van ECK. *b. §. 7.* Hi priuilegiati creditores in *secunda* classe *iure separationis* collocantur; ceteri ex eadem classe vtuntur inter se *prioritate temporis*, hypothecariis autem *simpliciter talibus* præferuntur. *l. 2. 8. C. l. 7. h.*

6. Respectu *ordinis* hypothecarii simplices in *tertia classe* positi præferuntur ex sola *prioritate temporis*, *l. 11 pr. h.* cuiuscunque generis sint; *l. 2. 4. C. h.* BRVNNEMANN. *de concurs. credit. c. 15. §. 57.* obseruata tamen differentia inter

publi-

publicum & *priuatum.* Nam qui *publica* pignora habent, inter se quidem respectu *temporis* collocantur, indistincte autem *priuato pignori* præferuntur. *l. 11. C. h.* Imo in Saxonia alibique *extraiudicialis hypotheca*, in *immobilibus* constituta, tantum prælationem in *concursu* præ chirographariis tribuit.

7. In *priuato pignore* prioritas *temporis* etiam obseruatur, vbi requiritur, (I) *vt reuera alteri priori loco pignus sit constitutum.* Si eadem res pluribus simul est obligata, *æquale* omnibus ius est, & pro *quantitate* debiti concurrunt in hypotheca, *l. 16. §. 8. de pign.* nisi (α) singulis *in solidum* vel (β) *in partes æquales* res est obligata. *l. 10. l. 16. §. 8. eod.*

8. (II) *Vt etiam contractus, cui pignus accessit, eo tempore sit in actum deductus.* Etenim pignus, licet iam olim constitutum, ante non incipit. *l. 11. pr. h. l. 8. C. h.* *Dies* autem non remoratur obligationem, *l. 12. §. 2. h.* & *conditio* existens retrotrahitur hoc quoque casu ad *initium contractus* quoad prioritatem pignoris, *l. 11. §. 1. h.* modo *conditionis existentia* non dependeat ex mero *arbitrio debitoris. l. 9. §. 1. h.*

9 (III) *Vt hypotheca etiam actu sit perfecta;* nam quæ *factum* requirit, antequam illud accedat, prioritatem non operatur, & sic præfertur is, cui, antequam *res inuectæ* sunt illatæ, fuere hypothecæ obligatæ. *l. 11. §. 2. h.*

10. (IV) *Vt non sit pignus prætorium.* Hoc quidem prioritatem tribuit respectu creditorum

rum posteriorum *diuersi generis*, *l. 2. C. h.* non tamen eam indulget aliis creditoribus, *simile pignus* habentibus, sed omnium *missorum* par est conditio. *l. 15. §. 15. de damn. inf. l. 12. de reb. aut. iud. l 5. §. 3. vt in possess. legat.*

12. Aliquando posterior creditor *hypothecarius* nanciscitur iura *prioritatis*, si *priori creditori* soluit, vel, eo recipere pecuniam nolente, eam legitime *deponit. l. 1. C h. l. 22 C. de pign. l. 9. §. 3. l. 12. § 6. l. 16. h.* Hoc posterioribus *hypothecariis* vel ideo concessum, vt suam hypothecam conualidare queant, quæ antea, ob *ius prioris* in re eadem, inefficax erat. *l. 12. pr. h. l. 6. de distract. pign.* Quoad *chirographarios* & *extraneos*, vt succedant in locum anterioris, requiritur (α) *specialis* & *libera conuentio: l. 12. §. 8. cit. l. 21. C. de pign* (β) *prioris creditoris dimissio. l. 1. 3. C. de his qui in prior.* Vnde si integrum pretium *cum vsuris* priori non solutum, ipsi non antefertur. *l. 18. h.* MEV. *4. D. 123.* conf. FRANZK. *h. n. 59. sqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. qui generaliter. 2. l. creditor. 3. §. 1. 2. l. interdum. 5. seq. l. Idemque 7. l. si pignus. 8. l. qui balneum. 9. l. potior. 11. l. creditor 12. pr. §. 1. 2. 6. 8. 10. l. Claudius. 16 l. Lucius Titius 18. l. mulier 19.

Ex Codice l qui pignus 1. l. si decreto. 2. l si fundum. 4. l. si generaliter 6. l. licet. 7 l. diuersis. 8. l. scripturas. 11. l. assiduis 12. *qui pot in pign.* l. non omnino. 1. l si potiores. 3. l. si prior. 4. *de his qui in prior.*

Tit. V. (VIII. 28. 29. 30. 31. 34.)

De distractione pignorum & hypothecarum.

1. AD *securitatem creditoris*, vt supra dictum, etiam pertinet *ius distrahendi pignus*, datum *creditori*. Nam *debitor* pignus distrahere non potest, maxime, si *speciale* fuerit.

2. Distrahit vero creditor vel (α) *ius pignoris*, quod semper ei licitum est, imo aliquando ad hoc tenetur, *l. 1. C. de his qui in prior.* vel (β) *ipsam rem oppignoratam*, de quo *h. t.*, quod ei quandoque *permissum*, sed ad hoc a *debitore* cogi nequit. *l. 6. pr. de pign. act.*

3. Distractio fit vel *iudicialiter* vel *extraiudicialiter*. In *extraiudiciali* requiritur, (I) *vt debitor sit in mora soluendi*; *l. 7. l. 14. C. h.* alias venditio est nulla. *l. 2. 4. C. si vend. pign.* MEV. *8. D. 250.* (II) *Vt solenniter distrahatur*, *l. 9. C. h.* h. e. (a) iuxta modum conuentum: *l. 7. cit.* vel (b) iuxta *normam legalem*, secundum quam præmittenda (α) *denunciatio de pignore vendendo*, *l. f. §. 1. C. de iur. domin. impetr.* MEV. *8. D. 268.* aliquando *trina*, si pactum *de non-alienando* adiectum: *l. 4. de pign. act.* (β) adhibitis testibus: *l. 4. C. h.* (γ) expectandum adhuc biennium. *l. fin. §. 1. cit.* vid. *C. I. Argent. h. §. 2. 3.* Hoc in *distractione pi-*

gnorum iudicialium non necessarium est, MEV. *7. D. 310.* sicut & plurimis locis in *extraiudiciali* plane negligitur. ID. *c. l. n. 4. 6.* STRYK. *in V. M. h. §. 7.* (δ) Publice *proscribatur*, h. e. in celebriori loco indicetur, rem esse venalem. *l. 4. C. h.* C. I. A. *cit. l.*

4. (III) *Bona fide*, *l. 9. C. h.* vt omnis collusio cesset, *l. 3. C. si vend. pign.* & res, quanti valere potest, distrahatur. MEV. *1. D. 21* & *4. D. 388.* Hinc (α) *hyperocha* restituenda debitori, *l. 24. §. 2. de pign. act. l. vlt. C. h.* modo pretium solutum, vel creditor fidem de pretio habuerit. *c. l. 24. §. 2.* (β) In *l. 10 C. h.* cautum, ne creditor ipse per *substitutam* personam possit emere, nisi *magistratus* vel *debitor* ipse distrahat. Alienatione *fraudulenter* facta, creditor tenetur ad interesse. *l. 4. 7. C. h.*

5. (IV) *Debito ordine.* Nam *speciale* prius distrahendum, antequam cetera bona venum exponantur. *l. 9. C. h. l. 2. C de pign. l. 8. h. t.*

6. His obseruatis requisitis, *irreuocabiliter* transit res in emtorem, adeo vt debitor non audiatur, si postea rem redimere velit, *l. 3. 7. h.* nisi *secundo creditori* res vendita. *l. 5. §. 1. l. 6. h.* FRANZK. *h. n. 63. seqq.* Nec creditor *euictionis* nomine tenetur, *l. 10. l. 12. §. 1. h.* nisi *proprio nomine* rem vendiderit, vel de *euictione* cauerit. *l. 1. C. cred. euict pign. non deb. l. 11. §. 16. de act. E. V.* Emtore non reperto, proceditur secundum *l. vlt. C. de iur. dom. impetr.*

7. Hæc quoad *extraiudicialem* distractionem.

Iudi-

Iudicialis obtinet in pignore *iudiciali*, & quod vtilius, etiam in quolibet alio. Ibi vero ita proceditur: (1) condemnato ad *soluendum debitum* indulgendum quadrimestre spatium: *l. 2. C. de Vsur. rei iud.* (2) eo lapso *pignora* capiuntur secundum modum *l. 15. de re iud.* (3) post immissionem expectandi duo menses: *l. 31. in f. eod.* (4) his elapsis sub hasta pignus venditur, vel emtore deficiente creditor admittitur. *l. 2. C. si in caus. iud.* FRANZK *h. n. 90.*

TEXT. NOTAB.

L. cum prior. 3. l cum secundus. 5. seq. l. si creditor. 7. §. f l. & si is 10. l rescriptum. 12. §. 1.

Ex Codice l hypothecis 3. l. creditor. 4. l quamdiu. 6. l. si cessante. 7. l. si priusquam 8. l. quæ specialiter. 9. l. & qui. 10. l. si debitor. 12. l. vnus. 16. l. qui a creditore. 18 l. secundum placiti fin. *de distr. pign.* l. debitoris. 2. *debit. vendit. pign.* l. præses. 1. l. si vxor. 3. l cum contra 4. *si vend. pign. ag.* l. si reddita 3. *de luit. pign.* l. vetustissimam. vlt. *de iur. dom. impetr.*

Tit. IV. (VIII. 26. 31)

Quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.

1. SOluitur pignus (1) *sublato debito principali*, modo (α) de *toto*, quod debetur, creditori sit satisfactum, *l. 5. l. 13. h.* etiam *quoad vsuras*: *l. 18. qui pot. in pign. hab. l. vn. C. etiam ob chirograph. pec.* (ζ) pignus non sit reseruatum v. g. in nouatione, *l. 18. de nouat*

l. 3. pr. qui pot. in pign. hab. (γ) vel alio modo non impeditum: quamuis enim per *confusionem* tollatur, *l. 29. de pign. act.* beneficio tamen inuentarii effectus impeditur. Conf. FRANZK. *h. n. 21. seqq.*

2. (II) *Remissione* creditoris *expressa*, *l. 8. §. 1. seq. h. l. f. C. de remiss. pign.* vel *tacita*, veluti (1) si reddit pignus, *l. 3. de pact. l. 7. C. de remiss. pign.* nisi de alia mente constet. *l. 3. de pign. act.* (2) Si *consentit* creditor in *alienationem* pignoris, *l. 4. l. 7. seq. h. l. 1. 2. 4. C. de remiss. pign.* vbi requiritur, (α) vt consentiens habeat liberam disponendi facultatem: *l. 7. in pr. §. 1. 2. h.* (β) consentiat *expresse*, *l. 8. §. 16. h.* Si programmate publico præcedente distractum est pignus, sola *scientia creditorum* sufficit. *l. 6. 8. C. de remiss. pign.* (γ) Absque vlla *reseruatione*: *l. 4. §. 1. h.* (δ) vt alienatio fiat secundum *voluntatem* creditoris: *l. 8. §. 3. & 13. 14. pen. h.* (ε) & *actu* subsequatur. *l. 8. §. 6. 12. h.* Hoc facto, non conualescit pignus, si vel maxime res postea ad priorem dominum fuerit reuersa. *l. 11. C. de remiss. pign.* (ζ) Vt *serio* & non simulate facta sit *l. 8. §. 7. h.* FRANZK. *h. n. 106.* Denique (3) *tacite* remissum censetur, si consentit creditor in *oppignorationem*, *l. 12. pr. h.* nisi de alia mente constet, veluti quod tantum priorem locum secundo concedere voluerit; est enim *quæstio facti. l. 12. §. 4. qui pot. in pign.*

3. (III) *Interitu rei oppignoratæ totali, l. 8. pr. h.* vel

h. vel etiam tali *mutatione*, quæ etiam domini interitum continet. *l. 8. §. pen. de pign. act. l. 16. §. 2. l. 29. §. pen. de pign.*

4. (IV.) *Extincto iure debitoris*, quod in rem oppignoratam habuit, *l. 31. de pign. l. 3. h.* modo (α) *ipso iure & per se resoluatur dominium: l. 3. in f. h.* (ϐ) *non ex accidenti*; vnde pignus durat, licet venditum prædium *ex accidente* reuocetur ex *l. 2. C. de rescind. vend.* vid. *l. 43. §. 8. de ædil. edict.* (γ) *præter voluntatem debitoris. l. 3. in f. h.*

5. (V) *Tempore*, *l. 6. pr. h.* scilicet si tanquam terminus ad quem adiectum, *l. 13. §. 11. loc. l. 6. pr. h.* vel si legitime præscriptum sit pignus, de quo supra *tit. 1. §. 11.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. l. si res. 3. l. si debitor. 4. §. 1. 2. l. soluitur. 5. §. 2. l. sicut. 8. pr. §. 6. 7 8. 13. 14. 15. 17. l. Paulus respondit. 12 l. vlt.

L. si probaueris. 2. l. cum te. 4. l. debitum. 5. l. si eo tempore. 6. l. creditricem. 7. l. solita. 11. *de remiss. pign.*

Lib. XXI. Tit. I.

De ædilitio edicto & redhibitione & quanti minoris.

1. CVr de hoc edicto sequentibusque materiis hic agatur, traditur in *l. 2. §. 5. C. d.*

vet. iur. enucl. Debetur *edictum*, quod hic traditur, Aedilibus. AEDILES, secundum CIC. *lib. 3. de LL.* erant *curatores vrbis*, *annonæ*, *ludorumque solennium*. Hi *vi officii* magnam curam adhibuere, ne (α) emtores in emendo ob *vitia rerum* læderentur: *l. 37. h.* ne (β) noxium animal circa *viam publicam* haberetur.

2. Quoad primam partem *præcauent*, ne fiant deceptiones, & factas *restituere* iubent. *Præcauent*, dum (1) *cauere* venditorem iubent emtori de iis, quæ requirit edictum; *l. 31. de euict.* alioquin contra eum datur *redhibitoria* intra *duos* menses, vel *quanti minoris* intra *sex* menses. *l. 28. h.* (2) Volunt, vt in vendendo *b. f. palam* pronuncient, si quid vitii in re vendita sit. *l. 1. §. 1. h. l. 38. pr. h.* Obscura affirmatio non sufficit, *l. 43. §. f. de contr. emt. vendit.*

3. Factas deceptiones *resarcire* iubent per *legitima remedia*, *§. 7. & 8.* adducta. Ante omnia (I) præcedere debet *contractus emtionis*; propter *venditiones priuatorum* enim primario hoc edictum introductum. (nam ad *fisci venditiones* non porrigitur, *l. 1. §. 3. h.*) Aliis tamen, emtoribus non absimilibus, etiam indultum. *l. 19. §. 5. h.* Hinc per se patet, quod applicari haud possit ad *locationes*, *l. 63. h.* atque res *donatas. l. 62. h.*

4. (II) *Res* venditæ alioque modo translatæ debent esse *alicuius momenti*. In *vilioribus* & *minimis* cessat *redhibitio*, *l. 4. pr. l. 48. §. f. h.* salua actio-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0522
DFG

actione *quanti minoris*, FRANZK. *h. n. 43.* Id alias parum refert, quænam res in venditionem fuerint deductæ? *l. 38. in f. sqq. l. 49. l. 63. h. l. pen. C. h.* STRYK. *in V. M. h. t. §. 15. seqq.* & vtrum in *principali*, an *acceſſionibus* deceptio facta? *l. 22. l. 44 l. 32. l. 33. l. 38. h.* vt tamen propter has tantum *quanti minoris* agi queat.

5. Neceſſe porro eſt, (III) *vt quis in venditione læſus ſit*, (I) *ob reticentiam vitii naturalis*, ſeu ob *defectum qualitatis naturaliter ineſſe debitæ*. In rebus *animatis* debet eſſe vitium (α) *corporis* non *animi*, *l. 4. §. 1. 4. h.* ſeu quod *vſum rei plane impedit*: *l. 1. §. 8. l. 4. §. 1. h.* (ϐ) *latens* & internum. *l. 1. §. 6. l. 14. §. f. l 31. § 21. l. 55. h.* Porco vendito laniis, grandine laborante: (quod vitium facile ex palato cognoſci poterit,) non eſt locus ædil. edicto. CARPZ. *p. 2. C. 34. def. 16.* STRYK. *de §. ſenſ. diſſ. 1. c. 3. n. 45.* MEV. *4. D. 49.* (γ) *Non leue l. 4. §. f. h.* (δ) vt adfuerit *tempore contractus. l 3. l 49. h.* FRANZK, *h. n. 65. ſeqq.*

6. (II) *Ob reticentiam vitii accidentalis*, ſeu *promiſſæ qualitatis defectum*, *l. 43. de contr. E. V. l. 17. §. 20. h.* vt tamen (α) omnia ad vivum non ſint reſecanda, *l. 18. l. 19. §. 4. h.* (ϐ) non attendenda, quæ *generaliter* commendandi gratia ſunt dicta, *l. 19. pr. §. 2. h. l. 43. cit. pr. l. 37. de dol. mal.* (γ) nec, quorum contrarium in oculos incurrit. *l. 43. cit. pr.*

7. Eo nomine hoc edicto proditæ ſunt duæ actiones, *electiue* competentes. conf. *l. 25. §.*

l. de exc. rei iud. HVBER. *h.* §. *6.* (I) REDHIBITORIA, qua emtor læsus, vel si plures sunt, *omnes simul l. 31. §. 5. h.* agunt aduersus venditorem, vt rem vitio affectam recipiat, sibi habeat, pretiumque cum impensis, voluntate venditoris factis, *l. 27. h.* vel ex necessitate faciendis, *l. 29. §. f. l. 30. §. 1. h.* restituat: *l. 22. h.* aliquando vlterius *interesse*, *l. 1. C. h.* imo & *duplum*, si arbitrio iudicis non pareatur. *l. 25. h.* Restituenda hic omnia sunt in integrum, perinde ac si emtio facta non fuisset. *l. 23. §. 1. l. 60. h.* Facta *extraiudicialiter* restitutione, si pretium non est redditum, datur *actio in factum*, ad pretium petendum. *l. 31. §. 17. h.* Durat per 6. menses *vtiles* a die contractus. *l. 19. §. f. l. 55. h.* Ob *pactum dispicentiæ* vero intra 60. dies. *l. 31. §. 22. h.*

8. (II) QVANTI MINORIS seu *æstimatoria* est, qua agit emtor ad diminuendum pretium tanti, quanti minoris rem emisset, si sciuisset vitium. *l. 1. §. 1. l. 61. h.*

9. Differt a priori (α) quod detur *intra annum vtilem*, a die scientiæ æstimandum. *l. 19. §. f. D. l. 2. C. h.* Proinde sæpe vtilis eo casu, vbi redhibitoria ob præscriptionem non amplius institui potest; *l. 48. §. 2. h.* (β) facilius conceditur, quam prior: *l. 43. §. 6. l. 48. §. pen. h.* vid. §. 4. (γ) sæpius institui potest, *l. 48. §. 7. h.* modo lucrum hoc modo non captet emtor *l. 31. §. 16. h.*

10. De-

10. Deinde cauent ædiles, ne animal noxium iuxta viam publicam habeatur; alias pœna varia constituta erat, *l. 40. seq. h.* sine *noxæ deditionis* vel *expulsionis* facultate; *I. S. P. lib. 2. art. 62.* quæ tamen sine dubio hodie arbitraria est, secundum *C. C. C. art. 136.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 3. 6. pen. l. Pomponius 6. f. l. quæritur. 14. §. 9. 10. l. quis sit. 17. §. 4. vlt. l. si quid 18. l. sciendum. 19. pr. §. 3. 4. l. cum autem. 23. §. 1. 2. 6. l. Aediles. 25. §. 8. l. si venditor. 28. l. quod si nolit. 31. §. 16. 17. 20. 21. 22. l. cum eiusdem. 54. l. præcipiunt. 37. l. Hi enim 40. seq. l. Bouem. 43. pr. §. 6. l. iustissime. 44. §. 1. l. redhibitoria. 45. l. si tamen. 48. §. vlt l. Etiam. 49. l. cum sex. 55 l. quæro 58. §. f. l. facta. 60. l. quoties. 61. l. ad res donatas. 62. l. sciendum. 63.
Ex Codice l. si prædium. 4.

Tit. II. (VIII. 45.)

De euictionibus & duplæ stipulatione.

1. EVICTIO est *legitima & per iudicem facta ablatio rei ex iusta causa possessæ, ad instantiam veri domini, alteriusue, qui potius ius habet. l. 21. §. 1. h.* Cum autem is, qui rem ab alio accepit, inde damnum sentiat, æquum est, vt is, a quo *causam* habet, illud resarciat, quod est, *præstare euictionem.* Weichb. *art. 21.* Huius nomine tamen *re-*

gulariter cautio exigi nequit, *l. 4. pr. h.* nisi (1) consuetudo loci id exigat: *l. 6. h.* (2) in limine contractus immineat euictio: CARPZ. *P. 2. C. 34. d. 37.* (3) speciatim hoc conuentum sit. *l. 37. pr. l. 56. pr. h.*

2. Vt præstatio euictionis peti queat, desideratur, (I) *vt is, qui euictionem passus est, rem acceperit ex titulo oneroso. l. 11. §. 2. de act. emt. l. 1. C. de rer. permut. l. 4. C. h. l. 14. C. fam. herc. l. 33. C. de transact. l. 9. l. 33. locat.* Inde etiam in *dotis datione* obtinet, *arg. l. 8. §. 13. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* si stipulatio vel promissio de ea danda antecesserit, vel si statim *sine pacto dotali* & sic *vltro* data, æstimato data: imo inæstimato statim tradita, sed fraudulenter, de *dolo* est actio. *l. 1. C. de l. dot.* FRANZK. *h. n. 521. seqq.*

3. In causis (a) *mere lucratiuis* non præstatur, nisi (α) fuerit promissa: *l. 2. C. h. l. 17. de O. & A. I. P. S. lib. 3. art. 4.* (β) donator sit in dolo *l. 2. C. h.* FRANZK. *h. n. 423. seqq.* Vnde (b) heres respectu *rei legatæ* euictæ non tenitur. *l. 77. §. 8. de leg. 2.* nisi testator magis de *diuisione* quam *legato* di posuisse videatur. *cit. l. 77.* Ceterum (c) in *donatione non-simplici*, veluti *feudi datione*, vel alia *modali* merito euictio præstanda. FRANZK. *h. n. 499. seqq.*

4. (II) *Vt proprio nomine & iure tradens rem illi, cui euincitur, tradiderit.* Nam (1) creditor pignus distrahens non tenetur. *l. 10. l. 12. §. 1. de distr. pign.* Idem (2) dicendum de-

tuto-

tutore, curatore, marito, rem dotalem vendente &c.

5. (III) *Vt euictionis præstatio pacto antecedente etiam tacite non sit remissa*, vtpote si *scienter* rem alienam quis comparauit. *l. 27. C.h.* VOET. *h. t. § 32.* Hoc facto venditor, ex mente IVLIANI *pretium* quidem reddere; non *interesse* præstare tenetur, nisi forsan simpliciter rem, tanquam *spem* vel *iactum retis*, emerit. *l. 11. §. 18. de act. E. V. I. P. S. lib. 3. art. 4.* Sed VLPIANVS a Iuliani sententia recessit, nisi venditor *sciens* rem alienam vendidit. *cit. l. 11.* Ceterum ex sola *omissione stipulationis* ob euictionem non inducitur aliqua renunciatio, quæ negotio *tacite* inest. SCHILT. *ex 34. §. 25.*

6. (IV) *Vt res ipsa fuerit euicta*, quæcunque demum fuerit, FRANZK. *h. n. 20. seqq.* sufficitque rem *pro parte* euinci, *l. 1. l. 36. l. 45. l. 56. §. 2. h.* siue *homogenea* siue *heterogenea* sit. SCHILTER. *ex 34. § 23.* BRVNNEM. *ad l. 36. & 56. cit.* Hinc etiam præstanda est *euictio*, si alter *ius in re* vendita euincat. *l. 34. §. vlt. seqq. l. 46. h.*

7. Interest tamen, vtrum *vniuersitates* an *singulæ res* venditæ? Ibi propter singulas res ex *vniuersitate iuris* euictas non præstanda euictio. *l. 5. D. l. 1. C. h. l. 7. §. 6. de pecul. l. 42. de A. E. V. l. 35. §. 6. de contr. E. V.* In *vniuersitate rerum* distinguitur inter actionem *ex stipulatu*, quæ ob res singulas ex *vniuersitate* euictas cessat: *l. 36. l. 56. § 2. h.* & actionem ex ipso con-

contractu bonæ fidei, quæ locum habet. *l. 23 §. 1. de vsurpat.*

8. Porro res debet (V) *actu esse euicta: l. 3. C. h.* si tamen in *limine contractus* imminet, alter non tenetur ad implendum contractum. *l. 24. C. h* Si post contractum impletum demum controuersia mouetur, non statim ad euictionis præstationem agi potest.

9. (VI) *Vt sit euicta sententia iudiciali.* Si alio modo res ablata, *l. 56. D. l. 17. C. h*, aut vltro euincenti restituta, FRANZK. *h. n. 756 seqq.* vel vi maiori, (veluti facto principis, *l. 11. pr. h.* STRYK. *disp. de princ. euincente*) ad *euictionis præstationem* agi nequit.

10. (VII) *Et quidem potiori iure euincentis*, quod contractum iam antecedit. Neque enim (α) huc pertinet, si res fuit euicta ex retractu, VOET. *h t. §. 2.* nec (β) venditor tenetur de *facto* iudicis *doloso*, aut (γ) *culpa* ipsius emtoris. *l. 34. l. 51. l. 56. §. 1. h.* FRANZK. *h. n. 806.* MEV. *§. de c. 467.*

11. (VIII) *Vt legitime euictio præsens denunciata fuerit autori, l. 9. C. l. 29. §. vlt h.* in hunc finem, vt veniat & assistat; *l. 21. l. 23. C. h.* HVBER. *h. §. 14.* FRANZK, *h. n. 659.* nisi autoris ius notorie iniustum, vel necessitas denunciandi pacto fuerit remissa. *l. 63. pr. h.*

12. Facienda denunciatio (α) iis, quorum periculo res est, & sic singulis, si plures adsint. *l. 62. §. 1. h.* Fideiussori vt denuncietur lis, necesse

cesse non est. *l. 7. C. h.* (β) De *genere* & *statu litis* in ipsa denunciatione instruendi; vnde etiam *scientibus* denunciatio facienda. *l. 20. C. h. t.* VOET. *h. t.* §. 12. (γ) Facienda eo tempore, vbi adhuc integra defensio, *l. 29. §. f. l. 55. §. 1.* MEV. *8. d 465.* Tutius certe agit, qui ante L. C. denunciat. *l. 29. §. 3. de leg. 3.* STRYK. *in V. M. ad tit. de legat. §. 40.*

13. Hæc denunciatio ita qualificata, ita necessaria est, vt absque ea non detur regressus contra venditorem. *l. 8. C. h.* Operatur vero vt auctor teneatur assistere reo, *l. 74. §. 2. h.* in foro rei, *l. 49. de iudic.* vt tamen totam litem in se transferre nequeat, *l. 21. C. §.* nisi tanquam *procurator in rem suam* datus sit. FRANZK. *h. n. 637. seqq.*

14. His concurrentibus agunt ad euictionis præstationem emtores & eorum heredes: non item successores singulares, nisi facta cessione *l. 59. h.* Agunt contra *autorem*, seu eum, a quo quis rem ex *titulo oneroso* habet, & heredes. *l. 9. 24. C. h.* ac fideiussores, *l. 4. pr. D. l. 7. 8. 18. C. h.* & si plures autores sint, contra singulos in solidum. *l. 51. §. f. h.* Iure Germanico tamen olim Iudæi non præstabant euictionem christianis. *I. P. S. lib. 3. art. 7.*

15. Petitur vero euictionis præstatio vel *ex natura negotii*, vel *actione ex stipulatu*, quo speciatim promissa est, & quidem in *foro autoris competente.* MEV. *9. D. 156.* & *7. D. 167.* In

esse-

effectu hæc subest differentia, (1) quod in hac id tantum contineatur, quod promissum, quia est *stricti iuris. l. 56 §. 2. l. 17. l. 48. l. 60 h.* Illa est largior, & continet (α) pretium rei: *l. 70. h.* (β *interesse* & damnum: *l. 70. D. l. 17. C. h.* γ) *sumtus litis* aliosque, quos ab euincente seruare non potuit. *l. 9. C. h.* conf. *ius prou. Sax. lib. 1. art. 9.* (2) Quod æstimatio in actione ex contractu b. f fiat secundum *tempus euictionis; l. 13. l. 66. §. 3. l. 70. h.* in actione vero ex stipulatu attendatur *tempus venditionis. l. 1. l. 64. pr. h.* FRANZK. *h. n. 858. seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si fundus. 6 l. Lucius 11. pr. l. bonitatis. 13 l. vindicantem. 17 l. hoc iure. 27. l. at si rem. 29 §. 2. l. euictus. 35 l. naue. 36. l. in creditore. 38 l. si ei. 41. §. 2. l. si per imprudentiam 51. l. si fundo. 53. l. si ideo. 55. l. si dictum 56 l. si in venditione. 60 l. Herennius. 63. §. 1. 2. l. ex mille. 64 pr. l. rem hereditariam. 65 l. euicta 70. l. si pius. 75 §. 2.

Ex Codice l. emtor 1. l. quoniam. 2. l. si prædium. 4. l. non dubitatur. 6 l. autore 7. l. emtor. 8. l. si controuersia 9. l. exceptione. 11. l. si ob causam 13. l. si non iuiuria 15. l. si cum quæstio. 17 l. si obligata 19. l. empti. 21 l. cum successores. 23. l. si post perfectam. 24. l. si quis. 26. l. si fundum. 27. l. emtori. 28. l. herede 31. *de euict.* l. cum iure. 1. l. si a creditrice. 2. *credit. euict. pign. non debere.*

Tit. III.

De exceptione rei venditæ & traditæ.

1. EVictio seu *rei vindicatio* aliquando eliditur exceptione *rei venditæ & traditæ*, secundum regulam: *quem de euictione tenet actio, hunc agentem repellit exceptio.* Inde si heres venditoris rem euincat, ei quoque hæc exceptio obiicitur. *l. f. §. 1. h.* vid. *tit. de fund. dotal. in f.* Est tamen in arbitrio emtoris, vtrum hac exceptione vti, an potius, re ablata, ex causa stipulationis *duplum* consequi malit? *l. 17. de euict.*

2. Aliquando tamen *replicatione* eliditur, si venditor ex iusta causa vindicat, veluti ob *legem commissoriam. l. 1. §. 5. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2. & fin. l si a Titio 2.

Lib. XXII. Tit. I. (IV. 32.)

De vsuris & fructibus & causis & omnibus accessionibus & mora.

VSVRA est *augmentum quantitati accedens pro vsu eius debitori concesso soluendum in eodem genere debiti principalis*, vel se-

secundum *l. 58. §. 6. ad SCt. Trebell.* est *merces pro vsu pecuniæ. l. 60. pr. pro soc.*

II. In *vsuris* adesse debet (1) LEGITIMA CAVSA, quæ *primario* consistit in *vsu quantitatis creditæ alteri concessu, l. 13. §. 20. de act. E. V. l. 16. 1. h.* MEV. *6. D. 33.* SCHILT. *ex. 35. §. 12.* ex quo *iustitia vsurarum* dependet, NOOD. *de fœnore & vsur. lib. I. c. 10. seqq.* quamuis non æqualem cum *fructibus* habeant iuris fauorem. *l. 34. h.* MERILL. *lib. I. obs. c. 13.* Idem fundamentum quoque occurrit, si *ex mora* alterius soluuntur, quanquam hæ alias dici soleant *punitoriæ*, illæ vero *compensatoriæ*. Mordaces sunt reprobatæ, cum compensationem *legitimam* vsus concessi transcendant. Conf. THOMAS. *ad Strauch. dissert. 18. th. 13.* MEV. vom wucher. contract.

2. Vnde *speciali conuentione* ad vsuras præstandas non adeo opus, si hoc adest fundamentum, quamuis vtiliter accedat. De iure tamen Romano in *mutuo* & contractibus *stricti iuris* non aliter, nisi promissæ, debebantur, *l. 3. C. h.* exceptis quibusdam casibus, de quibus STRVV. *ex. 27. th. 65.* VOET. *h. t. §. 10.* Hodie in *mutuo* etiam ex *mora* & *pacto* debentur. *R. J. de anno 1600. §.* So viel nun. *R. J. d. an. 1654. §. 174.*

3. In eo superesse adhuc videtur differentia, (α) quod *promissæ* speciali actione peti possint, non-promissæ tantum debeantur *officio iudicis. l. 49. §. 1. de act. E. V.* Nam forte soluta, hæ peti nequeunt, bene tamen illæ, *c. l.* adeo-

adeoque vtile est, sortem solutam accipere cum *protestatione*: MEV. *l. D. 219.* β) quod si non promissæ sunt, tantum *quincunces* debeantur; *semisses* autem hodie in *quibusdam locis* promitti possint.

4. Merito etiam (γ) audiendus creditor, si in *casu moræ* nolit esse contentus *vsuris determinatis*, sed *maius interesse* docere possit. STRYK. *de caut. contr. s. 2. c. 1. §. 26.* Hoc tamen non probato, ipsi datur adhuc recursus ad *consuetas vsuras* ID. *c. l. §. 27.*

5. (II) LEGITIMA QVANTITAS. Olim hæc variauit. NOODT. *cit. tr. lib. II. c. 1. seqq.* Aliam definiuit IVSTINIANVS in *l. 26. C. h.* Aliquando etiam *grauiores* permissæ, scil. *centesimæ*, seu 12. pro 100. vid. *l. 26. §. 1. C. h. l. f. pr. C. de vsur. rei iud. l. 38. de neg. gest.* Nonnunquam *minimæ* soluendæ. *auth. hoc ius porrectum C. de SS. eccl.* Moribus per *R. J. de anno 1600. §. 152 & de anno 1654. §. 174. quincunces* constitutæ, vt tamen per *leges prouinciales* quorundam locorum *semisses* accipere liceat Eadem quantitas quoque ad *annuos reditus* est extensa, quia sunt *palliatæ vsuræ. R. J. de anno 1548. & 1577. tit. 17.* von Wucherl. Contracten. HAHN. *ad W. h. n. 14.*

6. (III) LEGITIMVS MODVS illas exigendi. Huc pertinet, (1) *ne vltra alterum tantum exigantur, N. 121. c. 1.* quamuis in plerisque locis iuxta *l. 10. C. de vsur.* in vsuris *particulariter* solutis id non attendatur. STRYK. *in V. M. h. t. §. 17.* Supponit vero *ius Romanum* (α) *debitorem.*

non esse in singulari mora: (vid. *l. 19. C. mand.*) (ε) *peti tantum vsuras proprie dictas;* huc enim non pertinet petitio eius, quod *interest* aut *annuorum redituum:* (γ) *aliter non esse conuentum* inter partes, quia exceptioni *alterius tanti* renunciari potest: STRYK. *in caut. contr. c. l. §. 28.* (δ) *manere eandem debendi causam.* Aliud est, si *noua causa*, vt sententia condemnatoria, accedit. MEV. *7. D. 4.* Sunt etiam (ε) singulariter extra *concursum* priuilegiatæ *ciuitates, N. 160. præf. c. 1. piæ causæ*, MEV. *7. D. 136.* & *pupilli.*

7. (2) *Ne vsuræ vsurarum petantur*, quod vocatur *anatocismus. l. 27. de re iudic. l. 28. C. h. l. 26. §. 1. de cond. indeb.* quamdiu scilicet *debitor* eas adhuc debet, licet *creditor* mutatus sit: veluti si secundus creditor hypothecarius primo *sortem* cum *vsuris* soluit. *l. 12. §. 6. qui pot. in pign. hab.* Hic tamen ob *moram debitoris* interesse petere potest, si id debito modo probat. *l. 12. §. 9. mand. l. 37. h.* Proinde nec vsuras in sortem conuertere licet, nisi debitori nullum inde incommodum afferatur. MEV. *4. D. 213.* Mutato *debitore* vsuræ amittunt priorem qualitatem, induuntque naturam *sortis. l. 10. § 3. in f. mand. l. 7. §. 12. l. 58. §. 1. & f. de adm. & peric. tutor.* HVBER. *h. §. 9.*

8. His in exactione vsurarum non obseruatis, oritur *vsuraria prauitas*, modo (α) fuerit deducta in actum: MEV. *6. D. 402. & 8. D. 158.*

158. (ε) liquido doceatur: MVLLER. *ad Struu. h.* §. 57. in dubio, vtrum illicitæ sint exactæ, præstat absoluere, quam condemnare creditorem. MEV. *8. D. 423.* Pœnæ in *vsurarios* constitutæ determinatæ sunt (α) tum *legibus imperii, R. I. de anno 1548. & 1577. tit.* von Wucherl. *Contracten*, (ε) tum *iure canonico. c. 3. X. de vsur. c. 2. eod. in 6. c. 1. X. de sepult.* LEOTARDVS *de vsur. qu. 94. seqq.*

9. Effectus vsurarum solutarum sunt, (α) quod diuturna vsurarum præstatio *hodie tacitum pactum* & quidem *efficax* in se contineat, de iis in posterum soluendis; non *iure ciuili*: *l. 7. C. h. l. 28 C. de pact.* HVBER. *h.* §. 13. (ε) faciat argumentum pro debito principali: (γ) ex diuturna solutione *minorum* vsurarum inducatur remissio maiorum promissarum, etiam *in futurum*; *l. 13. D l. 5. C. h.* (δ) vsuræ in antecessum solutæ operentur, ne intra illud tempus debitum peti possit. *l. 57. pr. de pact.*

10. Finiuntur vsuræ, (1) extincto debito principali, *l. 26 C. h.* quomodocunque hoc factum fuerit, etiam per nouationem: *l. 18 de nouat.* HVBER. *h.* §. 23. *seqq.* (2) quando sortem exæquant. *l. 10. C. h.* vid. §. 6. (3) speciali principis rescripto.

11. Affine vsuris est (I) id, quod INTERESST, quod est *æstimatio damni emergentis & lucri certi cessantis. l. 13 rem. rat. hab.* MOLINAEVS *de eo quod interest.* Cauendum tamen (α) ne

in *casibus certis*, h. e. vbi constat, quid, quale & quantum debeatur, excedat duplum: *l. vn. C. de sent. quæ pro eo quod int.* HVBER. *h. §. 31.* NICOLAVS VALLIVS *in comm. ad h. l.* (ε) vt sit *certum* & in iure *in re* vel *ad rem* radicatum, vel circa ipsam rem consistat: *l. 21. §. 3. de act. E. V.* (γ) vt præstetur secundum *æstimationem communem. l. 33. ad L. aquil.* (δ) *legitime probetur.* Quodsi ab initio *conuentione* determinatum, dicitur *pœna*, quæ tamen *quantitatibus* adiici nequit. *l. 15. C. h. l. 44. D. h.*

12. (II) ANNVVS REDITVS. Differt tamen ab vsuris, (α) quod sit *merx principalis*, non *accessorium*: (ε) quod emtor sortem nunquam repetere possit, bene tamen venditor, ob *pactum retrouenditionis*. Addunt quidam (γ) quod debitum hoc singulis annis cedat & *inprescriptibile* sit, quod reieci *dissert. de præscript. annuor. redit.*

13. (III) FRVCTVS, quorum nomine omne id venit, *propter quod res est comparata. l. 27. de petit. hered.* Differunt ab *vsuris*, (α) quod fructus debeantur etiam in *stricti iuris* iudiciis, si agitur de *restituendo*: *l. 38. §. 4. h. l. 35. de V. S. l. 173. §. 1. de R. I.* si de *dando*, a tempore *litis contestationis* vsque ad sententiam debentur. *l. 38. §. 7. h. l. 25. §. 8. de Ædil. Edict.* vid. tamen *tit. de R. V. §. 12.* Coll. *I. A. h. t. 36.* Alia ratio est *vsurarum*, *l. 121. de V. S.* (ε) Quod malæ f. possessor teneatur de *fructibus percipiendis*, sed non de *vsuris percipiendis. l. 14. §. 12. 20. D. de hered. petit.*

petit. HERT. *de fruct. persec. in act. person.* GALLVS *de fructib.* (γ) vsuræ fructuum non debentur. *l. 15. D. h.*

14. (IV) CAVSA. Hac denotatur (1) omnis conditio & qualitas rei inhærens, v. c. bonitas, immunitas, omnisque alia rei qualitas. §. 3 *J. de offic. iud.* Imo (2) sæpe fructus expensas, interesse, aliaque, quæ ne quidem *fructuum* numero sunt, complectitur. *C. I. Arg. h. §. 42.* BRISSON. *de V. S. verb. causa.*

15. (V) ACCESSIO. Hac denominatione veniunt omnia commoda, quæ rei tanquam *pars* vel *naturaliter* accedunt, veluti alluuio, insula &c. *l. 34. de R. V.* vel *accidentaliter* ex pacto. *l. 34 pr. de contr. E. V. l. 58. eod.*

16. Denique occurrit in rubrica mentio MORAE, quæ est *rei præstandæ vel accipiendæ iniusta dilatio.* Requiritur itaque *dilatio iniusta.* Hinc difficultas soluendi magna liberat a mora, MEV. 4. *D. 198.* veluti belli calamitas. *l. 21. seqq. h.* ID. *c. l. D. 199.* C. I. A. *h. §. 51.* Multum vero in mora æstimanda relictum *arbitrio iudicis. l. 32. pr. h.*

17. Iniusta dilatio oritur post interpellationem vel *hominis* vel *diei* vel *legis.* In *interpellatione hominis* sufficit *vnica, extraiudicialiter* facta; *l. 32. h.* modo (1) creditor ius interpellandi habeat: (2) lex speciatim non desideret *interpellationem iudicialem*, vt in *§. 19. J. de action. l. 19. C. mand.* Si debitor creditorem velit constituere in mora, quoad rem immobilem quidem *denunciatio* sufficit, se paratum

esse ad rem præstandam, *l. 9. solut matr.* in mobilibus vero *realis ablatio & dispositio* desideratur. *l. 13. §. 8. de Act. E. V.*

18. In *interpellatione diei* requiritur, *vt totum tempus præstationi destinatum sit elapsum*, modo tempus præcise solutioni sit destinatum. Hinc in *conditionali* debito post existentiam adhuc *interpellatio hominis* necessaria est. STRVV. *ex. 27. §. 68.*

19. Denique etiam ex *speciali legis prouisione* mora inducitur, licet nulla *interpellatio vera* accesserit, veluti in furibus, in debitis pupillorum & minorum. *l. 3. C. in quibus caus. rest.* conf. *l. 23. §. 1. h. l. 13. §. 20. de act. E. V. l. 5. C. eod. l. 26. §. 1. de fideic. lib. l. 17. §. 5. l. 43. h. l. 8. §. 1. de condict. furtiu. C. J. Arg. h. n. 50.*

20. Effectus moræ sunt (1) quod res debita post moram sit periculo debitoris, l. *37. mand. l. 12. §. 3. depos. l. 25. seq. l. 82. §. 1. de V. O.* (nisi æque periisset apud ipsum creditorem, l. *14. §. f. depos.*) adeoque perpetuet obligationem: *l. 91. §. 3. seq. de V. O. l. 59. §. pen. mand.* (2) obliget ad præstationem vsurarum: (3) committatur pœna: *l. 115. de V. O.* (4) æstimatio rei augeatur: *v. tit. de act. tritic.* (5) aliquando resoluatur negotium: (vid. *tit. de L. commiss.*) (6 loco vsurarum peti possit id quod interest: (7) ius inde quæsitum ad heredes quoque transeat. *l. 27. h.*

21. Ces-

21. Cessant hi effectus *purgatione moræ*, quæ fit debito oblato, re adhuc integra, *l. 91. §. 3. de V. O.* h. e. si debitum offertur (α) *integre*, MEV. *3. d. 413.* (β) *innoxie*, vt inde nullum incommodum vel *læsio iuris quæsiti* creditori agnascatur. MEV. *5. D. 23.*

TEXT. NOTAB.

L. in fideicommissi. 3. § 3. l. cum de in rem 6. l. debitor. 7. l. pecuniæ 9. l. qui semisses. 13. l liberalitatis. 16. l. cum quidam. 17. §. 3. 5. l. vsuras. 20. l. si quis solutioni. 24. pr. §. 2. l. qui scit. 25. pr §. 1. 2. l venationem. 29. l. etiam 30. l mora 32. pr. § 1. l. si bene 33. pr. l. vsuræ. 34 l. lite. 35 l. videamus. 38 §. 47 l. pœna. 44. l. fructus. 45 l. quod in fructus. 46. l. vlt.

Ex Codice l. vsuras. 2. l. quamuis. 3. l per retentionem. 4. l. aduersus. 5. l. si creditilee. 6 l. creditor. 7. l. quamuis Bassa. 8 l. vsuræ 10. l. ex prædiis. 11. l. in bonæ fidei. 13. l. si ea pactione. 14. l. cum allegas. 15. l si ea lege. 17. l. indebitas. 18 l. acceptam. 19. l. oleo 23. l. si mater. 24. l. eos. 26. l. de vsuris. 27. §. 1. l. vt nullo. 28.

Tit. II. (*IV. 34.*)

De nautico fœnore.

1. NAVTICVM FOENVS dicitur, *quod pro pecunia traiectitia soluitur;* vbi ob *periculi susceptionem* permissæ sunt vsuræ maiores, *l. 1. l. 4. h.* quando creditor *pecuniæ* periculum, donec in saluo sit, suscipit. Hoc secuto, quod excedit communem vsurarum modum, non amplius debetur. *l. 1. D. l. 4. C. h.*

2. Sic etiam in aliis negotiis pretium pro

periculo suscepto iuste statuitur, *l. 5. h.* quo pertinet (1) contractus *vitalitius*, vbi maiores permittuntur vsuræ. STRYK. *de C. C. S. 2. c. 1. §. 33.* (2) *Bodemeria*, de qua speciali differt. BODINVS egit.

3. Denique (3) *contractus assecurationis* consistens in *receptione periculi mercium naui transportandarum pro certo præmio.* Requisita instrumenti assecurationis, quod *Pollizam* nominant, distincte tradunt STRYK. *de C. C. S. 3. c. 5. §. 30.* & WERLHOF. *diss. de Polliza.*

TEXT. NOTAB.

L. periculi pretium. 5.

Ex Codice l. traiectitium. 1. l. cum proponas. 3. l. traiectitiæ. 4.

Tit. III. (*IV. 19.*)

De probationibus & præsumtionibus.

1. ABsolutis quoad maximam partem *causis*, in iudicium per L. C. deductis, sequitur PROBATIO, quæ est *actus iudicialis, quo iudici de veritate rei dubiæ legitime fit fides. l 3. §. 2. de test.*

2. Versatur probatio (I) *circa factum dubium. Notoria* (α) non indigent probatione, modo constet de *notorietate*, quæ vbi negatur, *veritatem* probasse sufficit. vid. tr. *de iur. eccles. protest. lib. 2. tit. 19. §. 2.* (ℭ) Iura haud sunt probanda, THOMAS. *de fide iurid. c. 2. §. 34.* nisi

nisi fundentur in *consuetudine*, aut de *receptione* vel *obseruantia iuris dubii* dubitetur. Si *quæstio iuris* in lite versatur, non *probatio* sed *deductio iurium* desideratur. NOOD. *de iurisd. lib. I. c. 8.*

3. (II) *Iudex, cui facienda fides, dirigere debet actum probandi. l. 15. pr. in f. ad munic.* Quocirca (α) *sententia interlocutoria* opus, qua declarat, cui probatio sit iniungenda, *c. 9. X. h.* (β) Iudicare debet de *validitate probationis* ex *ipsis actis.* COCCEI. *de dir. prob. negat. c. 1. §. 5.* THOMAS. *c. l. §. 57. seqq.* Vnde facile patet, quid dicendum sit ad quæstionem: *an iudex secundum acta & probata, an vero secundum priuatam conscientiam iudicare debeat?* vid. STRYK. *de obs. iud. inf. c. 3. n. 12. seqq.*

4. Ei autem iudex probationem iniungit, *qui, quod incertum est, seu cui ab aduersario contradicitur, in iudicium deducit, & in eo suam fundat intentionem, siue actor sit, siue reus.* Quando ergo lex *in dubio* interim aliquid pro *vero* assumit, huic tamdiu statur, donec ab altero contrarium probatum. *l. 24. h.* COCCEI. *c. l. c. 3. §. 1. seqq.*

5. Fundamentum actoris consistit in *propositione affirmatiua* vel *negatiua.* Non tantum *illa*, sed etiam *hæc* probanda, quando in *negatiua* se fundat actor, quæ pro se *præsumtionem iuris* non habet. *l. 25. h.* Dicitur autem *in negatiua se fundare*, qui fundamentum essentiamque intentionis, imo *totam causam agendi* in illa collocat. ID *c. l. c. 4. n. 4.* SRRYK.

c. l. §. 2. v. c. in *actione negatiua præiudiciali* actor se in eo fundat, quod reus *statum*, quem possidet, non habeat, quam *negatiuam* probare debet. *l. 15. h. l. 14. C. h.* Similiter dominus emphyteusin vindicans ob non solutum canonem fundamentum agendi, quod consistit in τῷ, *canonem intra tempus præscriptum non solutum esse*, probare debet. COCCEI. *c. l.* §. 7. MEV. *8. D. 18.* Plura exempla congessit HERCVLANVS *de proband. negat. n. 26. l. 10. de V. O. l. 5.* §. *1. l. 25. h.* Reo, simpliciter intentionem actoris neganti, nulla incumbit probatio, *l. 23. C h. l. 10. C. de non num. pec.* quamuis si velit, possit *negatiuam* probare per *reprobationem.* Potest enim æque negatiua *directo* probari, quam affirmatiua, quamuis difficilius. Conf. tr. *de iur. eccles. protest. cit. l.* §. *3. seqq.*

6. (III) *Probaturus iudici facere debet fidem. Fides* consistit in *verisimilitudine idonea, deducta ex legitimis argumentis & indiciis* THOMAS. *c. l. c. 1. n. 51.* Cum vero hæc argumenta varient, variæ quoque inde *species probationum* nascuntur.

7. Si verosimilitudo per *argumenta* probabilia ex *causa* eiusque *circumstantiis* deducitur, *probatio* dicitur *artificialis*, qua oratores vsi sunt in *declamationibus:* si vero *extrinsecus* subsidia probandi assumuntur, veluti per testes, instrumenta &c. dicitur *inartificialis.* Hæc facilius *fidem* facit, quam illa.

8. Por-

8. Porro cum varii dentur *fidei iuridicæ* gradus, probatio quoque alia *plena*, alia *semiplena*, alia *semiplena minor*. Illa *plene* probat iudici, vt ei acquiescere & decisionem formare possit, quo pertinent duo testes omni exceptione maiores, instrumenta publica. &c. Pro *grauitate* tamen *causæ* vel propter alias circumstantias *grauior* probatio aliquando necessaria, veluti (α) in *criminalibus*, vel (β) vbi *vrgentissima* pro aliquo est *præsumtio*; ibi enim grauissimæ adhibendæ probationes in contrarium. *l. 6. de his qui sui vel al. iur. sunt. l. 14. C. de contr. stipul.*

9. *Semiplena* probatio est, qua indici aliqua quidem fit fides, sed non tanta, vt inde possit rem decidere, nisi *adminiculo* quodam alio sit suffulta. STRYK. *de probat. semipl. c. 2. n. 2.* Existentiam eius late deduxit IDEM *l. c. c. 1. n. 9. seqq.* Species eius sunt variæ, vnicus testis, (vid. tamen disp. HORNII de *probat. plena per vnum testem. c. 2.*) libri mercatorum, præsumtiones, STRYK. *c. l. c. 3.* comparationes literarum, cuius requisita suggerit ENGELBR. *ad D. h. §. 13.* Denique *minor semiplena* nudam operatur *suspicionem*, *iuramento purgatorio* eliendam.

10. Vbi *semiplene* probatum, *iuramento suppletorio* locus est, nisi *grauitas causæ* resistat; ID. *c. l. c. 5. n. 38.* alioquin *purgatorium*

rium defertur. In criminalibus *semiplena probatio* indicium facit ad *torturam*. ID. *c. l. n. 56.* Si minus quam semiplene probatum, *territio* vel *purgatorium* decernitur.

II. Ex *argumentis artificialibus* deducta *fides* dicitur PRAESVMTIO, quæ est *probabilitas quædam, inducta ex coniecturis idoneis, secundum quas vt plurimum res ita esse solet.* Nam (1) ab eo, *quod vt plurimum fit*, capitur *regulariter* præsumtio, licet leges ex *iusta causa* quandoque contra præsumtionem quid statuere possint. *l. 3. l. 4. si pars hered. pet.* Deinde (2) prout alia *grauior*, alia *leuior*, ita in *collisione* alia aliam tollit. vid. disp. *de collis. præsumt. c. 2.* Inde quoque (3) a *fictione iuris* differt, in qua ex *iusta causa* falsum pro vero supponitur, & exinde aliquid infertur. ALTESSERA *de fiction.* NOOD. *lib. III. probab. c. 12.*

12. Alia dicitur *iuris*, alia *hominis*. *Illa* tria requirit: (α) vt lex aliquid præsumat ex coniecturis; (β) vt, quod ex illis coniecturis infert, pro vero *interim* supponat; (γ) vt tamen admittat probationem in contrarium. Inde *verba* legis *relatiua* haud sufficiunt, vt liquet ex *l. 31. §. 21. de ædil. edict.* Regulas generales & exempla plena manu tradidi in *tr. de iur. eccles. protest. lib. II. t. 23. §. 4. seqq.* *Hæc* vero consistit in legitima inductione, ab *homine* vel *iudice* facta, ex probabilibus argumen-

gumentis, iuris disposítione haud concurrente.

13. Differunt hæ duæ species, quod *illa* in iure sit determinata, non *hæc*: quod illa deuoluat onus probandi in aduersarium, non hæc: COCCEI. *de dir. prob. negat. c. 3. n. 8.* Illam sequitur iudex in dubio, non hanc: illa liberat a probando, hæc adiuuat probantem: denique illa non dependet ab *arbitrio iudicis*, bene tamen hæc. *l. 15. pr. in f. ad munic.* vid. *disp. de collis. præs. c. 1. §. 10.*

14. Addunt tertiam speciem, præsumtionem scil. *iuris & de iure*, quæ tamen sub *definitione* comprehendi nequit, quia ita firmiter aliquid lex *ex argumentis grauissimis* infert, vt non admittatur probatio in contrarium. *c. 30. X. de sponsal. c. 6. X. de condit. appos.* Talis nascitur ex *re iudicata & præscriptione immemoriali.* Minime vero huc referendæ sunt *præsumtiones iuris violentæ. c. 3. in f. X. de presbyt. non baptiz.* quæ probationem contrariam, *euidentissimam* tamen, adhuc admittunt. vid. *l. 24. h. t l. non est verisimile 23. quod. met. caus. l. 57. in f. de iur. dot. l. 6. de condict. caus. dat. l. 7. de admin. tutor. l. 6. de his qui sui vel al. iur. sunt. l. 15. C. ad L. Corn. d. fals. l. 50. de cond. ind.*

15. Denique in *probatione* desideratur, (IV) *vt fiat legitime.* Neque enim (α) admittuntur *argumenta a iure reprobata*, v. c. per duellum iure Germanico olim sub certis conditionibus

bus admissum. *I. S. P. l. 1. art. 63.* MAVRIT. *de duell.* per ferrum candens, per αἱματοδεῖξιν, de qua vid. SCHOTTEL. *de antiq. in Germ. iur. c. 3.* per aquam frigidam &c. (β) *Modus probandi* a lege præscriptus obseruandus.

16. Ad *modum* spectat, (1) quod fieri debeat intra *terminum probatorium*, qui *peremtorius* est. MEV. *7. D. 36.* Eo non præscripto, probatio demum per *conclusionem* præcluditur. (2) Secundum *formam* a iure præscriptam. (3) Post *litem contestatam auth. at qui C. h.* (4) Probatio debeat esse *clara* & *concludens*; imperfectæ tamen probationes admittuntur in factis *antiquis, l. 28. h. occultis, Nou. 117. c. II. l. 29. h.* & vbi *summarie* causa peragitur, quia hoc vltimo casu *nuda demonstratio* sufficit. Hæc vero formam solennem, probationi præscriptam, non desiderat.

TEXT. NOTAB.

L. Ei. 2. l. ab ea parte 5. l. si pactum 9. l. census. 10 l. non est necesse. 11 l. quingenta. 12. l. circa eum. 14. l. etiam matris. 16. l. in exceptionibus. 19. pr. l. verius. 21 l. eum qui. 22. l. si chirographum. 24. l. cum de indebito. 25. l. procula 26. l. si arbi er. 28.

Ex Codice l. vt creditor. 1. l. possessiones. 2. l. instrumenta. 5. l. Rationes. 6. l. exemplo. 7. l. si scriptum. 11. l. non epistolis. 13 l. non nudis. 14. l. cum precibus. 18. l. exceptionem, 19. auth. at qui semel. l. si de possessione. 20 l. actor. 23. l. iubemus. 24 l. sciunt. vlt.

Tit.

Tit. IV. (*IV. 21.*)

De fide instrumentorum & amissione eorum

1. INSTRVMENTVM est *scriptura ad fidem rei gestæ confecta, vel saltim ad fidem faciendam idonea.* Generalius denotat *omnia adminicula*, quibus causa instrui potest. *l. 1. h. l. 99. §. 2. de V. S. c. 4. X. de test. cog.*

2. Estque vel *publicum* vel *priuatum. Publicum* dicitur, quod a *persona publica* confectum, & *publica autoritate* munitum est, quod κατ' ἐξοχήν, dicitur *instrumentum. l. 1. C. de iur. propt. cal.* Idque rursus fit dupliciter, dum (α) vel *autoritate iudiciali* constat, vel (β) *notarii fide* aut (γ) *subscriptione trium testium* nititur. *l. 11. C. qui pot. in pign.*

3. Ad prioris generis publica referri debent (1) *acta publica* solenniter conscripta, & suis constantia requisitis, de quibus in *c. 11. de probat.* agitur. conf. MARTIN. *in proceſſ. Saxon. t. 20 ad rubr. n. 38 seqq.* THOMAS. *de fide iurid. c. 2. §. 49.* (2) *Apochæ publicæ. l. 1. C. de apoch. publ.* (3) *Libri censuales*, de quorum requisitis v. MEV. *4. D. 179.* (4) *Libri parochorum ecclesiastici*; vid. *ius paroch. S. 4. c. 1. §. 39.* non vero *libri ecclesiastici* alii priuati vel *registra monasteriorum & nobilium. l. 7. C. de prob.* v. tr. *iur. eccles. protest. lib. 2. tit. 22. §. 3.* (5) *Scripturæ in archiuis publicis reper-*

pertæ, de quarum *requisitis* & *fide* vid. MVLLER. *ad Struu. ex. 28. th. 31. lit. t.* THOMAS. *cit. l. §. 5.*

4. Ad posterioris generis publica pertinent imprimis *instrumenta notariorum*, solenniter confecta. *l. 17. C. h.* de quorum requisitis solennibus secundum ius Romanum agit HVBER. *h. §. 4.* Praxin hodiernam exhibet *constitutio Maximil. I.* von *Notarien de anno 1512.* conf. MARTIN. *c. l. tit. 24. ad rubr. n. 9.* Si quid ex solennibus omissum, iuramento *suppletorio* defectus suppleri, vel aliud instrumentum *debito modo* ab eodem Notario confici debet.

5. Ab instrumentis PROTOCOLLA differunt, seu *scripturæ Notariorum memoriales consignatæ in hunc finem, vt inde pleni tenoris instrumenta conficiantur.* In dubiis casibus ad hæc recurrendum, quin maior fides illis habetur, quam instrumentis exinde desumtis. *Constit. Maximil. c. l. §. 5.* Necesse tamen est, vt (α) Notarius *propria manu* protocolla conscripserit: *Ibid. §. 4.* (β) breuiter substantialia negotii consignauerit: *Ibid. §. 13. 15. 23.* (γ) partibns prælegerit: *Ibid. §. 14. 16.* (δ) omnia *literis integris* & *legibilibus* conceperit. *Ibid. §. 13.*

6. Instrumenta *priuata sunt scripturæ ad memoriam rerum gestarum conditæ aliumue in finem factæ, sed publica destitutæ auctoritate.* Suntque varii generis, syngrapha, chirogra-

graphum, apocha, antapocha, priuatæ literæ, commendatitiæ, amatoriæ, *l. 29. pr. h. testimoniales* Geburths-Brieffe; nisi hæ posteriores *publica* expediantur *auctoritate*, prout communiter fieri solet.

7. Differunt in effectu, quod *publica* plenam fidem faciant: *l. 15. C h.* aliquando etiam solidiorem, quam per testes; *l. 10. de probat. l. 3. C. si minor. se mai.* quamuis *testes* non sint plane inidonei ad vim instrumenti ex *iusta causa* infringendam. *l. 18. C. de probat. N. 73. c. 3.* In dubio iudicis arbitrio committendum, vt perpendat, vtrum maior *fides* habenda *testibus*, quam *instrumento*, vt specialius deduxi in *tr. de iur. eccles. protest. lib. II. tit. 19. §. 26. seqq. c. 3. X. de prob. test.*

8. *Publica* tunc demum plene probant, (α) si quæstio est de iis, quæ *dispositiue* illis sunt inserta. HVBER. *h. §. 27.* Si se referunt ad aliud, id quoque proferendum. *auth. si quis in aliquo C. de edend. l. vlt. de prob.* BERGER. *de elect. proc. execut. §. 6.* (ε) Si inter eos, quorum intuitu confecta producuntur. Tertio nec nocent, nec prosunt. VOET. *h. t. §. 8.* (γ) Si de ipso *originali* sermo est. *Exemplo* non eadem autoritas tributa est, *l. 2. h. c. 1. X. h. t.* nisi *exemplificatio* quoque *publica auctoritate* facta sit. Hæc instituenda secundum formam *c. f. X. h. t.* vt scilicet (1) fiat a *iudice:* (2) *citentur* omnes, quorum interest; *ad videndum exemplificari:* (3) iudex de *validitate originalis* cognoscat: (4)

iusta adsit causa: (5) omnes interlineaturæ & alii defectus notentur, vt salua maneat parti aduersæ exceptio. MVLLER. *ad Struu. ex. 28. th. 31. lit. C.* MEV. *5. D. 147.* conf. *tr. iur. eccles. protest. cit. l. §. 5. seqq.*

9. *Priuata* vero non probant pro scribente; *l. 6. 7. C. de prob.* nisi (α) aliunde adminiculum habeant: *l. 5. C. de probat.* (ϐ) alias ex *consuetudine* & *lege* fides iis concilietur. *c. f. in f. X. h. t.* Huc refero a) annotationem parentum de *natiuitate*, *morte* & *ætate* liberorum *l. 16. l. 29. de probat.* (b) *mercatorum libros*; modo (α) mercator *data* & *accepta* consignauerit: (ϐ) *tempus*, quo res acceptæ sint, & (γ) *causam debendi* addiderit; de credito extra mercaturam tali libro non creditur: MEV. *2. D. 92.* (δ) scribens sit *integræ famæ*: (ε) iuramentum suppletorium præstitum: (ζ) libri careant omni correctione & cancellatione. GAIL. *2. O. 20.* MEV. *1. D. 261.* KLEIN. *de prob. quæ fit per libr. mercat c. 2.* Hæc ita moribus obtinent: alioquin de *iure ciuili* admitti non possunt. *l. 7. C. de prob.*

10. Facilius contra scribentem ad instar *confessionis extraiudicialis* probant, *l. 26. §. f. depos.* si causam debendi habent. *l. 25. in f. de probat. c. 14. X. de fid. instrum.* Requiritur tamen (I) *vt debite recognoscantur*, (α) quod ipsius sit scriptura (ϐ) vel, siquidem tantum ab eo subscripta, quod *voluntate eius* omnia sint scripta. Proinde recognitio ad vtrumque dirigitur,

tur; nam ex *iusta* & *probabili causa* subscriptionem quis recognoscere & *contenta* diffiteri potest. CARPZOV. *de proc. t 14 art. 2. n. 6.* Publica recognitione nulla indigent. Requisita legitimæ recognitionis recenset MVLLER. *ad Struu. ex. 28. th. 24. lit. E.*

11. Si aduersarius se offert ad *iuratam diffessionem*, ea declinari atque *recognitio* fieri potest (1) per *testes*, qui scriptioni adfuerunt, quorum recognitio sit iurata necesse est. *Nou. 73. c. 1.* CARPZOV. *P. 1. c. 17. d. 14.* STRYK. *introd. in Prax. for. c. 19. §. 10.* (2) Per *comparationem litterarum*, adhibitis peritis, hunc in finem iuramento obstrictis. vid. *Nou. 73.* Hæc tamen *comparatio* fallax est, & *semiplenam probationem* tantum operatur. conf. DONELL. *l. 25. c. 2. de fide instrum. lit. V.* STRYK. *cit. l. §. 9.*

12. (II) *Vt legitime producantur* eo tempore, quo probatio facienda, h. e. vel intra *terminum probatorium*, vel, hoc non præscripto, *ante conclusionem* in causa. *c. 9. X. h.* Difficilius post, nisi ex iusta causa, & si pars non contradicat. MYNSING. *l. 6. O. 56. n. 9. 10.* Post *rem iudicatam* productio amplius fieri nequit. *l. 4 C. de re iudic.* vid. tamen *l. 31. de iurei. l. 35. de re iudic. l. 19. C. de transact.* Modus producendi instrumenta in Saxonia alibique fit per *articulos*, quod admodum consultum est, quamuis extra Saxoniam articuli non citra confusionem processus negligantur.

Quandoque hac de causa *editio* desideratur, de qua ad *tit. de edendo* actum.

13. (III) *Ne exceptione aliqua fides eorum infringatur*; recognoscuntur enim *saluis exceptionibus*. Huc pertinet (1) exceptio falsitatis, liquidissime probandæ, *l. 14. C. de contr. stipul.* (2) contestationis apud acta, se eis vsurum non esse, *l. 3. C. h.* (3) simulationis, *t. t. C. plus val. quod agit.* (4) quod scripturæ pugnantes ab eodem prolatæ sint: *l. 14. C. h.* si a diuersis, probabiliori statur. *l. 13. de probat.* vid. *tr. iur. eccles. protest. lib. II. tit. 19. §. 39. seqq.* (5) Cancellationis & rasuræ. *l. 24 de prob.*

14. (IV) *Vt adhuc illibata exstent.* Interim amissio eorum veritati non nocet, si alivnde factum adstrui possit, etiam si alias scriptura ad *essentiam negotii* spectet. *l. 1. l. 5. 7. 8. C h.* HVBER. *h. §. 29.* In eo vero casu, vbi scriptura *essentiam negotii* quodammodo ingreditur, tenor & amissio instrumentorum legitime probari debet hoc modo, vt doceatur (1) actum fuisse celebratum legitime, (2) super eodem scripturam confectam, (3) illam vero esse amissam, (4) casus amissionis exprimendus, *l. 5. C. h.* (5) scripturam vitiis caruisse, & omnia obseruata fuisse, quæ circa scripturam requiruntur, (6) doceantur omnia *contenta scripturæ* specifice &, (7) quod testes nouerint manum eius, qui subscripserit. HAHN. *ad W. h. n. 6. verb. quod sibi eius contrarium.* MEV. *2. D. 283. & 284.* Ceterum instru-

instrumenta publica ex *protocollis* redintegranda sunt.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. quicunque. 2. l. repetito. 3. l. in re hypothecæ 4. l. si res gesta 5.

Ex Codice l. 1. l. si aduersarius. 3 l. sicut iniquum. 5. l. cum instrumentis. 10 l. emancipatione. 11. l. scripturæ diuersæ. 14. l. in exercendis. 15. l. si conuentus. 16. l. contractus 17. l. comparationes. 20. l. cum quidam. 21. l. vlt.

Tit. V. (*IV. 20.*)

De testibus.

1. PArem vim in probando obtinent *depositiones testium*, quam *fides instrumentorum* habet. *l. 1 l. 12. D. h. l. 15. C. de fid. instr.* Sunt vero TESTES, *personæ fide dignæ, quæ ad fidem de negotio controuerso faciendam euocantur & legitime examinantur.*

2. In genere in *teste* requiritur (I) HABILITAS, talis scilicet, vt ei tuto possit fides haberi. vid. *§. 9.* Ob hunc defectum quidam *plane* sunt *inhabiles*, quidem vero *secundum quid. Illi* plane reiiciendi, quia (α) eorum examen foret frustraneum, MEV. *5. D. 217. & 7. D. 75.* nec (ϐ) sine alterius præiudicio: *horum* fides non omni exceptione maior est. HVBER. *h. §. 1.*

3. In habilitate hac attendendum (1) *ad integritatem quoad mentem.* Hoc intuitu in

totum repelluntur furiosi, mente capti, *l. 20. §. 4 qui test. fac.* quibus æquiparantur prodigi, *l. 40. de R. I. l. 6. de V. O.* item impuberes, *l. 3. §. 5. l. 19. §. 1. h.* etiamsi sint pubertati proximi. His tamen non omnis deneganda fides, præsertim si in pubertate de eo attestentur, quod in ætate impuberi viderint. CARPZ. *p. 1. C. 16. def. 55. n. 3.*

4. (2) *Ad integritatem quoad vitam & mores, l. 2. l. 3. §. 5 inf. h.* quæ nec *pauperibus* simpliciter deneganda. IVVENAL. *lib I. Satyr. 3. vers. 137.* Hinc repelluntur *intestabiles* in specie dicti, *l. 18. §. 1. qui testam. fac. poss.* quales sunt, ob carmen famosum damnati, *l. 21. pr. h.* iudicio publico damnati nec restituti, palam quæstum corpore facientes, *c. l. 3. § 5.* ob turpitudinem senatu moti. *l. 2. de senat.* Ceteri infames admittendi sunt salua exceptione & arbitrio iudicis, quanta ipsis habenda fides, *l. 13. h.* HVBER. *h. §. 13.* DONELL. *l. 25. c. 1. de testib. lit f. seqq.* De iure canonico etiam *non condemnati de crimine* repelluntur, si crimen iis obiectum intra *breuem terminum* probari potest. *c. 13. X. h. & c. 1. X de except.* Eodem modo infideles leges arcent a testimonio, *l. 4. l. pen. C. de hæret. & Manich.* quamuis *fidem theologicam* cum *politica* miscuisse videantur.

5. (3) *Ad integritatem eius sensus, per quem veritas dicenda.* Sic *surdi* in iis, quæ *auditu*, & *cæci* in iis, quæ *visu* percipiuntur, penitus reiiciuntur. STRYK. *de iure sens. diss.*

diff. 2. c. 4. n. 22. seqq. diff. 4. c. 4. n. 21. seqq.

6. (4) *Ad respectum reuerentiæ.* Hoc intuitu liberti *contra* patronos, *l. 3. §. 5. D. l. 12. C. h.* vt & vasalli contra dominum in causa criminali produci nequeunt. *2. f. 33. §. 1. vers. similiter.* Neque *pro illis* plene probant, vti nec *subditi* pro magistratu, nisi homagium iis relaxatum sit.

7. (5) *Ad causam, in qua veritas dicenda,* ne scilicet illa ad testem *proprio nomine* spectet, *c. 6. & 12.* X. *h.* seu ne eius emolumentum vel damnum *vltimo* in testem redundet. Vnde repellitur venditor in causa emtoris &c. MARTIN. *in proc. Sax. tit. 20. §. 2. n. 289. seqq.* HVBER. *h. §. 6. seqq.*

8. (6) *Ad motus animi seu affectus.* Hinc (α) reiiciuntur domestici, *l. 24 h. c. 24 X. h. l. 3. C. h.* & quibus imperari potest, *l. 6. h.* nisi veritas per alios *ex natura ipsius negotii* haberi nequeat: *c. 5. & 12. X. h. t. c. 10. de probat.* (ϐ) parentes & liberi: *l. 6. l. 9. h.* fratres. etiamsi separati sint, adhuc *quodammodo* suspecti sunt in causa fratrum: MEV. *7. Dec. 116,* MATTH. *de iudic. c. 9. th. 24.* (γ) amici & inimici. *l. 23. h.* DONELL. *c. l. c. 4.* Diiudicandum autem iudici, an tales admittendi, salua exceptione, an vero in totum repellendi? (δ) Aduocati in causis, in quibus præstitere patrocinium, *l. f. h.* sicut & iudex in causa, in qua iudicauit & similes. *c. 1. & 6. X. h. t.* Facit

enim ratio ambitionis, ne his *indistincte* credi possit.

9. Hæ omnes circumstantiæ, quibus adhuc aliæ addi possunt, ex *natura humana* deductæ, eo collineant, quod vel *non possint* vel *non præsumantur* tales testes dicere veritatem. Multum vbique relinquendum iudicis prudentis arbitrio.

10. (II) EVOCATIO TESTIVM. Sponte se ingerentes sunt suspecti. *arg. c. 2. X. h. I. P. S. lib. III. art. 37.* Consistit autem *euocatio* in eo, vt absentes (α) *euocentur per citationem l. 11. h.* & (ε) si venire nolint, *cogantur. l. 21. §. 1. D. l. 16. l. 19. C. h. Veniunt* autem testes sumtibus producentis, *l. 11. C. l. 3. §. 4. h.* & si *extranei* produci debent, per *literas subsidiales* examen expediendum. MEV. *4. D. 259. Coguntur* variis modis, etiam aliquando *tortura. l. 21. §. 2. h. t. l. 1. §. 10. l. 6. de quæst.* GAIL. *1. O. 98.* conf. *tr. de iur. eccles. protest. lib. II. tit. 21.*

11. Cogi tamen nequeunt (1) *clerici* ad reuelandum illud, quod ipsis in *confessionibus* est manifestatum. *c. 2. X. de offic. iud. ord. c. 12. X. de pœnit.* TEXTOR. *in pr. iudic. p. 2. c, 11. n. 58.* (2) *Aduocati* contra suos clientes in iis, quæ illis secreto manifestarunt. HVBER. *h. §. 17.* (3) *Consanguinei* & affines aduersus personas in *l. 4. & 5. h.* recensitas. (4) Vbi respectus intercedit alius necessitudinis & *reuerentiæ. l. 4. in f. cit.* (5) Qui alias ob iustum impedimentum *in iudi-*

cium

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0556
DFG

cium venire nequeunt, itidem excusantur; *l. 8. l. 19. pr. h.* testimonium tamen *domi* detrectare non possunt. DONELL. *l. 25. c. 16. lit. n.*

12. (III) EXAMEN TESTIVM. Propterea enim euocantur & producuntur. Ipsi *articuli probatoriales* exhibendi (1) *intra terminum probatorium* post L: C. Aliquando etiam *ante litem motam*, *ad perpetuam rei memoriam*, & quidem ab *actore* non aliter, quem (α) si lis nondum possit moueri, vel, lite iam mota, litis contestatio aliunde impediatur: (β) si testes ob *senectutem* vel *aliud impedimentum* liti non præsumuntur adfuturi. *c. 5. X. vt lite non contestat.* A *reo* vero *indistincte* tale *examen extraordinarium* desiderari potest. *c. 41. X. h. t.* Ceterum in ipso examine & productione omnia *regulariter* & legitime sunt peragenda, conf. tr. *de iur. eccles. protestant. lib. II. tit. 6. §. 4. seqq.* WERLHOF. *de exam. testium. extraordin.*

13. (2) *Formandi sunt articuli super eo, quod probandum est*, seu super quibus testes examinari debent, quod in *demonstratione* tamen non *desideratur.* In his requiritur (α) vt depromantur ex *libelli visceribus*, (β) vt sint *perspicui*, (γ) non *captiosi*, (δ) sed *succincti*, ne πολυζήτησιν contineant: (ε) de eo, quod probandum est, concepti: in dubio admittendi sunt, *saluo iure impertinentium.* MEV. *7. D. 117.*

14. *Offerantur* (3) *iudici debito modo*, quod fit mediante *schedula oblationis*, cuius contenta recenset STRYK. *introd. in pr for. c. 18. §. 2.* Subiiciatur articulis *directorium super quibus*, cum *designatione nominum testium.*

15. *Præfigendus* (4) *a iudice certus terminus*, *& ad eum pars aduersa citanda* (α) ad videndum iurare testes, *l. 19. C. h.* (ε) vt possit contra *testes* vel *articulos* excipere, ne illi examinentur vel hi admittantur, (γ) vt sibi exceptiones reseruare & *interrogatoria* exhibere queat. *c. 31. X. h.* BRVNNEM. *in proc. ciu. c. 20. n. 47.*

16. *Communicandi simul* (5) *parti aduersæ articuli probatoriales*, *ad formanda interrogatoria.* Hæc sunt vel (α) *generalia*, quibus in testium fidem, qualitatem, & aliam conditionem inquiritur, quæ late deducit MARTIN. *ad proc. Sax. t. 20. §. 2.* vel (β) *specialia*, singulos articulos speciatim illustrantia, & inprimis eo directa, vt *ratio* depositionis a testibus eruatur *idonea.* Deponens enim testis absque *ratione* nihil probat, etiamsi de ea ne quidem interrogatoria formata sint, quæ iudex *ex officio* supplere debet *c. 37. & 52. X. h. art. 65. C. C. C.* HAHN. *ad W. h. n. 6. verb. idoneam reddunt.* MARTIN. *c. l. n. 346.*

17. Cauendum vero (α) *ne interrogatoria sint inepta*, qualia plura ex merito perstringit IO. SAM. STRYK. *de inept. interrog.* (β) *Ne propriam testis turpitudinem*, *R. I. de anno 1654. §. 53.* vel *execrationes* contineant. MEV. *4. D. 270.*

D. 270. (γ) Vt sint *clara, perspicua & pertinentia.* BRVNNEM. *c. l. n. 56.*

18. *Citandi quoque*, (6) *ad diem dictum sunt testes*, quamuis si pars secum testes adduxerit, prout in *summario processu* fieri solet, non simpliciter repellendi videantur. MEV. *5. D. 302.* Aliud enim est, se ingerere testimonio: aliud petitam a se testimonii dictionem non recusare. Vocantur autem ad *locum iudicii*, exceptis personis egregiis, senibus, & valetudinariis, a iudice *domi* examinandis. conf. *c. 8. X. h.* Neque admittendi, si scriptum edere testimonium volunt. *l. 3. §. 1. l. 4. h. c. 3. C. 5. q. 2.*

19. *Testes in termino* (7) *obstringendi iuramento. l. 9. C. h.* Testi iniurato *moribus* non creditur, licet iure *antiquo Romano & diuino* aliud fuerit. vid. IO. SAM. STRYK. *de delat. iuram. in matrim. ab init.* Neque ab eo clerici sunt excepti. *c. 39. & 51. X. h. t.* Valere tamen pactum censeo, vt etiam *testi iniurato* credatur. MEV. *4. Dec. 76. & 5. Dec. 242.* Præcedit præstationem iuramenti *auisatio de periurio.* Præstito iuramento partes secedunt.

20. *Testes dein* (8) *seorsim, remotis partibus, examinentur, l. 19. C. h. l. 18. C. de fid. instrum. N. 90. C. f. c. 52. X. h.* ita (α) primum testis interrogetur super *interrrogatoriis generalibus*, dein, *specialibus*: (β) eo *ordine*, qui in *directorio* est præscriptus: vid. tamen STRYK. *c. l. §. 13.* (γ) *iisdem verbis* depositiones annotentur, quibus a testibus

ſtibus prolatæ ſunt: (δ) tantum de *articulis* & *ſubiectis interrogatoriis* examen inſtituatur. Vltra teſti non creditur, niſi forſan ſpeciatim a iudice de aliis cirumſtantiis ſit interrogatus, quod iudici, vtpote qui in veritatem inquirit, integrum eſt. *c. 37. & 52. X. h. t. c. 2. h. t. in 6.* (ε) depoſitio ſit *clara & categorica*, non vacillans, ſed ratione munita. MARTIN. *ad proceſſ. Sax. t. 20. art. 3. n. 210. ſeqq.* Finito examine, teſtes, *impoſito ſilentio, factaque prælectione*, dimittuntur. *l. 16. h.*

21. *Conficiendus* (9) *Rotulus*, de cuius modo vid. *R. I. de anno 1654. §. 52.* Antequam vero eius *publicatio* fiat, adhuc permittitur, termino probatorio non præfinito, (α) *vlterior teſtium productio*, & quidem *quarta* cum iuramento, *quinta* autem plane reiicitur. *auth. atqui ſemel. C. de prob. c. 15. 25. 36. 46. 55. X. h. Additionales* articuli difficilius admittuntur. MEV. *4. D. 336.* (β) *Reprobatio*, qua reus *directo* contrarium probare intendit, *l. 9. C. de except.* eodem, quo probatio, modo peragenda.

22. *Facienda dein* (10) *publicatio atteſtationum*, ad quam partes citandæ. Hæc operatur, vt teſtes vlterius produci nequeant, *Nou. 90. c. 4. c. 46. X. h.* nequidem in *ſecunda inſtantia; c. 17. X. h. clem. 2. h. t.* quamuis adhuc ex *probabili cauſa* id plures admittant per *l. 4. C. de temp. appell.* MYNS. *1. O. 41.*

23. *Suc-*

23. *Succedit* (11) *disputatio attestationum*, STRYK. *c. l. §. 18.* vbi disputatur (α) de *examinis solennibus*, (β) *habilitate & fide testium*, (γ) *dictis testium.* Dictis testium opponitur, quod sint (1) *contradictoria*, (2) *obscura*, (3) *incerta*, (4) *singularia*. vid. STRVV. *ex. 28. th. 48.* HAHN. *ad W. h. n. 6.*

24. *Denique* (12) *iudex finita disputatione decernit, an & quatenus probatum fuerit, quod probandum erat. l. 6. §. 1. de offic. præs.* Qua de causa æstimabit, (α) quanta fides *testibus* tribuenda, imo aliquando *inhabilium* testimonio fidem adscribere debet, si veritas aliter ex *natura negotii* & *per se* haberi nequeat. HAHN. *ad W. h. in f.* (β) In *dictis testium* obseruabit, vtrum *directo* sibi contradicant, an vero de diuersis factis, ad idem tamen tendentibus, deponant, quæ *singularitas* dicta testium magis firmat, quam eneruat. (γ) Obscuram testium depositionem per *vlteriorem testium repetitionem* declarabit, antequam sententiam ferat.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. l. testium. 3. pr. §. 1, 3. 6. l lege Iulia 4. l in legibus. 5. l. idonei. 6. l. 9. ll nullus idoneus. 10. l, Vbi numerus 12. l. quæsitum. 13. l. ex eo. 18. l. ob carmen. 11. pr. §. 1. vlt. l. produci. 23. l. vlt.

Ex Codice Etiam l. 3. l eos testes. 5. l parentes. 6. l. iurisiurandi 9. l. omnibus. 10. l. quoniam. 11. l. qui falsa 13. l. constitutio. 61. l. si quis. 17. l. si quando 19.

Tit. VI.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0561
DFG

Tit. VI. (*I. 18.*)

De iuris & facti ignorantia.

1. IGNORANTIA est *simplex scientiæ negatio.* Si vero quis *peruersam de re formauerit sibi ideam*, est potius ERROR. Vt plurimum tamen confunduntur.

2. Quando *ius* ignoratur ab eis, qui scire hoc debebant & poterant, dicitur *ignorantia iuris.* Quando vero illa, quæ in *facto* consistunt, ignorantur, dicitur *facti*, quæ rursus vel facti *alieni* vel *proprii.*

3. Vsus harum diuersarum ignorantiæ specierum est, quod *iuris* noceat, si (α) agitur vel *de lucro* captando: *l. 7. h. l. 9. C. ad l. Falcid.* HVBER. *h. §. 3.* (ε) vel de *solennibus* adhibendis, quia in his peritiores consulere debuisset: *l. 9. §. 3. h.* vel (γ) de delictis iure naturæ prohibitis. *l. 2. §. 1. si quis in ius voc. l. 7. §. 4. de iurisd. l. 3. §. 22. de SCt. Syllan. Minoribus* tamen, *rusticis* & *militibus* etiam ignorantia iuris quoad *lucrum captandum* non nocet. *l. 9. §. 1. D. l. 1. l. 9. pr. l. 11. C. h. l. vlt. C. de testam.* Imo hodie ignorantia iuris *Romani* & *canonici culpæ latæ* amplius adscribi nequit, sed plerumque excusationem præbere debet, quia ius partim *incertum*, partim *idiomate peregrino* scriptum est, vt iudex facilis esse debeat in concedenda *restitutione*,

ne in integrum. vid. supra *P. 1. p. 22. §. 11.* SCHILTER. *ex. 24. §. 34.* PRAESCH. *de ICto vero & person. §. 17.* 10. SAM. STRYK. *de certior. iur. renunc. c. 2.*

4. Facti *alieni* excusat, insimulque praesumitur; *l. 23. C. de probat.* modo non sit *nimis crassa & affectata, l. 3. §. 1. l. 6. l. 9. §. 2. h.* vel alias a lege reprobata ob publ. vtilitatem, vt in vsucapionibus; THOMAS *ad Hub. h. in f.* quamuis etiam *restitutioni* hic *ex æquitate* locus sit. Difficilius *proprii* excusat, HAHN. *ad W. h. n 3.* nisi *iusta & probabilis* afferatur *causa*, propter memoriæ humanæ imbecillitatem. ID. *c. l.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. in omni. 2. l. in iniquissimum. 5. l. nec summa. 6. l. iuris ignorantia. 7. l. iuris. 8. l. Regula. 9. pr. §. 3.

Ex Codice l. quamuis. 2. l. si emancipata. 3. l. error facti. 7. l. cum testamentum. 8. l. cum quis. 10. l. quamuis 11. l. ne possim. 13.

Lib. XXIII. Tit. I. (V. 1.)

De sponsalibus.

1. SPONSALIA, quæ præcedere solent nuptias, dicuntur *mentio & repromissio categorica futurarum nuptiarum. l. 1. h.* vid. A. GELL. *N. Att. lib. 4. c. 4,* Vnde non absonum est asserere, sponsalia per *pactum* contrahi, sicuti

sicuti olim per *sponsiones*. STRYK. *de diff sponsal. s. 1. §. 5. seqq. & §. 16.*

2. Patet hinc, *sponsalia* differre ab ipso *matrimonio*, quamuis *in nonnullis* leges sponsam cum vxore iisdem frui iuribus voluerint, quando *matrimonii & sponsalium* eadem prorsus est ratio, vt in *l. 15. 16. h. t. l. 13. §. 3. l. 11. §. 7. ad L. Iul. de adult. l. 15. §. 24. de iniur. l. 16. h. l. 32. §. vlt. de donat. inter Vir. & V. l. 17. §. 1. de reb. aut. iud. poss. l. 5. de testib*, vid supra *tit. de his qui sui vel al. §. 6. & 8.* conf. HVBER. *p. 2. digress. l. 1. c. 11. seqq.*

3. In plurimis tamen adhuc differunt. Nam (1) sponsalia intra annum luctus, *salua fama* possunt celebrari: *l. 10. §. 1. de his qui not. infam.* (2) non tribuunt *ius in corpus*, nec (3) *forum* mariti eiusque dignitatem: *l. 32. ad munic.* (4) donatio inter sponsum & sponsam valet: *l. 32. §. pen. de donat. int. V. & vx.* (5) in sponsalibus sufficit ætas infra pubertatis terminum: *l. 7. l. 9. h.* (6) sponsalia non contrahunt affinitatem: (7) facilius rescinduntur, quam ipsum matrimonium: (8) *solennitatem* non requirunt: (9) contra ea potest *iuramentum* deferri: (10) stuprum sponsæ illatum mitius punitur, quam adulterium: (11) contra sponsalia minor potest restitui in integrum: (12) tutela materna per illa non perit, nec (13) filiæ statim sui iuris fiunt: (14) lucra matrimonii negantur sponsæ. &c. (15) sæpe diuturnam dilationem habent. *l. 17. h.*

4. Re-

4. Perficiuntur sponsalia (I) *mutuo consensu. l. 11 h. t.* Hinc (α) *impuberes* non aliter ea contrahunt valide, quam si (1) septimum attigerint annum: *l. 6. l. 9. h.* (2) illa ratihabuerint puberes facti; possunt enim impune ab iis recedere.

5. Porro (β) *dolus*, quia consensum excludit, sponsalia vitiat, vt nec *iuramento* confirmentur, STRYK. *c. l. s. 2. §. 10.* nec culpa alterius consideretur, si forsan cautius inquirere potuisset. Talia sponsalia vero demum sunt nulla *secundum quid*, h. e. vt deceptus hoc vrgere possit, non decipiens. ID. *c. l. §. 12. 14. seqq.*

6. (γ) *Error*, circa illa commissus, quæ communiter ab omnibus *tacite* subintelligi solent, *l 68, de iur. dot. c. 25. X. de iurei.* præbet iustam causam recedendi a sponsalibus, vt si quis pro virgine *corruptam*, seruam pro *libera* sibi desponsauerit. In ceteris, quæ *ordinarie* in iis subintelligi non solent, error commissus imputatur erranti, nisi per modum *conditionis* adiecta sint, vt alter in *dolo* versatus fuerit. HVBER. *h. §. 16.* Neque enim *vidua* repudiari potest, quam quis per errorem *virginem* existimauit.

7. *Consensus* (II) debet esse *liber*. Metu contracta sunt nulla, modo (*a*) metus non sit *reuerentialis*, nec (*b*) *propria culpa* causatus, sed (*c*) speciatim ad sponsalia directus, nec (*d*) ex postfacto purgatus. STRYK. *in not. ad Brunn. ius eccl. l. 2. c. 16. §. 3. verb. li-*

cet minor sit metus. conf. *diss. de matrim. coacto.*

8. (III) *Mutuus. Acceptatio categorica* accedere debet, das Ja-Wort, vt nihil amplius determinandum supersit. Ante illam, alteri parti integrum est recedere, adeo vt etiam *reuocatio procuratoris*, ad hoc negotium missi, effectum habeat, licet ipse, antequam illa in notitiam eius veniat, post negotium absoluerit. *c. f. de procur. in 6.*

9. (IV) *Legitime declaratus, l. 4. h.* etiam *tacite, c. 23. X. h. t.* hunc in finem accedere solent arrhæ. *l. 3. C. h.* MVLLER. *de annulo pronubo.* Neque enim *vaga & dubia* verba sufficiunt, HVBER. *h. §. 11.* quamuis, re non amplius integra, alteri *iuramentum purgatorium* deferri possit. Vt ergo talis ambiguitas in *negotio* tam *arduo* euitetur, & *publice* constet, negotium esse absolutum, in *plerisque locis Germaniæ testes* adhiberi debent, quo facto, dicuntur *publica*; sicuti *nuda & clandestina*, quæ remotis arbitris fiunt. Si vero *ordinationes ecclesiasticæ* speciatim *testium præsentiam* non requirunt, sufficit, si ex partium confessione de consensu constet, quo solo de *iure communi* sponsalia contrahuntur. BEVST. *de sponsal. c. 26.*

10. (V) *Sponsalitius* h. e. de futuris nuptiis celebrandis: *matrimonialis* constituit ipsum matrimonium. Proinde si consensus exprimitur *verbis de præsenti* scil. *matrimonio*, cuius formula in *c. 9. X. h. t.* occurrit, vt tamen actuale

le matrimonium non contrahatur, *sponsalia de præsenti* inde secundum *ius canonicum* nascuntur; vera autem sponsalia, quando de *futuro matrimonio* promissio fit, dicuntur *de futuro c. 2. 32. §. h.* Protestantes hoc inuertunt, ita, vt *pura*, quæ pontificii *de futuro* dicunt, ipsimet appellent *de præsenti*; ad sponsalia *de futuro* autem referant, (α) *pacta* de futuris sponsalibus, quod ineptum est: (ε) sponsalia *conditionata*, & (γ) *impuberum*. Sed hoc modo doctrina hæc mirifice turbatur.

11. Vsus huius distinctionis esse dicitur, (α) quod a sponsalibus de *futuro* facilius recedi possit: (ε) quod in concursu sponsalia de *præsenti*, etiam posteriora, præferantur. &c. vid. diss. de *incongrua praxi distinct. inter sponsal. de præsent. & de fut. in foris protest c. II.*

12. Conditionata etiam pontificii ad sponsalia *de futuro* referunt, *t. t. X. de condit. appos.* sed non ideo, quia sunt *conditionata*, sed quia etiam in his, æque vt in *puris*, *de futuro matrimonio* sibi inuicem fidem dant. Ipsa doctrina de *conditionatis sponsalibus* dependet ex natura *conuentionum conditionalium*. Hinc (α) pro *impleta* habetur, si per alterum stat, quo minus impleatur: *l. 161. de R. I. l. 85. §. 7. de V. Obl. l. 24. pr. l. 45. l. 66. in f. de cond. & dem.* (β) *impossibilis* & *turpis*, vt in ceteris conuentionibus, non obligat. *l. 31. de obl. & act.*

13. *Poenitentiæ* (γ) non est locus in *conditionatis*, sed expectandus *euentus*; CVPRAE-

vs *de sponsal. c. 8. §. 4.* potest tamen is, qui eam apposuit, altero inuito, ei renunciare. CARPZOV. *iurispr. conf. l. 2. d. 24. n. 4.* Hoc etiam censetur *tacite* factum, si quis sponsam carnaliter cognouerit. *c. 6. X. de condit. appos.*

14. (IV) *Consensus parentum*, adeo vt ex hoc defectu imprimis *clandestinitas* oriatur, licet alii testes adfuerint. *c 3. C. 30. qu. 5.* Neque purgatur hoc vitium ex subsecuto concubitu, BROVWER. *de iur. connub. l. 1. c. 13. §. 45.* DONELL. *l. 13. c. 20. lit v.* ibique HILLIGER. quamuis ex erroneis principiis hodie in plurimis consistoriis aliter pronuncietur, forsan ex autoritate CARPZOV. *lib. II. iurispr. consist. def. 60.*

15. Neque tamen, vti *de iure Romano*, hodie præcise ad *præcedentem consensum patris* respicitur, sed (1) ille dependet ex *iure reuerentiali*; adeoque (2) suo ordine & *matris ac reliquorum ascendentium* requiritur: quin etiam ex statutis quorundam locorum, (3) *curatorum*, conf. MEV. *ad ius Lubec. l. 1. t. 4. a. 4.*

16. Parentes tamen absque *iusta causa* nec liberos prohibere, vxores ducere nec consensum denegare queunt; *l. 19. de R. N* BYNKERSHOEK. *lib. IV. obs. C. 13.* alias hodie consistorium imploratum defectum consensus supplere solet, modo *re integra* reuerenter liberi consensum parentum implorauerint. MEV. *c. l. art. 2. n. 10.* Interim pater, propter neglectum eius consensum, filiam non aliter ex-

exheredat, quam si *indigno* nupsit. GAIL. 2. O. 95. n. 17. 18. STRYK. *de caut. test. c. 19. §. 35.*

17. Ex sponsalibus rite initis oritur *firma obligatio ad illa consumanda.* Magis tamen commonendi, & *carcere* vel *mulcta* inducendi sunt, vt fidem datam seruent, quam vt obtorto collo ad ἱερολογίαν rapiantur. *c. 2. X. h.* MEV. *3. Dec. 382. & 383.* STRYK. *de diss. sponsf. s. 2. §. 7.* Interim *absolute refractarius* parti ad *interesse*, magistratui vero ad *poenam* tenetur. MEV. *3.* D. *383. & 6. D. 355. 357. 359.*

18. Modo *nulla iusta subsit causa recedendi a sponsalibus.* Alias enim *impune* recedit, quo pertinent (I) causæ *nullitatis* ob vitia *§. 5. sqq.* notata: (II) causæ iustæ *repudii*, desumtæ ex *notabili* rerum & status *mutatione*, veluti (α) si sponsus vel sponsa stuprum commisit: FINKELTH. *obs. 20. n. 85. seqq.* (β) si alteruter crimen perpetrauit: (γ) si alter desponsatorum morbo periculoso, v. c. gallico, laborat: BROVWER, *de iur. connub. l. 1. c. 25. n. 32.* NICOL. *de repud. c. 2. n. 101.* STRYK. *c. l. f. 2. §. 41.* (δ) nimius oris fœtor hactenus dissimulatus vel superueniens. ID. *c. l. 9. 42.* &c. Et in genere si deficit conditio, *rebus sic stantibus, c. 25. X. de iurei.* vel alia, quæ subintelligi solet. Mutuo denique (ε) dissensu recte etiam dissoluuntur. *c. 2. X. h. t.*

19. Aliquando quoque dissoluuntur sponsalia (1) *elapso tempore præfixo*, quatenus *finiendæ* obligationis causa adiectum; tunc enim libe-

ratur, per quem non ſtat, quo minus conſumentur ſponſalia. Si *certum tempus* non adiectum, ſponſi, ex *iuſta cauſa* abſentis, reditus expectandus. vid. *l. 2. C. h. l. 2. C. de repud. c. 5. X. h.* (2) *Concurſu ſponſaliorum.* Sic priora *publica* præferuntur poſterioribus publicis, *c. 15. 30. 31. X. h. c. vlt. de ſponſ. duor.* licet ad poſteriora *concubitus* vel *copula ſacerdotalis* acceſſerit STRVK. *c. l. ſ. 4. c. 2. §. 5. ſeqq.* Præterea *publica* indiſtincte clandeſtinis præferenda, *c. 2. de clandeſt. deſponſ.* non vero ſemper pura conditionatis.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. ſufficit. 4. l. in ſponſalibus. 7. §. 1. l. ſponſalia 11. l. ſed quæ patris. 12. l. In ſponſalibus. 14. l. oratio 16. *Ex Codice* l. ſi is qui. 2. l. oritur. 3. l. mulier. 5.

Tit. II. (V. 4. ſeqq.)

De ritu nuptiarum.

1. MATRIMONIVM *eſt legitima maris & feminæ coniunctio procreandorum liberorum & indiuiduæ conſuetudinis gratia inita.*

2. Pleraque, quæ ad *ſponſalia*, etiam ad *matrimonium* ipſum requiruntur. His addenda ſequentia: (1 *Legitima ætas. pr. I. h. l. 4. h.* Infra legitimam ætatem matrimonium ineundum *diſpenſationem* deſiderat; quamuis in eo non tam ad *annos pubertatis*, quam ad *prudentiam regendi & alendi familiam* reſpiciendum videatur.

Inde

Inde patri quandoque *iusta dissentiendi causa* nascitur.

3. (II) Olim requirebatur, *vt essent ciues Romani:* peregrini & serui *legitimum* non contrahebant matrimonium. *l. 14. §. 3. h.* VLPIAN. *fragm. t. 5. §. 4 5.* Sed hodie *seruorum* & *propriorum hominum* matrimonia sunt *rata*, licet non *legitima. t. t. X. de coniug. seru.* MEV. *1. D.* 222. In nonnullis locis liber homo, proprii hominis ducens filiam, fit proprius. STRYK. *ad ius eccles. Brunnem. l. 2. c. 16. §. 18.* Multo minus hodie *peregrinitas* attenditur, cum etiam *iudæorum matrimonia* sint iusta.

4. (III) *In personis coniungendis adesse debet generandi potentia.* Sufficit tamen *spes;* vnde *senes* non prohibentur, quamuis olim *lege Papia Poppæa* sexagenario & quinquagenariæ interdictum fuerit matrimonium, VLP. *in fragm. tit. 16.* postea a IVSTINIANO permissum in *l. 27. C. h.* ARNIS. *de iur. connub. c. 2 §. 4. n. 20. seqq.* Vbi vero nulla spes supereſt, ibi matrimonium non est *legitimum*, v. c. in castrato. *c. 2. & 3. de frig. & malef. l. 14. in f. de manumiss. vind.* Cons. DELPHINI *tr. de matrim. eunuch.*

5. (IV) *Personæ coniungendæ non debent esse nimis propinquæ.* Hic, vti rite versemur, respiciendum (1) ad *consanguinitatem.* Hæc inter personas coniungendas inde æstimatur, si ab eodem *stipite*, non adeo *remoto*, perso-

næ coniungendæ descendant: siue iustæ nuptiæ interuenerint, siue non: siue vinculum *vnilaterale* adsit, siue *bilaterale*. STRYK. *c. l.* §. 20. Inde *ciuilis*, *spiritualis*, & *poenitentialis* cognatio non adeo inter *protestantes* attenditur, nisi quod in *ciuili* aliquando opus sit *dispensatione principis*.

6. (2) In *consanguinitate* potissimum ratio habenda *computationis*, quæ duplex, vel *ciuilis*, vel *canonica*. Hæc quamuis non adeo vbique commoda, in materiis tamen *matrimonialibus* & crimine incestus; illa in *successione* & inde dependentibus iuribus obtinet. Modum computandi gradus hic suppono, vnde actum agere nolo.

7. In ipsa prohibitione (3) ratio habenda α) *iuris diuini Leuit. XVIII.* contra quam nullum admitti potest matrimonium. Etenim si vel maxime *ius positiuum vniuersale* non datur; leges tamen Mosaicæ, *mores priuatos* dirigentes, nullibi abrogatæ sunt, christianos etiam, qui *a iudæis* descenderunt, obligantes. Ipsa prohibitio iuris diuini se extendere non videtur vltra personas *cit. l* enarratas, nisi *eadem adsit ratio*. vid. *tr. de action. in f.* Contrariam sententiam tuetur THOMAS. *lib. III. iurisprud. diu. c. 3. n. 129. seqq.*

8. Deinde β) ratio habenda *iuris positiui*, quod ex *iustis causis* latius prohibitionem extendere potuit, vt sanctior esset *prohibitio diuina*. Sic (a) pro-

prohibitio vtroque iure in *linea recta* est in infinitum: (b) in linea *collaterali* autem in plerisque Germaniæ prouinciis A. C. extenta est ad gradum *tertium & secundum lineæ inæqualis*, vt in gradu tertio lineæ æqualis demum admittatur, nisi *respectus parentelæ* obstet; ille enim (c) resistit matrimonio in omni gradu. Alibi inter *protestantes* & gradus tertius lineæ æqualis adhuc prohibitus est. STRYK. *c. l.* §. 21

9. Similiter respiciendum (d) ad *affinitatem*, quæ (α) per *copulam carnalem quamcunque*, non tantum per *matrimonium* contrahitur. *c. pen. X. de eo qui dux in vx.* attenditurque illegitima in impedimento matrimonii, non in aliis iuribus affinibus propriis. (β) Sola *desponsatio* non inducit affinitatem, operatur tamen (γ) *impedimentum honestatis publicæ*, vt dispensatio adhuc in *quibusdam casibus* impetranda sit. *l. 12.* §. *1. 2. l. 14. in f. h. t. c. 6. X. de desponsi. impub.*

10. Contrahitur affinitas inter alterum coniugem & alterius coniugis cognatos, non vero inter vtriusque coniugis cognatos. *c. 5. X. de consanguin.* Hinc (α) nouercæ *mater* & *soror* mea affinis non est, nec (β) compriuigni inter se sunt affines, quamuis *de iure diuino* prohibitum inter eos dicatur matrimonium si *communis frater* adsit. *Leuit. XVIII, 11.* STRYK. *c. l.* §. *23.* THOMAS. *c. l. n. 150. seqq.*

11. Prohibitio in *affinitate* eadem est *iure*

communi, quæ est in *consanguinitate*, ita vt cuicunque vxor in consanguinitate non potest nubere, ob gradus proximitatem, eandem in eodem gradu nec maritus vxorem ducere possit. SCHILT. *ex. 36. §. 39. seqq.* Ius diuinum hanc regulam non sequitur, sed tantum, ne quis *patrui* vel *auunculi viduam* ducat, prohibet, adeo vt nequidem matrimonium cum *vxoris defunctæ sorore absolute* prohibeat.

12. (6) Porro in *affinitate* occurrunt tria *genera*, quamuis *tertium* attendi non soleat. Scilicet vbi personæ affini per nuptias alia accedit, ibi *secundum genus affinitatis* oritur, vt inter me & sororis meæ defunctæ mariti alteram coniugem. Neque attendi solet, nisi adsit *respectus parentelæ. l. 15. h. c. pen X. de cons. & affin.* BRVNNEM. *cit. l. n. 23.* CARPZ. *iurispr. cons. lib. 2. def. 101. n. 13.*

13. Cauendum quoque (V) *ne aliud impedimentum ciuile subsit.* Nam variis aliis ex causis prohibitum est matrimoninm, veluti (α) inter tutorem & pupillam ante redditas rationes & *tempora restitutionis* præterlapsa: *l. 36. seq. l. 60. l. 66. h. t. t. C. de interd. matr. int. tut* pupillus vero ducere potest tutoris filiam: *l. 64. §. f. h.* (β) inter senatores & abiectæ conditionis homines. *l. 23. l. 27. l. 47. l. 49. h.* Sublata est hæc prohibitio iure nouiori, *l. 23. C. h. l. 13. C. de dign. N. 78. c. 3. N. 117.* & praxi quoad *priuatos* seu *mediatos.* FELTMANN. *de impari matrimonio,* HENRIC. SALMVTH. *de matrim. princip. cum virg. nob.* Inter

ter illustres tamen hoc casu *matrimonia ad morganaticam* seu *ex lege salica* ineuntur, LINCK. *de matrim. ex L. Sal. contract.* quæ, cum sint *concubinatus* quædam species, inter vtrinque *nobiles mediatos* sine *principis dispensatione* iniri nequeunt. STRYK. *de diss. spons. sect. 5. §. 72.*

14. Prohibitum quoque est (γ) matrimonium inter *iudæum* & *christianam: l. 6. C. de Iud.* vid. tamen *1 Cor. 7. 12.* (δ) inter *adulterum* & *adulteram. Nou. 134. c. 12.* Sed de iure canonico restricta est hæc prohibitio ad duos casus; (a) si adulterium cum *promissione futuri matrimonii* factum, & alter alterius conditionem nouerit. WAGNERECK. *ad c. f. h.* (b) Si adulterio coniuncta fuit *machinatio in vitam alterius coniugis. c. 3 & 6. X. de eo qui duxit in matr.* modo facta fuerit, matrimonii ineundi causa. LINCK. *ad cit. tit. §. 3.* Præstaret tamen, vt ius ciuile *indistincte* valeret. STRYK. *ad Brunnem. ius eccles. c. l. §. 16.*

15. Denique (ε) inter *raptorem* & *raptam. l. vn. C. de rapt. virg.* Hoc iure canonico permittitur, *c. f. X. de rapt.* si mulier rapta in libero loco constituta postmodum in matrimonium consentit. LINK. *ad cit. tit. §. 3.*

16. (VI.) *Contrahendum est matrimonium inter vnum marem & vnam feminam.* In N. T. CHRISTVS reuocasse dicitur matrimonium ad *primæuam institutionem*, qua Deus *monogamiam* constituit, vt *polygamia*, veteri testamento per-

permissa, inter nos cesset, adeo vt etiam Iudæi illam non possint ambire. *l. 7. C. de iud.* HAHN. *in diatagm. iudæor. th. 12. in not. l. a.*

17. Polygamia tamen *successiua* prohibita haud est, *I. P. S. lib. 2. art. 23.* modo (α) *secundæ nuptiæ non sint nimis festinatæ;* alias pœna infamiæ intra *annum luctus* nubens aliaue punitur *l. 8. D. d. his qui not. inf. l. 1. l. 2. C. de sec. nupt.* quam tamen remittit ius canonicum. *c. pen. & vlt. X. de sec. nupt.* Præterea vidua pastoris intra annum nubens perdit annum gratiæ. CARPZ. *iurispr. eccl. l. 1. de 185.* (β) *De morte prioris mariti constet. c. 19. X. de sponsal. c. 2. X. de secund. nupt.* quæ aliquando per vnum testum probari potest. *Nou. 117. c. 11.* (γ) Secundum ius plurimorum locorum liberis prioris matrimonii satisfactum fuerit.

18. In *fauorem* tamen liberorum ex priori matrimonio quæsitorum, & *odium* secundarum nuptiarum nonnulla singularia obtinent iura in secundis nnuptiis, (α) quod coniux eo ipso amittat proprietatem rerum a defuncto relictarum, retento solo vsufructu: *N. 22. c. 23.* (β) mater amittat tutelam: *auth. sacramentum. C. quand. mul. tut. offic.* (γ) in maritum secundum non possit quocunque modo plus transferre, quam singulis ex liberis prioris matrimonii, quibus minimum relictum. *l. 6. C. de sec. nupt.* Huius legis obseruantia iis inprimis in locis cessat, in quibus *communio bonorum*

rum obtinet, vel coniuges certam *portionem statutariam* lucrantur. STRYK. *in V. M. tit. de hered. instit. §. 3.* Denique (δ) amittit dignitatem prioris mariti, *l. 12. pr. de senat.* forum, sepulturam &c. HVBER. *h. §. 17. seqq.*

19. Necesse quoque est, (VII) *vt consueti ritus accedant*, quamuis hi ad *substantiam matrimonii per se* non pertineant, sed, *vt solennior sit declaratio consensus matrimonialis, in statu ciuili* necessarii sint. Hinc præcedere debet (I) *publica proclamatio*, vbi requiritur (α) vt *fiat debito loco*; vid. *ius paroch. S. 4. C. 3. §. 2. 3.* (β) *vbi causa est ambigua:* si constat, nullum esse impedimentum, facilius remitti potest: STRYK. *ad ius eccles. Brunn. c. 1. §. 6.* (γ) *per tria interualla* & quidem in tribus diebus dominicis, proxime se subsequentibus: vid. *ius paroch. c. l §. 8. 9.* (δ) *debito modo:* nam *clausulam perpetui silentii* in se continere debet, quæ tamen nihil operatur, si matrimonium ob prohibitionem iuris diuini est nullum.

20. Accedere debet (II) *benedictio sacerdotalis*, facienda a parocho competente, ordinarie ipsius sponsæ. SCHILT. *instit. iur. can. l. 2. t. 11. §. 9. in f.* Neque enim alienus admitti potest absque *dispensatione consistorii.* CARPZOV. *iurispr. conf. l. 2. d. 148.* Denique (VIII) iure Germanico *conscensio thalami* accedere debet, vt omnes effectus matrimonii legitimi sequantur. *I. P. S. lib. 1. art. 45. lib. 3. art. 45.*

21. Effectus legitime contracti matrimonii sunt

sunt vel vtrique *communes*, vel singulis *proprii*. Ad *illos* refero *vinculum coniugale*, vi cuius alter alteri tenetur (α) ad debitum amorem: (β) debitum coniugale, adeo vt pars refractaria ad id cogi, & in casu *extremæ contumaciæ* diuortium decerni possit: (γ) ad perpetuam vitæ consuetudinem: (δ) in quibusdam locis operatur *communionem omnium bonorum*, quæ in Germania olim vbique obtinuit iuri Romano in cognita *l. 57. §. 1 sol. matr. l. 16. §. 3. de alim leg.* Vnde hoc iure vxor disponere nequit de bonis suis sine *mariti consensu. I. P. S. lib. 1. art. 45.*

22. Quoad *hos* maritus (α) recipit potestatem in vxorem, cum humanitate exercendam, *Eph. V. 22. seqq. Col. III. 19. 1. Petr. III. 7.* nam respiciendum non tantum ad id, quod *licitum*, sed quod *honestum* est. (β) Ius acquirendi per vxorem ex operis *obsequialibus* & *œconomicis*: STRVK. *dissert. de operis vxorum c. 2. & 3.* adeoque omnia, quæ in domo mariti sunt, præsumuntur ad maritum spectare, nisi probata fuerit illatio. *l. 51. de donat. int. vir. & vxor. l. 6. C. eod.* STRYK. *in V. M. tit. de donat. int. V. & V. §. 12. seqq.* MEV. *5. D. 359. n. 12.* (γ) Vxorem alere & defendere, *l. 2. de iniur.* & in defectu dotis sepelire tenetur. *supr. tit. de relig. §. 8.*

23. Vxor participat de dignitate mariti, *l. 8. l. f. de senat.* sequitur eius forum, *l. pen. de iurisd.* sacra, domicilium *l. 5. h. l. vlt. ad municip.* adeo vt etiam maritum relegatum, vel alio trans-

transferentem domicilium sequi teneatur, nisi (*a*) pactis dotalibus aliter prouisum: HILLIG. *ad Donell. lib. 31. c. 21. l. lit m* (& vel circumstantiæ & *rationes æquitatis* aliud suadeant. Relegatam vero vxorem maritus sequi *regulariter* non tenetur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. nuptiæ. 2. l. minorem 4. l. Denique. 6. l. ideoque 7. l. si qua mihi 12. l. Adoptiuus. 14. § 2. 4. l. vxorem 15. l. Oratione 16. l. capite. 19. l. sciendum. 20. l. non cogitur. 21. l. seqq. l. in liberæ. 24. l. simulatæ 30. l. generali. 34. § 2. l. si quis officium. 38. § pen. l. semper. 42. l. palam. 43. §. 12. 13. l. senatoris. 47. l. nuptiæ. 13. l. & nihil interest. 54. l. qui in prouincia. 57. § 1. l. vlt.

Ex Codice l. si vt proponis. 5. l. 7. l. in copulandis 8. l. cum re. 10. l. nec filium. 12. l. neque ab initio. 14. l. viduæ 18. l. in coniunctione 20. l. si quis. 26. *de nupt.* l. neminem. 2. l. qui contra legem. 4. l. fratris vxorem. 5. auth. l. ex complexu. l. licet quidem. 8. *de incest. & inut. nupt.* l. SCti. 1. l. mater. 2. l. curatorem. 5. l. si patris. 6. l. si tutor. 7. *de interd. matrim. inter pup. & tut.* l. si qua mulier. 1. l. feminæ. 3. cum auth. subiectis. l. cum aliis. 4. l. generaliter. 5. l. Hac edictali. 6. *de sec. nupt.* l. si vsumfructum. 1. auth. hoc locum habet. *si secund. nupt. mul.*

Tit. III. (V. 11. 12. 15.)

De iure dotium.

1. DOs *est certa res, vel aliquando vniuersitas patrimonii, data marito dotis nomine, vt inde onera matrimonii facilius sustinere queat.* Alias etiam *titulum* vel *rem in dotem*

tem datam denotat: hic autem imprimis sumitur pro *iure marito in dote constituto*, nec est species separata *iuris in re*. HVBER. *p. 1. digress. p. 333*

2. Dos est vel *profectitia* vel *aduentitia*. Illa proficiscitur a patre, *qua tali*, non habito respectu *patriæ potestatis*. *l. 5. pr. §. 11. h.* Hæc a matre vel aliis datur. *l. c 5. §. 11. l 6. C. h.* In dubio a *patre* constituta censetur *profectitia*. *c. l. 11. §. vlt.* *Aduentitia* ab *extraneo* promissa non debetur, nisi *determinata* sit, *l. 1. C. de dot. promis. l. 69. §. 4. h.* bene tamen *profectitia*. *l. 69. cit.* HVBER. *h. §. 7.* Hæc magis *necessitatis*, illa *voluntatis*. Interest quoque respectu *repetitionis* dotis VLP. *in fragm. t. 6. §. 3. seqq.* STRVV. *ex. 30. th. 49.* vt & *euictionis* præstandæ, cum pater facilius ad dotis euictionem teneatur, quam *extraneus*. BVRGVND. *de euict. c. 9. n. 17. l. 1. C. h.*

3 Requiritur LEGITIMA CONSTITVTIO, quæ fieri *ex officio* debet (1) *a patre*. *l. 6. de collat. l. 69. §. 4. h.* ex ratione *l. 2. h.* licet (α) filiam non amplius habeat sub sua potestate: *l. 19. de R. N. I. vlt. C. dot. prom.* (ϐ) fillia *propria* possideat *bona*; *l f. cit. l. 5. §. 11. h.* imo licet (γ) ne quidem *promissa* sit *l. 1. C. h.* nam & tunc filiam dotare tenetur, secundum (I) quantitatem patrimonii proprii, (2) conditionem sponsi & suam, *l. 69. §. 4. h.* aliquando etiam (3) & secundum numerum liberorum, *l. 43. de leg. 3.* nisi forsan filia prorsus *indigna* fuerit. STRYK. *h. t. §. 3. sq.*

4. In-

4. Alii ex *libera voluntate* dotem constituunt, quo casu, vt dictum, requiritur *certa determinatio*. Huc etiam refero (α) *matrem*, quæ demum *in subsidium* dotare tenetur filiam inopem, conditione nubendi destitutam *l. 34. h. l. f. C. de dot. prom. l. 19. §. 1. C. de hæret. l. 14. C. h.* (β) *fratres*, qui itidem ad dotandum non tenentur. Neque contrarium colligitur ex *l. 12. §. pen. de peric. & admin. tut.* quæ tantum ostendit, non reprobari *factum tutoris*, si ex *regulis honestatis* germanam sororem pauperem pupilli dotauit ex *eius patrimonio*. Iure Germanico, ex *bonis communibus* vtriusque coniugis filiæ, matrimonium ineuntes, instruuntur supellectile muliebri, quod vocant Aussteuer, Braut-Wagen, adeo vt, mortuo patre, mater bonis communibus incumbens curam huius instructionis gerat, quam marito in communionem adfert. HVBER. *h. §. 5.* STRYK *de act. for. S. 1. m. 2. §. 25.*

5. (2) *Expressa declaratione*. Hæc etiam tunc censetur facta, si in *sustentationem onerum matrimonialium* aliquid marito datum *l. 76. h.* STRYK. *in V. M. h. t. §. 7.* Alias constitutio eius *facti* est, vt bona *in dubio* magis censeantur *paraphernalia*, quam *dotalia*. Tacite tamen aliquando censetur *renouata. l. 13. l. 30. l. 40. l. 64. h.* STRYK. *ad Lauterbach. h. p. 685.*

6. (3) *Deinde modo*, h. e. vel *vltima voluntate*, dequo casu ad *tit. de præl. dot.* vel *inter viuos*, *promissione* nuda, quæ efficaciam accepit: *l. 6. C. de dot. prom.* vel ipsa actuali *donatione*, olim etiam

dotis dictione. VLP. *in fragm. t. 6. pr. Cai. l. 2. t. 9. §. 3.*

7. Aliquando *promissa* pro *data* accipitur, vel *voluntate* mariti, *l. 41. §. 2. h.* vel *dispositione iuris*, quando dos cauta non numerata, & tempus exceptioni *non numeratæ dotis* præfixum effluxit. *auth. quod locum. C. de dot. caut. non num.* vid. *P. 1. p. 268. §. 23.*

8. (4) *In re arbitrio dotantis supposita.* Inde (α) *res propria* danda: rei alienæ datio tantum proficit ad *vsucapionis* effectum, *l. 1. D. & C. pro dote*, obligatque patrem plerumque ad *euictionem* præstandam. *l. 1. C. h.* vid. *supra tit. de euict. §. 2.*

9. (β) *Res in commercio existens*, & sic etiam *omnia bona: l. 72. h. l. 4. C. h.* Hoc intuitu dos *vniuersitas* in *l. 1. §. 4. de dot. præl.* dicitur, vt tamen nihilominus maneat titulus singularis, cum qualitas *tituli* non ex *obiecto accidentali*, sed *iuris dispositione*, quæ *obiectum dotis ordinarium* pro regula constituit, æstimari debet. HVBER. *h. §. 10.* Restituitur tamen aliquando hoc casu *mulier minor* in integrum. *l. 1. C. si adu. dot.*

10. (γ) *Sub dispositione dantis existens*, & sic feudum in dotem dari nequit. STRYK. *ex iur. feud. c. 19. qu. 3.*

11. Datur autem res in dotem vel *inæstimata* vel *æstimata.* Si *æstimata*, datur vel *taxationis* gratia, si in *fauorem vxoris* æstimatio adiecta; *l. 21. C. h.* vel *venditionis*, si in *fauorem* ma-

mariti, id quod inde cognoscitur, si maritus *alternatiue* obligatur, vel rem in specie vel æstimationem restituere. *l. 10. §. 4. seqq. l. 17. §. 1. D. l. 5. l. 10. C. h.* Hæc marito perit, *l. 10. C. h.* eiusque sub dispositione libera est: *l. 5. C. h.* non illa, *l. 21. C. h.* quæ *in dubio* præsumitur,

12. Per legitimam dotis constitutionem maritus aliquod *dominium*, vel *alius* pro natura obiecti in dote consequitur. *§. 1. I. quib. al. lic. vel non. l. 75. h.* Etenim (1) rem vindicat: *l. 9. C. de R. V.* (2) intuitu *nominum* in dotem datorum actionem *vtilem personalem* sine *cessione* aduersus debitorem mouet; *l. 2. C. de O. & A. l. 71. h.* (3) fructus percipit, *l. 7. pr. h. l. 20. C. h.* etiam ex rebus accessoriis, quæ augent dotem. *l. 7. §. 12. solut. matrim. &c.*

13. Est tamen *ius dotis* valde restrictum: inde eam vxor *possidere*, *l. 15. §. 3. qui satisd. cog.* & manere *domina dotis* dicitur. *l. 75. h.* cuius dominium tamen *constante matrimonio* quiescit; eo vero finito, reuiuiscit. *l. 30. C. h.*

14. Differunt a dote 1) PARAPHERNALIA, quæ præter *dotem* in mariti domum inferuntur, in quibus marito administratio conceditur, *l. 9. §. 3. h.* volente vxore, *l. 8. 11. C. de pact. conu. tam. sup. tot.* cui etiam ratio reddenda, *l. pen. pr. ad L. Falc.* adeoque *iure ciuili* vsumfructum non percipit, nisi ex *voluntate vxoris*, non *ipso iure. cit. l. 11.* Si quædam sibi prorsus retinet, dicuntur *receptitia*. GELL. *N.*

A. lib. XVII. c. 16. vid. HVBER. *h.* §. *15.* Ex iure Germanico, quo olim *communio bonorum* inter coniuges obtinuit, adhuc retenta est in plurimis locis *fruitio bonorum vxoris*, marito debita, vt in Saxonia alibique, quæ *communionis* antiquæ vestigium certissimum est. COLER. *dec. 57. n. 3.*

15. (II) DONA NVPTIALIA, quæ inter vtrumque coniugem merito diuidenda sunt, nisi aliud pacto prouisum. HAHN. *ad W. h. in f.*

16. (III) SPONSALITIA LARGITAS, quæ est *donatio facta sponso a sponsa* durantibus sponsalibus. *l. 12. l. 14. C. de donat. ante nupt.* Inest his *tacita conditio*, vt nuptiis non secutis restituatur, *l. 15. l. 16. C. eod.* nisi aliter conuentum. *l. 7. eod.* HVBER. *h.* §. *12.*

17. (IV) DONATIO PROPTER NVPTIAS. Hæc de *iure Romano* semper præsupponit *dotem*, in cuius *securitatem maiorem* introducta fuit; vnde *antipherna* dicta, & *doti* debebat esse *æqualis*. Vxor quoque idem ius in eam consequebatur, quod marito in dotem competebat: hac vero restituta, euanescebat. *auth. permissa C. de donat. ante nupt. l. f. C. eod. vers. si igitur.* DONELL. *lib. XIV. c. 9.* Sed hodie *nomen* retinetur, res plerumque alia hac voce denotatur, h. e. *dotalitium*, quod viduæ *in solatium viduitatis*, non in *dotis securitatem* constituitur. SCHILTER. *ex. 36. n 86.*

18. (V) DOTALITIVM, quod *vxori* in certis reditibus *assignatur post mortem mariti ad sustenta-*

tationem. Constituitur vel in *allodialibus*, quo casu simpliciter debetur, si vel maxime nullam intulerit dotem: vel in *feudalibus*, quod aliter fieri nequit, quam *dote* in feudum *illata* & *versa*, in cuius compensationem *dotalitium* ex feudo percipit. STRYK. *in V. M. h. t. §. 20.* Hoc vltimo casu succedit in locum *dotis*, & sic ratione eius mulier quoque gaudet *prælationis* iure. MEV. *t. D. 173.*

19. Dotalitium *feudale* restrictum est in plurimis locis ad *quadruplicatas vsuras*, si *donationem propter nuptias* promissam ex pacto lucratur coniux; alias *duplicatæ* debentur, STRYK. *de succeff. ab. int. diff. 4. c. 2. §. 15.* & tunc dotem absorbet. MENCKE *de quantitate dotal.*

20. Requiritur autem, *vt probetur illatio* dotis. STRYK. *de caut. contr. S. 3. c. 8. §. 29.* Imo in quibusdam locis vxor dotem nondum exsolutam adhuc potest offerre cum vsuris, quod admodum *irregulare* est. ID. *de suc. ab int. c. l. §. 12.*

21. Consensus agnatorum non desideratur, MEV. *8. D. 355.* neque etiam probanda est *versio*, quæ præsumitur ex *illatione* in feudum. ID. *2. D. 224.*

22. Videtur huc quoque referri posse (VI) MORGENGABA, quam sponsæ altera nuptiarum die sponsus offerre solet, *spec. Sax. lib. I. art. 20.* BITSCH. *ad ius feud. 2. f. 29. p. 550.* eiusque bonis statim annumeranda.

TEXT. NOTAB

L. Reip. 2. l. Dotis. 3. l. profectitia. 5. pr. §. 11. 12. l. iure succursum 6. pr. §. f. l. Dotis. 7. pr. §. 1. l. si ego. 9. pr. § 1. 3. l. plerumque. 10. §. 1. 4. seqq. l. in rebus dotalibus. 17. pr l. quia autem. 23. l ita constante. 26. l. dotem. 30. l si extraneus. 33. l. mater. 34 l. promittendo. 41. pr. §. 1. l. res in dotem. 42. l. res quæ ex dotali. 54 l. quæro. 60. l. si vsusfructus. 66. l. cum post diuortium. 69. §. 4. l. in ambiguis. 70. l. mulier. 72. pr. l. Quamuis. 75. pr. l si d te 84. l. vlt.

Ex Codice l. frustra. 1. l. si cum ea. 3 l. ad exactionem 6. l si pater 7. *de dot. promiss.* l euicta 1 l Et si dotis. 3. l. nulla lege. 4. l. quoties. 5. l. etiam si. 8. in f. l. dotis tuæ. 9. l. cum dotem. 10. l. ex pecunia dotali. 12. l Neque mater. 14 l pro oneribus. 20. l. si inter virum 21. l si prædium 23. l. si mulier. 25. l. si genero. 26 l. ibi. 29. l. in rebus dotalibus. 30 *de iur. dot.* l dotem. 1. auth. quod locum habet. *de dote caut. non numer.*

Tit. IV. (V. 14.)

De pactis dotalibus.

1. SOlent *iura dotium* plerumque *pactis* determinari, quæ melioris *probationis* gratia in *scripturam* rediguntur, non tamen necessario. *l. 6. C. de dot. prom. l. 15. C. de I. dot.*

2. Concipiuntur vel per *modum actus irreuocabilis inter viuos*, & dicuntur *simplicia:* vel *reuocabiliter* in *vim vltimæ voluntatis*, vocanturque *mixta*, ex confusione *iuris Romani* & *Germanici*. Vnde autem dignosci hæ duæ species possint, tradit STRYK. *de caut. contr. S. 3. c. 8. §. 21. seqq.* Vtrobique etiam de *futura successione* agi potest, iure *Germanico* agnita.

3. In

3. In effectu differre dicuntur: (1) quod in *simplicibus duo* sufficiant testes, in *mixtis quinque* requiri soleant ex erroneo argumento, deductio ex *l. f. C. de codic.* (2) illa sint irreuocabilia, non hæc, si secundum *ius Romanum* (non item *Germanicum*) æstimantur: (3) illa aliquando *a parte mariti* insinuationem desiderent, *auth. eo decursum. C. de donat. ant. nupt. N. 127. c. 2.* non hæc: HAHN. *ad W. h. n. 4.* (4) in his aliquando detrahatur Falcidia, non in illis. MVLLER. *ad Struu. ex. 30. §. 19. lit. λ.* Sed hæc differentia nec *iure Saxonico* nec in *solida iuris ratione* fundata est, cum *pactitia successio* hodie idem præstet, quod *testamentaria.* CARPZOV. *P. 3. C. 1. c. 11.*

4. In *dotalibus* pactis requiritur (I) ne *bonis moribus sint contraria. l. 5. pr. h.* Non tamen illicita puto pacta, ne maritus sit curator, ne nimis rigide exerceat maritalem potestatem. HVBER. *h. §. 4.* Illicita vero & contra bonos mores olim habebantur, quæ de *futura successione* coniugum erant concepta, *l. 5. C. de pact. conu. sub. dot.* quæ hodie vbique valent. STRYK. *de succeff. ab int. diff. 8. c. 5. §. 1.*

5. (II) *Ne sint vxoribus nimis nociua,* qualia sunt, quæ feminas indotatas faciunt. Hinc pactum non valet, vt dos ad mariti defuncti heredes deuoluatur, nec vxori superstiti restituatur: *l. 2. h.* vt maritus tantum dolum non culpam leuem præstet: *l. 6. h.* vt longiore die eam restituat. *l. 16. h.*

6. Alia pacta valent, adeo vt etiam per illa derogari possit *portioni statutariæ*, alteri coniugum alias debitæ, quæ *merum lucrum* continent, non *dotem* minuunt, STRYK. *c. l.* §. 22. 24. MEV. *ad ius Lubec. p. 2. t. 2. art. 12. n. 363. seq.* modo (α) ipsi coniuges talia pacta inierint: parentes enim liberis insciis præiudicare nequeunt, *l. 3. C. h.* MEV. *c. l. n. 369.* bene tamen iis per eiusmodi pacta prodesse possunt: *l. 7. C. h.* STRYK. *c. l.* §. 14. (β) *iuramentum* renunciationi *futuræ successionis* ex statuto, & (γ) *curatoris* consensus accesserit, vbi hic desideratur.

7. (II) *Vt sint secundum solennitates loci contracta, vbi conscripta. arg. l. 6. D. de euict.* In exigenda tamen & repetenda dote respiciendum ad domicilium mariti. *l. 65. de iudic.*

8. Solent vt plurimum hæc pacta esse *reciproca*, id quod tamen *hodie* non præcise est necessitatis, sicuti etiam, si reciproca sunt, *æqualitas* vtrinque non requiritur, sed, prout conuentum, ita statur placitis partium, licet aliud sit de iure ciuili. *auth. æqualitas C. h.* MEV. *c. l. n. 370.*

9. Tolluntur pacta dotalia (1) *natiuitate liberorum*, modo maneant in viuis, cum plerumque in euentum, *si liberi nati haud fuerint*, concipiantur. (2) *Mutuo dissensu.* (3) *Diuortio totali* ob adulterium secuto, quoad nocentem, cum innocens portionem pacto conuentam consequatur. STRYK. *c. l.* §. 45.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. si conuenerit. 2. l. 4. l. Illud conuenire. 5. l Pomponius 6. l. cum dos. 7. l. cum pater 11. l. de die. 14. l. aliud. 19. l. Ob res. 20. §. 1. l. 21. in f. l. inter socerum. 26. pr. l. Bæbius 30.

Ex Codice l. legem. 1. l. quamuis. 3. l. pactum. 4. l. hereditas. 5. l. pater. 7. l. Hac lege. 8. auth. æqualitas. l. si mulier. 11.

Tit. V. (V. 23.)

De fundo dotali.

1. QVamuis maritus habeat in dote *quoddam dominium*, *lege Iulia de adulteriis* tamen alienatio ipsi est interdicta. *pr. I. quib. alien. lic. vel non. l. 2. 6. 13. h.*

2. In hac prohibitione *legis Iuliæ* præsupponitur, (I) *alienatio*, siue *in totum*, siue *pro parte* fiat. Vnde quoque prohibitia est *oppignoratio* tanquam via ad alienandum: *pr. I. cit.* seruitutis impositio, vel remissio: *l. 5. h.* BRVNNEM. *in parat. h. qu. 6.* prouocatio ad diuisionem. *l. 2. C. h.* &c. Locare ad certum tempus maritus non prohibetur. *l. 25. §. f. solut. matrim.*

3. (II) *Alienatio susceptа extra casum necessitatis.* Hinc si communis fundus dotalis sit, & maritus prouocetur ad diuisionem, admittere debet diuisionem. *l. 78. §. 4. de iure dot. l. 1. pr. h. l. 2. C. h.*

4. (III) *Alienatio ipsius dotis*, etiamsi vxor

in eam consenserit. *pr. I. quib. al. lic. vel non. N. 61. c. 1. §. 1. 2.* Paraphernalia constante matrimonio *vxoris consensu* alienari possunt. *l. 6. C. de reuoc. donat.* HAHN. *ad W. h. n. 7.* Hoc applicari ad illa loca nequit, in quibus communio bonorum vel *in totum* vel *in tantum* adhuc obtinet.

5. Et quidem (IV) *rei dotalis immobilis.* Res mobiles, tam *fungibiles* quam *non-fungibiles* etiam inæstimato datas, maritus alienare potest. *l. 42. de I. dot. l. 3. C. eod. l. 3. §. 2. de suis & leg. l. 21. de manumiss.*

6. (V) *Inæstimato datæ*, saltim si æstimatio non accesserit *venditionis gratia;* hæc enim & *periculum* & *facultatem alienandi* in maritum transfert. *l. 10. §. 4. seqq. de I. dot. l. 10. C. eod.*

7. (VI) *Ipsa alienatio in detrimentum vxoris tendere debet.* Quæ in eius *commodum* & *vtilitatem* fit, non censetur interdicta, cum leges tantum damna a mulieribus voluerint auertere. *l. 26. l. 27. l. l. 61. §. 1. de I. dot. l. 21. l. 29. pr. de pact. dotal.*

8. Facta hoc modo alienatio est *ipso iure* nulla, ac mulieri, *matrimonio soluto*, salua est rei vindicatio, *l. 30. C. de I. dot. l. 42. de vsurp.* nec eo constante currit præscriptio. Marito vindicanti obstat exceptio *rei venditæ & traditæ*, imo hic vel eius heres, re ab vxore euicta, emtori obligatur ad interesse. *Nou. 61. c. 1. §. 4.*

TEXT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0590
DFG

TEXT. NOTAB.

L. 1. l lex Iulia. 4. l. Iulianus. 5. l. si maritus. 7. pr. l. quodsi fundus. 11. l dotale. 13 pr. §. f. l dotale prædium. 15. l. si fundum. 16. l. vlt.

Ex Codice. l. si æstimata. 1 l Mariti. 2.

Lib. XXIV. Tit. I. (V. 16.)

De donationibus inter virum & vxorem.

1. *Moribus Romanis* dicitur receptum, *ne valerent donationes inter virum & vxorem, l. 1 h.* quippe qui hanc legem desiderabant. Eius primaria causa fuit, (1) ne dissoluerentur matrimonia, quod ob *libertatem diuortiorum* inter Romanos facilius fieri potuisset, si alter coniugum donare recusasset. *l. 2. h.* Metuenda (2) præterea erat inopia ex nimia donatione, *l. 28. §. 2. inf. h.* quo ipso mulieres fieri poterant indotatæ. Denique (3) donationes factæ impediebant diuortia, ob metum *reuocationis.*

2. Rationes secundariæ adduntur in *l. 1. l. 3. pr. h.* quæ tamen non stringunt. Multo minus dispositio *iuris prouincialis Saxonici l. 1. art. 31. §.* Kein Weib mag auch. huc spectat, quæ in fauorem *heredum legitimorum*, ne iis successio interuerteretur, est introducta.

2. Re-

3. Requiritur vero (1) *donatio inter subditos coniuges facta, constante matrimonio*, etiam (α) per *indirectum*, quod tunc euenire poterat, si coniuges adhuc erant in *potestate patria*. Exempla sunt in *l.* 3. §. 2. 4. 5. 7. *l.* 32. §. 16. *h.* quæ tamen hodie vtplurimum applicari nequeunt.

4. Neque (6) valet negotium, si ad velandam donationem aliud fingitur initum negotium esse. *l.* 5. §. 5. *l.* 7. §. 6. *l.* 32. §. 24. *l.* 49. *l.* 52. *h.* (γ) In dubio res a marito ad vxorem per *donationem* peruenisse præsumendum, si *titulum* alium *honestum* docere mulier nequeat. *l.* 51. *D. l.* 6. *C. h.* VOET. *h. t.* §. 16. (δ) Post diuortium cessat prohibitio, *l.* 64. *h.* sicuti (ε) etiam inter principem & Augustam. *l. pen. C. h.*

5. (II) *Donatio alicuius momenti extra ordinaria*; secus est, si in *xeniis* & *muneribus* consistit, *l.* 18. *l.* 31. §. 8. *D. l.* 21. *C. h.* diebus natalitiis aliisque solennibus fieri solitis. *l.* 214. *de V. S. l.* 1. §. 1. *ad L. Iul. repet.* CARPZ. *P.* 2. *C.* 13. *d.* 20.

6. (III) *Per illam donans pauperior redditus sit.* Hinc licita est donatio *rei alienæ* ad vsucapionem complendam. *l.* 5. §. 8. *l.* 25. *h.* quæ alias non poterat procedere respectu *donantis*, si res propria esset donata. *l.* 13. §. 1. *de hered. petit.*

7. Hac de causa quoque (IV) ex *patrimonio coniugis* facta supponitur. Potest enim coniux in fauorem alterius repudiare legatum & hereditatem, vt huic accrescat. *l.* 5. §. 13. *sq. l.* 31. §. 7. *h. t.*

8. Præterea (V) *donatarius per illam debet esse factus locupletior. l.* 25. *h.* Hinc (α) si repetit donans

nans donata, non plus repetit, quam, quatenus donatarius adhuc *tempore L. C.* locupletior est. *l. 7. pr. l. 16. l. 50. §. f. h.* (β) Valet donatio *miserationis causa* facta, v. c. ad sepulturam, *l. 5. §. 8. h.* ædificandam domum exustam, *l. 4. h.* vt & (γ) dignitatis consequendæ causa. *l. 5. §. pen. l. 40. seq. h.* (δ) Ad oblationem Dei. *l. 5. §. 12. h.*

9. Hinc (ε) fructus *industriales* percepti ex rebus donatis manent etiam penes donatarium, *l. 45. de vsur. l. 17. h.* vt & vsuræ perceptæ. *l. 15. 16. l. 21. §. 1. h.* Imo quoque *mutua donatio* subsistit. *l. 7. §. 2. l. 32. §. 9. & 14. h.*

10. Necesse quoque est, (VI) *vt fiat inter viuos.* In m. c. donationibus cessat ratio primaria, *l. 9. in f. l. 10. h.* quæ facta est in casum mortis alterutrius ex coniugibus; non, si in obitum *extranei. l. 53. pr. h.*

11. (VII) *Vt ante mortem fuerit reuocata.* Confirmatur enim per *mortem donantis*, non donatarii, *l. 13. §. 1. l. 32. §. 2. l. 25. C. h.* quamuis si vna inuoluantur ruina, valeat donatio. *l. 32. §. 14. h.*

12. Imo tunc quoque effectum habet, si non accesserit ipsa *datio. Nou. 162. c. 1.* licet iure veteri aliud fuerit obseruatum. *l. 23. h.*

13. Requiritur tamen, vt plenissime hoc casu valeat, (1) *mors naturalis l. 13. §. 1. h.* (2) *insinuatio*, quatenus excedit 500. solidos. *l. 25. C. h.* Parem effectum habet *confirmatio in testamento* facta, vt tamen demum ex tempore confirmationis effectum habeat. *l. 25. C. h.* (3) *Vt non*

non appareat ex coniecturis probabilibus de reuocatione. vid *l. 2. §. 10. 11. h. l. 12. C. h.*

14. Ceterum ipsa reuocatio tantum a *donante* fieri potest: *l. 32. §. 2. h.* alius reuocare nequit, nequidem *fiscus*, ad quem bona deuoluta sunt, *l. 1. C. h.* nisi ob ius *hypothecæ tacitæ. l. 15. C. h.*

15. Denique (VIII) *iuramento non confirmata* præsupponitur. Alioquin enim subsistit; *c. 28. X. de iurei.* MEV. *ad ius Lub. l. 1. t. 6. art. 1. n. 47.* adimit enim facultatem reuocandi.

16. Donatio itaque contra hæc principia facta est ipso iure nulla; *l. 3. §. 10. h.* hinc (α) non transfertur *possessio ciuilis, l. 26. pr. h.* nec (β) *vsucapi* res donata potest. *l. 1. §. f. pro donat.* quin (γ) exstantes res *vindicari* possunt *l. 36. pr. h.* consumtæ vero, quatenus locupletior donatarius factus est, condicuntur, *l. 5. in f. l. 6. l. 7. pr. h.* vel ad exhibendum agitur, si *dolo donatarii* consumtæ fuerint. *l. 37. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. 2. l. hæc ratio 3. §. 10. 12. l. si sponsus. 5. §. 2. 5 8. 13. 15. 16. 18. l. quod autem. 7. pr §. 2. l si cum. 8 §. 2 l. seq. l. sed si mors. 13. § 1. l. quod si vir. 14. l. de fructibus 17. l. Papinianus. 23. l. sed & si. 26. l inter eos. 27. l. si id. 28. § 2 l. sed si vir bona. 31. l cum hic status. 32. §. 2. 5 10. 13. 14. 16. vlt. l. siue vxor. 34. l. quod adipiscendum 40. l vtrum 47. l. quintus Mucius. 51 l. mortis suæ. 53. pr. l. Sei. 62.

Ex Codice l. 1. l. Nec inter eos. 4. l. Etiam. 6. l. si ex voluntate. 7. l si fructus. 8. l. si maritus. 12 l ex verbis. 14. l. si non verum 15. l. de his 17. l a marito. 18. l. creditor. 20. l. res vxoris. 24. l. donationes. 25. l. 26.

Tit. II.

Tit. II. (*V. 16. 17.*)

De diuortiis & repudiis

1. MAtrimonium vel ab initio *nullum* est, vel ex postfacto *dissoluitur*. Ibi *plures causæ* interuenire possunt, hic tantummodo *pauciores* admittunt: ibi *lucra dotalia* non omnimodo amittuntur, *l. 10. C. de repud.* quæ hoc casu nocenti auferuntur: ibi agitur ad *declarationem nullitatis*, hic vero ad *dissolutionem matrimonii*, quod hactenus vinculum habuit. STRYK. *de nullit. matrim.*

2. Matrimonium *nullum ab initio est*, (1) *vbi defectus consensus matrimonialis* legitime probari potest, qui ex variis colligi potest circumstantiis; quæ tamen nullitas magis est *respectiua*, quam *absoluta*. Huc pertinent, quæ supra de *dolo*, *metu* & *errore* iam dicta sunt.

3. Colligitur quoque (2) defectus consensus matrimonialis, ex *impotentia immedicabili*, matrimonium antecedente, quæ ex variis causis oriri potest. LINCK. *ad decret. tit. de frigid. & malef. §. 3. 4.* STRYK. *ad Brunn. ius eccles. lib. 2. c. 17. §. 7.* SIMON. *de impotent. coniug.*

4. Desideratur autem ante omnia *probatio impotentiæ*, vel per inspectionem, *c. 6. X. de frigid. & malef.* HERT. *de inspect. ocul. §. 11.* vel aliquando post *triennium* per vtriusque iuramentum. *c. 5. & f. X. eod.* LINCK. *c. l. §. 6. Superuenientem* autem impotentiam non sufficere volunt,

volunt, quamuis de hac sententia dubitet ZIEGL. *ad Lancell. l. 2. t. 12. §. 10. verb. si alter coniugum.*

5. Nullum (3) est *si contra leges diuinas, in gradibus Leuit. XVIII. expresse prohibitis fuit initum.* Talia enim matrimonia, cum *dispensationem* non recipiant, merito sunt dirimenda. STRYK. *tr. de diss. sponsal. S. 5. §. 14.* quo etiam pertinet locus *Matth. XIV. 4.* Si *expresse* non est prohibitum, hoc de facto contractum facilius tolerari solet.

6. Eodem modo (4) quia *polygamia* legibus prohibita, posterius matrimonium est nullum, viuente adhuc prima coniuge, licet posterius b. f. contractum fuerit. *c. 2. X. de sec. nupt. c. 19. X. de sponsal.* Atque hisce duobus casibus nullitas *absoluta* adest.

7. Dissoluitur *ex postfacto* vel *in totum*, vel *in tantum.* In dissolutione *totali* requiritur (1) *iusta causa legibus probata.* Olim quidem non adeo grauis causa necessaria erat, sed etiam *bona gratia* discedere poterant. *l. 6. h.* Si *culpæ vxoris* fiebat, *de moribus* actio locum habebat, *l. 15. sol. matr. l. 5 pr. de pact. dot.* ad priuationem certæ partis dotis, VLPIAN. *tit. 6. l. §. 12. l. 11. §. 5. ad L. Iul. de adult. l. 8. de capt. & postl. reu.* Postea specialiores causæ determinatæ sunt *in l. 8. C. h.* & *Nou. 117. c. 8.*

7. Tandem ex doctrina *patrum* diuortium *totale* fere exaruit. In foris protestantium post *reformationem* ad *pauciores* restringi cœpit causas.

Prima-

Primariæ sunt: (α) *adulterium* etiam præsumtum: *c. 12. X. de præsumt.* (ε *malitiosa alterius desertio*, cui merito (γ) addimus *insidias vitæ structas.* STRYK. *dissert. de diuort. ob insid. vitæ struct.* Atque in hisce causis par vtriusque coniugis debet esse conditio. Non tamen desunt, qui vocem πορνείας *Matth XIX. 9.* de *quauis turpitudine*, qua *fides coniugalis* simul læditur, intelligunt, & plures causas admittunt, veluti *procurationem sterilitatis*, *Sodomiam*, *peruersam debiti coniugalis præstationem*, *contumacem eiusdem denegationem &c.* LAVTERBACH. *h. t.* §. *20.* Per-ill. *de* COCCEI *in iur. controu. h. t. qu. 5.*

9. *Causa* ante omnia (α) *probanda.* Non tamen quoad effectum *diuortii* tam euidens probatio necessaria *adulterii* est, vt in criminali persecutione. STRYK. *de diss. spons. s. 5. §. 3.* BRVNNEM. *de iure eccl. l. 2. c. 17. §. 15.*

10. Necesse est (ε) *vt adulterium scienter & sponte fuerit perpetratum: l. 13. §. 7. ad l. Iul. de adult.* γ) *nec alter in pari versetur delicto: l. 39. l. 47. solut. matrim.* nec denique (δ) *ab altero coniuge* causatum. BRVNN. *c. l. §. 18.*

11. (II) *Dissolutio autoritate publica consistorii decernenda;* BRVNN. *c. l. §. 19.* licet enim certum sit, matrimonium statim, *per commissum adulterium*, esse solutum, modo nulla reconciliatio interuenerit, *c. 4. X. de donat. int. V. & V.* *declaratio iudicialis* tamen propterea excludi nequit.

12. Speciatim circa *malitiosam desertionem* iudex, antequam *citationem* decernat, attendat, (1) *ex qua causa alter absit*, an etiam animus deserendi colligi possit ex absentia? *Malitiosa* itaque absentia *ante omnia* probanda est. STRYK. *de diff. sponsal. s. 6. §. 13. seqq.*

13. Hac probata (2) *legitime absens citetur a iudice ecclesiastico*, & quidem ad *petitionem innocentis*, ID. *c. l. §. 36.* ita vt, si scire possit, vbi commoretur absens, *in faciem* citatio fiat; alias *edictalis* decernenda. CARPZOV. *iurispr. consist. l. 3. d. 62.* BRVNNEMANN. *c. l. §. 27.* ibique STRYK.

14. Desertore non comparente, *legitime accusanda est eius contumacia*, & tandem sententia *diuortii* contra *contumacem* ferenda.

15. Dissoluto ita matrimonio, parti innocenti nouæ nuptiæ haud denegantur, bene tamen nocenti, nisi dispensatio principis eas deferori indulgeat.

16. Præterea (α) liberi apud innocentem educantur sumtibus nocentis, *N. 117. c. 7. auth. si pater. C. diuort. fact. apud quem liberi.* (β) nocens amittit dotem, vel donationem propter nuptias. *N. cit. c. 7.*

17. *In tantum* dissoluitur *ad tempus* matrimonium in casu *nimiarum sæuitiarum per separationem quoad thorum & mensam*, quod remedium in nostris consistoriis tanquam *interimisticum ad tempus* toleratur, quo vel *maiora mala* inter coniuges euitentur, vel hi adigantur, vt tandem in gratiam redeant.

18. Ante

18. Ante omnia tamen alia media sunt adhibenda, antequam iudex ad hanc separationem deueniat. SCHILT. *instit. iur. can. l. 2. t. 12. S. 10.* NICOL. *de diuort. & repud. p. 2. c. 5. n. 5.* LINCK. *de vs. diuort. s. 5. m 6* Interim non prohibentur coniuges communi consensu seorsim habitare, qua *priuata separatione* matrimonium itidem haud tollitur. *l. 32. §. 13. de donat. int. vir. & vxor.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. diuortium. 3 l. si filias. 5. l. vxores. 6. *Ex Codice* l liberum. 2. l. dissentientis 5. auth. hodie. l. consensit 8 *de repud.* l. 1. auth. si pater. *diuort. fact. apud quem.*

Tit. III. (V. 13. 18. 19.)

Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

1. Soluto matrimonio dos repetitur. Ergo hic supponendum, (1) *solutum esse matrimonium.* Tunc enim ipso iure reuiuiscit *dominium vxoris, l. 30. C. de iur. dot.* eique competit *rei vindicatio.*

2. Constante matrimonio non potest dos repeti, quatenus maritus soluendo manet; *l. 24. h. l. 29. C. d. I. dot. l. vn. C. si dos const matr. sol.* alioquin permittitur repetitio, si vxor *metum amittendæ dotis* probare potest, vt tamen marito *fructus dotis* salui sint: *l. 24. pr. h. l. 29. l. 30. C. de iur. dot.* quin etiam dos tunc resti-

tuenda est marito, si ad meliorem fortunam redierit, & omnis *dotis amittendæ* metus cesset. GAIL. 2. O. 85. HVBER. h. §. 1. VOET h. t. §. 2.

3, Et quidem (II) sine *culpa ipsius vxoris.* Alioquin si per eius *adulterium* vel *malitiosam desertionem* dissolutum, maritus dotem, quam accepit, lucratur, *N. 117. c 8. pr.* HAHN. *ad W. h. in f.* nisi liberi adsint, ad quos dos deuoluitur. *cit. N. c. 2.*

4. (III) *Probandam esse a muliere dotis illationem summarie.* MEV. 4. *D. 263.* Aduersus *mariti heredes* confessio eius, etiam in testamento facta, sufficit; GAIL. 2. O. 81. n. 2. MEV. 3. *D. 330.* quin etiam intra *legitima tempora* obstat *mulieri*, sed non *creditoribus*, exceptio *non numeratæ dotis. l. vlt. & auth. seq. C. de dot. caut. non numer.* LVDOVICI *de prob. dot. illat.*

5. (IV) *Pactis dotalibus non esse huic rei prouisum.* Hisce ante omnia statur, si v. c. de lucranda dote, vel de æstimatione restituenda aliud cautum est. *l. 10. §. 4. de I. dot. l. 20. § 1. de pact. dotal.*

6. Hisce deficientibus, ex *iure statutario* res decidenda, & demum *in subsidium* recurrendum ad ius commune. HAHN. *ad W. h n. 3.*

7. (V) *Restituendam esse dotem vxori, vel eius heredibus a marito vel eius heredibus cum accessionibus l. 10. §. 1. 2. de iure dot. l. un. §. 9. C d. rei. V. act.* Dissoluitur vero matrimonium vel morte *viri*, vel *vxoris.* Priori casu, nulla de repetitione *stipulatione*

latione interueniente, (cui ante omnia ſtandum, *l. vn. §. 14 C. de R. V. A.*) de *profectitia* olim agebant *pater & filia*, modo adhuc eius poteſtati ſubiecta eſſet; emancipata ſola dotem repetebat, *l. 71. de euict. arg. l. 31. h. t. vn. §. 11. & 14. C. de R. V. A.* adeo vt filia contra patrem heredem inſtitutum a marito agere poſſet: *l. 44. pr. h.* vel vtebatur *iure retentionis* MVLLER. *ad Struu. ex. 30. th. 51. lit. γ.* Hodie indiſtincte ſola filia agit, quia filia *per nuptias* ſoluta eſt a poteſtate patria.

8. Sic etiam *aduentitiam* filia repetit, niſi extraneus eam expreſſe ſibi ſtipulatus eſt. *l. vn. §. 13 C. de R. V. A. l. 9. C. de pact. conu.*

9. Si morte *vxoris* diſſoluitur, dos liberis hodie *iure hereditario* debetur, ſaluo vſufructu patri debito. PEREZ. *in C. n. 5.* STRVV. *ex. 30. th. 49.* Sed iure Romano patri *profectitia* dos reſtituenda erat, ſi filia haud emancipata fuit, *l. 6. pr. de I. dot. l. 5. de diuort. l. 4. C. h.* ſi vel maxime liberi exſtarent: *c. l. 6. l. 48. l. 59. h. l. 12. l. 26. pr. §. 2. de pact. dot.* VOET. *h. t. §. 7.* patre non exſtante, vel ſi dos *aduentitia*, reddenda heredibus vxoris erat; *l. vn. §. 6. 13. de R. V. A.* iure veteri vero *aduentitia* marito cedebat. VLPIAN. *in fragm. tit. 6. §. 5. l. 22. de relig.*

10. Intereſt tamen, vtrum a *marito*, an eius *heredibus* reſtituatur? Ille enim habet beneficium *competentiæ*, *l. vn. §. 7. cit. l. 12. ſeq. h.* non vero heredes eius, *l. 24. §. 1. l. 25. de re*

iudic. nisi sint liberi ex eodem matrimonio susceptι. *l. 18. h.*

11. (VI) *Restituendam esse debito tempore*, quod olim diuersis definitum terminis. VLP. *in fragm t. 6 §. 5. l. 7. §. 5. de pact.* Iure nouo *immobilia* statim, *mobilia* intra annum restituenda; *l. vn. §. 7. de R. V. A.* alias debentur vxori vsuræ, finito matrimonio. MEV. *9. D. 12.*

12. (VII) *Debito modo*, cum suis accessionibus, *l. 10. §. 1. 2. de iur. dot.* atque in *statu integro:* præstat itaque maritus damna culpa leui data eodem, vt in *societate*, modo, *l. 17. de iur. dot.* & si dolose restitutio denegatur, iuramentum *in litem* locum habet. *l. 25. §. 1. h.* De casu non tenetur. *l. 9. l. 26. h. l. 17. pr. de iur. dot.*

13. Anni postremi fructus tam *ciuiles* quam *naturales* pro *rata temporis*, quo stetit matrimonium, diuidi debent, *l. 7. §. 1. h.* computato initio anni a tempore *traditionis*, *l. 5. h. t.* vel *nuptiarum*, si ante eas fundus traditus est: *l. 6. h.* alias eo nomine mulier agit. *l. 31. in f. h.*

14. Competit eo nomine iure nouo mulieri *rei vindicatio*, *l. 30. C. de I. dot.* vel in *quantitate* actio *ex stipulatu:* nam stipulatio (α) semper subintelligitur interueniisse. *l vn pr. de R. V. A.* (ℰ) & ipsa actio ex stipulatu est bonæ fidei. *c. l. §. 2.* Hæc magis vtilis est in re *consumta*, illa in re *exstante*, vel penes tertium possessorem existente. Denique etiam *hypothecaria* mulieri ob ius *hypothecæ tacitæ* competit.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. soluto. 2. §. 2. l non solum. 3. l. de diuisione. 5. l. fructus. 7. pr. §. 1. 12. 13. l. si mora. 9. l. si ab hostibus. 10. §. 1. l si alienam. 11. l. maritum. 12. l quia. 13 l. rei 15. l. 16 l ex diuerso. 17. l. etiam 18. §. 1. l. si cum dotem. 22. pr. §. 2. 3. 7. 8. l. quoties. 29 l. si marito 31. pr. l. Lucius. 38. l. viro. 39. l. si socer. 44 l Gaius. 45 l. cum mulier. 47 l. si dotali. 48. l. æstimatis. 50. l æstimatæ 51 l. maritus 54. l. 65. l. in his rebus. 66. pr.

Ex Codice l. vn. §. 1. 2. 4. 5- 6. 7. 9. 13 15. *de R. V. A.* l. dubium 1. l. si ignorans. 3. l. dos. 4. l. si circumscripta 6. l. nec maritus. 8. l. dotis. 9. l. vlt. *solut. matrim.* l. vn. *si dos const. matrim.*

Lib. XXV. Tit. I.

De impensis in rem dotalem factis.

1. MAritus, dotem restituens, ratione *impensarum* in dotem factarum indemnis seruandus, modo (I) *sint in rem factæ*, seu ad durabilem rei dotalis subsistentiam vel vtilitatem. *l. 4. h.* conf. *l. 17. seqq. de relig.*

2. Etenim (1) in *fructus* factæ compensantur cum fructibus, *l. 3 h.* sicuti (2) *tributa* propter fructus soluta, *l. 13. h.* & (3) *litis impensæ* pro *conseruanda dote* factæ. Diuersa est ratio impensarum pro *acquirenda dote* factarum. MEV. *8. D. 254.*

3. (II) *Alicuius sint momenti.* Modicas arbiter curare non debet. *l. 12. h.*

4. (III *Sint factæ ex causa necessitatis vel vtilitatis. l. 1. §. 1. l. 5. in f. l. 14. h.* *Voluptuarias* non repetit, sed eas *tollere* potest, si modo recipiant separationem: alias si mulier eas retinere vult, vel si alias *promercales* sint, *l. 10. h.* eas quoque reddere debet. *l. 9. h.*

5. Est tamen adhuc diuersitas inter *vtiles & necessarias.* (1) Hæ dicuntur dotem *ipso iure* minuere iuxta sensum *l. 5 h & l. 1. §. 4. de dot. præl. l. 56. §. 3. de iur. dot.* vt scilicet fundus pro *rata impensarum* desinat esse dotalis, & marito *pro rata impensarum* dominium acquiratur. conf: Thomas. *ad Huber. h. §. 2.* Hinc eo nomine marito *retentio* & *compensatio* conceditur. *cit. l. 5.*

6. Vtiles *ipso iure* dotem non minuunt, *l. 7. §. 1. h.* sed ratione earum iure nouo demum conceditur *actio mandati* vel *negotiorum gestorum. l. vn. §. 5. C. de R. V. A.* Porro 2 *necessariæ* simpliciter refundi debent: *vtiles* non aliter, quam si *intra modum* factæ fuerint, vt vxor non teneatur fundum dotalem vendere ad soluendas has impensas. *l. 8. h l. 25. de pign. act.* Denique (3) soluta dote, impensæ *necessariæ* condici possunt, ex capite *indebiti, l. 5. §. 2. h. t.* quæ actio in *vtilibus* cessat.

TEXT NOTAB.

L. vel si vites. 3 §. 1. l. & in tantum 4 l. quod dicitur 5. l. vtilium 8. l. pro voluptuariis 9. l quod si 10. l. in voluptuariis 11. l. omnino. 12. l. neque stipendium. 13. l. impensæ. 14. l. pen.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0604
DFG

Tit: II. (*VI. 21.*)

De actione rerum amotarum.

1. VXores diuortium metuentes sæpe solebant aliquid subtrahere maritis, hinc dabatur *actio rerum amotarum*, soluto matrimonio, ad res eas repetendas, *quæ constante matrimonio diuortii intuitu subtractæ erant.*

2. Requirebatur itaque (1) *subtractio diuortii intuitu:* (2) *diuortium subsecutum. l. 25. h.* Hinc (α) quod *in matrimonio* simpliciter vxor aufert, condictione *sine causa* repetitur: *c. l. 25.* (β) quod *ante*, condictione furtiua: *l. 3. §. 2. h.* (γ) quod *post*, furti eo nomine etiam tenetur: *l. 3. pr. h.* (δ) quod *intuitu mortis* mariti, *vtilis* rerum amotarum a marito repetitur, si conualuit. *l. 21. pr. h.*

3. Heredes, in quantum ad eos peruenit, conueniri possunt; *l. vlt. C. h.* nascitur enim ex *delicto*: *l. 21. §. 5. h. t.* hinc comparatio huius cum *condictione furtiua* in *l. 6. §. 4. l. 21. §. pen. h.* non *absolute* sed *secundum quid* est capienda. STRYK. *in V. M. h. §. 3.*

4. Datur (α) ad restituendas res ablatas, vel æstimationem, si perierint, *l. pen. h.* præstito aliquando iuramento in litem: *l. 8. §. 1. l. 9. h.* (ε) in id, quod interest. *l. 21. §. 4. h.* Si coniuges sibi mutuo quid subtraxerint, cessat hæc actio. *l. 7. h.*

5. Hodie vix vsus huius actionis ostendi poterit, nisi forsan in casu. *l. 21. pr. h.* Verum etiam hoc casu hodie expeditius agitur *remedio spolii*, quod *iure canonico* etiam ad *res mobiles* extensum est. Praterea furta hodie inter coniuges facta *mitius* punienda iuxta *art. 165. C. crim. car.* vt magistratus *ex officio* procedere non possit. CLASEN. *ad cit. art.*.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Nam in honorem. 2. l. Et ideo. 3. l. si cum dos. 8. §. 1. l. seq. l. Marcellus. 11. §. 1. 2. l. si mulier. 21 pr. §. 5. l. ob res. 24. l. rerum. 25. l. rerum. 26. l. pen. l. vlt.
Ex Codice l. de rebus. 3.

Tit. III. (*V. 25.*)

De agnoscendis & alendis liberis vel parentibus vel patronis & libertis.

1. FRequens fuit, *diuortio facto*, quæstio de *agnoscendis liberis* apud Romanos, hinc *SCtum Plancianum* latum de iis est, qui *post diuortium* eduntur. *l. 3. §. 1. h.*

2. Aliud quoque tempore HADRIANI factum, quo cautum, vt partus *constante matrimonio* editus a patre agnosceretur. *c. l. 3.*

3. Iuxta prius SCtum ita procedebatur. (1) Mulier *post diuortium* denunciare debebat marito, se ex eo esse prægnantem, *l. 1. §. 1. 3. h.* (2) intra dies 30. continuos post diuortium numeran-

merandos. *c. l. 1. §. 1. 9.* (3) Maritus aut custodes mittere aut contra nunciare debebat. Si neutrum faciebat, *interim* cogebatur partum alere, *l. 1. §. 4. h.* absque præiudicio veritatis. *l. 1. §. 12. 13. 14. h.*

4. Iuxta alterum SCtum itidem quæstio status partui, *constante connubio* edito, moueri potest, quamuis difficilius, quia vrgens præsumtio pro partu est, quod sit legitimus; *l. 6. de his qui sui vel. al* nisi euidentes sint probationes in contrarium, *l. 1. §. 14. h.* quæ tamen in Anglia vix sufficere videntur, referente HVBERO *h. §. 4.* ibique THOMAS.

5. Agnitio hæc post se trahit *obligationem ad alendum. l. 1. §. 14. l. 4. h.* STRVK. *de act. for. inu. s. 1. m. 2. §. 3. 4.* pro modo facultatum, *l. 5. §. 7. h.* ad quam etiam cogi potest, *l. 5. §. 10. h.* mediante *imploratione officii iudicis. l. 5. §. 12. h.*

6. Requiritur vero, vt (α) liberi non sint ingrati: *l. 5. §. 11. h.* (β) se ipsos non possint idonee exhibere: *l. c. §. 7.* (γ) non sint nati ex concubitu damnato; *auth. ex complexu. C. de incest. nupt.* quamuis hunc & primum casum de ingratitudine plerumque restringant ad alimenta *ciuilia; naturalia* enim denegari nemini debent. *l. 4. h. t.* STRVK. *in V. M. h. t. §. 7.*

7. Præterea pater *liberis naturalibus* quoque tenetur ad alimenta, *nou. 89. c. 12. §. 6.* quod secundum principia iuris canonici, quo liberi *concubinarii* & *spurii* æquiparantur, ad *spurios*

rios hodie extensum, modo de patre *quodammodo* constet: *summarie* enim proceditur. *l. 5. §. 8. h. l. 27. §. 3. de inoff. test.* STRYK. *c. l. §. 6.* Si pater negat, spurium ex se natum esse, vtile est, partui per remedium *interimisticum* prouidere,& *aliqualem probationem filiationis*, veluti *ex confessione concubitus*, hunc in finem afferre, de qua ID. *c. l. §. 13. 14.*

8. Neque pater demum post *triennium* ad alimenta obstringitur, vti quidam colligunt ex *l. 9. C. de P pot.* quasi mater interim ad alimenta teneatur; nam alimentorum præstatio nec sola *lactatione* absoluitur, nec mater semper ad lactandam sobolem idonea est. STRYK. *in V. M. h. t. §. 4.*

9. Deficiente patre vel mortuo, *matri* onus alendi incumbit, & reliquis ascendentibus legitimis post *matrem*, nisi nepotes sint in *potestate aui. l. 5. §. 2. l. 8. h. t.* Denique tota hæc causa ex *æquitate* & *charitate sanguinis* a prudenti iudice est discutienda. *l. 5. §. 2. l. 8. h.* Hinc etiam aliquando frater *fratri* vel *sorori egenti* ad alimenta *in subsidium* tenetur. *l. 4. D. vbi pup. educ.* STRYK. *c. l. §. 22.* HVBER. *h. §. 8.*

10. Ex fonte *gratitudinis* & lege *charitatis* quoque liberi adstringuntur ad alendos parentes. *l. 5. pr. §. 15. 16. h l. 1. C. h. l. f. §. 5. C. de bon. quæ liber.* GROT. *d. I. B. & P. l. 2. c. 2. § 5.* Sic etiam liberti patronis, *l. 1. §. 18. h.* ecclesiæ patrono egeno, *c. 25. in f.* X. *de iure patron.* vasallus domino egeno *pro modo feudi* tenentur ad alimen-

menta. STRVV. *syntagm. iur. feud. c. 11. aph. 5. n. 15.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 13. 14. 15. l. necare 4. l. si quis. §. 1. 2. 4. 7. 8. 9. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 19. l. non quemadmodum. 8
Ex Codice l. parentum. 1. l. competens. 2. l. si patrem. 4.

Tit. IV.

De inspiciendo ventre custodiendoque partu.

1. Si mulier *post diuortium* se prægnantem esse negabat, mariti vero intererat, se *patrem* potius esse, quam carere filio, solebat decerni *inspectio*, *l. 1. §. 9. h.* & tunc si inspicientes feminæ ipsam grauidam esse renunciabant, *custodes* admitrere tenebatur; si non grauidam renunciabant, dabatur vxori *actio iniuriarum*, si animo iniuriæ faciendæ inspectio desiderata erat. *l. 1. §. 1. & 8. h.* HERT. *de inspect. ocul. §. 12.*

2. Similis inspectio necessaria erat, si mulier, *mortuo marito*, prægnantem sese esse affirmabat, quo casu hi, quorum intererat, mittebant quinque obstetrices, quæ ventrem *prudenter* inspicerent. *l. 1. §. 10. h.*

3. Et quia metus erat, ne *fraude viduæ* partus alienus subiiceretur, prætor certas præcautiones constituit, tempore partus obseruandas, quas ordine & perspicue recenset

ICtus

ICtus in *l. 1. §. 10. h.* quæ & hodie, præsertim in viduis nobilibus, vtiles esse possunt. SCHILTER. *ex. 36. §. 125. seq.* THOMAS. *ad Huber. h. in f.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6 7 8 10. 14. 15.

Tit. V.

Si ventris nomine mulie-re in possessionem missa eadem possessio dolo molo ad alium translata esse dicatur.

1. PRæterea quoque si *vidua grauida* reperta erat, prætor *ventrem* mittebat in possessionem, simul tamen cauebat, ne, quod in partus fauorem concesserat, aliis prædæ occasionem præberet. *l. 1. pr. h.*

2. Hinc, muliere *possessionem* in alium *dolo malo* transferente, prætor dabat actionem *in factum, l. 11. de P. V.* qua mulier & omnes, quorum dolo malo alienatio facta erat, tenebantur ad id, quod interest eius, qui experitur, *l. 1. §. 1. h.* quæ *perpetua* est. *l. 1. §. 4. h.* Is vero, in quem possessio dolo malo translata, per interdictum *quorum bonorum* mox expellitur. *l. 1. §. 2. h.*

Tit. VI.

Si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse dicatur.

1. ALiquando mulieres *per calumniam* se mentiebantur esse prægnantes, & ita a prætore mittebantur in possessionem, quasi *ventris nomine*. Hinc illi, quorum interest, agunt contra talem mulierem ad omne interesse. *l. vn. §. 4. 8. h.*

2. Ceterum si *bona fide* credidit, se esse prægnantem, cessat hæc actio, adeo vt nequidem *alimenta* percepta interim restituat. *l. vn. §. 7. h.*

Tit. VII. (V. 26. 27.)

De concubinis.

1. CONCVBINATVS proxime ad *matrimonium* accedebat. Est enim *coniunctio cœlibis cum femina vilioris conditionis, vt interim vxoris loco habeatur sine titulo & dignitate mariti.* HVBER. *h. §. 1.*

2. Requirebatur autem (1) *vir cœlebs:* nam *maritus* concubinam habere non poterat; *l. 121. §. 1. de V. O. l. 144. de V. S.* GELL. *lib. IV. c. 3.* si habebat, *pellex* erat, non *concubina*, nec cœlebs plures quam vnam habere poterat;

rat; *l. vn. C. h.* ipsa vero *sola affectione maritali* distinguebatur a *legitima vxore*, *l. 41. §. 1. de R. N. l. 49. §. 4. de Leg. 3. vxorisque loco* erat, *l. 144. de V. S.* & liberi, ex ea nati, *naturales* dicebantur: MERILL. *lib. III. obs. c. 16.* (2) vt *habeatur causa concumbendi: l. 1. §. 1. h.* (3) *vt consuetudo illa sit diuturna*: (4) femina vero *vilioris conditionis.* Lex Iulia & Papia *concubinatum* Romæ probauerat, quæ procreationi sobolis studebat. *l. 3. h.* MERILL. *lib. III. obs. c. 15.* Damnauit eundem tum LEO *in Nou. 91.* tum *ius canonicum*, ab initio tantum quoad *clericos*, postea etiam quoad *laicos*, eumque *fornicationi* accensuit. Vnde etiam *in reform. polit. de anno 1548. tit.* von leichtfertigen Beywohnungen, damnatus est.

Lib. XXVI. Tit. I. (V. 35.)

De tutelis.

1. TVTELA est *vis ac potestas in capite libero* (pupillo) *ad tuendum eum, qui per ætatem se defendere nequit, iure ciuili data* (vel immediate vel mediate) *& permissa*, (vt detur in testamento.) conf. HVBER. *ad l. h. §. 2. seqq.* & *P. 1. digress. l. 3. c. 1. 2.*

2. Tutela, in se considerata, *iuris naturæ* recte dicitur, adeoque etiam *in regnis* obtinet.

net. HERTIVS *de tut. regia*, & in *elem. prud. ciuil. P. 2. ſ. 5. §. 23. ſeqq.* Hæc tamen magis ex principiis *iuris naturæ*, *moribus gentium*, & *iure publico* diiudicari debet ID. *c. l. ſect. 2. §. 3.*

3. Suſceptio tutelæ *in ſe* ad *officia humanitatis* ſpectat. Quia vero in *ſtatu ciuili* intereſt reip., vt impuberes recte educentur, *magiſtratui* cura pupillorum *primario* incumbit, adeoque (α) hi dicuntur eſſe in *publica tutela reipubl. l. 2, §. 1. ne de ſtat. defunct. l. 2. §. 2. qui pet. tut.* & quia (β) magiſtratus aliis vices ſuas committit, tutela dicitur *munus publicum; pr. I. de excuſ. tut. l. 214. de V. S.* (γ) *magiſtratus* autem eſt inſtar *tutoris honorarii. l. 15. §. 9. de excuſ.*

4. Conſideratur autem tutela vel in *conſtitutione ſua*, vel in *adminiſtratione*. Poſteriori reſpectu ad *quaſi contractus* refertur.

5. Priori reſpectu in tutela conſideranda (I) *legitima conſtitutio*, quæ fit vel *teſtamento*, hinc *teſtamentaria*: vel immediate ex *lege*, hinc *legitima*: vel a *magiſtratu*, hinc *datiua*: vel hodie etiam *pacto*, hinc *pactitia*.

6. (II) Talis conſtituendus tutor, *qui* (α) *prudentia rei gerendæ eſt inſtructus*: (β) *nulla ſuſpicione laborat*: (γ) *ad publicum munus admitti poteſt*, nec (δ) *vtilitatis publicæ cauſa impeditur.*

7. Per *primum principium* excluduntur *minores*, etiam de iure Germanico, *I. P. Sax.*

lib. 1. art. 42. furiosi, prodigi, qua tales. *l. 1. de curat. fur. §. 2. I. qui testam. tut. &c.*

8. Per *secundum* arcentur (α) *incerti, l. 20. de testam. tut.* (β) inimici, vel (γ) alia suspicione laborantes. Imprimis vero (δ) *creditores* & *debitores* pupilli. *Nou. 72. c. 1. 2. 3.* STEPHAN. *ad c. N. n. 6.* adeo, vt si *post tutelam susceptam* tutor aliunde acquisiuerit obligationem erga pupillum, adiungendus ei sit curator *N. cit. c. 2.*

9. Quodsi talis *temere* talem tutelam suscepit, *creditor* perdit actionem aduersus pupillum, *debitor* autem *exceptione* solutionis similiumque priuatur; *N. cit. c. 4.* modo (a) *dissimulauerit* tempore susceptæ tutelæ creditum vel debitum: (b) *suspectus* sit. Mater enim ob σοργὴν in liberos *suspecta* dici nequit, nec sub hac prohibitione continetur. *Nou. 94. præf. c. 1. auth. ad hæc. C. quand. mul. tut. offic. fung.*

10. Per *tertium* excluduntur *feminæ*, quia tutela dicitur *virile* & *publicum munus* esse. *l. 16. l. vlt. h. l. 1. §. f. de mun. & honor. Matres* tamen & *auiæ* admittuntur, *volentes*, propter *affectionem naturalem* erga liberos quoscunque, STRYK. *de iure auor. c. 2. n. 144. seqq.* tam *legitimos* quam *naturales. cit. auth. ad hæc.* Præferuntur vero omnibus *legitimis* & *datiuis*, *auth. matri. C. quand. mul. tut. offic. fung.* & sic etiam *auo.* BRVNN. *ad l. 1. D. de legit. tut. n. 6.* De *auia* vero vid. STRYK. *c. l. n. 155. seq.* & THOMAS. *ad Strauch. diss. 5. th. 15.*

11. Ex ratione introductæ tutelæ maternæ sequi-

sequitur, matrem in bonis feudalibus, etiam imperii, admittendam, STRYK. *de tut. mat. princ. imper.* COCCEI. *iur. publ. c. 29. §. 8.* nisi *gentilitiæ tutelæ* præualeant.

12. Requiritur vero, (1) *vt mater sit maiorennis. l. 2. C. quand. mul. tut.* (2) *vt maneat in viduitate:* hunc in finem *iurato* renunciare debet secundis nuptiis *l 2. l. f. C. eod. auth Sacramentum C. eod.* Ad secunda vota transiens, amittit eandem, *N. 94. c. 2.* STRYK. *de iur. auor. c. l. n. 147.* nec aliter quam dispensatione principis eam retinet. (3) *Vt renunciet SCto Velleiano. N. 118. c. 5. cit. auth. matri.* (4) *Vt pater nullum dederit in testamento.* Hic enim matri præfertur.

13. Per *vltimum principium* haud admittuntur (a) milites, *§. 14. I. de excusat. tut.* (b) episcopi, aliique clerici. *l. 52. C. de episc. & cler. N. 123. c. 5.*

14. (III) *Tutor constituendus primario* PERSONAE *pupilli. l. 12. seqq. de test. tut.* vtpote quam *tuetur* & *sustinet* in *statu ciuili;* quamuis per consequentiam *bonorum administrationi* etiam vacare debeat. *l. 12. §. 3. de admin. & per. tut.*

15. Hinc (*a*) non absurdum est, aliquando pupillis *curatorum* constitui, si (1) ad *certam* tantum *causam* tutor præsto esse non potest, *§. vlt. I. de aut. tut.* iuxta vulgatam regulam, *quod tutorem habenti tutor dari nequeat;* vel si (2) *administrationem* quorundam bonorum tutor primarius forsan expedire nequit, sed *cura-*

tore adiuncto opus habet, *l. 10. §. f. de excuſ. l. 13. pr. h.*

16. Sed & (β) *actor* vel *adiutor* differt a tutore, quem (a) *iure Romano* ipſe tutor *ſuo periculo*, decreto tamen magiſtratus, conſtituit, ſi non poſſit ſufficere adminiſtrationi *patrimonii diffuſi*, vel ætas aut valetudo tutoris id poſtulet; *l. 13. §. 1. h. §. 6. I. de curat. l. 24. pr. de admin. & peric.* curator a magiſtratu datus autem magis *proprio periculo* adminiſtrat. (b) *Iure hodierno* huiusmodi *actorem* tutor conſtituit ad *cauſas iudiciales*, in quibus ſuam perſonam per *actorium* legitimat, cui plerumque adiungere debet *tutorium* tutoris conſtituentis.

17. Imo (γ) tutores quidam absque omni rerum adminiſtratione eſſe poſſunt Triplices generis enim tutores recenſentur in *l. 14 §. 1. de ſolut.* quod alii ſint *honorarii*, alii *notitiæ gratia dati*, alii *gerentes*. Hi tantummodo adminiſtrant; illi ceteros gerentes inſtruunt: iſti vero obſeruant. *l. 3. §. 2. de admin. & peric. tut.*

TEXT. NOTAB

L. 1. pr. §. 2. f. l. qui habet. 5. pr. §. 1. 2. l. mutuo. 6. pr. §. 1. 4 l. filiusfam. 7. l. in eos. 9. l. etiam. 10. l. ſolet. 13. l. Tutela. 16. l. vlt.

Ex Codice l. *tutelam.* 1. auth. matri & auiæ. auth. ſacramentum auth. ad hæc.

Tit. II.

Tit. II. (V. 28.)

De testamentaria tutela.

1. TESTAMENTARIA tutela est, *quam pater liberis, proxime in potestate eius existentibus, & quidem impuberibus, in testamento perfecto constituit.*

2. Tutor hic (I) *constituendus a patre;* est enim effectus patriæ potestatis. *l.120. de V.S.* Hinc (α) mater non potest; nisi liberos *vltra legitimam* heredes instituerit, *l. 4. h.* quo casu confirmatur. *l. 4. D. de confirm. tut. l. 4. C. h. l. 69. §. 2 de leg. 1.* BYNCKERSHOEK. *lib. 2. obs. c. 17.*

3, (β) Pater etiam *exheredato* potest tutorem dare, *c. l. 4.* quod tamen hodie, nisi in exheredatione *bona mente* facta, concipi nequit. HVBER. *h. §. 2.*

4. Et quidem (II) *liberis suis.* Emancipatis (α) non constituit; quamuis constitutus confirmetur, *§. vlt. I. de tut.* nisi euidens pupilli vtilitas contrarium suadeat.

5. Idem (b) dicendum, si filio *naturali,* cui aliquid reliquit, tutorem dederit; *l. 1. §. 1. l. 3. 6. 7. D. de confirm. tut.* nam & hinc confirmandus.

6. Denique (III) *constituendus in legitimo testamento,* quo etiam pertinent dati in *codicillis, testamento confirmatis. l. 3. pr. h.* Aliud ergo dicendum, (α) si in codicillis *per se subsistentibus,* vel testamento parentum inter libe-

ros *extraneus* foret constitutus, qui itidem confirmandus: *l. 2. C. de confirm. tut. l. 3. D. eod.* STRYK. *de iure testand. int. lib. c. 4. n. 3. seqq.* HAHN. *ad W. h. n. 2.* (ε) si *simplici declaratione* tutor constitutus est. *l. 1. §. 1. de confirm tut.*

7. Plenior *patri* potestas in constituendis tutoribus data est, quam *magistratui*; ille etiam *ad tempus*, & *sub conditione* constituere potest. *l. 8. §. 1. 2. h.* Cauendum tamen patri, ne tutor se ipsum tutorem scribat: alias is tutor non erit, nisi testator sua *subscriptione speciali* hoc declarauerit. *l. 29. h.*

8. Ceterum patris voluntas *stricte* obseruanda, etiamsi *inhabilem* dederit; quo facto interim alius a magistratu dandus, donec datus ad habilitatem peruenerit, *§. 1. I. de Attil. tut.* modo de *voluntate* patris adhuc constet. *l. 30. h.* Hinc ad ignorata non trahenda. *l. 16. §. 3. h.*

9. Hanc testamentariam tutelam cessare in electorum liberis, communiter asserunt propter *A. B. c. 7. §. 4.* STRYK *de tut. mat. princ. imp c. 1.* nisi causa prægnans adsit; conf. COCCEI. *iuris publ. prud. c. 29. §. 17. seqq.* quod tamen ex A. B. vnice colligi nequit, sed aliunde constat.

10. Valet hæc tutela, si vel vnus saltim ex heredibus adiit hereditatem. *l. 7. 9. h.* Collapso vero testamento, tutela quoque corruit, nisi (α) pro parte tantum corruat, quoad heredis institutionem · (β liberi sui tantum sint instituti, & hi abstinuerint; nam sic tutelas con-

confirmat sola suorum heredum *existentia.* STRVV. *ex. 34. §. 19.*

TEXT. NOTAB.

L. testamento. 3. l. pater. 4. l. quid si nepotes. 6. l. si nemo. 9. l. si quis. 11. l. certarum. 12. seqq. l. quis ita. 16. pr. §. 3 l. testamento. 17. pr. §. 2. l. testamento. 21. l. tutor. 23. l. si plures. 24 l. ex sententia. 29. l. Duo sunt Titii 30. l. quæro. 31.

Ex Codice l. etsi. 2. l. mater. 4. l. si tibi. 6. l. tutelæ. 7.

Tit. III. (V. 29.)

De confirmando tutore vel curatore.

1. COnfirmandus est tutor *imperfecte* datus a *magistratu*, quoties aliquod requisitum, *tit. antec.* explicatum, in tutore *testamentario* deficit. *Confirmatio* fit ab illo, qui tutorem dare potest.

2. Modus confirmandi fit vel *simpliciter absque inquisitione*, quando pater *non-iure* dedit tutorem, *l. 1. §. 2. h.* modo euidenter *status rerum* non fuerit mutatus, vt liqueat, patris voluntatem fuisse mutatam. *l. 8. 9. 10. h. l. 4. de testam. tutel.*

3. Vel *cum inquisitione*, si alius quis dederit; tunc enim (*a*) inquirit in personam, an apta sit nec ne? *l. 1. §. 2. h.* (*b*) præterea ab his cautionem exigere debet. *l. 5. h.* Proinde hæc confirmatio *pro tribunali* fit, cum causæ cognitionem desideret. *l. 7. §. 1. h.*

4. Manet tamen nihilominus talis tutor confirmatus *testamentarius*, *l. 3. h.* cum iudex hunc non *constituat* ex *libero arbitrio*, sed constitutum demum *confirmet*: hinc & matri & reliquis tutoribus hunc præferendum esse autumo. STRYK. *in not. ad Lauterb. h. in f.* STRVV. *ex 31. th. 21.* BRVNNEM. *in parat. h. t. q. vlt.* Diss. HVBER. *h. §. 4.*

5. Hodie confirmandi quidem omnes sunt tutores secundum *R. I. de Anno 1548. & 1577. t. 32.* sed propterea *differentia tutelarum iuris Romani* non est sublata, sed disertis verbis *cit. l.* stabilita, quoniam hæc *confirmatio* non ad *constitutionem tutelæ*, sed ad *constitutæ exercitium* spectat. BERGER. *in resol. LL. h.*

6. Quocirca α) quoque ad *honorarios*, qui plane non administrant, hæc *confirmatio* vix necessaria videtur. LAVTERBACH. *de honor. tutor. c. 3. th 21. inf.* Et (ϛ) qui delatam tutelam subire recusant, ante confirmationem sese excusare debent.

7. Differt illa, quæ *iuris Germanici* est, a *Romana*, quod hæc (α) ante *confirmationem* non sit tutoris periculo, *l 1. C. de testam. tut.* nec (ϛ) tempus, antequam confirmatur, ei cedat: *l. 1. C. h.* (γ) excusatione opus non habeat: *l. 1. 2. C. h.* (δ) curare non debeat, vt confirmetur. Ast si legitime constitutus est, *suo periculo* cessat, si non ipse quamprimum curat, vt secundum *ius Germanicum* confirmetur. STRYK. *in V. M. h. t. §. 5. seqq.*

TEXT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0620
DFG

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 2. l. mulier 2. l. quia patre. 3. l. tutores. 5. l. naturali. 7. §. 1. l. in confirmando 8. l. vtilitatem. 10. Ex Codice l. testamento. 1. l. neque. 2. l. naturalibus. 4.

Tit. IV. (V. 30.)

De legitimis tutoribus.

1. DEficiente *testamentaria*, succedit *legitima*. Deficit autem (I) *in totum* vel *facto iudicis* vel *alio modo*. Priori casu *datius* succedit: posteriori vero *legitimus*. *l. 11. §. 1. seqq. de testam. tut.* Quandoque (II) *in tantum*, vt adhuc *speretur* testamentaria, quo casu legitima cessat. *l. 11. pr de testam. tut.*

2. Defertur hæc tutela illis, qui *proximam spem succedendi* habent, *Nou. 118. c. 5.* modo habiles sint ad tutelam suscipiendam; *l. 1. pr. h.* alioquin proxime sequentes eam suscipere coguntur. *l. 1. §. 1. l. 10 h.* Quodsi vero propter *impedimentum temporale* proximior tutor esse nequit, datur interim tutor a magistratu. *l. 1. §. 2. h.*

3. Consequens est, vt, si plures in pari sunt gradu, æque quoque admitti debeant ad tutelam, si omnes idonei sunt. *§. 7. I. de cap. dimin. l. 9. h.* Integrum tamen iis est, vnum eligere, qui solus administret, periculo tutelæ omnibus nihilominus imminente: *auth. sicut hereditas. C. h.* adeoque ad diuisionem co-

gi nequeunt. *l. 3. §. 8. de admin. & per. tut.* Iure Saxonico inter agnatos *senior* præfertur. Land-Recht. *l. 1. art. 23.*

4. Ex eodem fundamento tutela ad alios, quomodocunque succedentes, spectat, v. c. ex pacto confraternitatis: STRYK. *de succes. ab int. diss. 8. c. 7. §. 40.* ex feudo, vbi solis agnatis, vel simultanee inuestitis, ID. *in exam. iur. feud. c. 7. q. 15.* aliquando etiam domino feudi tutela defertur. ID. *c. l. q. 21.* Proinde etiam substitutus pupillo tutelam subire tenetur, & vbi *ius primogenituræ* obtinet, senior inter fratres pupilli tutor est.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. legitimos. 5. pr. §. 1. 2. l. intestato. 6. l. si plures. 9. l. Agnato. 10.
Ex Codice auth. sicut hereditas. l. nemo. vlt.

Tit. V. (*V. 34. 36.*)

De tutoribus & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent: & qui & in quibus causis specialiter dari possunt.

1. TVtela DATIVA est, *quæ deficientibus prioribus speciebus a magistratu competente defertur iis, quos ad hanc subeundam idoneos iudicarunt.*

2. Dat

2. Dat hunc (I) *magistratus competens*, olim is solum, cui hoc *speciali lege* erat commissum; *l. 6. §. 2. de tutel.* qui tamen seipsum tutorem dare nequit. *l. 4. de offic. præt.* Hodie *iurisdictioni inferiori* hoc ius cohæret. *ord. Pol. de Anno 1577. §. 32.* SCHILTER. *ex. 37. §. 65.*

3. Competens is vero est, cui respectu *domicilii* vel *priuilegii* subest pupillus, *§. 4. I. h. l. t. in f. h.* & sic *immediate subiectis* imperio imperator vel camera tutores dat. STRYK. *de tut. mat. princ. imp. c. 1. §. 25. seqq.* COCCEI. *iur. publ. prud. c. 29. §. 8.*

4. Hoc modo dati tutoris potestas ad omnia bona se extendit, vbicunque sita fuerint. *l. 5. §. 12. de reb. eor. qui sub. tut.* COCCEI. *c. l. § 9.* Quod si autem omnibus bonis non sufficiat, a iudice *rei sitæ* curator iis dari debet. *l. 27. pr. h. l. vn. C. vbi pet. tut.*

5. Ex eodem fundamento fluit, datum tutorem quoque subesse debere iurisdictioni dantis. *l. 3. h. l. 5. C. eod.* Volens tamen etiam *extraneus* dari potest. Alioquin si nemo idoneus sub eius iurisdictione adsit, & extraneus illam assumere nolit, iudex illius loci adeundus, &, vt ab eo cogatur, requirendus. *l. 24. h.*

6. (II) *Causa cognita.* Oportet enim magistratum mores creandorum inuestigare, vt nec sola *dignitas* nec *facultates* sufficiant. *l. 21. §. 5. h.* Nam magistratus dando vel nominando tutorem, id *suo periculo* facit. *l. 13. in f. de excusat. l. 28. h.* Inprimis autem hunc non dabit,

bit, quem parentes dari prohibuere, *l. 21. §. 2. h.* aut qui se ipsum ingerere vult. *l. c. §. 6.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. l ius dandi 3. l. non tantum. 7. l. his qui. 12. l. ventri 20. l. Scire oportet. 21. pr. §. 1. 2. 5. 6. l. Diuus Marcus 24. l. Curatorem 25.

Ex Codice l. maritus 2. l. luminibus. 3. l. militiæ 4. l. neque 5. l. quod dicis 6. auth minoris l. Curatorem. 10. l. curator. l. 12. *qui dare tut.* l. potuit 2. l. propter. 3. l. licet 4. l. vlt. *in quib. cauſ. tut. vel curat. hab.*

Tit. VI. (*V. 31. 32.*)

Qui petant tutores vel curatores & vbi petantur.

1. SI mater tutelam liberorum ſubire recuſat, (cogi enim nequit, nec *ipſo iure* tutrix eſt) ad eius tamen ſolicitudinem ſpectat, eis petere tutores. Conſiſtit *petitio* in eo, vt (α) *idoneum* nominet, curetque, vt conſtituatur: *l. 2. §. 1. h. l. 2. ff. 23. 32. ad SCt. Tertull.* (β) tam liberis legitimis quam illegitimis: *l. f. C. h.* (γ) imo in locum remoti vel defuncti alium nominet: *l. 2. §. 35. 38. ad SCt. Tertull. l. 3. C. eod.* (δ) & quidem confeſtim; *l. 2. ff. 2. h.* ſufficit tamen, ſi modo *intra annum* petat, *l. 10. C. de legit. hered.* quod ob *annum luctus* conſtitutum

tum videtur: MERILLIVS *lib. I. obſ. c. 37.* (ε) coram iudice competente *l. vn. C. vbi pet. tut.*

2. Hæc vbi negligit, priuatur *liberorum* hereditate: *l. 2. §. 2. h.* modo (1) nulla *iuſta de cauſa* impedita fuerit: *l. 2. §. 43. ad SCt. Tertull.* (2) nemo iam matrem præuenerit: *l. 2. §. 27. eod.* (3) annus elapſus fuerit: STRYK. *de ſucc. ab int. diſſ. 12. c. 3. §. 6.* & (4) mater maiorennis ſit.

3. Imo & (5) liberi debent decedere in impubertate, *l. 3. C. ad SCt. Tertull.* STRYK. *c. l. §. 9.* nec adeſſe (6) teſtamentarii aut *legitimi. l. 9. C. h.*

4. Eadem quoque dicenda ſunt, ſi mater quidem tutelam geſſit, ſed ad ſecunda vota conuolauit, non petito prius tutore, *l. 2. C. ad SCt. Tert.* ob rationem *l. 22. in f. C. de admin. tutor.* HVBER. *P. 1. digreſſ. l. 3. c. 11.*

5. Curatores petere liberis non tenebatur mater, *l. 2. §. 29. ad SCt. Tertull.* niſi quibus ex *neceſſitate* dandi erant, vt furioſis. *l. c. §. 31.* Hoc hodie etiam quoad *minores* obtinere credo, poſtquam *inuitis* curatores conſtituuntur, niſi curatela in tutoribus *ipſo iure* continuetur. SCHILT. *ex. 37. §. 79.*

6. Matre ceſſante intra annum, eadem neceſſitas incumbit poſtea reliquis, qui ſuccedendi ſpem habent, *l. 19. C. de legit. hered.* ſub eadem pœna *priuationis.* Ceteri amici, affines, & familiares ex *libera voluntate* petunt. *l. 2. pr. §. 3. l. 3. §. 2. h.* Ceterum quamuis actor, cum

cum pupillo agens, vrgere debeat, vt magistratus ei tutorem constituat, eum tamen *suo periculo* nominare non tenetur. *l. 1. 4. 7. C. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si minores. 2. §. 1. 2. l. vlt.
Ex Codice l. in locum 3 l. amita. 5. l. matris. 6. l. cum 2 matribus. 8. l. cum iure. 9. l. vlt. *qui petant.* l. vn. *vbi petant. tutor.*

Tit. VII. (V. 37. 38. 52.)

De administratione & periculo tutorum & curatorum, qui gesserint vel non, & de agentibus vel conueniendis, vno vel pluribus.

1. IN tutore respiciendum est *officium*, quid facere *debeat?* & *potestas*, quid facere *possit?* De illo hic agitur. De hac *tit. seqq.* & *tit. 9. lib. seq.*

2. Officium consideratur vel quoad tutelam *suscipiendam*, vel quoad susceptam *legitime & fideliter administrandam.*

3. In *suscipienda* tutela curandum, (1) vt, *quam primum potest*, suscipiatur; alias cessat tutor suo periculo, *l. 1. § 1. h. l. 5. §. f. h.* iusto tamen adhibito temperamento. *l. 1. §. 1. l. 7. §. 1. l. 39. §. 6.*

39. §. 6. h. Negligens etiam & *contumax* vt ſuſpectus tandem remoueri poteſt. *l. 2. ſq. C. de ſuſp. tut.*

4. Hinc (2) curet, vt, quam primum poſſit, confirmetur, accepto a magiſtratu *tutorio* vel *curatorio*: ante nihil legitime adminiſtrabit, niſi quæ moram non ferunt

5. *Inuentarium* (3) confici curet, & quidem ſolenniter, *l. 7. pr. h.* STRYK. *in V. M. h. t. §. 12. ſeqq.* cuius vtilitas tum in *fide publica*, tum in eo conſiſtit, vt faciat fidem quoad *chirographum amiſſum*, ſi modo eius tenor ei inſertus ſit *l. 57. h.*

6. Si *dolo* ceſſat conficere inuentarium, (α) remouetur cum infamia: (ε) arbitrarie punitur; *l. vlt. §. 1. C. arbitr. tut.* (γ) tenetur pupillo ad id, quod intereſt, quod iuramento in litem æſtimatur. *l. 7. pr. h.* Idem dicendum, ſi *dolo malo* non omnia relata ſunt in inuentarium. FAB. *in C. l. 5. t. 23. d. 3.*

7. *Iuſta* ergo *cauſa* excuſat tutorem, *l. 7. pr. h.* quo pertinet (α) prohibitio paterna: *c. l. vlt. §. 1.* (ε) modicitas patrimonii: MEV. *4. D. 8.* (γ) ſi alias dolus ceſſat, vt in *matre*; priuatam tamen deſignationem omnino facere debet talis tutor, iuramento poſtea confirmandam.

8. (4) *Satisdationem* præſtet, quæ hodie rarius exigi ſolet. (5) *Iuramentum* præſtet, *R. I. de Anno 1548. & 1577. tit. 32. §.* item daß er, quod in *quibusdam locis* negligitur. STRYK. *in V. M. h. §. 2. ſqq.*

9. Quod-

9. Quodsi plures sint tutores (6) tutelam suscipiant hi, quos *pater* vel *iudex* designauit; pater enim vel iudex vni committere tutelæ administrationem potest, ceteris tantum *obseruatoribus* & *custodibus* administratoris constitutis. *l. 3. §. 1. 2. 6. h.* Si *simpliciter* sunt constituti, singuli *in solidum* obligantur inter se, tamen possunt, si velint, diuidere tutelam; *l. 3. in f. l. 4 h. t.* neque enim ad tutelam diuidendam cogi possunt. *c. l. §. pen. h.*

10 Multum tamen interest, vtrum diuisio *a iudice* vel *testatore* fuerit facta? quo casu quilibet de sua parte tenetur, nisi ceteri in culpa sint, quod collegas suspectos non reddiderint: an vero *inter se priuato pacto* diuiserint? quo casu non prohibetur pupillus, singulos *in solidum* conuenire. *l. 2. C. de diuid. tut.* Sic etiam circa *autoritatem* impertiendam hæc distinctio vsum præbet, vt *tit. sqq. §. 8.* traditur.

11. Ipsa diuisio varie fieri potest, vel vt vnus tantum administret: vel alternis annis administratio geratur: *l. f. C. eod.* vel gestio per *partes* aut *regiones* diuidatur. *l. 3 in f. l. 4. h. t.*

12. *Administratio tutelæ legitime susceptæ* vel *personam* pupilli respicit, eiusque *educationem*, vel eiusdem *bona*.

13. Quoad PERSONAM curabit, vt legitime de *alimentis* ipsi prospiciatur, & ipsius mores recte formentur ad pietatem & probitatem, secundum facultates & dignitatem pupilli. *l. 12. §. 3. h.* Quocirca tutor *diuersæ religionis* ab *educatione* arcendus.

14. Quoad

14. Quoad BONA, *officium boni partis familias* implere debet. *l. 10. l. 33. pr. h.* Consistit illud secundum *l. f. de LL.* in his: (1 *vt legitime & prudenter augeantur l. 7. C. arbitr. tut.* Pecuniam ergo (α) *sub vsuris* dare debet; alioquin primo anno *post sex; l. 15. h.* reliquis annis *post duos menses* ipse ad vsuras soluendas tenetur, *l. 7. §. 11. h.* MEV. 7 *D. 200.* modo interim se commoda occasio, pecuniam aliis credendi, obtulerit. Hoc præsumitur, si eo tempore propriam pecuniam bene collocauit. *l. 13. §. 1. h.* Idem hodie quoque iuris est contra *N 72. c. 6. & auth. Nouissime. C. h.* CARPZOV. P. 2. *C. 11. def. 22. & 23.* & sic tutor tenetur etiam de *vsuris percipiendis. l. 32. §. 2. h. l. 25. 27. C. eod.*

15. Præterea (ε) in *exigenda sorte* esse debet prouidus, ne, si interim debitores soluendo esse desinunt, hoc periculo tutorum cedat, modo *negligentia tutorum* probata fuerit. *l. 57. pr. h.* MEV. *8. D. 78. 79.* Hæc in debitis, *certo tempore soluendis*, vt plurimum aperta est, quippe quæ statim exigere, & alio conuertere, vel eorum nomine *agere* debuit. *l. 25. C. h.* MEV. 4. *D. 11.*

16. Quoad *nomina* sub *vsuris* contracta & data a *patre* pupilli, saltim præstabit, vt non sint *dolo* vel *culpa lata* reddita inidonea. *l. 2. C. arbitr. tut. l. 25. 27. C. h.* Maior diligentia præstanda est, si *ipse tutor* nomina contraxit. *l. 11. de condit. & demonstr. l. 7. C. arbitr. tut.* COCCEI *de curios.*

legal. prof. c. 2. concl. 10. HARTM. PISTOR. *P. 1. qu. 49.* MEV. *7. D. 198.*

17. Denique (γ) si *lucrum* amisit *facto proprio*, quod pupillus acquirere poterat, tenetur *c. l. 7. l. 17. 18 locat. l. vlt. h.* Ergo vsuras, quas ipse debet, a se quoque *mature* exigere, easque in rem pupilli vertere tenetur; *l. 7. §. 12. h.* alioquin eum ad *vsuras vsurarum* obligatum esse censet MENCKE *de tutor. ad vsur. vsurar. oblig. §. 3. seq.* Sed vid. STRYK. *V. M. h. t. §. 23.*

18. (II) *Vt prudenter conseruentur.* Curet ergo, ne ex iuribus vel rebus pupillorum aliquid amittatur, *l. 23. C h. I. P. S. lib. 1. art. 41.* sed *bonam causam* iudicialiter prosequatur, *l. 11. l. f. C. h. calumniosam* vero *litem* haud moueat. *l. 9. §. 6. h.*

19. (III) *Vt prudenter dispensentur, & expendantur.* Sumtus *inutiles* facti a tutore restituendi. *l. 32. §. 5. h.* E contrario res pupilli mobiles *inutiles*, aut quæ seruando seruari non possunt, *mature* alienare debet. *l. 22. C. h. l. 3. C. de peric. tut.* Quin plerumque hodie *autoritate magistratus* res mobiles reliquæ pupillorum vendi iubentur, pecunia inde redacta sub vsuris collocata.

20. In genere præstabit tutor *culpam leuem, l. 33. h.* nisi se obtulerit. *l. 53. §. 3. de furt.* Cum heredibus mitius proceditur, cum nihil difficilius sit, quam ex aliena administratione rationes reddere. *l. 4. pr. §. 1. de fideiuss. & hered. tut.* quod in dubium vocat THOMAS. *de culpa tut. ab hered. præst.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. l. si plures. 3. §. 1. 2. 3. 6. 8 l. ita autem. §. 3. 5. 6. 7. l. tutor qui repertorium 7. pr §. 1 2 4. 11. l. quoties. 9 §. 2. 5 6. l. generaliter. 10. l. cum plures. 12. §. 13. l. Tutor. 13 l. cum quæritur. 16. l. Decreto. 24. l si minoris. 25. l. cum curatore. 26. l. Tutor. 27. l. Tutoris. 30 l. sine herede. 32. §. 4. 5. 6. l. a tutoribus. 33. pr. §. 3 l. inter tut res 36. l. si plures. 38. l Tutores. 39. pr l. ex pluribus 42 l. Lucius Titius 46. § 5. vlt. l. non existimo 54. l. tres Tutores 55. l. Tutor rerum 56 l. Chirographis. 57.

Ex Codice l sumtus. 3 l non est ignotum. 6 l. tutelam. 7. l. si curatores. 9. l si bonam. 11. l. si non subscripsisti. 15. l. non omni. 16. l. Tutor. 19. l pro officio. 20. l. lex. 21. l. si tutoris. 23. l. Tutores 24. l. sancimus. 25 *de admin. tut.* l. & qui notitiæ 1. l. ad eos. 2. l. si res pupillares. 3. l. vlt. *de peric. tut.* l. si diuisio. 20. l. vlt. *de diuid. tut.*

Tit. VIII. (V. 59.)

De autoritate & consensu tutorum & curatorum.

1. MEdiate tutor administrat per *interpositionem auctoritatis*. Est vero AVCTORITAS tutorum *approbatio solennis negotii liciti, quod geritur a pupillo infantiam egresso, pure & statim intervenientes.*

2. Olim (i) *solenniter interponenda erat, l. 2. h.* quod esset *actus legitimus*. Hinc *statim* & *pure*

& a *præsente* debebat interponi iuxta naturam actuum legitimorum. *l. 77. de R. I.* Hodie *simplex consensus* sufficit.

3. Necesse porro est (II) *vt pupillus gerens sit infantia maior:* si infantiam non excessit; tutor solus agit. *l. 1. §. 2. de administr. & peric. tut.* cum infans nihil agere possit.

4. (III) *Vt pupillus aliquid licite gesserit.* Olim distinguebatur inter negotia *iudicialia* & *extraiudicialia.* In *illis* liberum erat tutoribus, mallentne ipsimet litem suscipere, an auctoritatem pupillo agenti præstare; *l. 1. §. 2. cit. pr. I. de iis per quos ag. poss.* In *his* aut *præsentia domini* requirebatur, vt in *actibus legitimis*, aut non. *Ibi* pupillus ipse *necessario* interuenire debebat; *hic* vero solus tutor negotium peragere poterat, quamuis tutius cum ipso pupillo, *tutore autore*, ageretur.

5. Gerit autem pupillus aliquid vel *acquirendo*, vel se *obligando*, aut alio modo *deteriorem conditionem faciendo:* ibi non est auctoritas necessaria, nisi *solennitas iuris* dnsideretur; *l. 19. h.* bene vero hic. *l. 9. pr. h.* Vnde sicuti pupillus soluere absque tutoris auctoritate nequit, ita nec assignare. COCCEI. *de assign. §. 22.*

6. (IV) *Vt aliquid gestum sit cum tertio*, non ipso tutore, qui in rem propriam auctor fieri nequit, nisi *per consequentiam l. 1. h.*

7. Non tamen cogendus est tutor ad auctoritatem interponendam, quia licet vel maxime ex *denegata autoritate* lædatur pupillus, *actione tutelæ*

telæ tamen hanc iacturam reparare potest. *l. 17. h.* Magistratui vero integrum est, tutoris dissensum suo consensu supplere. *l. 1. §. 5. quod falsi tut.* Ceterum tutor auctoritatem interponens sibi non præiudicat. *l. 26. C. de admin. tut.*

8. Denique (V) *vt is eam interponat, qui gerere non est prohibitus.* Inter plures, qui *in solidum administrant*, sufficit vnius auctoritas *l. 5. C. h.* Circa *honorarios* distinguitur, vtrum iis a *iudice* vel *patre* sit interdicta administratio, an vero *priuato ausu* tutelam diuiserint? Priori casu auctoritatem interponere nequeunt, *l. 4. h, l. 14 §. 1. de solut.* bene tamen posteriori. *l, 49. de acq. vel omitt. hered.*

9. Ex quo fluit, tutorem *priori casu* in *diuisa tutela* vlterius non posse impertiri auctoritatem suam, quam quousque administrat. *l. 5. C. h.* Ast si agitur *de tutela dissoluenda*, omnes concurrere debent. *c. l. 5. in f.*

10. Si auctoritas non fuit adhibita, vbi adhiberi debuit, actus quidem *vnilateralis* plane subsistere non potest, *bilateralis* vero claudicat. *l. 13. §. 29. de act. E. V.* In quantum tamen *locupletior* factus pupillus, *l. 5. pr. §. 1. h.* & vbi *ex re* obligatio venit, obligatur, *l. 1. pr. de contr. tut. act.* quia tantum auctoritas necessaria, vbi pupillus *consensu* suo quid agit, non si quid *ipso iure* contingit. *§. 3. I. de heredit. quæ ab intest. defer.*

11. Quoad *minores* consensus nudus curatoris requirebatur, qui solenniter interponi non debebat, vti auctoritas, adeoque differentia

inter vtramque speciem olim notabilis aderat, quæ hodie ostendi nequit. Hvber. *h.* §. 2.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. l. nulla 2. l. etiam. 3. l. etsi. 4. l. pupillus. 5. pr. §. 1. l. obligari 9 pr. 1 3. 5. l. impubere. 13. non multum 14. *Ex Codice* l. eum 3. l. clarum. 4. l. veterem. 5.

Tit. IX. (V. 39. 40.)

Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri possunt.

1. Si pupilli *auctore tutore*, vel minores *consensu curatoris* ipsi gesserant, *directo* conueniri poterant: sed si tutores vel curatores soli, contra strictam *iuris ciuilis* rationem agere vel conueniri poterant *vtilibus* actionibus, finita tutela, *l. 5. §. 9. de constit. pec. l. 2. h.* adeo vt etiam *iudicati actio* transferatur ad pupillum, tutore condemnato. *l. 6. h.*

2. Requiritur tamen (1) *vt tutor egerit absque fraude.* Hæc, quatenus extra rem pupilli facta, non nocet pupillo: *l. 4. h.* si *in ipsa administratione* vel alio modo, quantum locupletior factus, tenetur, *l. 24. D. si quis omiss. caus. testam. l. 3. h.* vel quantum a tutore seruare potest, *l. 3. cit.* vt tamen actiones cedendo liberetur. *l. f. de admin. tut.* Sic nec prodest pupillo

lo dolus tutoris. *l. 4. §. 23. de dol. mal. & met. except.* BRVNNEM. *in paratit. h. q. 9.*

3. (II) *Vt in vtilitatem pupilli negotium fuerit gestum. l. 3. C. h.* Proinde (α) etiam locationi, a tutore vtiliter factæ, stare tenetur. *l. 4. C. h.* (ζ) Si litem m. f. instituit, tutor ipse expensas ferre debet. FAB. *in C. l. 5. t. 24. D. 3.* (γ) Qui ex facto tutoris aduersus pupillum agere vult, docere debet *versionem* STRYK. *de proband. verf. credit. c. 1.*

4. *Durante tutela* contra tutores vel curatores *directæ* instituuntur, *l. f. C. h. l. 11. §. 6. de pign. act.* sed tantum ratione *officii*, ENGELBR. *ad D. h. §. 22.* vt ex bonis pupilli soluant. HAHN. *ad W. h. n. 2.* Ea finita, conueniri nequeunt, *l. 1. C. h.* si sub qualitate *tutoris* contraxerunt. *l. f. si quis caut.*

5. Hinc tenentur (1) fideiussorio nomine: *l. 15. C. de admin. tut.* (2) si sua bona *proprio* obligarunt *nomine: l. 5. §. 1. h.* (3) negotium simul ad ipsum proprio nomine pro parte spectat: *l. vlt. h.* (4) pecuniam pupilli nomine acceptam in proprios vsus conuerterunt: (5) dolose egerunt.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si tutor. 2. l. Dolus. 3. l. post mortem. 5. §. 1. l. tutor. 6. l. vlt.

Ex Codice l. Iuliana. 1. l. etsi. 2. l. in rem. 3. l. vlt. *quando ex facto.* l. vlt. *si ex plurib. tutor.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0635
DFG

Tit. X. (V. 43.)

De suspectis tutoribus & curatoribus.

1. Finitur tutela variis modis: (I) Quoad tutorem, *remotione*, quod sit criminis *suspecti* reus, qualis est, *qui officium tutoris debita diligentia non implet, sive dolo, sive segnitie insigni, & sic non ex fide gerit tutelam.* Vnde mores, non paupertas, aliquem faciunt huius criminis reum; *l. 5. C. h.* licet *simplex suspicio* non sufficiat, quæ etiam in pauperem cadit. *l. 3. §. 1. de reb. aut. iud. poss.* HVBER. *in digress. p. 1. l. 3. c. 26.*

2. *Suspecti crimen* quasi *publicum* dicitur, hinc requiritur LEGITIMA ACCVSATIO. Hæc peragitur hodie (1) *coram iudice inferiori*, nisi agatur ad *pœnam corporis afflictiuam*; nam tunc iudex, criminalem iurisdictionem habens, adeundus. *l. 1. §. 8. l. 2. h.* SCHILT. *ex. 37. th. 141.*

3. (II) *Institui potest ab omnibus*, etiam matronis piis, *§. 3. I. h.* sine *impensarum restitutione*, si *ex pietate* hoc factum. *l. 44. de negot. gest.* Imprimis vero ad hoc *ex officio* tenentur (α) tutores honorarii, *l. 3. §. 2. de admin. & peric. tut.* vel alii contutores COCCEI. *de curios. legal. prof. c. 2. concl. 8.* (β) Magistratus *l. 3. §. 4. h.* Matri nihil imputatur, si non fecerit suspectum. *l. 4. §. 4. qui pet. tut.*

4. (III)

4. (III) *Accusari possunt indistincte, qui suspecti sunt*, & quidem (1) vel post *tutelam* iam *susceptam*, siue *testamentarii* fuerint, siue *legitimi*, siue *datiui*; vt tamen famæ parcatur eorum, quibus debetur reuerentia, vel cum quibus necessitudo pupillis intercedit. § 2. *I. h.* Hinc aliquando tantum curator adiungitur. *l. 9. h. l. 1. §. 5. h. t.*

5. Vel (2) ante *tutelam susceptam*, si pessime tutelam gesturi præsumuntur, veluti (α) ob dolum vel ignauiam gerere recusantes: *l. 4. §. f. h. l. 3. C. h.* (β) in limine inuentarium omittentes: *l. 7. pr. de admin. & per tut. l. f. C. arbitr. tut.* (γ) aliud delictum ante administrationem perpetrantes: *l. 3. §. 5. h.* (δ) qui ex vita ante acta vel alia male administrata tutela suspecti fieri possunt: (ε) data pecunia tutelam redimentes. *l. 3. §. 15. in f. h.* conf. *l. 1. §. 7. de offic. præf. vrb.*

6. (IV) *Instituta accusatione*, *administratio tutori interdicenda*, curatore interim dato; *l. 7. C h.* modo (α) indicia non leuia contra tutorem adsint: (ε) delicti eiusmodi reus postuletur, quod meretur remotionem: (γ) reus ad minimum *summarie* auditus fuerit.

7. (V) *Probato crimine tutor remouendus*, addita aliquando pœna grauiori pro delicti grauitate. *l. 1. §. 7. de offic. præf. vrb.* Ob *dolum* condemnatus *infamis* fit: *l. 4. pr. h.* NOODT. *lib. 1. c. f.* ob *culpam latam* non æque. *l. 3. §. 18. h.* Ob *leuem* simpliciter agitur ad damnum restituendum. *l. 7. §. 1. h.*

8. Inde fluit: (α) ne quidem ſuſpectum vlterius tolerari poſſe, licet vel maxime *cautionem* offerat. *l. 6. h.* (β) Suſpecti cognitionem morte finiri, quia iam morte eſt remotus, vt & ſi *finita* alias *tutela* eſt, niſi *grauior pœna* ei immineat. *l. 11. h. l. 3. §. 6. h* (γ) Etiam contumacem, ſub *pœna confeſſi* citatum, remoueri poſſe. *I. S. P. lib. 1. art. 41.*

9. Finitur tutela vlterius (II) *morte* (α) *tutoris*, licet tutela *legitima* tranſeat ad filios tutoris perfectæ ætatis, non tamen *iure hereditario. l. 16. §. 1. de tut.* Idem dicendum de morte ciuili: (β) *Pupillorum*, modo omnes defuncti ſint.

10. (III) *Pubertate pupilli.* Neque enim tenentur tutores inuiti continuare curatelam. Sed contrarium fere vbique ex antiquis Germaniæ legibus retentum eſt, GAIL. *2. obſ. 96.* MEV. *3. D. 202. n. 5.* STRYK. *in V. M. tit. de tutel. §. 9. ſqq.* cum illa differentia, quæ olim ratione *ætatis* obtinuit, Germanis in hac materia incognita fuerit, qui diſtinguunt inter Mündige, die zu ihren Jahren kommen, und Unmündige, *I. P. S. lib. 1. art. 42.* & vbique *vnius tutelæ* tantum mentio fiat.

11. (IV) *Diei vel conditionis exiſtentia.* Non tamen videtur pactum tutoris priuatum cum altero licitum, vt is poſt certum tempus tutelam continuet, cum ſemel eius fides ſit electa & publice per *confirmationem magiſtratus* approbata, quæ *ſubſtitutionum* excludit. HVBER. *h. §. 6.*

12. (V)

12. (V) *Superueniente impedimento perpetuo*, propter quod ne quidem suis potest superesse rebus: *l. 1. §. 2. 3. de tutel.* vel alio casu, ob quem non potest volens dari tutor, v. c. si miles fiat, si mater ad secunda transeat vota &c.

13. Curatela finitur (VI) maiorennitate vel *vera*, & quidem *ipso iure*, *l. 1. de minor.* vel *ficta*, concessa minori venia ætatis, *t. t. C. de his qui ven. ætat.* Eodem modo (VII) curatela furiosorum, prodigorumque etiam finitur, impedimento in totum cessante, & quidem *ipso iure* h. e. secundum regulas *iuris ciuilis. l. 1. pr. de curat. furios.*

14. Feminarum curatela hodie (VIII) per *nuptias* soluitur, cum transeant in curatelam mariti, & præterea etiam patria potestas iure Germanico per eas tollatur. *ius prouinc. Saxon. lib. I. art. 31. & 45.* STRYK. *in V. M. tit. de admin. & peric. tutor. §. 27.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 3. 5. l. Tutor. 3. pr. §. 3. 4. 5. 12. f. l. hæ enim causæ. 4. §. 1. 2. 3. 4. l. si tutor. 9. l. pen.
Ex Codice l. Curatoribus. 2. l. præses. 3. l. in postulandis. 5. l. pietatis. 6. l. cum quem 7. l. vlt.

Lib. XXVII. Tit. I. (V. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69.)

De excusationibus.

1. DEnique (IX) cessat tutela ob EXCVSATIONEM tutoris, quæ est *allegatio legiti-*

gitimæ & veræ causæ, ob quam tutor putat, se ad tutelam suscipiendam cogi non posse, ad quam alias secundum regulam iuris cogi poterat.

2. Requiritur itaque (1) *legitima causa* h. e. legibus *speciatim* approbata. Hinc quibus collegiis hoc priuilegium non est tributum, illis non competit. *l. 41. §. vlt. h.* Sunt vero tales causæ vel *propriæ* vel *impropriæ*: illæ *volentem* admittunt, sed *nolentem* liberant; hæ ne volentem quidem admittunt. Illis renunciari potest, non his.

3. *Propriæ* respiciunt fauorem tutoris; *impropriæ* vel reip. vel pupilli: illæ tantum excusant a *suscipienda*, non vero a *suscepta*; bene tamen hæ. conf. §. 14. 15.

4. Ad *proprias* referuntur sequentes: (1) πολυπαιδία. Numerus olim variauit. Hodie fere communiter *quinque* requirunt ex erroneis *iuris publici* principiis. SCHILT. *ex. 37. §. 155.* Debent vero esse (α) *legitimi*, (ε) *naturales*, (γ) iam *nati*, (δ) *viui*. conf. *l. 36. in f. h.* Capti ab hoste olim quoque non connumerabantur. *l. 2. C. qui num. lib.*

5. (2) *Administratio fisci*, quatenus adhuc durat. *l. 22. §. 1. l. 41. pr. h.* Hæc immunitas extendi nequit (α) ad eos, qui tantum fisco consilio assistunt: (ε) qui administrant res ciuitatis: *l. 15. §. 7. 10. h.* (γ) qui a fisco aliquid conduxerunt. *l. 15. §. 10. D. & l. 8. C. h.*

6. (3) *Officium magistratus maioris: l. 6. §. 16. l. 23. h.* hodie *cuiuscunque*. SCHILTER. *ex. 37.*

37. §. 161. Huc etiam pertinent, qui *a latere* principis sunt. *l. 30. pr. h.*

7. (4) *Tria onera tutelæ*, quæ tamen *ponderanda* magis, quam *numeranda*. Nam tutelæ debent esse (α) mediocres: *l. 31. inf. h.* (ε) diuersi patrimonii: *l. 3. h.* (γ) in vna domo: *l. 4. inf. h.* (δ) adhuc manentes: *l. 2. § f. l. 17. pr. h.* (ε) non affectatæ: *l. 15. §. 15. h.* (ζ) administrationem coniunctam habentes. *l. 15. §. 9. h.*

8. (5) *Paupertas* admodum grauans tutorem. §. 6. *I. h.* (6) *Morbus sonticus*, §. 7. *I. h.* qui tamen etiam aliquando facit cessare tutelam. *l. 10. inf. l. 40. h.* (7) *Imperitia literarum*, §. 8. *I. h.* quoad tutelam patrimonii haud exigui, non vero *honorariam*. Idem dicendum de *imperitia negotiorum*. Si non erat *expers negotiorum*, olim se excusare non poterat. *l. 6. inf. h.*

9. (8) *Senectus* sc. eius, qui compleuit 70. annum. *t. t. C. qui ætat. ex. l. 2. h.*

10. (9) *Professores*, *l. 6. §. 12. h.* modo (α) sint intra numerum, §. 15. *I. h. l. 41. §. f. h.* nisi *extraordinarii* valde disciplinis sint instructi: *l. 6. §. 10. h.* (ε) *actu* artem exerceant. §. 15. *I. h. l. 2. 8. C. de prof.*

11. (10) *Dimissio a militia*, modo *honesta* sit: *l. 8. pr. h. causarie* dimissi ad aliquod tempus excusantur. *l. cit. §. 3. h.*

12. Ad *improprias* refero (α) militiam: §. 15. *I. h.* (ε) dignitatem ecclesiasticam; *N. 123. c. 5. auth. presbyteros C. de epis. & cler.* ad tutelam *legitimam* tamen admittuntur clerici inferioris ordi-

dinis, *c. auth.* quamuis & *tutelas miserabilium personarum* pie suscipiant. Hodie inter protestantes volentes admittuntur. STRYK. *in V. M.h. §. 5.*

13. (γ) Qui litem habent cum pupillo, de quibus supra *tit. de tut.* (δ) Qui ex aliis causis suspecti sunt. *§. 9. 11. 12. I. h.* (ε) Maritus vxori olim non poterat dari curator respectu receptitiorum, *§. 19. I. h. l. 14. de curat. furios.* nec *sponsus sponsæ, l. 1. §. 5. h.* nec socer nurui *l. 17. C. h.*

14. Ceterum causæ *propriæ* allegari amplius nequeunt, si tutor datus patri pupillorum promisit, se tutelam suscepturum, *l. 15. §. 1. h.* nisi *noua causa* post promissionem superueniat, cum omnis promissio intelligatur sub *clausula: rebus sic stantibus.* COCCEI. *de claus. reb. sic stant. c. 6.*

15. Eodem modo potest quis inuitari ad tutelam, remota excusatione, suscipiendam per *legatum*, id quod si susceperit, etiam tutelam, *intuitu cuius legatum est relictum*, recusare non potest. *l. 5. §. 2. de his quæ vt indign. l. 28. §. 1. l. 36. pr. h.* vid. tamen DONELL. *l. 3. c. 9. in f.*

16. (II) *Causa vera.* Ex *falsa causa* excusatio concessa non prodest, *§. vlt. I. h. l. 33. de re iud.* sed periculum tutelæ nihilominus ad eum spectat. *l. 1. & vlt. C. si tut. vel. cur. falsi. alleg.*

17. (III) *Proponatur intra legitimum tempus*, h. e. intra 50. dies *continuos* computandos iuxta *l. 13. h.* quæ computatio vltra 100. lapidem hodie est otiosa: *l. c. §. 4. de offic. præf. vrb.* quin

&

& moribus tempus variat. SCHILT. *ex. 37. §. 162.* Ipsa excusatio facienda intra quatuor menses, *l. 38. h.* qui terminus hodie non præcise obseruatur.

18. (IV) *Legitimo modo*, non per *appellationem*, sed *simplicem allegationem. l. 1. §. 1. quand. appell.* HVBER. *h. §. 7.* Hinc coram eodem, qui dedit, proponi causæ possunt. A reiecta tamen per *decretum* excusatione recte appellatur. *l. 13. pr. h.* Ceterum a contraria sententia, quam quidam amplexi sunt propter *l. 4.* & *l. 13. pr. h.* manasse in iure canonico videtur *appellatio extraiudicialis.*

19. Possunt vero, si plures sunt causæ, vel omnes *simul* proponi, quod tutius: vel *successiue. l. 13. §. 8. 10. l. 21. §. 1. h.* HVBER. *h. §. 6.* Subsequitur *causæ cognitio*, hinc *pro tribunali* fieri debet. *l. 25. h.* conf. HVBER. *adtit. de iudic. §. 34.*

20. Potest hæc excusatio proponi etiam per *procuratorem*, quia nulla prohibitio eo nomine in iure occurrit. HAHN. *ad W. h. in f.* conf. *l. 19. C. de admin. tut.*

TEXT. NOTAB.

L. excusantur. 2. §. 9. l. tria. 3. l. tria onera 5. l. si duas. 6. pr. § 1. 4. 7. 10. 12. 15. vlt. l. paupertas. 7. l. sed & milites. 8 pr. § 1. 2. l. idem Vlpianus. 12 l. scire. 13 pr. §. 2. 7. 12. l. spadonem 15. §. 1 6. 11. 5 l non tantum. 17 pr. l. libello. 18 l. nequaquam. 24. l. excusare. 25 l. si is 31. pr. §. f. l. amicissimos. 36. l. qui testamento. 37. pr. l. quinquaginta. 38. l. post susceptam. 40 §. 1. l. vlt. §. f.

Ex

Ex Codice l. amplissimi 4. l. neque 6. l. coloni. 8. l. frater. 9. l. exactores. 10. l. testamento. 11. l. seueriter. 14. l. licet. 17. l. tutores. 18. l. curator 20. l. si tutor. 22. de *excus.* l. 1. l. tutores. 2. *si tut. vel cur. fals.* l. neque. 2. *qui num.* l. vn. *qui morbo.* l. vn. *qui num. tutel.*

Tit. II. (*V. 49. 50.*)

Vbi pupillus educari vel morari debeat, & de alimentis ei præstandis.

1. IN educatione pupillorum attendendum, (1) *vt educentur apud minus suspectos*, *l. 5. h.* imprimis (α) penes illum, quem pater in testamento denominauit: *l. 1. §. 1. h.* (β) apud matrem vel auiam, *l. 1. C. h.* nisi ad secunda vota transierit: *N. 22. c. 38.* non facile apud proximiorem agnatum, *l. 2. C. h.* FAB. *in C. l. 5. t. 30.* vel qui *diuersæ religionis* est. SCHILT. *ex 37. §. 163.* Quocirca iudex circumspectus de eo arbitrabitur, *l. 1. §. 1. h.* & licet *cura educationis* tutori incumbat, *educatio* ipsa tamen aliis committi potest.

2. (2) *Vt modus in alimentis præstandis seruetur.* Qui plus æquo præstitit, reputare illud nequit. *l. 2. §. 1. h.* Semper ita alatur, vt ex reditu, quatenus fieri potest, aliquid supersit. *l. 3. §. 1. h.* Qua de causa determinatio a magistratu petitur vtiliter. *l. 3. pr. §. 4. h.*

3. Quem elegit magistratus, vt educaret pupillum, *aliquando* etiam cogere potest, si neces-

necessitudinis vinculum concurrit. *l. 1. §. 2. D. l. 1. in f. C. h* Extranei enim non ita facile cogi posse videntur.

4. Qui aluit, sumtus repetere potest, & præsumitur quilibet *de suo* aluisse pupillum. l. 2. *C. de alim. pupill.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 2. 3. l. officio. 2. l ius alimentorum. 3. l. qui filium. 4. in f. l. si discepretur. 5.

Ex Codice l. 1. l. vtrum 2. *Vbi pup. educ.* l. quod plerumque. 2. *de alim. pupill præst.*

Tit. III. (V. 51.)

De tutelæ & rationibus distrahendis & vtili curationis causa actione.

1. EX *administratione* tutelæ, §. 7. *I. de attil. tut* tanquam *quasi contractu*, oritur actio tutelæ tum *directa* tum *contraria*.

2. Actio tutelæ DIRECTA *datur pupillo aduersus tutorem finita tutela ad rationes legitime reddendas, damna resarcienda, & reliquum soluendum.*

3. Est hæc actio (α) *generalis l. 38. pr. pro soc.* Hinc sæpius institui potest, vt agenti exceptio *rei iudicatæ* opponi nequeat, si de alia specie iam agat. *l. 2. C. de iud.* (β) *Bonæ fidei. l. 1. §. 2. h.* (γ) *Arbitraria.* v. §. 7.

4. Potissimum obligatio tutoris consistit(α) *in rationum redditione*, a qua tamen *iure Germanico antiquo* tutor, qui simul *heres* erat, liberabatur. *I. P. S. lib. I. art. 23.* Ad hanc, vt fiat legitime, requiritur: (1) *vt fiat debito tempore*, olim quidem *finita tutela: l. 9. §. 4. h.* sed hodie *quotannis* per *R. I. de anno 1548.* & quidem *sponte* debet offerri. Vnde rationum redditioni opponi nequit *præscriptio* 30. annorum, ita computata, vt a *singulis annis* currere *noua* incipiat, MEV. *8. D. 17.* quia lex quotannis tutorem interpellat, vt illa demum currere incipiat, *finita tutela.*

5. (2) *Vt debito loco petatur*, imprimis in *foro gestæ administrationis. l. 1. 2. C. vbi de ratiocin.* Quodsi plures conueniendi, coram omnium communi iudice causa peragenda. *l. 5 C. h.*

6. (3) *Exhibeatur inuentarium* tanquam fundamentum rationum reddendarum, vt & *libri rationum* methodo præscripta confecti intra terminum præstitutum. *l. 1. §. 3. h. l. 82. de condit. & dem.*

7. (4) *Rationes exhibitæ legitime iustificentur, c. l. 82.* productis apochis, ad quem actum iudex *ex officio* commissarios constituere potest. *l. 5. in f. de manumiss.* MEV. *2. Dec. 123.* Est enim tutelæ actio *arbitraria*, & hanc ob causam in *C.* dicitur *arbitrium tutelæ.*

8. Hinc rationes non rite redditæ, forsan *in folle, l. 82. in f. de cond. & demonstr.* non obstante *liberatione*, adhuc sunt reddendæ, MEV. *8. D.*

21.

21. FAB. *in C. l. 5. t. 31. d. 3.* quamuis probatio *negatiuæ* actori incumbat. MEV. *8. D. 18.*

9. Excussis rationibus obligatur (β) *ad reliqua soluenda*, licet rationum redditio in testamento *a patre* tutori remissa sit: *l. 9. de liber. leg. l. 20. §. 1. l. 28. §. 4. eod.* aliud est, si *ipse pupillus* rationes exigere prohibuit. *l. f. §. 2. eod.*

10. Vlterius (γ) *ad damna resarcienda* culpa *leui* data. *l. 7. C. arbitr. tut. l. 33. de admin. & peric. tut.* Aliquando culpa *lata* tantum præstanda v. c. in exigendis nominibus paternis; *l. 2. C. arbitr. tut.* tenetur quoque de neglectis. *l. 1. pr. h. t.* HEESER. *de ration. red. loc. 8.* Denique (δ) ad *bona restituenda*, nisi casu interierint. *ius prou. Sax. lib. I. tit. 11.*

11. Ad hæc tria obligantur singuli tutores, qui administrarunt, *in solidum, l. 38. § 1. de admin. tut.* etiamsi tutelam inter se *priuato* diuiserint *pacto. l. f. C. de diuid. tut.*

12. Habent tamen hi inter se (1) *beneficium excussionis*, vt *gerens* primo loco conueniatur, modo (α) adhuc sit soluendo: (ε) facile conueniri possit: (γ) nec huic beneficio renunciauerit: *l. f. cit.* (δ) communis negligentia non concurrat. *l. 39. §. 11. l. 55. §. 3. de adm. & peric. tut. l. 2. C. de diu. tut.*

13. Quin tamen etiam hoc casu audiendum esse volunt, qui petit *suo sumtu & periculo* excuti eum, qui gessit. Sed hoc tantum, *pupillo consentiente*, locum habet, quia hoc postulatum reuera

mandatum continet, quod *inuitus* nemo subire tenetur. *§.2.I.de mandat.* MEV. *7.D.216.* STRYK. *de caut. contr. §.2.c.6. §.23. & disp. de peric. pet. c.1.n.19.*

14. (2) *Beneficium diuisionis*, quatenus omnes administrant, *l.1. §.11. h.* modo (α) omnes sint soluendo, *l.1. §.15. h.* (ϐ) nec ex *dolo communi* vnus conueniatur, *c.l. §.14. h.* vel propria culpa. MEV. *7.D.197.*

15. (3) *Cedendarum actionum*, quod beneficium vtile est, si (α) reliqua cessant: (ϐ) ex *dolo communi* haud condemnatus est. *l.1. §.14. h.* Potest hæc exceptio adhuc post *rem iudicatam* opponi. *l.1. §.18. h.* Absque hac cessione non datur ei regressus contra contutores, qui solidum soluit, nisi quod *ex æquitate vtilem actionem* ex edicto D. PII habeat, si de *voluntate pupilli* alias constat. *l.1. §.13. l.20. h.*

16. Administratio curatelæ itidem actionem *tutelæ vtilem* producit, ad omnia competentem, ad quæ *directa*, nisi quod aliquando, nondum finita cura, detur. *l.4. §.3. l.16. §.1. h.*

17. Datur præterea contra tutores *actio de rationibus distrahendis*, (1) si tutor vel curator aliquid abstulit, *l.1. §.22. h.* (2) durante tutela. *l.3. C. arbitr. tut. l.2. pr. h.*

18. Instituitur eodem modo demum, finita tutela, *l.1. §.f. h* & quidem *ad duplum* eius, quod pupillo subreptum est, *l.1. §.20. h.* & concurrit cum actione *furti*, *Legis Aquil.* & simili-

milibus, *l. 2. §. 1. h.* nec quatenus pœnam continet, *actione tutelæ* tollitur. *l. 1. §. 21. iunct. l. 2. §. 1. h.*

19. Duplum hac actione non a singulis *in solidum* exigitur; *l. 1. §. 21. h. l. 55. §. 1. de adm. tut.* quia non tam *pœnam*, quam id, quod ablatum cum eo quod *interest*, continere videtur, quamuis aliud dicendum sit, si *ordinaria actione furti* conueniantur. Vnde *administratores* quoque liberari ab *ordinaria pœna furti* possunt, si *criminaliter* contra eos proceditur, quos quidam ex *cit. tex.* mitius puniendos esse censent.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 2. 4. 11. 13. 14. 15. 18. 21. 22. l. actione. 2. pr. l. nisi finita. 4. §. f. l. si tutor Reip. 9. pr. l. si ex duobus. 15. l. probatum 19. l. vlt.

Ex Codice l. 1. l. Nomina. 2. l. si curator. 3. l. omnes. 5. l. quicquid. 7. l. si tutores. 8. l. Tutor. 11. l. tutelæ. 12. l. Veteris. 13.

Tit. IV. (V. 58.)

De contraria tutelæ & vtili actione.

1. EX *secundaria* pupilli *obligatione l. 22. de tut. & rat. distrah.* datur actio tutelæ CONTRARIA ad *indemnitatem tutori præstandam.*

2. Præcipue repetit (1) *impensas tutelæ nomine factas.* Harum nomine (α) *compensatio, l. 1.*

§. 4. h. (ε) ius *retentionis*, MEV. 3. D. 170. quatenus sunt *liquidæ*, ID. 5. D. 133. vel aliquando (γ) *actio contraria* locum habet, modo expensæ, antea in *compensationem* deductæ, reprobatæ non fuerint. *l*, 1. §. 4. *h*.

3. Pertinet huc etiam, quod pro præstita opera, quam tutor non *vt talis*, sed vt *aduocatus* vel *artifex* præstitit, possit petere mercedem. ESCOB. *de ratiocin. c. 27. n. 54.* Tutelæ gestio vero *in se* est gratuita, nisi a *patre* vel *magistratu* ab initio tutori salarium sit constitutum, vel ex *statuto* hodie debeatur. MOLLENBECK *de salar. tut. vel cur.*

4. Alii sumtus non repetuntur, quam *bona fide* facti, inque rem pupilli versi. *l.* 3. §. 8. *h.* Inutiles non repetuntur. *l.* 3. *pr. h. l.* 6. *C. de adm. tut.*

5. (II) *Quod alias tutori propter tutelam abest abfuturumque creditur.* Nam, si se obligauit pro pupillo, agit, antequam soluat, vt liberetur: *l.* 6. *h.* modo (α) *vera* sit *fideiussio*, *l.* 25. *C. de admin. tut.* (ε) *tutelæ nomine* suscepta. *l.* 1. §. 5. *h.*

6. Quin etiam si pecuniam propriam in vsus pupilli conuertit, *vsuras* quoque hoc iudicio petit, nisi eam sibi commode antea soluere potuisset, & hoc neglexisset. *l.* 9. §. 4. 5. *de adm. & per. tut.* HAHN *ad W. h. n* 4.

7. Idem iam applicandum ad curatores, actione *vtili* competente.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 5. 8 l quid ergo. 3. pr. 4. 6. 7. f. l. vlt.
Ex Codice l. 1. l. si pater tuus. 3.

Tit. V. (*V. 45.*)

De eo qui pro tutore prove curatore negotia gessit.

1. PRO TVTORE negotia gerere dicitur, *qui munere tutoris fungitur in re impuberis, sive se putet tutorem, sive sciat se non esse, fingat tamen, quamvis non dolose, l. 1. §. 1. h.*

2. Inde *protutelæ actionem* dedit Prætor, quæ ad omnia, ad quæ *actio tutelæ*, competit, modo *pupillus* adsit; alioquin *negotiorum gestorum* competit actio. *l. 1. §. 6. h.*

3. In eo differentia occurrit, (α) quod protutor non semper teneatur de *non-gestis*, nisi *connexa* sint cum iis, quæ gesta, quæque alius etiam gesturus fuisset: *l. 1. §. 9. h.* (ε) a tempore *susceptæ* tutelæ tantum teneatur: (γ) hæc actio habeat locum etiam *durante impubertate*, & (δ) a *vero tutore* instituatur. *l. 1. §. 3. h.*

4. Hodie rariores hi errores occurrere possunt: olim facilius, *l. 1. pr. h.* cum hodie *iudicialis confirmatio* accedat. Interim non adeo impossibile duco, casum *protutelæ* adhuc dari posse, etiam in eo, qui iam confirmatus est, cum etiam confirmatio ex errore fieri possit,

& sic eo casu exceptio: *Tu non es tutor*, prosit. *l. 2. C. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1 pr. l. 3 f. l. qui pro tutore. 4 l. vlt.
Ex Codice l. etiam mulier. 1. l. non vtiliter. 2.

Tit. VI.

Quod falso tutore autore gestum esse dicatur.

1. FAlsus tutor in eo a *protutore* differt, quod hic *bona fide* & *intentione* tutelam gerat; ille magis *animo maleuolo* & *decipiendi*, vel alias tutelæ se obtrudat. *l. 7. §. 1. l. 11. §. 2. l. f. h.*

2. Falsus eiusmodi tutor si *dolose* auctoritatem interponit, actus intuitu *pupilli* non valet. *l. 1. §. 5. h. t.* Læsis vero, qui cum pupillo b. f. contraxerunt, datur actio *in factum*, contra *falsum tutorem* ad id, quod intererat. *l. 7. §. 2. h.*

3. Durat tantum *intra annum*, nec contra heredes competit, *l. 9. §. 1. h.* nisi quatenus ad heredes peruenit.

4 Succurrit quoque læsis Prætor per *restitutionem in integrum* ex capite *erroris* vel *ignorantiæ*, contra ipsum pupillum, qui merum lucrum ex gesto *falsi tutoris* quærit; *l. 1. §. f. h.* hinc *iudicium restitutorium* dicitur, *l. 7. §. 3. h.* Non tamen prohibetur prætor id, quod his

his tutoribus gestum est, ex *iusta causa* ratum habere, *l. 1. §. 5. h.* maxime in fauorem pupillorum, *l. 14. C. de procur.* si læsus restitui in integrum nequeat.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. f. l. interdum. 5. l. Nouissimi. 7. l. Huius actionis 9. l. si falso. 10.

Tit. VII.

De fideiussoribus & nominatoribus & heredibus tutorum & curatorum.

1. FIdeiussores (1) a tutoribus dati, si tutores non sint soluendo, tenentur, (α) etiamsi ne quidem *solennis stipulatio* olim interuenerit. *l. 4. §. 3. h.* Neque hi (β) beneficium *diuisionis* inter se habent, *l. f. rem pup. salu. for.* nisi ex persona tutorum. *l. 6. 7. h.* Denique (γ) *ipso iure* antea conueniri nequeunt, quam rationibus a tutore redditis, & constituto liquido. *l. 1. C. de conuen. fisc. aebit.*

2. Similes fideiussoribus sunt (2) *nominatores*, qui nominant *suo periculo* tutores. *l. 28. de tut. & cur. dat.* SCHILT. *ex 37. §. 188.* Similiter (3) *affirmatores*, qui idoneam satisdationem tutorum affirmarunt: eligebantur enim a magistratu, qui eam æstimare debebant. *l. 1. §. 8. 9. de magistr. conu.*

3. Hi itaque, cum reuera *interceſſores* videbantur, *l. c. 28. l. 13. pr. de minor.* tenebantur eodem modo, ſi pupillis alio modo conſultum eſſe non poterat. *l. 4. §. 3. h.* STRYK. *de peric. petent. c. 1. n. 58. ſeqq.*

4. *Heredes* denique (4) quatenus teneantur ex defuncti geſtis, ſupra *tit. de admin. & per. tut. §. vlt.* dictum. Ceterum quicquid vltro poſt mortem fecerunt, de eo tenentur, cum aliquando quædam gerere debeant, quæ ſcilicet a defuncto inchoata ſunt, *l. 1. pr. h.* quamuis vltra *dolum* & *latam culpam* non teneantur. *l. 4. §. 1. h.*

5. Lite autem cum defuncto conteſtata heredes indiſtincte *ex facto defuncti* tenentur. *l. 8. in f. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. l. cum oſtendimus. 4. §. 1. f. l. pupillus. 6. l. ſi fideiuſſores. 7. l. vlt.

Ex Codice l. Heredes. 1. l. pater. 2. l. vlt. *de hered. tut.* l. non eſt ambigui. 2. *de fideiuſſ. tut.*

Tit. VIII. (V. 75.)

De magiſtratibus conueniendis.

1. TAndem in ſubſidium datur ipſa actio *vtilis tutelæ* in *magiſtratum, l. 1. c. h. t.* dicta inde *ſubſidiaria*, ſi vel nemine petente, ex officio dare pupillo tutorem ceſſauit, vel non idoneum dedit, vel

vel cautionem non exegit, vel suspectum non remouit, vel hodie rationes *ex officio* quotannis non exegit. Oritur itidem ex *quasi contractu*, vti *actio tutelæ. l. 9. in f. h. l. 15. §. 9. de excus.* ibique GOTHOFR. *in not. lit. t.*

2. Nihil vero imputari potest magistratui, si tutores vel fideiussores *ab initio* fuerunt idonei, quamuis *ex post facto* inidonei facti: *l. 1. §. 11. h.* interim eos soluendo fuisse docere debet. *l. 1. §. 13. h.*

3. Non autem *regulariter* aliter locum habet, nisi omnes tutores & fideiussores non amplius sint soluendo. *l. 4. C. h.* Ast si *honorariis* nihil imputari potest, statim ad magistratum deuenitur. Atque hic est sensus *l. 1. §. 15. de tut. & rat. distr.* cum contextus doceat, particulam *non* in fine delendam esse.

4. Plures magistratus, siquidem ex *dolo* conueniantur, singuli tenentur *in solidum*: si ex culpa, singuli *pro rata. l. 7. h. l. 3. C. h.* Heres eius tamen tantum tenetur ex *dolo* & *lata culpa. l. 4. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. § 4 6. 11. 13. Non similiter 4 l. in magistratus. 7. l. vlt.

Ex Codice l. fi magistratus. 1 l. in heredes. 2. l. si tu & collega. 3. l. aduersus. 4. l. in magistratus. 5.

Tit. IX. (*V. 71. seqq.*)

De rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alienandis vel supponendis.

1. SVpereſt, vt de *poteſtate tutorum* agamus. Ad hanc vero pertinet *ſola adminiſtratio*, non etiam *alienatio* promiſcua *rerum immobilium*, quocunque modo fiat, etiam per transactionem, diuiſionem, ſeruitutum & pignoris impoſitionem, imo & lucri iam delati repudiationem. *l. 1. l. 3. §. pen. l. 5. §. 8. l. 7. pr. h. l. 4. C. h.* Idem dicendum de rebus *mobilibus*, quæ ſeruando ſeruari poſſunt. *l. 22. C. de admin. tut.* HAHN. *ad W. h. n. 3.*

2. Solenniter tamen alienationes factæ ſubſiſtunt, ſi (I) *magiſtratus auctoritate* factæ; olim quidem eius, cui hoc ſpeciali lege mandatum erat: *l. 12. §. 1. de offic. eius cui mand.* hodie vero competens quilibet eſt reſpectu *domicilii* vel *rei ſitæ. l. 5. §. 12. h.* Pariter in *rebus eccleſiaſticis alienandis* conſiſtorium interuenire debet. vid. *P. 1. p. 48. §. 3.*

3. (II) *Si cauſæ cognitio acceſſerit*, in qua vt iudex rite verſetur, attendat (1) *ad cauſam alienandi*, *l. 5. §. 1. inf. h.* quæ debet eſſe *neceſſaria*, legitime probanda, *l. 5. §. 9. 15. h. l. 5. 6. C. h.* vt vrgens æs alienum; *l. 12. C. h.* neque enim quælibet cauſa

vtili-

vtilitatis & *expedientiæ* sufficit: *l. 5. §. 14. h.* nisi (α) in rebus mobilibus: (ℰ) princeps suo rescripto specialiter eam approbet. conf. *l. 12. h.*

4. (2) *Ad rem alienandam*, ne propter modicum æs alienum magna possessio distrahatur. *l. 5. §. 10. h.*

5. (3) *Ad modum alienandi*, vt inquiratur, an consultius sit, bona magis obligare quam alienare? *l. 5. §. 10. h.*

6. (4) *Ad ipsam versionem pecuniæ*, in illam causam, in cuius finem facta est alienatio. *l. 5. §. 13. h.*

7. (III) *Si eius decretum interuenit*, quod *certum* & *determinatum* esse debet. *l. 7. §. 4. h.* Neque enim *simplex confirmatio* sufficit. Idem dicendum est, si princeps consensum interposuerit per *rescriptum* causa cognita. *l. 2. C. quand. decret. non est op.* Denique (IV) si ipsa alienatio per *subhastationem* facta est, quæ tamen in plurimis locis negligitur.

8. Hæc solennia requisita *validitatem* alienationi conciliant, sed *læsionem* non impediunt, adeoque nihilominus, probata *læsione*, pupillus restituendus. *l. 1. l. 11. in f. C. h.*

9. Quoties vero hæc requisita non interuenerunt, alienatio est ipso iure nulla, & minor rem, vbicunque fuerit, vindicare potest, *l. 5. §. pen. h.* modo probet minor, requisita non debite interuenisse. *l. 5, §. 1. de probat.* COCCEI. *de dir. prob. negat. c. 4. §. 9.* Nec pretium pupillus aliter refundit, quam (α) si emtor in *b. f.* sit, (ℰ) & ver-

versionem in rem pupilli probauerit. *l. 10. 14. 16. C. h. t.*

10. Conualescit alienatio nulliter facta *approbatione in maiorennitate facta*, eaque vel *expressa* vel *tacita*. Hæc colligitur (1) ex *lapsu quinquennii* in alienatione ex *oneroso* titulo; ex *lucratiuo* vero, *decennii* & *vicennii*: *l. 1. 2. vlt. C. si mai. fact. al. rat. hab.* (2) ex aliis *factis* concludentibus. *l. 10. h.*

11. Denique alienationes, quæ *absolute* necessariæ sunt, vt *causæ cognitio* superuacua sit, valide fieri possunt absque *decreti* interpositione, vt (a) si fundus sub pacto *de retrouendendo* comparatus: *l. 1. C. quand. decr. non est op.* (b) ex præcedente stipulatione, aliunde profecta, fieri debet; *l. 3. C. eod.* (c) pater alienationem in testamento permisit: (d) maiorennis ad diuisionem prouocat. *l. 17. C. h.* &c. conf. Hvber. *h. §. 8.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2. 3. 4. l. sed hic videtur. 2. l. sed si. 3. § 3. 4. l. magis puto. 5. §. 9. 10. 11. 12. 13. 14. l. si pupillorum. 7. §. 1. 3. l. vlt.

Ex Codice l. venditio. 1. l. non est vobis. 2. l. non solum 4. l. & si præses. 5. l. & si is. 9 l. prædiorum. 10. l. si quidem. 11. l. Vtere. 14. l. si prædium. 16. l. inter omnes. 17. *de præd. & al. reb. min.* l. si probare. 1. l. illud requirendum est. 2. l. vlt. *quand. decr. op. non est.* l. si ea 1. l quoniam. 4. *si quis ign. rem min. esse* l. cum proponas 1. l. si quando. 3. *si maior. fact. alien.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0658
DFG

Tit. X. (V. 70.)

De curatoribus furioso & aliis extra minores dandis.

1. CVRA consistit *in potestate administrandi bona eorum, qui ipsimet ad administrandum non satis idonei sunt.*

2. Estque duplex, vel *simpliciter bonorum*, de qua infra *lib. 42. t. 7.* vel *coniuncta cum quadam personæ directione*, de qua hic. *Hæc* est *munus publicum*, non vero *illa.*

3 Curatelæ subiiciuntur quidam ex *necessitate*; quidam vero ex *libera voluntate. Illuc* pertinent furiosi, mente capti, prodigi, & hodie minores. *R. I. de ao. 1577. tit. 32. §.* So wol len. *Huc* vero olim minores, HVBER. *in digress. p. 1. l. 3. c. 15. 16. 17.* hodie morbo sontico laborantes, surdi, muti, *l. 65. §. 3. ad SCt. Treb.* stupidi, atque *mutilati. I. P. S. lib. 1. art. 48.* adeoque hi quicquid agunt sine *curatore*, valide agunt; vt *defectus curatoris* iis opponi nequeat. Alia differentia occurrit. *§. 5. & supr. tit. qui pet. tut. §. 5.*

4. Differunt hi inter se, quod (a) *furiosi* destituantur ratione, sed cum impetu agant: *l. 1. §. fin. de ædil. ed. l. 14. de off. præs.* (b) *mente capti* quieti adhuc sint, quamuis dementes: *l. 8. §. 1. de tut. vel. cur. dat. l. 6. h. l. 27. §. 5. de recept. arb.*

arb HVBER. *ad I. tit. de curat* §. 7. (γ) *Stupidi* adhuc comunem sensum habeant: (δ) *Prodigi* vero (1) bona sua dilacerando & dissipando profundant, & (2) proinde publico decreto pro prodigis declarati sint. *l. 1. pr. h.*

5. Constituitur curatela (I) *testamento*, hodie scilicet, postquam *inuitis minoribus* curatores constituuntur: *R. I. cit. l.* secus ac olim. §. 2. *I. h.*

6. (II) *Lege*, quatenus proximiores habent adhuc *spem certam* succedendi, quod contingit ratione furiosorum, mente captorum, & prodigorum, testamenti factionem non habentium. *l. 13. D. de manumiss.*

7 (III) *A Magistratu* eodem dantur modo, vti tutores, nisi quod etiam in *foro rei sitæ* constitui possint. Est tamen differentia inter *furiosos* & *prodigos*, quod *filio* possit patris furiosi curatela committi, *l. 12.* § *1. de tut. dat.* non prodigi, *l. 1.* §. *1. h.* THOMAS *de legitima viuent. c. 1.* §. *19. seqq.* SENECA *lib. 2. contr. c. 11.* cum hoc, non illud *indecorum* esset.

8. Quin & in eo *curator furiosi* a reliquis differt, quod & *corpori* & *saluti* furiosi prospicere debeat. *l. 7. pr. h.* Alioquin si damnum ab illo datum in furore, tenetur curator his, quibus damnum datum, quod non rectius ipsum custodierit. *l. 14. de offic. præs.*

9. In reliquis, præsertim hodie, quoad *administrationem*, non est differentia inter tutores

res & curatores. conf. STRYK. *in V. M. tit. de tutel. §. 5. seqq.*

10. Iure Germanico etiam peculiaris adhuc est *curatela mulierum maiorennium*, *I. P. S. lib. 1. art. 43. seqq.* nec Romanis olim incognita, testibus LIVIO *lib. 34.* CICERONE *pro Mur.* SCHILTERO *ex. 37. §. 222. seqq.* Hodie hæc in variis prouinciis, etiam extra Saxoniam, adhuc ex iure Germaniæ antiquo retenta est. MEV. *adius Lub. l. 1. t. 7. art. 4. n. 4.*

11. Differt tamen a *curatela minorum* similiumque, quod (α) curator muliebris post maiorennitatem, nihil gerat, sed tantum mulieribus consilio, maxime in *litibus iudicialibus*, assistat; *I. P. S. lib. 1. art. 47.* hinc (β) rationes non reddat, nec (γ) bona eiusdem tacite mulieri sint obligata. De variis eius speciebus agit IO. SAM. STRYK. *de iure sing. femin. Hamb. c. 1. §. 4. seqq.*

12. Non spectat tamen hæc curatela (1) ad contractus, *negotia œconomica* spectantes: (2) ad *mercatrices*, qua tales, (3) ad *testamenti factionem*, nisi statuto aliter cautum reperiatur, quale Hamburgi obtinet.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 1. l. sed & aliis. 2. l. furiosæ. 4 l. consilio. 7. pr. l. Iulianus. 10. l. Virum. 14 l. & mulieri. 15.
Ex Codice l. orationis 2. l. si pater. 3. l. ne lucrum. 5. l. cum aliis. 9. l. cum furiosus. 7.

Lib. XXVIII. Tit. I. (*V. 22. 23.*)

Qui testamenta facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant.

1. SVccessio defertur IVRE ROMANO quidem tantum, *testamento* & *lege*; HODIERNO vero etiam *pacto*. TESTAMENTVM *est voluntatis nostræ iusta* (seu solennis *l. 1. de iniusto rupt. irr.*) *sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. l. 1. h.* Breuius: est *legitima declaratio de futuro herede a testatore habili facta.*

2. In omni testamento respiciendum (1) ad *testatorem*, (2) ad *modum* testandi, (3) ad *voluntatem* declaratam, *l. 4 h. t.* (4) ad *essentialia*, (5) ad *qualitatem bonorum.*

3. In *testatore* requiritur (1) *mentis integritas. l. 2. h.* non præcise *sanitas corporis. l. 3. C. h.* Hanc *ius antiquum Germanicum* tamen in *donante* desiderabat, *I. P. S. lib. 1. art. 52.* quod admodum consultum est. Hinc remouentur (α) *impuberes, l. 5. 19. h.* etiam accedente auctoritae tutoris; *l. 1. §. 1. de tut. & rat. distrah.* his tamen princeps *iusta ex causa* concedere potest testamenti factionem. *arg. l. 7. h. l. 43. pr. de V. & pup. subst.* STRYK. *de caut. testam. c. 3. §. 10. seqq.*

4. Dein-

4. Deinde (ε) *furiosi*, qua tales, *l. 9. C. h. t.* & qui iisdem comparantur, (γ) *prodigi. l. 18. h. t.* (ante declarationem tamen iudicis, vt & furorem, factum testamentum non vitiatur. *c. l. 18.*) (δ) *Ebrii:* (ε) *irati:* modo contra illum ira concepta, qui alias successionem speraſſet, & testator in *iræ furore* decesserit. *l. 48. de R. I.*

5. *Agonizantis* (3) quoque testamentum periculosum est; STRYK. *c. l. c. 4. §. 36.* quamuis testatorem in articulo mortis non amplius sanæ mentis fuisse, docendum sit. CARPZOV. *P. 3. C. 5. d. 1.*

6. (II) *Mentis plena libertas.* Neque enim (1) testamenta ex *alieno* debent dependere *arbitrio:* (2) *vi metuque* extorta sunt nulla. Huc quoque (3) referendæ sunt variæ persuasiones *intempestiuæ*, *dolosæ*, & *vrgentissimæ*, quibus etiam clerici in fauorem piarum causarum ægrotantibus solent esse molesti; item (4) blanditiæ *importunæ* atque nimis *repetitæ*, & aliæ suggestiones *fraudulosæ. l. 39. §. 1. de leg. 3.* STRYK. *de iure blandit. n. 25. seqq.*

7. (III) *Mentis certitudo. l. vn. si tab. test. extab.* Hinc (α) *cæci* non aliter condunt testamentum, nisi *teste octauo* adhibito, & testamento omnibus testibus rite prælecto, ac heredis persona perspicue demonstrata. *l. 28. §. 1. C. de testam.*

8. Idem quoque (β) dicendum de *imperitis litterarum*, vt latius deduxi in disp. *de testam.*

non præl. adeo, vt etiam *iudicialiter* factum in iudicio adhuc prælegendum sit, nisi iam priuatim coram testibus facta prælectio. CARPZOV. *decis. 149.* BRVNNEMANN. *ad l. 8. C. de testam.* BESOLD. *cons. 230. n. 5.* STRYK. *in V. M. h. t. §. 19.*

9. (γ) *Surdi aut muti, l. 6. §. 1. h.* permittente demum principe, testamenta *olim* faciebant. *l. 7 h. Iure nouo* vero tunc demum testari nequeunt, si *nullis signis euidentibus* & *indubiis* conceptus animi exprimere possunt, vel natura tales sunt. *l. 10. C. h. R. I de anno 1512. rubr.* von *testamenten.* STRYK. *de iur. sens. diss. 4. c. 3. n. 41. & de caut. test. c. 4. §. 27.*

10. (IV. *Legalis aptitudo.* Hæc adesse debet tempore *conditi testamenti:* aliquando etiam *mortis*, quando scilicet *mutatio status* superuenit. Excluduntur vero (α) alii ob defectum *ciuilis status*, quo etiam *filiifam.* pertinet, *l. 14 l. 15. h* HVBER. *ad I. quib. non est. perm. fac. testam. §. 2.* adeo vt *a*) nec de *peculio aduentitio* irregulari, nisi *ad pias causas*, possint testari, *c. 4. de sepult. in 6.* ID. *c. l.* STRYK, *c. l. c. 3. §. 35.* nec (*b*) de aliis bonis, *patre consentiente, pr. I. quib. non est permiss.* bene tamen ante *emancipante.* (β Alii ob *votum paupertatis*, vt *monachi & ordines militares.*

11. Alii (γ) propter *delictum*, vt carminis famosi damnati: *l. 18. §. 1. h.* banniti; *l. 8. §. 1. h.* SCHILTER. *ex. 38. §. 21.* olim etiam quilibet damnati ad mortem; *l. 8. §. 4. l. 9. h.* secus ac hodie, SCHILTER. *c. l. §. 28.* nisi quatenus bona

bona fisco adhuc cedunt. Conf. *I. P. S. lib. 2. art. 13.*

12. Alii (δ) denique ob *apostasiam* vel *hæresin. auth. credentes. C. de hæret.* Hæreticos tamen, quatenus inter protestantes tolerantur, testari posse, recte asserit STRYK. *de caut. testam. c. 3. §. 61.* cum nec *iudæis*, vbi tolerantur, hæc facultas ademta.

13. Requisita *modum* testandi respicientia sunt diuersa, prout varie conduntur testamenta. Ab initio tantum facta sunt *publica comitiali auctoritate, l. 3. h.* nec sine ratione, de qua BYNKERSHOEK *lib. II. obs. 2.* postea etiam *suo modo priuata. Iure nouo* testamenta sunt vel *publica* vel *priuata*. Illa vel *principis* vel *magistratus* autoritate nituntur.

14. In testamento *principi oblato* omnis remissa est solennitas, *l. 19. C. de testam.* adeo vt etiam per *procuratorem* ei offerri possit. STRYK. *de caut. testam. c 8.*

15. *Iudiciale* insinuandum *iudicio*, & quidem cuicunque, MEV. *3. D. 195.* cui *ordinaria iurisdictio* competit, etiam *proprio*, a nobili forsan. STRYK. *de caut. testam. c. 7. §. 27.* ENGELBR. *ad D. h. §. 3.* Nec præcise *testatoris personalis comparitio* desideratur, seu vt ipsemet insinuet, si nulla adest suspicio fraudis STRYK. *cit. tr. c. 8.*

16. Potest hæc insinuatio fieri *omni tempore*, nec præcise requiritur, vt in *loco iudicii* fiat; nam & moribundus *domi* testari potest, modo (α) iudex legitime ad recipiendum te-

ſtamentum imploretur: (ε) perſonæ iudiciales *deputentur*, qui teſtamentum recipiant, vbi duæ ſufficiunt: MEV. *ad ius Lub. P. 2. t. 1. art. 2. n. 133. ſeqq.* (γ) deputatæ teſtamentum inſinuatum ad acta deponant.

17. *Priuatum* eſt vel *ſolenne* vel *minus ſolenne*. Illud vel *ſcriptum* vel *nuncupatiuum*. In genere *ſolenne teſtamentum* conficiendum ſecundum ſolennia loci, vbi conditur; *l. 6. D. de euict.* quo facto, vbique valet. SAND. *l. 4. t. 1. D. 14.* HERT. *de colliſ. LL. S. 4. §. 10. & 23.*

18. In ſcripto teſtamento adhibenda (I) *ſcriptura clara & legibilis*. vid. *diſp. noſtr. de ſcript. non legib.* Quanam (α) ſcribatur lingua, parum refert, modo teſtator illam intelligat, alioquin de ſingulis contentis certiorandus legitime *Diſput. noſtr. de teſtam. non præl. inf.* (β) In *charta blanca* confectum ipſo iure nullum eſt *l. 11. de ini. rupt. irr. fact.*

19. (II) *Ipſe teſtator teſtamentum ſcribat, vel ſaltem ſubſcribat. l. 28. §. 1. C. de teſtam.* COCCEI *de cauſ. teſtam. c. 2. n. 43. ſeqq.* Si ſcribere nequit, teſtis *octauus* loco eius ſubſcribere debet. *l. 21. C. eod.* *Subſignatio teſtatoris* non deſideratur.

20. (III) *Adhibeantur 7. teſtes*, quibus *clauſum* teſtamentum offerri poteſt, non tamen vt *inuolucro* tectum ſit. De ratione huius numeri diſſerit HVBER. *P. 1. digreſſ. l. 4. c. 31. 32. 33.* Inter hos etiam is, qui teſtamentum ſcripſit, eſſe poteſt. *l. 27. h. t.*

21. (IV)

21. (IV) *Rogentur teſtes*, ſeu admoneantur de actu teſtandi, *l. 21. §. 2. h.* quod ex veteri *rogationum ritu*, in comitiis frequentium, deductum videtur. REVSNER. *de teſtam. P. 1. c. 10. n. 4.*

22. (V) *Audiant & videant teſtatorem. l. 9. C. de teſtam.* (VI) *Subſcribant*, non tamen præciſe *ſpecifice*, vti quidam colligunt ex *l. 30. D. h.* Alius tamen pro *teſte imperito* ſubſcribere nequit, niſi in teſtamento *ruſticorum. l. 31. C. de teſtament.* STRYK. *de cautel. teſtament. c. 15. §. 38.*

23. (VII) *Subſignent*, etiam omnes vno annulo. §. 5. *I. h.* Annulus tamen hodie non præciſe requiritur. *l. 22. §. 5. h. conſtit. Max. de Anno 1512.* von *Teſtamenten* ibi: mit ihren gewöhnlichen Signeten.

24. (VIII) *Teſtes habiles adhibeantur*, quod æſtimandum tempore conditi teſtamenti. *l. 22. §. 1. h.* Sufficit autem habilitas *putatiua*, quod communiter pro habilibus ſint habiti. §. 7. *I. h.*

25. Inhabiles autem quidam ſunt (α) reſpectu *ſtatus*, vt ſerui. §. 6. *I. h.* An *proprii homines* ſunt idonei? De eo dubitant ob *conſtit. Max. de Anno 1512.* §. daß der. Item *peregrini l. 21. C. de teſtam.* ſecus ac hodie.

26. Alii (β) ob *ætatem*, vt impuberes. Alii (γ) ob *ſexum*, vt feminæ. §. 6. *I. h.* (δ) Alii ob *vitium corporis vel animi*: vt furioſi, muti, ſurdi, prodigi, cœci.

27. Alii (ε) ob *patriæ poteſtatis reſpectum*, qui teſti intercedit cum *teſtatore* vel *herede*; §. 9. *I. h.* alia coniunctio non nocet. §. 10. *I. h. R. I. d. anno* 1512. v. die *Notarien*.

28. (IX) *Teſtes ſponte huic actui interſint*, nec inuiti detineantur. *l.* 20. §. *f. h.* Vt vero intelligant ſermonem teſtatoris, non requiritur. *c. l.* §. *pen.*

29. (X) *Omnia actu continuo expediantur.* Quod tamen non ad *actum ſcripturæ*, ſed tantum ad *ſolennitatis interpoſitionem*, zu des Teſtaments Vollenziehung, pertinet. *l.* 21. *C. de teſtam.* Hinc (α) cauendum, ne ad ſubſcriptionem properetur, antequam omnes præſentes ſint: ne (ϐ) vnus ex teſtibus diſcedat, antequem omnia, quæ ad ſolennitatem faciunt, penitus ſint abſoluta. *l.* 20. §. 8. *h.*

30. Nocet præterea actus vniformitati (γ) *actus extraneus*, qualis dicitur, qui ſub *diſpoſitione ſolitaria* teſtatoris non comprehenditur. *l.* 23. §. *f. h.* Conſtitutio pignoris in teſtamento per modum *legati* facta non nocet *l.* 26. *de pign. act.* Secus eſt, ſi duorum voluntate contractus celebrantur inter teſtandum.

31. (δ) *Actus voluntarius.* Actus *naturalis* vel *neceſſarius*, qui ad breue tempus ſiſtit actum teſtandi, non nocet. *l.* 28. *C. de teſtam.*

32. Vtiliter etiam *annus* & *dies* adiicitur, vt intelligi poſſit in concurſu duorum teſtamentorum, quale ſit prius, quale poſterius? Omiſſio

sio tamen eius non vitiat testamentum, nisi sit *parentum inter liberos. Nou. 107. c. 1.*

33. *Nuncupatiuum* testamentum est, *quo quis coram 7. testibus habilibus rogatis, vnico contextu interueniente, declarat nuncupatiue suam vltimam voluntatem.* Ergo omnia quoque hic interuenire debent, præter ea, quæ ad *scripturam* & *subsignationem* spectant. *l. 26 C. de testam.*

34. Clare itaque omnia sunt coram testibus exprimenda; hinc (α) linguam testatoris intelligere debent; (β) non nocet, si sint imperiti literarum. (γ) *Relatiua* vero *heredis institutio* ad certam schedulam facta non admittitur. *l. 21. pr. h. t. R. I. de ann. 1512. §.* aber die Form. *l. 26 l. 29. C. de testam.* vid. tamen STRYK. *de caut. testam. c. 16. §. 25* COCCEI. *de claus. testam. c. 2. n. 41.* SCHILT. *ex. 38. §. 43.*

35. Mortuo testatore, testes iurato examinandi, qui de ipsa *voluntate vltima* & eius *solennitate* deponunt, sufficitque, si modo duo testes supersunt. Alia enim est ratio *condendi*, alia *probandi* testamenti. MEV. *4. D. 13.*

36. Tutius omnino est, vt *Notarius* adhibeatur, qui desuper instrumentum publicum conficiat, vbi necessarium est, vt, antequam testes discedant, illis prælegantur puncta a Notario concepta. *constit. Max. c. l. §. 37.* COCCEI *c. l. c 3. n. 103. 104.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. a qua ætate. 5. l. qui in potestate. 6. §. 1. l. eius. 8. l. is cui lege 18. §. 1. l. qui testamento. 20. l. heredes pa-

lam. 21. §. 1. 2. f. l. ad testium. 22. § 1. 4. l. si is qui testamentum. 25. l. cum lege. 26. l. Domitius. 27. l. ex ea scriptura. 29. §. 1. l. pen.

Ex Codice l. si is. 2. l. sensum. 3. l. si frater. 4. l. cum heredes. 7. l. hac consultissima. 8. l. furiosum. 9. l. discretis. 10. l. nemo. 11. *qui testam. fac. poss.* l. publicati. 12. l. ex imperfecto. 3. l. neque professio. 5. l. Verba. 6. l. casus maioris. 8. l. si non speciali. 9. l. si vnus. 12. l. Non Codicillum. 14. l. testamentum. 17. l. omnium testamentorum. 19. l. nolumus. 20. l. Hac consultissima. 21. cum auth. subiectis. l. in testamentis. 26. l. sancimus. 27. l. cum antiquitas. 28. l. & ab antiquis. 31.

Tit. II. (VI. 28. 29.)

De liberis & posthumis heredibus instituendis vel exheredandis.

1. Essentia *testamenti* cuiuscunque, siue *solennis* siue *minus solennis*, consistit in HEREDIS INSTITVTIONE, quæ est *certi successoris in vniuersum ius, quod defunctus habuit, legitima declaratio.*

2. Institutio est vel *voluntaria* vel *necessaria.* Hæc est, *quando necessario certæ personæ sunt instituendæ vel legitime exheredandæ*, h. e. quibus debetur legitima, *l. 30. h. t.*

3. Sic itaque (α) ante omnia sunt instituendi *liberi*, quo ipso pater *dulci officio fungi* dicitur in *l. 1. C de his qui sibi adscr.* BYNCKERSHOEK. *lib. I. obs. 19.* tam *sui* quam *emancipati*, tam

tam a *patre*, quam a *matre*. *Nou. 115. c. 3.* Imo & *spurii* respectu matris. *l. 29. §. 1. de inoff. testam.* STRYK. *de caut. testament. c. 16. §. 9.* Per *separationem intuitu bonorum* tamen, secundum mores Germaniæ, liberati a patria potestate non sunt necessario instituendi, cum excludantur etiam a *successione ab intestato*.

4. Quin & (β) *nepotum* quoque, filiis mortuis, & *posthumorum* euentualiter habenda est ratio; *pr. & §. 1. I. h.* alias natiuitate sua rumpunt testamentum. *l. 3. §. 3. de ini. rupt. & irrit.* Huc etiam referuntur, qui quocunque modo in testatoris potestatem post testamentum conditum recidere possunt, & *quasi posthumi* appellantur. *l. 29. §. 11. h.*

5. Hinc consultum est, hos *euentualiter* instituere, in quem finem Romani ex *legibus* varias excogitauerant formulas. *l. 29. h.* Inde posthumi alii dicebantur *legitimi*, alii *Aquiliani*, alii *Velleiani*, alii *Iuliani*, alii *Corneliani*, vt docet *l. 29. h.* quem peculiari commentario illustrat. STRYK. *c. l. §. 7. p. 553.* conf. HVBER. *h. §. 1.* STRVV. *ex. 32. §. 28 seqq.* sed hæ anxiæ veterum formulæ nullam hodie præstant vtilitatem. v. *l. 15. C. de testam. l. vlt. C. de posth. hered. instit.*

6) Sic etiam (γ) ex eodem fundamento vtile est, *parentes euentualiter* instituere, ne, liberis ante testatorem mortuis, rumpant testamentum. Idem dici potest (δ) de *fratribus*, quo casu illis debetur legitima.

7. Si

7. Si quis liberos ceterosque, quibus debetur *legitima*, instituere nolit, necessario *exheredes* eos scribere debet; alioquin *preteriti* dicuntur, *l. 30. h.* & testamentum quoad *heredis institutionem*, est nullum *auth. ex causa. C. de liber. præter.*

8. Est autem EXHEREDATIO *legitima & ex iusta causa, nominatim adiecta, exclusio a iure succedendi eorum, quibus debetur legitima.*

9. Exheredatio facienda (I) *verbis dispositiuis, imperatiuis, & legalibus:* non sufficiebant verba *enunciatiua dubia* in præteritum vel in futurum. MEV. 4. *D. 183.* Hinc sub conditione institutus, sub contraria non censebatur exheredatus, *l. 18. pr. de P. B. contr tab. l. 3. §. 1. h.* sed pro *præterito* habebantur; BRVNNEM. *ad c. l. 3. n. 6.* nisi sub contraria conditione *expresse* exheredatus esset, adiecta iusta causa. *l. 4. C. de subst. & inst. l. 86. de hered. instit.*

10. (II) *Verbis expressis.* Ceterum in *milite* & *matre silentium* est pro exheredatione. *§. 6. I. h. Iure nouo* quoad matrem aliud obtinet per *Nou. 115. c. 3.* SCHILT. *ex. 38 §. 53.* Olim quoque exheredatio erat *nominatim* facienda, *§. 5. I. h.* quod, sublata *solennitate formularia*, non amplius attenditur. *l. 15. C. de testament.*

11. Porro facienda (III) *ex iudicio deliberato.* Temere & ex *calore iracundiæ* facta, non nocet. *l. 19. C. de inoff. testam. l. 4. D. eod.*

12. (IV) *In testamento.* In *codicillis* aut *diuisione parentum inter liberos* fieri nequit. *§. 3. l. d.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0672
DFG

3. l. de codic. STRYK. *de caut. test. c. 19. §. 13* Illud parum refert, vtrum in *solenni* an *minus solenni testamento* fiat, veluti *inter liberos.* STRYK. *cit. l. c. 10. §. 18.*

13 (V) *A tota hereditate, l. 19. h.* quamuis aliquid filio, tanquam *extraneo*, adhuc legari possit. *cit. l 19.* HVBER. *ad I. de exhered. lib. §. 3.*

14. (VI) *Ab omnibus gradibus, iustoque ordine*, quod attendendum est, si forte plures substitutiones. factæ. *l. 3. §. 2. h.* ID. *cit: l. 26. n. 7.* Postquam vero in *§. 34. I. legat.* ordo hic sublatus est, hoc requisitum quoque non amplius attendendum.

15. (VII) *Ex causa expresse adiecta, Nou. 115. c. 3.* quæ iure veteri adiicienda non erat. *l. 2. 3 h. l. f. C. eod.* Vnde heres non audiendus, si vel maxime causam omissam probare velit. STRYK. *c. tr. c. 19. §. 19.*

16. Causa hæc *iure nouo* ab herede probanda est *N. 115. c. 3.* non iure veteri, *l. 5. §. 1. de inoff. test.* Herede in *probatione* deficiente, testamentum ex *capite inofficiosi* hodie rescinditur. vid. *P. 1. p. 207. §. 12.*

17. (VIII) *Ex causa a legibus determinata in Nou. 115* Neque enim aliæ admitti possunt, nisi *eiusdem generis* fuerint. HVBER. *ad I. h. §. 10.* STRYK. *c. l. §. 23. seqq.*

18. Causæ sunt sequentes: (I) *si patri impias intulit manus. Conatus* non sufficit, nec huc pertinet *iusta defensio* contra patris insultus.

19. (2)

19. (2) *Iniuria verbalis*, & quidem *atrox*, quæ ex aliis cauſis, quam *perſona parentum*, deſcendit.

20. (3) *Accuſatio* contra *parentes*; *N. 115. c. 3. §. 3.* modo (α) filius eam *ſponte* fecerit, (β) nec pater *crimen perduellionis* commiſerit. *l. 35. de relig.*

21. (4) *Conuerſatio cum maleficis*; h. e. cum veneficis, & magicas artes adhibentibus, modo cum illis verſetur, vt *maleficus.*

22. (5) *Inſidiarum præparatio. N. cit. §. 5.* (6) *Violatio thori paterni*, vel *materni*, HVBER. *ad I. h. §. 10.* modo filius filiaue hoc *ſcienter* fecerit.

23. (7) *Delatio a filio facta*, ob quam graue damnum parenti imminet. (8) *Neglecta redemtio ex carcere.* Filiæ excuſantur, ob SCtum Velleianum. Filius vero hoc caſu (1) *rogatus* a patre, & (2) *maior 18. annis*, atque ipſum delictum (3) ita comparatum eſſe debet, vt *fideiuſſionem* admittat.

24. (9) *Prohibitio facta*, *ne parens teſtetur*, imo ſi nullum teſtamentum ob hoc impedimentum conditum, a fiſco illi tanquam *indigno* auferetur hereditas. *l. 19. pr. de his quæ. vt ind. l. 3. §. 5. ad SCt. Treb.*

25. (10) *Si mimis & arenariis ſe filius ſociauerit: N. cit. c. 3. §. 10.* modo hoc fiat (α) contra voluntatem patris, & (β) filius in hac profeſſione permanſerit. *l. 47. ſol. matrim.*

26. (11)

26. (21) *Si filia luxurioſe viuere incipiat*; h. e. meretricio more, matrimonio repudiato, modo *25. annos* non exceſſerit. (Exheredari enim nequit, ſi eſt *maiorennis* facta, pater tamen eandem non curauit elocari, & ita ipſa in corpus ſuum peccauit.) Idem quoque aſſerunt, ſi filia minorennis, inuito patre, nuptias contrahit, quod tamen *abſolute* admitti nequit. STRYK. *c. tr. c. 19. §. 35.*

27. (12) *Si furioſum neglexit parentem*, *N. cit. c. 3. §. 12.* adeo vt ſi in furore deceſſit, hereditas filio tanquam indigno auferatur, & ei adiudicetur, qui curam furioſi habuit.

28. (13) *Si captiuum non redemit ab hoſtibus*, modo ſit maior 13. annis. *N. c. §. 13.* Quodſi *in captiuitate* deceſſit, filio, & cuicunque præterea heredi, aufertur a fiſco hereditas.

29. (14) *Si filius factus hæreticus*, *N. cit. §. 14.* h. e. ſi filius hodie aſſumſit religionem in imperio reprobatam. Imo ne quidem *inſtitutio hæretici* a patre facta ſubſiſtit, ſed eius pars accreſcit reliquis liberis, niſi reſipuerint, quo facto fratres portionem conuerſis reſtituunt. Fluit vero hæc *exheredatio neceſſaria* ex eo principio, quo *hæretici* inſtitui nequeant, quod in foris proteſtantium indiſtincte admitti nequit.

30. In *parentum exheredatione* tantum *octo cauſæ* admittuntur. Huc pertinent caſus in *§. 20. 22. 24. 27. 28. & 29.* expreſſi, & præterea,

terea, si pater matri vel vice versa venenum propinauerit.

31. In *fratrum exhæredatione* tres potissimum causæ attenduntur. *N. 22. c. 47.* Præterea in illa ius vetus adhuc obseruandum, vtpote in qua hic nulla deprehenditur facta mutatio: hinc (α) causa non præcise exprimenda: (& frater exheredatus, se gratum fuisse, probare debet: (γ) totum corruit testamentum, si per querelam sit rescissum.

TEXT. NOTAB

L. Nominatim. 2 l. & si perceperit. 3. pr. §. 1. 2. 3. l. placet. 4. Si quis posthumos. 9. pr. §. 2. l. in suis heredibus 11. l. quod dicitur. 12. l si ita scriptum sit. 13 l. multi non notæ. 18 l. cum quidam. 19. l. filio, quem pater. 23. l. Gallus. 29. l. inter ceteros 30.

Ex *Codice* l. cum post omnes. 1. l. si quis filium 3 auth. non licet. auth. ex causa *de lib præt vel exhered.* l. si post testamentum 1. l. quod certarum. 3 l. quidam 4. *de posth. hered. instit.*

Tit. III.

De iniusto, rupto, irrito facto testamento.

1. VAriis modis testamentum effectu caret: (1) quod ab initio sit *nullum:* (2) ex causa superueniente *infirmetur:* (3) alias effectum *ex accidenti* habere non possit, quamuis legitime sit conditum.

2. *Nul-*

2. NVLLVM *vel iniustum* est (α) ob defectum *solennium*, (β) *essentialium*, (γ) *certitudinis voluntatis*, (δ) ob *inhabilitatem* testatoris, *l. 1. h. l. 11. §. 1. de Leg. 3.* Nec operatur hic aliquid *clausula caussatoria*, si reuera testamentum *nullum* declaratur: si *validum*, suum effectum habet, non tamen quoad eos, quibus debetur legitima. COCCEI. *de claus. testament. c 3. n. 90. seqq.* Aliquando si omissa tantum sunt *quædam solennia*, subsistit dispositio (a) virtute *clausulæ codicillaris*, vel *adiuratoriæ. l. 77. §. 23. de Leg. 2.* COCCEI. *de claus. testam. n. 201. seqq.* Quandoque etiam (b) *iure prætorio* saluatur. vid. *infr. tit. de B. P. sec. Tabb.* denique (c) *ex spontanea agnitione* vires accipit. *l. 16. §. 1. C. de testam. l. 2. C. de fideicomm.*

3 EX CAVSA SVPERVENIENTE infirmatur (I) per *ruptionem*. Rumpitur autem (1) *natiuitate posthumi vel quasi*, si *ille* debito modo nascitur. *l. 3. §. 3. h.* vid. *P. 1. p. 32. §. 4.* Imo in genere rumpitur, si tempore mortis quidam adsunt, qui debebant institui, sed instituti non sunt; quamuis tempore *conditi testamenti* institutio horum non esset necessitatis, v. c. parentum, viuis adhuc liberis testatoris; postea vero ante testatorem mortuis.

4. (2) *Posteriori condito testamento*, modo (α *perfectum sit, l. 11. pr. l. 16. h. l. 1. de vulg. & pupill. instit.* siue *solenne* siue *minus solenne; l. 2. h. l 36. pr. & §. f. de testam. N. 107.* nisi in posteriori instituti *heredes ab intestato*, quo casu 5. testes etiam sufficiunt ad rumpendum prius, in quo *extranei* insti-

tuti. *l. 2. h. l. 21. §. pen. C. de testam.* Ceterum, vt ex *posteriori* adeatur hereditas, non præcise est necesse. *§. 2. I. quib. mod. test. infirm.*

5. (ε) *Constet, quale sit posterius?* alias de iure ciuili *neutrum* subsistit; vtrumque tamen sustinetur ex *iure prætorio. l. 1. §. 6. de B. P. sec. tabb.*

6. (γ) *Testator posteriori non addiderit clausulam, vtrumque valere debere. §. 3. I. h.* Hoc facto, posterius *iure testamenti directo*, prius iure *fideicommissario* instar *codicillorum* valet. *l. 12. §. 1. h.*

7. (δ) *Posterius sit factum ex certa scientia:* si ex errore, prius subsistit. *l. f. de hered. instit.* MERILL. *lib II. obs. c. 23.* (ε) *Posterius adhuc sit integrum.* Reuiuiscit enim *prius*, si hanc ob causam posterius cancellatum est. vid. *p. 181. §. 5.* (ζ) Denique sit *paganum:* militare posterius *non semper* rumpit prius. *l. 19. de testam. milit.*

8. Alias libera est facultas mutandi testamenta, *l. 4. de adim. vel transf. leg.* nihil operante (a) *clausula derogatoria*, in posteriori *expresse* non reuocata. *l. 22. de leg. 3.* STRYK. *de caut. testam. 24. §. 53. seqq.* COCCEI *de claus. testam. c. 2. n. 132.*

9. Idem (b) dici potest de *clausula iuratoria* priori testamento adiecta; quamuis, nisi iusta causa subsit, testator periurium committat. ID. *c. l. inf.*

10. Ceterum *mutatio* hodie facilius impediri potest per *pacta*, quæ moribus vim plenam, etiam in successionibus, retinuerunt;

STRYK.

STRYK. *in V. M. h. t. §. 3.* licet *iure ciuili* non valeant *l. 15. C. de pact.* Proinde testamenta coniugum *reciproca* vel *correspectiua* difficilius, inuito altero, reuocantur, *ob pactum* vel *expressum* vel etiam *tacitum*, quod ex *intentione testantium* in iis latet, de illis non reuocandis; SCHILT. *ex. 29. §. 54. seqq.* IO. SAM. STRYK. *de testam. coniug. recipr. §. 47. seqq.* præsertim cum hæ dispositiones a *moribus Germaniæ antiquissimis* non abhorreant. BERLICH. *decis. 92. n. 12.*

11. (3) *Nuda reuocatione* coram duobus vel tribus testibus facta, modo (1) in *scripto solenni decennium* elapsum: (2) testamentum *minus solenne* sit. *l. 27. C. de testam. l. 6. C. Theod. de testam.* Nuncupatiuum vero *simpliciter* reuocari potest coram *septem testibus*, & minus solenne coram duobus.

12. (4) *Cancellatione vel deletione*, de qua *tit. seqq.* speciatim agendum est. conf. supra *tit. de fid. instrum. §. vlt.*

13. (II) *Quod irritum fiat.* Hoc contingit, mutato *statu testatoris. §. 4. 5. Ib.* Restituto eo ex *maxima* & *media* captis diminutione, *ipso iure* conualescit. *l. 6. §. pen. h.* In *minima* si adoptiuus rursus sui iuris fiat, *noua declaratione* opus est. *l. pen. §. 2. de B. P. sec. tabb.*

14. (III) *Quod fiat destitutum*, ideo quod heres vel *nolit* vel *non possit* adire hereditatem. Neque legatariis aut fideicommissariis eo casu, si *repudiat* heres, integrum est, adire hereditatem,

vti quidam colligunt ex *Nou. 1. c. 1.* quæ potius de *herede*, qui hereditatem adiit, sed *intra annum* legata soluere renuit, intelligenda est. LAUTERBACH, *de testam. destituto m. 3.* Denique (IV) *quod sit inofficiosum*; tunc enim per *querelam inofficiosi* rescinditur, de qua *lib. V.* actum est.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. tunc autem. 2. l. si quis filio exheredato. 6. §. 7. 9. 10. l. posthumus præteritus. 12. pr. l. cum in secundo. 16. l. filio præterito. 17.

Tit. IV.

De his quæ in testamento delentur inducuntur & inscribuntur.

1. RVmpi quoque testamentum *facto ipso*, dictum est §. 12. *tit. antec.* quo pertinet *cancellatio, inductio, deletio, amissio. l. 1. §. 3. h.* Si tantum *vnius heredis* nomen inductum est, reliqui heredes petere hereditatem non prohibentur; *l. 2. pr. l. f. h.* prior autem *exceptione* repellitur. *l. 1. §. 3. h. l. 4. §. 10. de dol. mal. & met. except.*

2. Requiritur tamen, *vt cancellatio, deletio vel inductio facta sit consulto.* Hoc in dubio præsumitur; *arg. l. 3. inf. h.* nisi contrariæ præsumtiones sint fortiores *l. 12. C. de testam.* STRYK. *de caut. testam. c. 24. §. 43.*

Si

3. Si *inconsulto* facta fuit cancellatio vel deletio, subsistit, quatenus adhuc testamentum *legibile* est, *l. 1. pr. h.* vel *extrinsecus* contenta testamenti probari possunt. HVBER. *h.* §. 2. conf. *disp. de script. non legib. c. 3. §. 11. 12.*

4. Quodsi ante *consummationem testamenti* fortuito quid deletum, non aliter subsistit, quam quatenus legi potest; probatio autem *extrinsecus facta* non admittitur, *l. 1. §. 2. h.* HVBER. *h.* §. 3. si testator aliud testamentum condendi occasionem habuit.

5. Si posterius est cancellatum, vt valeat prius, hoc conseruatur ex *iure prætorio* contra ius *ciuile strictum*, quo semel ruptum non conualescit. *l. pen. §. 2. de B. P. sec. tab.*

TEXT. NOTAB.

Occurrunt hic tantum. 4. LL. quæ omnes notandæ.

Tit. V. (VI. 24.)

De heredibus instituendis.

1. IN *voluntaria* heredis institutione respiciendum (I) ad *personarum instituendarum habilitatem;* (II) ad *modum* instituendi.

2. In *personis* requirebatur, *vt* (1) *iuris ciuilis commercio fruerentur: l. 1. pr. ad l. Falcid.* (2) *vt heredes scripti certi essent.* Hinc excludebantur serui *qua tales*, peregrini, *l. 6. §. 2. h.*

(qui tamen, postquam *iura succedendi* illis sunt communicata, hodie institui queunt. *auth. omnes peregrini C. commun. de succes.*) deportati, banniti, apostatæ, *l. 3. C. de apost.* hæretici. *l. 4. C. de hæret.* Sed sicuti hodie *hæretici*, quatenus tolerantur, testamenta condunt, ita similiter recte heredes instituuntur. Denique *collegia*, *vniuersitates* & *incertæ personæ* institui non poterant, nisi collegia essent *excepta. l. 1. C. de SS. eccl. l. 22. C. eod. l. 8. C. h. l. 1. C. de iudæis.* Emendauit vero hoc IVSTINIANVS in §. 25. *sqq. I. de leg.* vt tantum *collegia reprobata* institui non possint.

3. Quidam etiam *certo respectu* institui nequeunt. Huc pertinent *liberi naturales*, quando adsunt legitimi, tunc enim tantum in vna vncia institui a *patre* possunt: *auth. licet. C. de nat. lib. Nou. 89. c. 12.* si testatoris parentes soli supersint, in octo vncias: alias vero in solidum.

4. Sic & incestuosi non possunt institui a *parentibus*, nec parentes incestuosi a se inuicem; *l. 6. C. de incest. nupt.* ab aliis possunt.

5 Huiusmodi *incapacis* institutio, modo *palam* facta, pro *non scripta* habetur: *l. 1. C. h.* DONELL. *l. 6. c. 17. lit. t.* si *clam in fraudem legis* facta, fisco lucrum eius cedit. *l. 1. l. 3. §. 1. de iure fisci.* Hinc facile patet, quomodo differant ab *indignis*, quorum portionem fiscus eripit.

6. Ha-

6. *Habilitas heredum* tribus maxime temporibus consideranda: (α) *testamenti conditi*, ob regulam Catonianam: (β) *mortis*, quia per hanc confirmatur testamentum: (γ) *aditionis*, quia per hanc acquiritur, quod vltimum in *heredibus suis* non est diuersum a tempore mortis.

7. Quoad *modum instituendi* requiritur: (I) *vt possit institutio habere effectum.* Hinc omnium hominum institutio est ridicula. In *pauperum* institutione diuersa est ratio, *l. 46. & 49. C. de episc. & cler.* cum magis *pauperes collectiue sumti* in eo, quo vixit testator, loco videantur instituti. ANTONMATTHAEI *in anal. vet. æui tom. I. p. 749. nouiss. edit.* Huc etiam refertur, si quis *sanctum* instituit ex superstitione, quia sic ecclesiæ, sancto illi destinatæ. debetur. *l. 26. C. de SS. eccl.*

8. Alias vero liberum est, tot instituere personas, quot testator velit, quatenus effectum sortiri potest. Quod si ergo partes non sunt singulis adscriptæ, in tot partes hereditas diuiditur, quot sunt personæ. Plures *collectiue sumtæ* pro *vna* reputantur persona. *l. 11. l. 15. pr. l. 59. §. 2. h. l. 34. de leg. 1.* voluntatis tamen habita ratione. *l. 80. §. 6. de leg. 2.*

9. Si omnibus partes adscriptæ, tot fiunt partes, quot testator voluit. Denique si quibusdam partes adscriptæ, quibusdam non, hi, quod *assi* vel *dupondio* deest, consequuntur. §. 6. *I. h. l. 17. §. 3. h.*

10. Quin etiam aliquando ex *præsumta* testatoris *voluntate* constituendæ sunt partes. *l. 13. pr. de lib. & posth. hered.*

11. (II) *Institutio* (α) fiat *de bonis, quæ nostræ subsunt dispositioni.* (vid. *supra p. 162. §. 2.*) De *feudo* enim vltima voluntate disponere non licet, sicut nec quibusdam in locis ex principiis *iuris Germanici* antiqui de *bonis hereditariis* sine consensu heredum, vt Hamburgi & Lubecæ. (β) *De vniuersis bonis*, siue *vnus* siue *plures* instituti sint, facienda, quia ius Romanum non admittit, vt quis possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. *l. 55. de leg. 1. l. 7. de R. I.*

12. Hinc (1) vnicus *in re certa* institutus, detracta mentione rei, vniuersam hereditatem capit. *l. 1. § 4. h.* Idem (2) & de *pluribus*, ex certa re institutis, asseritur in *l. 9. § 13. l. 10. l. 11. h.* vt tamen hoc in casu *certæ rei adiectio* habeatur instar *prælegati* in diuisione hereditatis, & ex reliquis bonis ex æquo soluendum sit æs alienum. *l. 35. pr. §. 1. h.*

13. Idem (3) placuit, si quidam ex certa re sint scripti, quidam non; hoc casu *illi* sunt loco *legatariorum; hi* vero *heredum. l. 13. C. h.* Deficientibus vero his, illis *ius accrescendi* saluum est. BACHOV. *ad Treutl. V. 2. disp. 12. th. lit. A.*

14. (III) Porro institutio debet esse *libera* non extorta, quamuis blanditiæ non simpliciter sint prohibitæ. *l. f. si quis aliq. test. prob.*

15. (IV)

15. (IV) *Ex certa scientia & animi sententia facta.* Hinc(α) errans in designatione personæ nihil agit: *l. 9. pr. h. l. 3 4. C. h.* (ε) institutio non valet, quando addere voluit testator conditionem nec addidit. *l. 9. §. 5. h. l. 8. C. de instit. & substit.*

16. Nec (γ) potest in alterius arbitrium conferri, *l. 32. h. aperte* scilicet, bene tamen (a) *tacite* per conditionem; *l. 68. h. l. 1. de leg. 2.* AVERAN. *lib. 2. interpret. iur. c. 22.* vel si (b) consideratur tanquam *arbitrium boni viri*, & non tanquam *merum* arbitrium. *l. 1. de leg. 2.* Denique (c) de iure canonico hoc simpliciter admittnnt; ob *c. 13. X. de testam.* sed vid. *ius eccl. prot. tit. de testam. §. 50.*

17. (V) *Verbis concepta dispositiuis & directis.* Hinc in conditione positi non videntur instituti; *l. 8. si quis omiss. caus. l. 114. §. 13. de legat. 1.* conditio enim *expresse* non disponit. *l. 19. h. l. 16. in f. de V. & pup. subst.* Verum sublatum est hoc requisitum per *l. 15. C. de testament.* adeoque *qualiscunque delaratio tacita* vel *expressa* hodie sufficit. STRYK. *in V. M. h. §. 1.* HARPRECHT. *de tacita instit. hered.*

18. (VI) *Sincera, non captatoria*, qualis est, cum *dolo* & *fraudibus pessimis* extorquetur institutio testatori, vt docet exemplum in *l. 70. h.* Ergo semper in *futurum*, non in *præteritum* fit *l. 71. h.* conf. THOMAS *disp. de captat. instit.* DONELL. *l. 6. c. 19. lit. e.* imprimia vero BYNKERSHOEK. *in opusc. de captat. instit.*

19 (VII) *Absque adiecto tempore*, ne videatur defunctus pro parte intestatus decessisse. *l 34. b.* Tempus itaque detrahitur, nisi *clausula codicillaris* adiecta, quo casu per modum *fideicommissi* valet.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 4. l. circa eos. 2. l. suus quoque. 4. pr. l. quoties. 9 l. interdum. 13. l. si quis instituatur 23. l. Titius & Seius. 24. l. si te solum. 27. l. illa institutio. 32. l. ex facto. 35. pr. §. 1. l. si quis ita. 36. l. si paterfamilias. 40 l 44. l. quidam. 46. l. nemo dubitat. 58. l. in tempus. 62. §. 1. l si quis Sempronium. 68. l captatorias. 70. l illæ autem. 71. l. asse toto. 77. l iam dubitari. 86. l. imperatorem. 91 l vlt.

Ex Codice l. qui deportantur. 1. l. cum proponas. 3. l. si pater tuus. 4. l. nec apud peregrinos. 7. l. collegium. 8. l. extraneum. 11. l. quoties. 13.

Tit. VI. (*VI. 26.*)

De vulgari & pupillari substitutione.

1. DEinde institutio est vel *prima* vel *secunda*. Hæc est SVBSTITVTIO, quæ est *institutio secundi vel vlterioris heredis in defectum primi.*

2. Hinc patet, sub definitione tantum comprehendi *directam*, quæ *proprie dicta substitutio* est: *obliqua* seu *fideicommissaria* supponit pri-

primum adiisse hereditatem. Vnde illa *in testamento* in dubio præsumitur, nisi in *codicillis* eius mentio occurrat. *c. 1. de testam. in 6.* MEV. *4. D. 181. & 7. D. 18.* STRYK. *de caut. test. c. 18. m. 1. §. 5.*

3. In effectu inter vtramque hoc interest, quod (1) *directa* tantum fieri possit in testamento, *obliqua* etiam in codicillis: (2) in illa transeat *tota hereditas* ad substitutum, in hac detrahatur *trebellianica:* (3) illa persupponat heredem *defecisse*, hæc illum *adiisse:* (4) illam heres accipiat *immediate* a testatore, hanc vero ab *herede primo.*

4. Directæ species sunt quatuor. Prima est VVLGARIS, quæ *communiter in omni testamento cuicunque heredi fieri potest in casum, si scriptus heres defecerit.*

5. Vt hæc effectum habeat, requiritur, (1) *vt heres primus non adierit*, vel quod *nolit*, vel quod *non possit*, etiamsi casus alter tantum forsan expressus sit, cum alter alterum comprehendat. Testator enim substituendo magis *substitutum*, quam *heredes ab intestato* admittere voluisse præsumitur. *l. 7. C. h.* Diss. HVBER. *h. §. 1.*

6. Est hæc vel *simplex*, qua *extranei*, vel *reciproca*, qua *coheredes* sibi inuicem substituuntur. Hæc imitatur institutionem primam, adeoque coheredes easdem capiunt partes in substitutione, quas habent in institutione *l. 4.* §. 1.

§. *l. l. §. h.* Voluntas tamen teſtatoris, etiam *præſumta*, ſemper hic inſpicienda. *l. 9. l. 24. h. l. 23. ad SCt. Treb. l. 24. eod. l. 124. de leg. 1.*

7. Iure *accreſcendi* in eo vtilior eſt *reciproca* ſubſtitutio, quod (ι) ad omnes æqualiter ſpectet heredes; ius accreſcendi autem tantum locum habeat inter coniunctos *eiusdem generis. l. 89. de legat. 3.* Quod (ε) æqualiter poſſint ſubſtitui, cum ius accreſcendi tantum *pro rata* partes cohæredibus attribuat. Sic etiam (γ) plurimum refert reſpectu Falcidiæ. *l. 1. §. 17. 18. iunct. l. 78. ad L Falcid.* vid. *p. 219. §. 5.* (δ) Ius accreſcendi ad heredis heredes tranſit, non ius ex ſubſtitutione reciproca *l. 9. de ſuis & legit. hered.* Denique (ε) ius accreſcendi *neceſſitatis* ſit: ſubſtitutio magis *libera.*

9. Fluit ex hoc requiſito, ſubſtitutum heredibus ab inteſtato etiam tunc præferendum eſſe, ſi heres *minor* contra aditionem reſtitutus ſit, quia reſtitutio in priſtinum ſtatum omnia deducit, & *præſumta voluntas* teſtatoris pro ſubſtitutis militat. *l. 2. §. 3. h.* DONELL. *l. 6. c. 24. lit. m.* ibique HILLIG. STRVV. *ex. 33. th. 17.* VINN. *lib. 1. ſel. qu. c. 14.*

9 (II) *Vt heredis heres nullo iure poſſit admitti ad hereditatem:* alioquin enim excludit ſubſtitutum. Nam quoties hereditas non adita transmittitur *extra ordinem* ad heredem, ſubſtitutus non admittitur, ſi modo heres primus teſtatori ſuperſtes fuerit. STRVV. *c. l.*

10. Al-

10. Altera est PVPILLARIS, quæ est, *qua pater liberis suis impuberibus, proxime in potestate eius tempore conditi testamenti & patris mortis existentibus, substituit in casum, si heredes facti fuerint, & intra pubertatem decesserint. l. 1. §. 1. h.* Reuera magis videtur esse noua institutio, seu *testamentum a patre liberis factum*, quam substitutio, *l. 2. §. 1. h.* DONELL. *lib. 6 c. 25. lit. a.* nisi quod olim, præmissa *vulgari*, facta fuerit, vt *substitutionis figuram* haberet. *l 1. §. 1. h.*

11. Latitat sub hac specie quoque *vulgaris*, sicuti in *vulgari* subintelligi quoque debet *pupillaris*, nisi voluntas testatoris in contrarium adsit. *l. 4 pr. §. 2. l. 39. §. 1. hl. 2. l. 4. C. h.* Quocirca siue filius sit heres, siue non, substitutus admittitur; illo quidem casu in *omnia* & *patris* & *pupilli* bona, hoc vero in *patris tantum. l. 10. §. 5. h.* DONELL. *l. 6. c. 26. lit. a. h.*

12. Requiritur vero, (I) *vt pater ita substituat*, qui alias testari potest: est enim effectus *patriæ potestatis*, quæ requiritur tempore *conditi testamenti* & *mortis. l. 41. §. 2. h.* Mater ita non substituit liberis, nisi sibi *vulgariter. l. 33. h.* CARPZOV. *P. 3. C. 8. D. 18.* Addita clausula codicillaris pupillarem in *fideicommissariam* vertit: ID. *def. 17.* vt tamen vltra *bona materna* non valeat, detracta *legitima*, & *trebellianica.*

13. II) *Et quidem liberis suis* h. e. immediate in eius potestate existentibus. Nepoti itaque patre viuo intermedio ab auo substitui nequit,

quit, nisi *cuentualiter* ex formula *L. Velleiæ. l. 29. §. 13. de lib. & posth.*

14. Perinde autem est, vtrum liberi iam *nati* an *nascituri* sint; vltimo casu etiam admittitur substitutus *ex vulgari*, si plane non nascitur posthumus. STRYK. *de caut. testam c. 18. membr. 2. §. 8.* Imo olim etiam *exheredatis* substitui poterat, quod hodie difficilius locum inueniet.

15. (III) *Liberis impuberibus*, qui in hac ætate sibi non possunt condere testamentum, sed pater quasi eis condit, qua ratione duo *quodammodo* videntur esse testamenta, patris & filii. §. 2. *I. h.* DONELL. *l. 6. c. 25. lit. f.*

16. Vltra pubertatem non valet *verbis ciuilibus* facta substitutio. *l. 7. l. 14. h.* Aliquando tamen, si verba & voluntas testatoris id admittant, valet iure *fideicommissi. l. 76. ad SCt. Trebell.* In breuius tempus tamen fieri potest. *l. 21. h.* DONELL *c. l. lit. n.*

17. (IV) *Vt fiat in casum, si heres fuerit,* (modo institutus sit) *& in impubertate decesserit.* Continetur tamen etiam substitutio hæc specialis sub compendiosa: *si quacunque ratione decesserit*, ex voluntate patris generali præsumta. STRYK. *c. l. §. 13. seqq.*

18. (V) *Vt pater sibi ipsi condat testamentum,* cuius sequela est substitutio pupillaris, *l. 1. in f. h.* vt vnum *quodammodo* testamentum *patris & filii* censeatur. MERILLIVS *lib. III. obs. c. 12.* Parum autem refert, si vno contextu vtrumque

que testamentum fiat, vtrum sibi prius, an filio scribat heredem? *l. 2. §. 5. 6. h.* Si diuersis temporibus, sibi prius heredem scribere debet. *c. l. §. 4.* Potest enim pater diuerso *tempore* & *modo* sibi & liberis testamenta condere. *l. 16. §. 1. l. 20. §. 1. h.* vid. tamen DONELL. *l. 6. c. 25. lit. o. seqq.*

19. Hinc si patris testamentum exitu careat, euanescit quoque substitutio hæc. *l. 2. §. 1. l. 10. §. 4. h.* quatenus autem (a) nouo iure tantum corruit *heredis institutio*, ceteris saluis, eatenus quoque substitutio valet. *N. 115 c. 3. §. f.* Idem (b) dicendum, si omissa causa testamenti ab intestato possideatur hereditas ab herede scripto *l. 2. §. 1. h.* Imo (c) licet filius abstinuerit, tamen sola *sui heredis existentia* tabulæ pupillares confirmantur. *l. 41. de acquir. vel om. hered.* ibique GOTHOFR. *in not.* DONELL. *c. l. lit. u.*

20. Substitui possunt, qui alias institui valent. Hinc si *naturales* substituuntur, ex bonis quidem testatoris solidum non capiunt, beue tamen ex bonis pupilli; *l. 6. h.* quamuis olim *in solidum* a patre institui poterant. *l. 45. h. l. 16. §. 1. de his quæ vt ind.*

21. Neque pater de *iure Romano* tenebatur præcise matrem pupilli substituere, aut fratrem, *l. 8. §. 5. de inoff. testam. l. 9. C. h. c. 1. de testam. in 6.* quia pater *suo iure* substituebat. Aliud receptum est iure Saxon. Electorali. CARPZOV. *P. 3. const. 8. def. 3.* Imo in *tacita* sub-

sub vulgari expressa contenta, matrem non excludi a legitima volunt. *l. 3. de his quæ in testam. delent.*

22. Succedit itaque substitutus, si quomodocunque decesserit ante pubertatem, secundum dicta §. 11. etiamsi post mortem ab alio arrogatus sit, *l. 17. & 18. de adopt.* modo substitutus adhuc supersit. Euanescit enim, si ante vel simul cum ipso pupillo moritur. *l. 18. de reb. dub.* STRYK. *de succeff. ab int. diff. 10. c. 3. §. 4. & c. 5. §. 15.* Quodsi *coheredes* substituti sunt sub hac clausula; *quisquis mihi heres erit*, § 7. *I. h.* vocantur, (α) qui *scripti sunt*, qui (β) *adierunt* hereditatem, & (γ) pro qua *parte* scripti sunt. *l 8. §. 1. h.*

23. Euanescere quoque substitutionem hanc putarem, si princeps ex iusta causa filio impuberi, iam tamen prudenti, daret facultatem testandi, & hic testamentum conderet. BRVNN. *ad l. 8. §. 7. n. 18. de inoff. testam.*

24. Quo casu autem succedit substitutus pupillo, eo casu vtramque tenetur amplecti hereditatem, si forsan pupillus cum patre decesserit; *l. 10. §. 2. h.* nisi substitutus sit, qui alias ab intestato succederet pupillo. *l. 12. h.*

25. Ad huius exemplum introducta est *substitutio mente captorum & furiosorum*, quæ QVASI PVPILLARIS vocatur, *qua parentes liberis suis mente captis, alioque vitio facultatem testandi impediente laborantibus, substituunt in casum, si heredes facti, in tali vitio decesserint.*

26. Dif-

26. Differt a priori, (I) *quod quilibet parentum hoc casu ita substituat;* nititur enim sola *humanitate* seu *prouidentia parentum. l. 9. C. h.* Si plures substituerunt, omnium substituti admittuntur quoad bona a substituentibus in filium profecta; quoad bona filio *propria*, omnes *æqualiter*, cum omnium *æquale ius* sit substituendi.

27. (II) *Quod certæ personæ hic præcise sint substituendæ.* Videlicet (1) dementis liberi: (2) eius fratres & sorores, & quidem iuxta verba *l 9. cit.* non omnes præcise substituendi sunt, sed vel vnus ex pluribus, quæ sententia ratione *liberorum* dura videtur, BACHOV. *ad Treutl. vol. 2. disp. 11. th. 10. lit. c.* & forsan secundum *Nou. 115.* ita mutanda, vt ceteris ad minimum salua sit *legitima.* Imo iuxta *nou. 118. parentes* quoque substituendi.

28. (III) Quod substituatur etiam *puberibus*, quatenus sunt *mente capti*, & *furiosi.* De *prodigis* idem dicendum, STRYK. *de caut. test. c. 18. m. 3. §. 13.* licet dissentiat HVBER. *ad I. h. §. 5.*

29. Vt itaque effectum habeat, requiritur, *vt liberi in tali conditione decesserint, vt sibi non possint testamentum condere,* licet vel maxime substitutio in *diuersum* sit expressa *casum;* nam latitat quoque sub hac alia, ex qua filius vel non est heres vel non potest testari.

30. Denique MILITARIS substitutio concessa est ex peculiari gratia militibus in *testamento militari.* Vi huius *liberis suis quomodocunque sub-*

stituere possunt, etiamsi sibi non fecerint testamentum. l. 2. §. 1. l. 15. D. h. l. 8. C. h.

31. Hoc tamen attenditur discrimen, vt, si pupillus militis *intra pubertatem* decedat, ad substitutum *iure communi* veniant omnia bona: sin autem *post pubertatem*, ex *priuilegio militari*, non iure *fideicommissi*, patris militis duntaxat. *l. 15. h. l. 8. C. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2. 3. l. moribus 2 §. 1. 2. 4. 5. 6. l. iam hoc iure vtimur. 4. pr. §. 1. 2. l. si in testamento. 5. l. si is qui 6. l. qui liberis. 8 §. f. l. si pater. 9. l. sed si plures. 10 pr. §. 2. 4 5. 6. l si filius. 12 l. centurio. 15. l. si plures sint instituti. 24. l. si pater impuberes 25. l. quidam testamento. 30. l. si mater. 33 l. coheredi. 41. §. 2. 4. l. ex facto. 43

Ex Codice l. cum heredes. 1. l. hereditatem. 2. l. quamuis. 4. l. post aditam 5. l. testamento. 6. l. si testamento. 7. l. precibus. 8. l. humanitatis. 9 l vlt.

Tit. VII. (VI. 25.)

De conditionibus institutionum.

1. SAepe *conditio* adiici solet institutioni. CONDITIO est *adiectio certæ alicuius circumstantiæ, sub qua heredis institutio differtur in futurum casum incertum, donec exstiterit.*

2. Proinde (1) *extrinsecus conditio adiicienda:* quæ ex *natura rei* inest, institutionem non facit conditionalem, licet exprimatur, *l. 21. l. 19.*

l. 19. §. 1. l. 99. l. 47. de cond. & dem. l. 48. de V. O. nisi testator id voluerit. *l. cit. 21.*

3. (II) *Conferenda in casum futurum*, in *præteritum* vel *præsens* collata institutio non est conditionata. *§. 6. I. de V. O.*

4. (III) *Incertum.* Quocirca ex *incerto tempore* institutus h. e. de quo non constat, vtrum herede viuente existere possit, sub *conditione* institutus reputatur. *l. 75. de cond. & dem. l. 9. C. de hered. instit.* Si *certo* exstiturum est, herede viuente, conditio est *necessaria*, & pro *non-adiecta* habetur.

5. (IV) *Possibilem*, seu qui contingere & non contingere potest. *Impossibilis* (α) *absolute talis* proprie non est conditio, nec vitiat institutionem, siue *natura* siue *lege* talis sit; *l. 6. l. 15. h. l. 4. §. 1. de stat. lib.* modo constet, (1) quod *sanæ mentis* testator fuerit: *l. 27. pr. h.* (2) *extraneus* sub ea institutus sit; si filius sub *turpi* institutus, (cui etiam *derisoria* æquiparatur, *l. 14. l. 27. h. l. 113. §. vlt. de leg. 1.* PETRONIVS *in Satyr. p. 157*) institutio prorsus non valet. *l. 15. h.*

6. Impossibilis (ε) *secundum quid* talis, quæ *in se possibilis* est, & quam existere posse testator existimauit, est conditio vana, quo pertinet casus *in l. 83. D. de condit. & dem.* Hæc si deficit, institutio effectu caret. THOMAS *de filio sub condit. si se fil. prob. hered. instit. c. 2. §. 10. seqq.*

7. Proprie dicta conditio est (a) vel *potestati-*

ua, quæ simpliciter est in potestate heredis: (b) vel *casualis*, quæ tota dependet a casu: (c) vel *mixta*, quæ partim a *casu* partim, a *potestate* heredis dependet. differt hæc a *potestatiua*, quod in illa casus *ordinarie* & *per se* adsit; in hac *ex accidente* aliquando interuenire possit, regulariter tamen ab herede libere impleri queat *l. vn. §. 7. C. de caduc. toll.*

8. Differunt in effectu inter se: (1) quod *potestatiua* post mortem impleri debeat, *l. 2. de cond. & dem.* modo sit *reiterabilis*: alias sufficit, si quocunque tempore impleta sit. *l. 10 l. 11. h. l 7. C. de instit. & substit.* In *casuali* perinde est, quandocunque existit, *c. l. 7.* nisi finitum tempus, intra quod existere debeat, habeat. *l. 91. de condit. & demonstr.*

9. (2) Quod, deficiente *casuali* & *potestatiua*, (si hanc *nolit* implere) euanescat heredis institutio. Sed in *mixta* videndum, vtrum impedimentum oriatur ex *facto alterius hominis*, an a *mero casu*. *Priori* casu habetur pro impleta, quia testator, talem adiiciens conditionem, supposuisse videtur, tertium consensurum fuisse, adeoque de casu *dissensus* cogitasse non videtur. *l. 24. 40. pr. 57. 84. 101. §. f. de cond. & dem. l. 13. §. 1. de ann. leg. l. 34. §. 1. de stat. lib. l. 5. § 5. quand. dies leg.*

10. *Posteriori* vero conditio defeciisse dicitur; neque enim heres hic ad eam implendam aliquid conferre potuit, ceu in priori casu

su factum esse supponitur. *l. 8. §. 7. l. 24. h. l. 31. l. 94. l. 101. pr. de cond. & dem. l. 54. §. 1. & 2. de leg. 1.* THOMAS. *cit. disp.*

11. (3) Quod iure digestorum *filius* tantum sub *potestatiua* potuerit instituí. *l. 4. l. 86. de hered. instit. l. 15. l. 28. h. extraneus* sub qualibet alia.

12. Sed iure nouo quoad *legitimam* quælibet conditio, etiam, quæ impletu facilis est, habetur pro grauamine, reiiciturque. *l. 32. C. de inoff. testam.* Quoad cetera bona *vltra legitimam* relinquenda liberi *extraneis* æquiparantur, & sic *in his* sub qualibet conditione hodie instituí possunt. BRVNNEM. *ad l. 4. C. de instit. & substit.* SCHILT. *ex. 38. §. 99.*

13 Tandem conditio est vel *affirmatiua* vel *negatiua*. Hæc consistit *in non-faciendo*, & differt a priori, quod sub *cautione Mutiana* statim possit adiri hereditas, quæ præstanda est coheredi; si *solus* quis institutus est, impossibilem videri hanc conditionem ait ICtus in *l. 4. §. 1. h.* neque enim venientibus ab intestato cauebatur. Sed hæc subtilitas sublata est per *N. 22. c. 44.* BACHOV. *ad Treutl. vol. 2. disp. 13. th. 6. lit. g.*

14. Pendente *affirmatiua*, cautio ab herede non aliter de *iure ciuili*, quo hereditas *pure* adeunda erat, accipitur, quam si sit in *possessione hereditatis; l 12. qui satisd. cog.* alias curator hereditati iacenti datur. GAIL. *2. O. 130.* Iure *prætorio* tamen etiam agnosci potest.

15. Existente ea, hereditas non *ipso iure* acquiritur, sed tantum *facultas adeundi; l. 13. h.* nisi (α) in *suo herede*, vel (β) si iam adita sit sub cautione, quod *iure prætorio* etiam in *affirmatiua* permissum est. *l. 6. de B. P. sec. tab.*

TEXT. NOTAB.

L. 1 l. si heredi. 5. l. quæ sub conditione. 8. pr. 7. l. conditiones. 9. l. si quis testamento. 11. l. ei qui ita. 13. l. filius. 15 l. si Titius. 16. l. vter ex fratribus. 23. l. si pupillus 26. l. vlt.

Ex Codice l. cum annum. 1. l. conditioni. 2. l. si mater. 3. l. si pater. 4. l. generaliter. 6. l. si quis heredem. 7. l. cum quidam. 9.

Tit. VIII. (VI. 30.)

De iure deliberandi.

1. NE heredes *adeundo* hereditatem sibi præiudicarent, leges ipsis indulsere duo beneficia. Primum est IVS DELIBERANDI, per quod heredibus conceditur *certum spatium, antequam simpliciter adeant, vt interim in vires hereditatis delatæ inquirere, & an aditio sibi expediat, iudicare possint.*

2. Nemine aditionem vrgente, liberum erat intra 30. annos adire hereditatem. *l. 7. C. de petit. hered.* Alias *anni spatium* præfiniri solebat a principe, a magistratibus vero *nouem menses, l. vlt. §. 13. h.* intra quod tempus

pus si heres decessit, reliquum transmittitur ad heredes eius. *l. 19. C. h.*

3. Sed fatente ipso Imperatore in *l. vlt. §. 13. C. h.* parum vtilitatis hoc beneficium habere videtur, postquam *beneficio inuentarii* heredibus consultum est. In *causis* tamen *cambialibus* prius vsum praestat.

4. INVENTARII BENEFICIVM est *designatio omnium bonorum & iurium, quæ apud defunctum fuerunt, legitime ab herede facta, hunc in finem, vt impediatur confusio vtriusque, & heredis & defuncti patrimonii.*

5. Necesse ergo est, (I) *vt consignentur omnes res.* Quodsi dolose quædam subtraxerit heres, *duplum* restituere iubetur, *l. f. §. 10. C. h.* saluo tamen *inuentarii beneficio.* SAND. *l. 4. t. 12. def. 6.*

6. (II) *Citentur ad illius confectionem omnes, quorum interest*, aut his absentibus, tres adsumantur testes. *l. vlt. §. 2. cit.* (III) Adhibeantur *Notarii. N. 1. c. 2. §. 1.*

7. (IV) *Intra mensem* inchoetur, & intra alios duos menses absoluatur. *l. vlt. cit.* Si defectus aliquis adest, heres iuramento illum supplere debet; *l. f. §. 10. cit.* modo verisimiliter aliquis possit demonstrari. MEV. *4. D. 92.* Hoc iuramentum hodie desideratur, si *obsignatio iudicialis*, quæ moribus necessaria est, neglecta est. CARPZ. *P. 3. C. 33. def. 10.*

8. Hisce requisitis *in praxi* non ita stricte insistitur, sed sufficit, tabellionem adhibuisse,

& omnia legitime consignasse, neque *tempus* præcise obseruandum est, cum vbique fere post *trigesimum* demum inuentarium conficiatur. MEV. *3. D. 156.* BRVNNEM. *ad d. l. f. n. 12.* HORN. *de tricesimo.*

9. Effectus potiores sunt: (1) quod *separationem bonorum* inducat: *l. f. §. 1. C. h.* MEV. *1. D. 40.* (2) confusionem iurium impediat; *c. l. §. 9.* (3) heres vltra vires hereditarias non teneatur, *l. f. §. 4. C. h.* quamuis tamen heres maneat; MEV. *1. D. 39.* inde non aliter quam creditoribus *volentibus* hereditatem aditam cedere potest: ID. *1. D. 40.* si (4) res hereditariæ intereunt, in effectu pereant creditoribus. *c. l. f. §. 4.* Heres autem non aliter fruitur hisce beneficiis, nisi *exhibito* inuentario. MEV. *1, D. 123.* Interim exceptionem *huius beneficii* opponere etiam potest ipsi executioni. ID. *1. D. 145.*

10. Neglecto inuentario, iuxta *ius ciuile* onera omnia subire tenetur: debita integra soluit: non detrahit falcidiam: *N. 1. c. 1.* confunduntur iura & actiones. Enimuero in Saxonia vt & aliis terris Germaniæ, vbi *iura antiqua patriæ* obtinent, edere *iuratam specificationem* sufficit. STRYK. *in V. M. h. §. 2.*

TEXT. NOTAB.

L. nec non illud. 3. l. ait prætor. 7. § 2. l. si quis suus. 8. l. filius. 9. l. si plures gradus. 10.

Ex Codice l. cum debitum. 2. l. si fratris. 3. l. filiofamil. 4. l. potuit. 5. l. si auia. 6. l. quoniam. 7. l. licet in contineu-

nenti. 8. l. si te bonis. 10. l. suum. 13. l. non est dubium. 14. l. nec emere. 16. l. cretionum. 17. l. si infanti. 18. l. cum in antiquioribus. 19. l. scimus. 22. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 14.

Lib. XXIX. Tit. I. (VI. 21.)

De testamento militis.

1. DAntur etiam testamenta *minus solennia*, inter quæ primo loco eminet MILITARE, quod absque omnibus solennitatibus expeditur, cuius ratio adæquata *iure nouo* petenda ex *statu expeditionis*, qui tot solennia non admittit, in *otio* & *pace* demum obseruanda. *l. vn. pr. de B. poss. ex test. milit.* Olim sufficiebat *status militaris*.

(2) Requiritur tamen (I) *vt actu testator miles sit*, h. e. vt sit in numeros relatus, *l. 42. h.* vt tamen cingendus habeatur pro cincto *l. 43. h.*

3. Aliquando *extra ordinem* quilibet *paganus* militari modo testatur, si in extremis periculis bellicis cum aliis militibus versatur; *l. f. h. cit. l. vn.* modo alias habeat testandi facultatem. Ceterum recte HARPRECHT. *de testam. pagan. in host confect. c. 2.* hoc priuilegium §. *34.* extendit ad omnes, qui quacunque ratione in castris eo tempore, quo periculum graue imminet, repetiuntur, per *l. f. h. t.*

4. Supponit vero lex, (α) eos *in hostico* esse constitutos. Ergo distinctio MAXIMI-

LIANI *de anno 1512.* hic applicari nequit. (6) vt in *hostico* (h. e. *hostico loco* vid. *l. vn. de B. P. ex test. mil.* BYNKERSH. *l. IV. obs. c. 20.* LEONIN. *lib. 1. emend. c. 15. n. 13.*) decesserint, HARPRECHT. *c. l. § 92. seqq.* quanquam sufficere videatur, si lethaliter vulnerati alibi mox decedant. STRYK. *de caut. testam. c. 9. §. 23.*

5. (II) *Vt miles sit in expeditione constitutus*, h. e. in statu belli, HILLIG. *ad Donell. l. 6. c. 28. lit. r.* quod requisitum a *Iustiniano* demum introductum. In *hybernis* constituti hoc priuilegio non aliter gaudent, quam si excubant in limitibus, nulla facta pace, vel in locis, perpetuis excursionibus obnoxiis. BACHOV. *ad Treutl. V. 2. disp. 10. th. 6. lit. c.*

6. Quamuis vero de iure Roman. hic omnis solennitas sit remissa, tamen in *cit. R. I. de anno 1512.* §. und sollen. vlterius (III) requiritur, *vt milites in acie deprehendantur:* in castris degentes *duos* ad minimum testes adhibere debent.

7. (IV) *Vt constet de seria militis voluntate;* nam hoc est *essentiale* omnis testamenti; *l. 24. h.* de hac si constat, quælibet *verba* & quælibet *scriptura* sufficit. *l. 40. pr. h. l. 15. C. h.*

8. Vbi *nuncupatiue* miles testari vult, necessario declarare debet vltimam suam voluntatem coram *duobus testibus*, quibuslibet, etiam non rogatis. *l. 24. h.* HILLIG. *ad Donell. l. 6. c. 28. lit. u.*

9. Hisce

9. Hiſce obſeruatis, valet diſpoſitio ex nuda eius voluntate, *l. 1. l. 20. inf. l. 24. D. l. 6. C. h.* adeo vt, quamuis *iure communi* teſtari voluerit, & antequam ſolennia omnia adhibere potuerit, defecerit, valeat tamen *iure militari. l. 3. h.* STRYK. *c. l.* §. 2. *inf.* In dubio tamen magis *iure communi* voluiſſe teſtari cenſetur, ſi *ſeptem teſtes* adhibuit, *arg. l. 3. C. h.* ID. *c. l.* §. *10.* adeoque omnia ſecundum *ius commune* tunc intelligenda.

10. Quia itaque in hoc teſtamenro *ſola voluntas militis*, excluſa omni ſubtilitate, attenditur, (1) teſtamentum ante militiam nulliter conditum *ſola* voluntatis *declaratione* poſt ſuperueniente conualeſcit; *l. 9.* §. *1. l. 25. h.* (2) nuda voluntate irritatur. *l. 15.* §. *1. h.*

11. (3) Pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere poteſt: *l. 6. D. l. 1. 2. C. h.* (4) pluribus teſtamentis, ita vt poſterius non rumpat prius, niſi priori contradicat. *l. 19. l. 27. l. 30.* §. *1. h.*

12. (5) Ceſſat in eo *neceſſitas* iuris accreſcendi: *l. 37. h.* (6) detractio falcidiæ: *l. 17. inf D. l. 7. C. ad L. Falcid.* HILLIG. *ad Donell. c. l. lit. h.* (7) querela inofficioſi teſtamenti &c.

13. Alterum eſt Teſtamentum PARENTVM INTER LIBEROS. Parentibus enim pleræque etiam remiſſæ ſunt ſolennitates, cum videatur repugnare *reuerentiæ*, iis a liberis debitæ,

ſi

si impugnare velint parentum dispositionem. *N. 107. pr.*

14. Hinc fluit, (α) *quoslibet ascendentes ita posse testari*, etiam *matrem*, *l. 21. § 1. C. de testam.* modo inter eos testentur, qui respectu testatoris habentur loco *liberorum*. Itaque inter *naturales* sola *mater* ita disponit, non etiam pater. BRVNNEM. *ad auth. quod sine C. de testam. n. 5.* HARPR. *de admixt extran. perf. in disp. patr. int. lib. §. 13. n. 13. seqq.* E contrario pater tantum inter *adoptiuos*, non mater. STRYK. *c. tr. c. 10. § 6.*

15. (β) *Priuilegium hoc non esse reciprocum*, nec liberos ita testari posse inter parentes, *c. l. 21. §. 1.* quamuis, si quinque testes adhibiti, contra prius, quo *extranei* instituti sunt, subsistat, *c. l. 21. §. 3.*

16. Ante omnia (I) *liberi instituendi sunt heredes*, MEV. *4. Dec. 14.* STRYK. *c. l. §. 10.* quia hic titulus vtilis est liberis; non tamen prohibita est *exheredatio* ex iusta causa. vid. supra *P. 2. p. 173. §. 12.*

17. (II) *Inter solos liberos dispositio facienda*; nam nequidem extraneæ personæ in tali testamento quid legari, nisi adhibitis *quinque* testibus, STRYK. *c. l. §. 24.* multo minus illa instituti potest. vid. plenissime de hac materia HARPRECHT. *cit. tr.*

18. (III) *Addi debet annus & dies*, quod hic singulariter leges requirunt. *cit. auth. quod sine.* (IV) *Omnia literis integris perscribenda*, præ-

præsertim in *parte dispositiua: disp. nostr. de script. non legib. c. 3.* (V) *Specialiter* nomina liberorum exprimenda *cit. auth.* quod contra *l. 26. C. fam. herc.* constitutum est.

19. Hisce obseruatis nulli testes necessarii sunt, sed sufficit sola *scriptura patris* vel *matris*, etiam absque *subscriptione*, modo constet de ipsa scriptura, & quod illam testator pro testamento habere voluerit. STRYK. *c. l. §. 19.* Ab alio scriptum saltem *subscriptione* muniendum.

20. Differt ab hoc testamento *nuda diuisio paterna*, qua pater liberis *ab intestato successuris* assignat certas portiones, *l. f. C. fam. herciſc.* vel *patris* vel *liberorum* subscriptione accedente. *Nou. 18. c. 7.* Non alii vero ad hanc *diuisionem* vocandi, quam qui *ab intestato* succedunt. Sufficit quoque de aliquibus tantum bonis diuisionem esse susceptam, in quo differta *testamento inter liberos.*

21. Tertium est TESTAMENTVM TEMPORE PESTIS conditum, in quo olim tantum *coniunctiotestium inter se* erat remissa. *l. 8. C. de testam.* Sed hodie duos testes, etiam feminas, sufficere volunt. MEV. *ad ius Lubec. P. 2. t. 1. art. 2. n. 44.* GAIL. *2. O. 118. n. 18.* MYNS. *cent. 1. obs. 69.* Sed vid. §. *23.*

22. Sufficit autem, pestem vel similem morbum contagiosum grassari in *illo loco*, licet *domus testatoris* peste non sit infecta.

fecta. SCHILTER. *ex. 38. §. 140.* STRVV. *ex. 32. th. 21.*

23. Peste cessante, nihilominus hoc firmitatem suam obtinet, etiam *vltra annum*, cum minus recte argumentum a *militari* ad hoc ducatur. SCHILT. *c. l. §. 141.*

24. Quartum est AD PIAS CAVSAS. Hoc ex *sola voluntate* disponentis valet, *c. 11. X. de testam.* nullis etiam adhibitis testibus, quod tum *ratio adiecta*, tum *canones conciliorum*, ad quos prouocat pontifex, indicant. STRYK. *in not. ad ius eccl. Brunn. l. 2. c. 12. §. 4.* ANDREOLI. *contr. 356. n. 38.*

25. Censetur autem quis disposuisse *ad pias causas*, quando *singularis pietatis* ratio testatorem ad disponendum promouit, v. c. pauperes *instituendo*, *l. 19. l. 23. C. de SS. eccl.* ecclesiam, *l. 1. C. eod.* vel alia pia corpora. *l. 22. l. 23. C. eod.* &c. Breuiter: *magis hic respicitus ad id, quod vulgo pro pia causa habetur, licet dispositio sæpe non sit pia.*

26. Quintum est TESTAMENTVM RVSTICORVM. His indulsit lex (1) vt coram *quinque* possint testari *testibus*, si plures haberi nequeunt. *l. f. C. de testam.* modo *ruri* testentur: vid. *constit. Maxim. de ann. 1512. §.* und sollen die *Notarien.* (2) vt alter pro altero subscribere queat. *c. l. f.*

27. Hoc priuilegium etiam pertinet ad nobiles ruri degentes. STRYK. *de caut. testament. cap. 13. §. 4. seqq.* Verum cum hodie copia te-

testium non desit, vix amplius priuilegiato modo testari possunt, nisi quod in Saxonicis pagis subsistat testamentum coram *parocho* & *duobus testibus* conditum, RICHT. *decis. 28. n. 2.*

28. Tribuunt etiam *peregrinantibus* priuilegiatum testandi modum, sed in *iure ciuili* non fundatum, extra cuius dispositionem iura specialia de casu ad casum non sunt extendenda. conf. *pr. I. de codicill. l. 8. §. 2. eod.* STRYK. *c. l. tot. c. 14.* Hinc etiam nec *parturienti* modus priuilegiatus concedi potest. CORNEL. van ECK. *speciali dissert.* de hac quæstione.

TEXT. NOTAB.

L. similes. 3. l. iure militari. 4. l. idemque. 9. l. ex militari. 11. l. pr. l. quærebatur. 19. l. Diuus Traianus. 24. l. eius militis. 34. §. vlt. l. militis codicillis. 36. §. 3. l. Lucius Titius. 40. pr. l. miles ita heredem 41 §. 1. 2. l. ex eo tempore. 42 l. filiusfam. 43. l. vlt.

Ex Codice l. frater tuus. 1. l. quanquam. 2 l. 3. l. ex testamento. 5. l. in testamento. 6. l. certi iuris est. 8. l. sicut certi iuris est. 9. l. si cum. 10. l. captatorias. 11. l. in testamento. 12. l. milites. 15. l. ne quidam. 17.

Tit. II. (*VI. 31.*)

De acquirenda vel omittenda hereditate.

1. HEreditas delata acquiritur diuersimode, prout *heredes* differunt. Alii enim sunt *absolute necessarii*, ¸vti olim serui, qui

qui nolentes volentes *ipso iure* erant heredes §. 1. *I. de hered. qual. & diff.*

2. Alii appellabantur *sui & necessarii*. *Sui* dicebantur, quia erant *immediate* in patris testatoris potestate tempore mortis; *necessarii* ideo, quia itidem *ipso iure*, etiam *inuiti*, heredes erant. §. 1. *I. eod.* nisi a defuncto esset remissa necessitas per *substitutionem vulgarem* vel *conditionis potestatiuæ* adiectionem. *l. 69. de hered. instit. l. 11. de cond. instit.* DONELL. *l. 7. c. 2. lit. l.*

3. Ex iure tamen prætorio acceperunt BENEFICIVM ABSTINENDI, quod est *ius derelinquendi paternam hereditatem semel ipso iure acquisitam. l. 57. pr. h.* Vnde differt a *repudiatione* DONELL. *c. l. lit. t.*

4. Hoc beneficio prætor *ius ciuile antiquum* in totum haud immutauit, sed voluit, vt nihilominus liberi *subtili iure* essent *sui heredes*, cum tales fiant *ipso iure*, etiam ignorantes. §. 3. *I. de hered. quæ ab intest. l. 57. h. l. 14. de suis & legit. hered.* Imo quamuis abstinuerint, hæc *nuda* tamen *sui heredis existentia* post abstentionem adhuc aliquos effectus producit, maxime quod testamentum *in totum* destitutum dici nequeat, per *existentiam heredum suorum* ipso iure confirmatum. vid. *l. 20* §. 4. *h. l. 30.* §. *10. de fideic. lib. l. 27.* §. 3. *ad SCt. Treb. l. 41. l. 42. h. l. 44. de re iud. l. 28. de reb. autor. iudic. poss.* DONELL. *c. l. lit. x.*

5. Ceterum si hereditatem, *ipso iure* acquisitam, retinent, dicuntur se *immiscere*, quæ

immix-

immixtio etiam *factis* declarari potest, quatenus post mortem illa agunt, quæ non alio quam *heredis nomine* agere possunt. Atque hinc non præsumitur, sed a *creditoribus* docenda, nisi bonis parentum incumbant liberi. STRYK. *in V. M. h. §.* 4. Potest tamen *immixtio* æque vt *aditio* præscriptione 30. annorum amitti, nec, quod plures volunt, 90. anni requiruntur. STRYK. *cit. l. §.* 4. NICOLAI. *ref.* 11.

6. Ceteri heredes *voluntate* adeunt *libera* hereditatem, consistitque hæc ACQVISITIO *in legitima voluntatis declaratione, quod velint esse heredes.* Nemo enim compelli potest ad adeundam hereditatem. *l.* 16. *C. de iur. delib.* Non ergo *ipso iure* acquiritur *cognatis* de *iure Romano*, in quo a iure *veteri Germanorum* & *Gallorum* abit, vt ad *§.* 13. *infra* obseruatum.

7. Declaratur illa voluntas vel *verbis*, dicturque in specie *aditio:* vel *factis concludentibus*, quæ a nullo alio, quam herede, fieri possunt, diciturque *pro herede gestio; §. vlt. I. de hered. qual. & diff. l.* 20. *pr. l.* 88. *h.* modo heres (α) sciat, ex qua *causa* hereditas sibi sit delata: *l.* 22. *l.* 32. *§.* 1. *h.* (β) *protestatio* nulla interuenerit. *l.* 20. *§.* 1. *h.* HAHN. *ad W. h. n.* 4.

8. Vtrobique requiritur (I) *vt quis talem animum habere possit.* Hinc nec infans, nec furiosus hereditatem adire & acquirere potest. *l.* 63. *h.* nisi per eum, quem in potestate habet.

9. (II) *Vt quis ipse adeat. l. 90. h.* Erat olim aditio *actus legitimus*, fiebatque per *cretionem*, VLP. *in fragm. tit. 22. §. 27. sqq.* AVERAN. *lib. 1. interpr. iur. c. 12. n. 5. sqq.* & sic per *procuratorem, curatorem*, aut *tutorem* de *iure ciuili antiquo* adiri non poterat. *l. 90. h. t.*

10. Hinc solus pupillus non adibat, sed *autoritate tutoris* opus erat, *l 9. §. 3. de aut. tut. l. 8. l. 49. h. l. 18. §. f. C. de iur. delib.* nec solus tutor *l. 5. C. de iur. delib.* *Iure prætorio* tamen curator admissus est, vt *prouisionaliter* bonorum possessionem accipere posset, *l. 1. §. 1. de bon. possess. furios.* ita tamen, vt si furiosus in furore decederet, hereditatem ad suos heredes non transmitteret *l. f. §. 8. C. de curat. fur.* Denique *iure nouo* non tantum *cretionum solennitas* sublata, *l. 27. C. de iur. delib.* sed etiam permissum, vt *nuda & naturali declaratione* hereditas acquiri possit, adeoque nihil amplius impedire videtur, quo minus curator furioso hereditatem acquirere valeat, cum *actus naturales* per alium fieri possint.

11. (III) *Vt heres sit sui iuris.* Filiusfam. consensu *patris*, vel pater *filio* consentiente adit; *l. 4. C. de iur. delib. l. f. §. 3. C. de bon. quæ lib.* si pater nolit, solus filius, vel filio recusante, solus pater adit. *c. l. f. l. 15. C. de iur. delib. l. 11. C. eod.*

12. (IV) *Vt adeatur pure. l. 51. §. vlt. h. l. 77. de R. I.* Sed iure prætorio *interim* etiam *sub conditione* adiri poterat. *l. 6. d. B. P. sec. tabb.* (V) *Generaliter* non pro parte. *l. 1. l. 55. h.* (VI) Debi-

Debito *tempore*. Iure Germanico regulariter post *trigesimum. I.P.S.lib.1.art.22.* HORN. *de tricesimo. auth. sed neque* C. *de sepulchr. viol.*

13. Inducit (α) aditio *vnitatem* personæ inter defunctum & heredem, etiam quoad iura, morte non extincta. *l.37.h.l 59.l. 128.* §. *1. de R. I. l. 178.* §. *1. d. V. S.* Hinc (ϐ) retrotrahitur ad tempus mortis. *l.54.h.l.138.pr. l.139. de R. I.* Possessio tamen (γ) per *additionem verbalem* non transit, *l.23. de acquir. vel om. poss.* nisi moribus quorundam locorum quoad *liberos*, in quos *ipso iure* transit possessio. HAHN. *ad W. h. n.7.* ENGELBR. *ad D. h.* §. *10.* Ad rudera *iuris antiqui* hoc referendum, vi cuius hereditas *in successione legitima ipso iure* ad *heredes proximos* transiit, habitumque fuit, ac si *possessio* in eos a defuncto fuerit translata: vnde vulgatum illud Gallorum: *le mort saisit le vif*, de quo vid. TIRAQVELL. *speciali tract.* CAROL. de MEAN. *ad ius ciu. Leod. P.1. vbs.57.*

14. REPVDIATIO hereditatis consistit in *declaratione contraria, l.13.pr.l.59. h.* facta vel *verbis* vel *factis*, DONELL. *lib.VII. c.7. lit.C.* & qui acquirere potest, is etiam habet potestatem repudiandi. *l.18. h.*

15. Repudianda hereditas (I) *nondum acquisita*. *Acquisitam* nemo amplius repudiare potest, (quamuis *delata* esse debeat, *l.13. pr.h.l.4. C.h.*) licet casu fortuito hereditas deterior reddita; *l.10. C. de iur. delib. l.11. C. si cert. pet.*, nisi minor restitutus sit contra aditam hereditatem.

(II) Olim *post tempus cretionis*: intra illud facta non nocebat. VLPIAN. *tit.* 22. §. 30. MERILL. *lib* 2. *obſ. c.* 11.

16. (III) *Certo animo.* Hinc certus ſit repudians de *qualitate delatæ ſibi hereditatis. l.* 15. *h.* Nam ſi ex *duplici cauſa* hereditas defertur, non ſtatim amittitur hereditas, ſi repudiatio facta ex vno capite, niſi alterum per conſequens ſub altero comprehendatur, vi iuris. *l.* 17. §. 1. *l.* 70. *l.* 77. *h.* Si *ſimpliciter* facta, vtraque priuatur. ZOES *h. n.* 45.

17. (IV) *In totum.* Pro parte repudiari & pro parte adiri nequit, *l.* 2. *l.* 10. *l.* 80. *pr. h.* adeo vt nec filius repudiare poſſit hereditatem, retenta *legitima* aut *feudo.* ENGELBR. *ad D. h. §. 10.*

18. Repudiata portio, ſi coheres adſit, qui ſuam partem agnouit, ex *neceſſitate* accreſcit coheredi, *l.* 53. §. 1. *h.* etiam *ignoranti*, & *inuito*, *l.* 31. *h.* vt nec teſtator *ius accreſcendi* prohibere poſſit, niſi alium ei ſubſtituerit. vid. tamen *l.* 61. *h.* DONELL. *lib. VII. c.* 12. *lit. L. ſeqq.* ibique HILLIG. BYNKERSHOEK. *lib. II. obſ. c.* 3.

19. *In iure accreſcendi* præſupponitur (1) *coniunctio*, quæ varie fieri poteſt. Communiter ad tria genera reuocatur, *l.* 142. *de V. S. l.* 89. *de Leg.* 3. dum alia eſt *realis*, alia *verbalis*, alia *mixta*: h. e. vel in *vna periodo* vel in *diuerſis* heredes coniungi poſſunt.

20. Si itaque in *diuerſo genere* plures ſunt coniuncti, deficientis portio accreſcit ei, qui in

in *eodem*, non qui *diuerso* genere est coniunctus, *l. 63. de hered. instit.* nisi aliud ex præsumta voluntate testatoris appareat. *l. 66. eod.*

21 Quodsi omnes quoad deficientem in eodem genere instituti deprehendantur, quod potissimum contingit in *reali*, omnibus accrescit pro partibus hereditariis; *c.l. 66.* vt tamen in vno genere scripti pro vna persona habeantur. *l. 34. pr. de leg. 1. l. vn. §. 10. C. de cad. toll.* DONELL. *l. 7. c. 13 lit. H. seqq.* ibique HILLIG.

22. (II) *Vnius vel alterius heredis defectus* quod vel *non possit*, etiam ob *præscriptionem*, HVBER. *h. inf.* vel *nolit* esse heres. Et sic etiam *ius accrescendi* obtinet, licet vel maxime ante testatorem vel aditionem heres decesserit; hereditas enim non adita non transmittitur. *l. vn. §. 5. C. de cad. toll. l. 7. §. 1. h.*

23. Vbi vero ex *singulari iure* in casu, quo ante *declarationem* heres institutus decessit, transmissioni locus, ibi *ius accrescendi* & *substitutiones* cessant ZOES. *h. n. 32. seqq.* Obtinet vero illa hisce in casibus: (I) quoad *omnes heredes*, *si intra tempora deliberandi decesserit heres. l. 19. C. de iur. delib.* Transmittur hoc casu tantum illud tempus, quod adhuc restabat heredi defuncto.

24 (II) *Si heres ex iusto impedimento adire non potuit hereditatem delatam*: tunc eius heres contra omissam aditionem *ex persona defuncti* restituitur in integrum *l. 30 pr. l. 86. pr. h.* Huc re-

ferri posset, si mulier *ventris nomine* in bonorum possessionem per *calumniam* missa impediuerit heredem scriptum, quo minus hereditatem adire possit, & ille ante *additionem* decesserit; heredes enim eius, muliere non soluendo existente, restituendi essent ex *clausula generali*.

25. (III) Quoad *certos heredes, ex iure suitatis;* nam sui etiam *ignorantes* heredes sunt, adeoque si, antequam de *abstinendo* vel se *immiscendo* se declarauerint, decesserint, transmittunt hereditatem ad heredes suos. *l. 8. C. de suis & leg. hered.*

26. (IV) *Ex iure sanguinis*, si emancipati decedant ante apertas tabulas vel additionem; qui tamen tantum transmittunt hereditatem in *solos descendentes, l. vn. C. de his qui ante apert. tab.* quæ transmissio vocatur *Theodosiana*. Iure Germanico & Gallico transmittitur hereditas *heredum ab intestato* ad quoscunque heredes, vt supra dictum.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. sed si quis. 2. l. Nolle. 4. l. more. 8. l. pupillus. 9. l. is qui. 13. l. is. qui putat. 15. l. nec is. 17 §. 1. l. is potest. 18. l. qui hereditatem. 19. l. pro herede. 20. pr. §. 1. l. in repudianda. 23. l. heres. institutus 32. pr. l. heres. 37. l. si duo. 38. l. quamdiu. 39. l. quæsitum. 40. l. cum heres. 52. in f. l. qui ex duabus. 53. l. heres quandoque. 54. l. cum hereditate. 55. l. necessariis. 57 l. filium. 60. l. si minor. 61 l. furiosus. 63. l. quamdiu. 69 l. si seruum. 71. §. 4. l. illud. 77. l. si solus. 80. l. toties. 81. l. si metu 85. l.

85. l. Pannonius Auitus. 86. l gerit 88. l. per curatorem 90. l. pater quoties 93 l. qui superstitis. 94. l. recusari. 95.

Ex Codice l. si paterna 1. l. 2. l. sicut maior. 4. l. pupillorum. 5. l. vlt.

Tit. III. (VI 32.)

Testamenta quemadmodum aperiantur, inspiciantur & describantur.

1. QVamuis adiri possit hereditas *statim* a tempore mortis, *l. vn. §. 1. & 6. C. de cad. toll.* vt tamen de voluntate defuncti constet, *aperiendæ* sunt *tabulæ*, non obstante appellatione per *l. 6. C. quor. appel. non recip.* Ex pluribus exemplaribus sufficit apertura vnius, *l. 10. pr. h.* modo constet, eodem tempore illa esse conscripta.

2. Apertura hæc est vel *simplex* vel *solennis*. *Illa* in nudo *facto* consistit, habetque locum in testamentis publicis, modo constet, testatorem esse defunctum. *l. 2. §. 4. h.*

3. Prodest illa omnibus, qui aliquod interesse probare possunt, *l. 1. l 2. pr. h.* alioquin *iuramentum calumniæ* præstandum ab his, qui inspiciendi vel describendi facultatem prætendunt. *l. 3 C. h.*

4. *Solennis* apertura fit in testamentis mere

priuatis *autoritate iudicis*, vt hac ipsa *publicam fidem* accipiant, *l. 18. C. de testam.*

5. Fit hæc publicatio (I) *coram iudice quocunque:* SCHILT. *ex. 38. §. 172.* (II) *præcedente aliquali cognitione:* (III) *citatis testibus*, vt subscriptiones & sigilla sua recognoscant. *l. 4 l. 7. h.* Non tamen testamentum corruit, si omnes testes forsan mortui fuerint. SCHILTER. *c. l. §. 174.* ZOES. *h. n. 4.* Si sigilla a testibus viuentibus non recognoscuntur, tabulæ fiunt suspectæ inualidæque. *l. 1. in f. h.* HAHN. *ad W. h. inf.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. tabularum 2. pr. §. 4. 6. l. cum ab initio. 4. l. sed si maior. 6. l. sed si quis 7. l. pupillares 8. l. vlt.
Ex Codice l. testamenti 2. l. eius. 3. l. vlt.

Tit. IV. (VI. 39.)

Si quis omissa causa testamenti ab intestato vel alio modo possideat hereditatem.

1. CVi ex *duplici causa* defertur hereditas, ex *testamento* illam repudiare, & *ab intestato* adire in præiudicium legatariorum *iure prætorio* non aliter potest, quam saluis legatis. *l. 1. D. l. 1. 3. C. h.*

2. In

2. In *repudiatione hac* concurrere debet *fraus heredis.* Ex *iusta causa* repudiare potest; velut si ei dedit electionem testator: *l. 1. §. 5. h.* quod tamen in dubio non præsumitur, *l. 6. pr. h.* sed *specialis permissio* doceri debet. *l. 6. §. 1. 2. l. 26. §. 1. h.*

3. Repudiatione *fraudulenter* facta datur legatariis & fideicommissariis *actio vtilis ex testamento* contra eum, qui omissa causa testamenti hereditatem quocunque alio *titulo hereditario* possidet, *l. 1. §. 9 l. 10. pr. h.* ad præstanda legata. *l. 1. § vlt. h.* salua tamen Falcidia. *l. 18. §. 1. h.*

4. Datur etiam tunc, si heres scriptus *dolose* repudiat, in fauorem heredis ab intestato, vel substituti; *primario* quidem aduersus possessorem si *gratis* repudiatio facta: contra omittentem vero, si *pro pecunia. l. 2. l. 4. pr. §. 1. h.*

5. Vtilis etiam est hæc actio post *N. 115. c. 2.* quæ non de hoc, sed eo casu loquitur, si testamentum ex *capite præteritionis* vel *inofficiosi* rescinditur, vbi legata *ipso iure* salua manent.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 5. 7. 9. 13. l. licet. 2. l. si quis 4. l. excusatur. 5. l. quia autem 6. pr. §. 1. 2. 3. l. si quis 8. l. si non solus 10. §. 1. 2. l. de libertatibus 12. §. 1. l. si quis 17. l. si duo 18. l. si seruum 28.

Ex Codice l. si in fraudem 1. l. vlt.

Tit. V. (*VI. 35.*)

De SCto Silaniano & Claudiano, quorum testamenta ne aperiantur.

1. SCto *Claudiano* & *Silaniano* (1) prohibitum, ne tabulæ, occiſo per vim teſtatore, aperiantur, antequam de ſeruis quæſtio habita fuit. Alioquin fiſcus heredi tanquam *indigno* aufert hereditatem. *l. 1. pr. §. 21. l. 3. h. l. 5. §. 2. l. 9. h.* conf. HERT. *de herede occiſi vindice ſect. 1. 2.*

2. Datur etiam, ſi forſan *tertius*, heres non inſtitutus, tabulas aperuit, *actio prætoria popularis aduerſus aperientem ante ſumtam vindictam ad pœnam 100. aureorum, diuidendam inter fiſcum & actorem. l. 25. §. 2. h.*

3. Cautum præterea, (2) vt heres mortem defuncti, per vim necati, vindicaret, ſub eadem pœna. *l. 5. in f. h.* Verum hodie hæc *pœna priuationis* ceſſat, MEV. *ſ. D 300.* BRVNNEM. *adl. 1. D. h.* HERT. *c. l. ſect. 3. §. vlt.* quamuis ad denunciationem iudici faciendam heres obſtrictus ſit in *homicidio occulto*; quod ſi neglexerit, & ita inquiſitionem iudicis impediuerit, etiam huic pœnæ locus eſſe poteſt.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 24. 32. l. si quis 3. §. 1. 14. 15. 22. l. cum fisco. 9. l. excipiuntur. 14. l. si sequens 15. l. cum dominus 19. l. Caius 22. l. si antequam 23. l. lege Cornelia. 25.

Tit. VI. (VI. 34.)

Si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit.

1. QVi, dum captat hereditatem, prohibuit & *dolo* fecit, (secus si *blanditiæ* tantum *nudæ* adsint, *l. f. D. & C. h.*) ne defunctus testari potuerit, indignum se facit successione, adeoque fiscus ei aufert hereditatem. *l. 1. pr. h.* Factum autem vnius vel etiam *tertii* non præiudicat aliis legitimis heredibus *l. 2. §. 1. h.* Quibus autem læsum est per hanc prohibitionem, iis lædens tenetur ad interesse actione *de dolo. l. 88. §. de leg. 2.* SCHILT. *ex. 38. §. 182.* STRYK. *de succes. ab int. diss. 12. c. 1. §. 19.*

2. Cum vero cogitur aliquis ad testandum, testamentum est *ipso iure* nullum, *quatenus coactum est*, nec præiudicatur legitimis heredibus ab intestato. *l. 1 C. h.* Heredis tamen alias ab intestato successuri, & cogentis defunctum ad testandum, portionem fiscus aufert. STRYK. *de succes. ab intest. diss. 12. c. 1. §. vlt. & in V. M. h. §. 2.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si quis dolo 2. §. 1. 2. l. virum 3.
Ex Codice l. Ciuili 1. l. eos. 2. l. iudicium. 3.

Tit. VII. (VI. 36.)

De iure codicillorum.

1. CODICILLI sunt *voluntatis nostræ sententia coram quinque testibus declarata, & ad heredem siue ab intestato, siue ex testamento, directa de eo, quod post mortem fieri ab illo volumus.* Hinc ipsam heredis institutionem *directam* quidem supponunt, sed non admittunt. *l. 17. h.*

2. Codicilli ex origine sua & vi vocis ab initio fuerunt tantum *scripti*, & cum *epistola* ad amicum scripta conueniebant, vnde & *epistola fideicommissaria* dicuntur; successu vero temporis admissa *declaratio nuncupatiua, l. f. §. vlt. C. h.* & alia, formam *epistolæ* non habens.

3. Ille vero demum codicillos conficit, qui testamentum, *l. 6. §. 3. l. 8. §. 2. h.* & quidem tempore codicillandi illa habilitas adesse debet. *l. 9. h.*

4 Fiunt vel *ex testamento* vel *ab intestato*. Priori modo *testamenti pars* esse censentur, & cum eo subsistunt & corruunt: *l. 3. §. f. l. 5. l. 16. h.* hinc & tutor in illis dari potest, & relictum in eis petitur actione *ex testamento*, nec præcise his testes necessarii videntur. HARPRECHT. *resp. 13.*

5. Poste-

5. Posteriori modo *per se* subsistunt, adeoque tutelæ datio in illis est inualida: quæ vero in illis sunt dispositа, *iure fideicommissario* valent.

6. Huc etiam referenda testamenta, quibus adiecta est *clausula codicillaris*, quæque ob defectum non possunt valere iure *testamenti*, sed iure *codicillorum*. Hæc enim clausula *euentuales codicillos* ex testamentis facit, & *modum interpretandi* verba testamenti præscribit, STRYK. *de caut. testam. c. 23. § 31.* suppositis tamen requisitis in *codicillis* obseruandis.

7. Sic itaque (1) *directam* heredis institutionem vertit in *obliquam*, herede ab intestato hereditatem adeunte: *l. 76. ad SCt. Treb.* (2) ob præteritionem liberorum inutilem alias dispositionem saluat; STRYK, *c. l. §. 39.* ZOES. *h. n. 9.* (3 heredis institutionem ad tempus factam sustinet: (4) impedit, ne dispositio rumpatur per natiuitatem posthumi non instituti a patre *sciente. l. 1. C. h.* GAIL. 2 O. 114. (5) substitutionem matris pupillarem sustinet. &c.

8. Requirunt autem communiter, *vt expresse adiiciatur, l. 1. D. l. 8. §. 1. C. h. l. 3. C. de testam milit. l. 41. §. 3. de vulg. & pupill. subst.* quod *in dubio* animus codicillandi non præsumatur.

9. Probabiliter tamen dici potest, illos textus respicere casum, vbi certo constat, quod disponens *tantum* voluerit testari, non codicillos facere, maxime iure Romano, quo olim

verbis

verbis solennibus testamenta conficiebantur, & sic de *voluntate defuncti* satis constabat. His vero sublatis, hodie magis ad *præsumtam voluntatem* respiciendum, quæ eadem esse videtur, qualis erat LVCII TITII *in l. 88. in f. de leg. 2.* maxime cum ex quibuscunque verbis, quibus de *enixa voluntate* constat, hæc colligi possit, quæ hodie vt plurimum in testamentis adesse solent. HVBER. *ad l. h. t. in f.* TITIVS *in iur. priu. lib. 7. c. 3. §. 38. seqq.*

10. Requiritur vero in genere ad codicillorum subsistentiam (I) *vt testes adhibeantur quinque, l. vlt. §. f. C. h.* etiam mulieres, quod tamen minus tutum est. STRYK. *c. l. §. 7. 8.* ZOES. *h. n. 4.* Merito tamen ex ratione §. 11. *I. de testam. ord.* excluduntur legatarii. BRVNNEM. *ad l. 20. D. qui testam. fac. poss. n. 9.* Sic & *solennis rogatio* remissa est. *l. f. §. vlt. cit.*

11. Quo casu autem in testamentis *nulli* vel *duo* tantum requiruntur, ibi etiam tot sufficiunt in codicillis: imo codicilli ad heredem *præsentem* directi nullos plane testes desiderant. vid. *infr. p. 266. §. 5. seq.* Vbi vero præter septem adhuc *octauus* desideratur in testamentis, ibi quoque hic vltra quinque adhuc *sextus* erit necessarius. *l. 8. C. qui testam. fac. Constit. Max. de anno 1512. §. 67.* STRYK. *c. tr. c. 4. §. 14.*

12. (II) *Testes codicillos scriptos subscribant, c. l. f.* quamuis testibus prælecti sustineantur

tur absque subscriptione, quasi *nuncupatiue* essent conditi.

13. (III) *Vnitas actus obseruetur. l. f. §. f. C. h.* (IV) *Disponatur de illis, quæ heres vel ab intestato vel ex testamento facere debet.* Ad hunc enim originetenus semper dirigendi. Hinc *fideicommissum vniuersale* constitui in codicillis potest. §. 2. I. h. l. 13. §. 1. D. l. 2. C. h. Et quamuis heredis institutio *directa* non possit in codicillis fieri, ita tamen *in dubio heredis denominatio* interpretanda, vt magis *fideicommissaria* censeatur. *l. 76. ad SCt. Trebell.*

14. Plures codicillos fieri posse non dubium est, §. *f. I. l. 6.* § *1. h.* qui *subsistunt, l. 17. h* quatenus sibi non aduersantur; alioquin *posteriores* valent.

15. Præterea quoque corruunt, testamento in totum corruente, vel subsecuta reuocatione coram duobus facta testibus. DONELL. *l. 7. c. 19 lit g.* &c. conf. *tit. de adim. vel transfer. leg. cum seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si ei 2. pr. §. 2. f. l. si quis 3. pr. §. f. l. Diu. Seuerus 6. § 1 l. quædam 7. § 1. l. conficiuntur 8. l. quod per manus 10. l. illud enim 13 l. literæ 17.

Ex Codice l. rupto. 1. l. hereditate 2. l. cum proponatis 3. l. si idem 7. l. si quis agere 8. pr. §. 1. 3.

Lib.

Lib. XXX. XXXI. XXXII.

(VI. 37. 42. 43. 47.)

De legatis & fideicommissis.

1. SEquuntur *legata*. Quæ his relinquuntur, *titulo particulari* acquiruntur, & regulariter *nullo onere* nituntur. *l. 36. de leg. 2.* Nec aliud obtinebat, si vel maxime *pars hereditatis* fuerat verbis *legati* relicta, quo casu *cautiones* inter *heredem* & *legatarium* intercedere debebant, vt parum hic distare videretur ab herede. §. 5. *I. de fideic. hered.* Vno tamen ex heredibus deficiente, *iure accrescendi* non gaudebat. *l. 22. §. vlt. ad SCt. Treb.* Verum hodie talis dispositio pro *institutione heredis* est accipienda, sublatis *verborum directorum* formulis in *l. 15. C. de testam.*

2. Est vero LEGATVM *donatio quædam* (respectu tituli) *a defuncto* (verbis olim directis) *relicta*, *ab herede* (ordinarie) *præstanda*. §. 1. *I. h.* vid. *l. 116. pr. de Leg. 1.* GOEDD. *ad l 120. de V. S. p. m. 876.* COCCEI. *de legat. rei propr. & alien.* §. 1. HERT. *de præleg. th. 4.*

3. Circa legata recte relinquenda curandum (I) *vt verbis dispositiuis relinquantur.* Verba in præteritum *enunciatiua* non inducunt legatum *l. 72. §. f. de condit. & demonstr.* Sed postquam fideicommissis exæquata sunt, etiam

iam *tacite*, imo *nutu*, relinqui possunt. *l. 21. pr. de leg. 3.*

4. Olim quoque respectu *formularum* seu *verborum directorum* magna erat differentia. DONELL. *l. 8 c. 3.* ibique HILLIG. Hæc ab Imperatore in *§. 3. I. h.* est sublata, quanquam quoad *electionem* in legato *generis* adhuc referat, quibus testator verbis vsus fuerit. conf. CORNEL. VAN ECK. *h. §. 4.* Pariter postquam fideicommissa *particularia* sunt exæquata *legatis*, illa itidem in eodem casu remansit differentia, quæ ex *diuersa verborum natura* fluit. DONELL. *l. 8. c. 2.* ZOES. *h. n. 6.*

5. (II) *Dependeat ex certo testatoris iudicio.* Etenim (α) in alienam voluntatem conferri nequit, *l. 52. de condit. & dem. l. 7. §. 1. de reb. dub. l. 11. §. 7. de Leg. 3.* quatenus *merum est arbitrium*, non quatenus tanquam *boni viri arbitrium* electum. *l. 7. cit. l. 46. de fideic. lib. l. cit. 11.* SCHILTER. *ex. 39. §. 29. in f.* DONELL. *l. 8. c. 15.* (β) *Legatum dubium* quandoque corruit, de quo infra ad *tit. de reb. dub.*

6. (III) *Relinquatur legatum ab iis, qui ius testandi habent, l. 2. de Leg. 1.* siue *in testamento*, siue *codicillis* vel per *epistolam*, modo quinque testes adhibiti fuerint, *§. vlt. I. de fideicomm. l. 22. C. de fideic.* nisi *heredi præsenti* legatum iunctum sit.

7. (IV) *Assignetur iis, cum quibus testamenti factio passiua est.* vid. *supra tit. de hered. instit.*

§. 2. Hæc habilitas tempore *conditi testamenti* & *mortis* respicitur §. 24 *I. h. l. 19. de reb. dub.* DONELL. *l. 8. c. 6. lit. c.*

8. Caueat tamen legatarius, ne ipse scribat testamentum, & sibi ipse legatum per consequentiam adscribat, quia pro *non-scripto* habetur, *l. 1. de his quæ pro non-script.* quasi *falsum* commissum sit: *l. vlt. eod.* nisi testator testatus fuerit propria manu, v. c. *in apostilla*, sua voluntate hoc fuisse scriptum. *l. 2. C. de his qui sibi adscrib. l. 15. §. 1. ad L. Cornel. de fals.* IO. SAM. STRYK. *de iur. apostill. cap. 4. §. 7.*

9. (V) *Grauandi legatis illi, quos testator ex propriis bonis honorauit*, siue fuerint *heredes*, siue *substituti*, *l. 74. de leg. 1.* siue *legatarii*, *l. 1. pr. de leg. 3.* siue *donatarii*, *l. 37. §. 3. de leg. 3.* DONELL. *c. l. c. 7. & 8.* quod post exæquationem cum fideicommissis est concessum.

10. Hinc (α) ab his, qui *exheredatis* substituti sunt, legari nequit. *l. 126. de leg. 1. l. vlt. de leg. 3. l. 24. C. h. l. 11. §. f. ad l. Falc.* (β Legata non præstantur ex *lucro* alio *accidentali*. *l. 3. pr. §. 1. ad L. Falcid.*

11. (γ) *Vlterius onerari nemo potest, quam quatenus honoratus est*; *l. 1. §. 17. ad SCt. Trebell. l. 41. §. 3. de V. & pup. substit.* nisi (1) pro quantitate legata grauatus sit restitutione *rei propriæ* maioris pretii, & nihilominus legatum agnouerit: *l. 70. §. 1. de leg. 2.* vel (2) alias per legatarium steterit, quo minus consequeretur ex testamento *l. 94. §. 2. de leg. 1.*

12. (δ)

12. (δ) Quia ab *heredibus* olim præstandum erat legatum, *vni* tantum *heredi instituto legatum relinqui* non poterat: *l. 116. §. 1. de leg. 1.* aliud, si *coheredem* habebat, a quo præstari posset; nam tunc singulis legari poterat, & præstabat coheres coheredi rem legatam pro hereditariis partibus. *l. 34. §. 12. de leg. 1. Iure nouo* vero vni heredi instituto prælegari potest vel a *legatario*, vel ad hunc effectum, vt prælegatum in *trebellianicam* imputetur, si *fideicommisso* grauatus est. *§. 9. I. de fideicommiss. hered.*

13. Legatum heredi relictum, *prælegatum* dicitur, HERTIVS *de præleg. th. 2.* quod & *tacite* relinqui potest. *l. 18. C. fam. herc. l. 86. pr. de leg. 2.* Hæc tamen ex *simplici assignatione rei certæ heredibus facta* non *absolute* colligitur, *l. 20. §. 3. famil. herc.* nisi aliunde constet de *animo prælegandi. l. 77. § 8. de leg. 2.* HERT. *c. l. §. 5.* Interesse controuersiæ occurrit in solutione *æris alieni.*

14. Potest vero coheres *prælegatum* amplecti, repudiata *hereditate*, *l. 17. §. 2. de leg. 1. l. 87. eod.* nisi aliter a testatore dispositum fuerit. *l. 88. de leg. 1.*

15. (ε) *Præstandum est legatum ab herede, nec legatarius illud propria autoritate occupare potest;* alioquin interdicto, *quod legatorum*, quatenus heredis interest, possessionem eorum adipisci potest. *l. 1. §. 2. quod legat.* Quod ipse testator præstiterit, potius in *donationem mortis*

causa degenerat. *arg. l. 84. §. 11. de leg.* I. STRYK. *decaut. testam c. 20. §. 7. inf.*

16. Acquiritur quidem res *pure* legata statim a morte testatoris *ipso iure*, etiam *ignoranti* legatario; *l. 8. de legat. 2. possessio* tamen ipso iure non transit, nec apprehendi potest propria auctoritate, sed ab herede præstanda est.

17. Testator tamen permittere potest legatario, vt *propria auctoritate* legatum occupet, quatenus possessio adhuc *vacua* est, quod etiam factum censetur, si legatarium *executorem testamenti* constituit. STRYK. *c. l.*

18. Præstandæ quoque legatario cum re legata (α) accessiones: *l. 44. §. 4. de leg 1. l. 91. §. 4 seq. de leg. 3.* DONELL. *l. 8. c. 20.* (ϐ) fructus: *l. 3. §. 1. 2. de adim. vel tranf. leg. l. 39. §. 1. de leg. 1. l. 35. pr. de leg. 3.* (γ) vsuræ a tempore moræ; *l. 32. de vsur. l. 2. C. de vsur. & fruct. leg. l. 87. §. 1. de leg. 2.* & (δ) aliæ præstationes, v. c. damna culpa data, *l. 47. §. 5. de leg. 1. l. 108. §. 12. eod.* non casu fortuito obtingentia. *l. 47. §. 4. de leg. 1. l. 11. §. 2. ad L. Falcid. l. 11. §. 18. de leg. 3.*

19. Legato agnito, heres ad præstandam rem legatam cogi potest (1) *rei vindicatione*, si *res propria*, & talis, in quam cadere potest *dominium*, legata fuerit. *l. 1. 2. C. comm. de leg.* *Seruitute* legata, actio *confessoria* competit.

20. (2) *Actione ex testamento* ex aditione here-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0728
DFG

heredis quæsita, quæ etiam hereditate vendita aduersus heredem intentari potest. *l. 2. C. h.* ibique BRVNNEM. Hæc concurrit cum priori *electiue; l. 76. §. 8. de leg. 2. l 84. §. f. de leg. 1.* aliquando autem *solitarie* competit, si *genus*, *quantitas*, *res aliena*, *factumque* legata, aut res legatæ *culpa heredis* extinctæ fuerint.

21. (3) *Actione hypothecaria*, quæ cum præcedente cumulari potest *alternatiue*. Respicit hæc bona a testatore prouenientia: *l. 1. in f. C. comm. de leg.* nisi expresse sit constituta a testatore quoad omnia bona, quæ tamen magis est *indiuidua*, cum illa sit *diuidua*. BRVNN. *ad c. l. 1. n. 7. 8.*

22. Quodsi repudiauerit aut alias defecerit, legatum vel manet in hereditate, vel accrescit collegatariis, modo (1) *coniunctio vera* adsit, *l. 26. in f. de Vs. & Vsufr. leg.* quæ inde colligitur, si plures ad eandem rem sunt *pro indiuiso* vocati: (2) aliud a testatore non fuerit cautum; fundatur enim in legatis ius accrescendi in *præsumta voluntate*, non *necessitate*.

23. Quæ supra dicta de diuersis generibus coniunctionum, hic quoque repetenda. Re coniunctis accrescit pars deficiens *sine onere*, quoniam solidum legatarius *suo iure* habet: reliquis *cum onere. l. vn. §. 11. C. de caduc. toll.* conf. DONELL. *lib. 8. c. 21.* ZOES. *h. n. 35. seqq.*

24. (VI) *Legentur tales res, quæ legatario acquiri, eique possunt afferre vtilitatem.* Hinc (α) debent existere *in rerum natura; l. 108. §. 10. de leg. 1.* sufficit tamen, quod *sperentur. §. 7. I. h.* Huic legato inest *conditio tacita, l. 1. §. f. de cond. & dem.* quoad *præstationem*, non vero quoad *transmissionem*, quam non impedit. *l. 25. §. 1. quand. dies leg. l. 99. de cond. & dem.* conf STRYK. *c. l. §. 14.*

25. (β) *In commercio:* alias nequidem æstimatio debetur. *l. 39. §. 8. 9. 10. de Leg. 1.* COCCEI *de leg. rei prop. & alien. c. 2. §. 2. seqq. Ius paroch. nostr. S. 5. c. 1. §. 26.* nisi testator aliud voluerit. Sufficit tamen, (a) quod legatarius vel fideicommissarius eius rei commercium habere possit. *l. 40. de leg 1. l. 49. §. 3. de leg. 2.* COCCEI. *c. l. §. 6. 7. 9.*

26. Hinc & (b) *rei alienæ* legatum, quatenus a legatario potest acquiri, valet, *§. 4. I. h.* modo testator sciuit, esse *alienam, l. 67. §. 8. de leg. 2.* quod legatarius probabit. *l. 10. C. h.* COCCEI. *cit. l. §. 9.* Nec ius canonicum hic attendendum in *c. 5. X. de testam.* cum inde liqueat, pontificem ius Romanum non intellexisse, eaque correxisse, quæ ius Romanum non constituit.

27. Quodsi (c) testator aliquod ius in illa re habuit, tantum videtur legatum, quantum ipse testator habuit, *l. 5. §. 2. l. 71. §. f. de leg. 1.* COCCEI *c. l. c. 3.* & sic *re litigiosa* legata, tan-

tantum *euentus litis* legatus videtur. *N. 112. c. l. conf. l. 14. 15. 16. vt leg. vel fideic. cauſ.*

28. (γ) *Legatum debet vtilitatem præbere legatario:* adeoque *res propria* legatario legari nequit. §. *10. I. h. l. 13. C. h.* Si tempore teſtamenti conditi adhuc fuit aliena, & poſt legatario acquiſita *titulo oneroſo*, æſtimatio debetur: *l. 45 pr. l. 84. §. 5. de leg. 1.* non vero, ſi ex *cauſa lucratiua. l. 82 pr. eod. §. 6. I h.*

29. His tribus ſuppoſitis requiſitis, variæ legari poſſunt res, *mobiles* & *immobiles*, *corporales* & *incorporales*, quæ pro obiecti natura variant, vt ex *ſeqq. titulis* patebit.

TEXT. NOTAB.

L 1. l. hæc verba 3. l. ſi quis 4. l. ſerui 5. pr. §. f. l. Stichum 6. l. ſi ex toto 8. pr. l. grege 21. l. ſi creditori 28 ſeqq. l. ſi pluribus 33. l. plane 34. pr. §. 1 2. 3. 6. l. legato generaliter 37. pr. §. 1. l. legatarius. 38 pr. l. cum ſeruus 39. § 1. 5. 7 ſeqq l. cetera 41. pr. §. 1 2. 9. 11 16. l. ſeruum ſibi 44 § 2. 4. 5 6 l. cum res legata 47. pr. § 1. 5. 6. l. nemo poteſt 55. l ſi res obligata 57. l Domus 58. l captatoriæ 64. l. ſi ita 65. §. f l. ſi domus. 71 pr. §. 3. f. l. licet Imperator 74. l ſi ſic legatum 75 § 1. l. ſi pecunia 77. l. filio pater 87 l. ſed ſi non alias 88 ſq. l. quæſitum 91 pr l. quidam 96. pr l. in tacitis 102. l. ſi ſeruus 108. §. 10 12. l. ſi quando. 109. pr. l. ſi quis inquilinos 112. §. f. l. filius fam. 114. pr. §. 5 13. 14 l legatum 116. pr. l. Ciuitatibus 123 pr. l. ſi heredes 124. l. vlt. *de legat. 1.*

L. 1. pr. l. neminem 4. l. grege 6. l. ſi quis ſeruum 8. §. 2. l. ſi pecunia 12. pr. l. Lucius 22. l. cum quidam 24. l. legatorum 33. l. Titia 34. §. 3. 5. l. legatum 36. l. ſi areæ 39. l. ſi ita relictum 43. §. 2. l. ſi ita ſit ſcriptum 45. l.

Sempronius 47. l. quod principi 56. seq. l. Vnum 67. §. 1. 7. 8. 9. f. l. sequens 68. l. peto 69. §. 1. l. 70. §. 1. l. cum filius 76. §. 8. l. cum pater 77. §. 8. 12. 18. 23. 26. 27. 31. 32. l. legatum 80. l. debitor 82. pr. l. creditorem 85. l. Caius 86. pr. l. Lucius Titius 88. §. 14. 17. l. vlt. §. f. *de legat.* 2.

L. 1. §. 9. l. si fuerit 5. §. 1. l. sed & si 6. l. fideicommissa 11. §. 12. 13. 18. 22. l. si tibi 19. l. 20. l. 21. l. si quis 22. l. ex imperfecto 23. l. 24. l. 25. l. qui concubinam 29. §. pen. l. qui quatuor 30. §. 5. 6. l. vxori 33. §. 1. l. cum quis 37. §. 3. 5. l. pater 38. §. 3. 4. 5. f. l. Titius 42. l. qui chirographum 59. l. qui duos 62. l. qui filium 64. l. non aliter 69. l. nominis 75. l. coniunctim 80. l. lana 88. l. re coniuncti 89. l. prædiis 91. §. 5. f. l. si mihi 92. §. f. l. si Titius 96. l. qui habeat 101. *de legat.* 3.

Ex Codice l. quamuis 2. l. 3. l. si legata 6. l. 7. l. ab administratione 8. l. si fraudem 9. l. seq. l. filia 11. l. seq. l. monumenta 14. l. ex legato 18. l. cum quæstio 23. l. cum quidam 24. *de legat.* l. & si inutiliter 2. l. voluntas 4. l. si frater 5. l. seq. l. ab eo 9. l. quotiens 11. l. 13. l. cum virum 16. l. si creditoris 17. l. si in personam 21. l. & in epistola 22. l. 25. l. cum acutissimi 30. l. quæstionem 32 *de fideicommiss.* l. 1. l. omne 2. l. si duobus 3. *Commun. de legat.* l. legatorum 1. l. 2. l. 4. *de Vsur. & fruct. leg.*

Lib. XXXIII. Tit. I.

De annuis & menstruis legatis & fideicommissis

1. VAriæ res legari possunt, quorsum (I) pertinet LEGATVM ANNVVM vel MENSTRV-

STRVVM, quod in *singulos annos* vel *menses* præstandum relinquitur. Ab hoc differt legatum *certæ summæ*, cuius præstatio seu *solutio* in aliquot terminos est diuisa, *l. 20. l. 26. §. f. quand. dies leg.* quod legatum *vnum* est.

2. Annua legata aut sunt *temporalia*, ad vitam legatarii restricta, aut *perpetua*. Priori casu ob *conditionem subintellectam plura* sunt, *l. 4. h.* singulisque annis nouiter cedunt. Hinc (α) per singula legata ius capiendi est inspiciendum: *l. 11. h.* (ε) Singulorum annorum propria currit præscriptio; (γ) Finiuntur *morte legatarii*; *l. 8. h.* (δ) Quia initio cuiuslibet anni eorum dies cedit, præstatio *vltimi anni*, licet mox post *ingressum anni* moriatur legatarius, ad heredes transmittitur. *l. 5. l. 8. l. 22. h.*

3. Posteriori casu *pura*, non *conditionata* sunt, quorsum pertinet, si (α) testator illud expressit: *l. 12. quand. dies legat.* (ε) si reipubl. vel ecclesiæ relicta sunt. *l. 6. l. 20. §. 1. l. 23. l. 24. h.* Proinde (a) semel eorum dies cedit a tempore *mortis*, nec (b) *plura* sunt, adeoque (c) *vna præscriptione* tolluntur. *arg. l. 35. §. 7. de m. c. donat. l. 16. §. 1. de V. O.* conf. tr. *de iur. eccles. protest. tit. de præscript. §. 2. seqq.* Nec obstat *l. 46. §. 9. C. de episc. & cler.* in qua ratio *adæquata* ab *inadæquata*, quæ non stringit, distinguenda est.

TEXT. NOTAB.

L. 1. si in singulos 4. l. 5. l. annorum 6. l. in singulos 8 l. fundus 9. l. eqq. l. si cui 14. l. legatum 17. l. Titia 19. pr. l. annua 20. §. 1. 2. l. cum quidam 23.

Tit. II.

De vsu & vsufructu & reditu & habitatione & operis per legatum & fideicommissum datis.

1. (II) LEgatum SERVITVTVM PERSONALIVM. Si *omnium bonorum* vsusfructus legatur, tantum illa intelliguntur, de quibus testator disponere potuit, & sic etiam de *bonis fideicommissariis*, quatenus a testatore heredi erant restituenda, quippe quem in rebus propriis grauare potest. STRVV. *iurisprud. for. l. 2. t. 24. §. 7.* Cetera vid. *P. I. p. 237. sq.*

2. Deduci quoque ante omnia debet *æs alienum, l. f. h.* BYNCKERSHOEK. *lib. II. obs. c. 24.* GAIL. 2. *obs. 146* quin & hoc casu quoque aliquando *Falcidia* detrahitur. Modus computandi instituendus secundum *l. 68. ad L. Falcid.*

3. Id vero mirum, quod, si alteri *fundus* alteri vero *vsusfructus eiusdem fundi* legatur, vter-

vterque concurrat in vsufructu, *l. 19. h.* Sed petenda est decisio ex natura *verborum directorum* seu *solennium*, quibus olim *stricte* inhærebatur. Postquam autem legata fideicommissis sunt exæquata, & pinguiorem naturam acceperunt; magis hodie secundum *voluntatem præsumtam* iudicandum. HERT. *de seruit. fact. constit. S. 3. n. 1.* STRYK. *in V. M. h. §. 2.*

4. Ab hoc differt legatum REDITVS, vbi magis *pecunia*, quam *fructus* censentur legati, *l. 38. h.* nec disponere potest testator, vt in alium, quam *licitum* & *approbatum* vsum, reditus conuertantur. *l. 16. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. legatum ciuitati 16. l. si alii 19. l. quæro 28. l. generali 32 §. 2. l. Vxori 35. l. seqq l. fundi 38. l. vlt.

Tit. III.

De seruitute legata.

1. (III) LEgatum SERVITVTVM REALIVM. In hoc heres obligatur ad *patientiam*, & ipso momento mortis seruitus transit, adeoque *statim* datur legatario *actio confessoria*, absque vlla alia quasi traditione. *l. vn. C. de cad. toll.* vid tamen BACHOV. *ad Treutl. V. 2. D. 13. th. 7. lit. a. inf.*

2. Est autem realis seruitus *indiuidua*, hinc quilibet ex pluribus heredibus in solidum obligatur ad illam præstandam. *l. f. h.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. qui duos. 1. l. si is qui duas 4. l. pater 6. l. vlt.

Tit. IV.

De dote prælegata.

1. (IV) DOTIS PRAELEGATVM. Hoc, quatenus vtilitatem vxori præbere potest, valet. Hæc consistit imprimis (α) in *commodo repræsentationis*, *l. vn. §. 7 C. de R. V. A. l. 1. §. 2. l. 4. h.* (ϐ) quod vxor ita non teneatur probare *illationem*, quod alias requiritur, quando dotem repetit, modo maritus in legato certam expresserit quantitatem. *§. 15. I. de legat. l. 6. pr. §. 1. h.*

2. Præterea (γ) *impensæ* in dotem a marito factæ censentur remissæ; *l. 2. pr. h.* imo (δ) sic exspirant *pacta dotalia*, quæ vxori minus vtilia erant. *l. 1. §. 1. h.*

3. Differt ab hoc *legatum dotis*, quo virgini loco *futuræ dotis* aliquid relinquitur. Hoc *conditionale* est, cum respiciat nuptias futuras, *l. 71. §. 3. de condit. & dem.* quibus non secutis, nihil debetur. Ante omnia tamen ad *voluntatem* defuncti respiciendum, quæ quandoque legatum *pure* deberi iubet, veluti si (α) filiæ dos relicta, vt cum fororibus iam dotatis exæquetur: (ϐ) si in fauorem legatariæ *mentio nuptiarum* adiecta, & testator tantum præcauere voluit, ne ante matrimonium ei legatum,

gatum, quod seruare studuit, tradatur; *l. 5. C. quand. dies leg. l. 46. in f. ad SCt. Treb. l. 26. §. 1. quand. dies legat. l. 62. in f. ad SCt. Trebell.* vt interim tamen *vsuræ* vel *fructus* ipsi præstentur.

TEXT. NOTAB

L. 1. pr. §. 1. 5. 7. l. qui ita 3. l. dote relegata. 5. l. cum scriptum esset. 6. l. Theopompus 14.

Tit. V.

De optione vel electione legata.

1. (V) LEGATVM OPTIONIS. Vi huius legatarius ex pluribus rebus in genere legatis *rem optimam* eligere potest. *l. 2. pr. h. l. 9. §. 1. de dol. mal.*

2. Requiritur vero (I) *vt ipsi legatario optio legata sit.* In *tertium* collata, *mediocre* tantum eligi potest. *l. 3. §. 1. C. commun. de leg.*

3. (II) *Vt res omnes, ex quibus electio facienda, exhibeantur; l. 4. h.* alias electio facta non præiudicat legatario. *l. 5. h.*

4. (III) Electio fiat *post aditam hereditatem, l. 16. h.* a quo tempore demum olim huius dies cedebat, quia erat *actus legitimus*, & sic nec ab heredibus *optio* fieri poterat, quod IVSTINIANVS correxit *in* §. 23. *I. de leg.* Quocirca, quia iure nouo hoc legatum ad heredes trans-

transmittitur, etiam eius dies cedit a *tempore mortis.* (IV) *Ab ipso legatario. l. 77. de R. I.* sed vid. *requis. III.* (V) *Intra terminum a magistratu* vel *testatore* præfinitum. *l. 6 7. l. 13. §. 1. h.* conf. BRVNNEM. *ad l. 2. h.*

5. Si simpliciter sine *optione* GENVS legatum, si quidem (α) eiusmodi res in hereditate adsunt, electio itidem est legatarii, vt tamen optimum eligere nequeat; *§. 2. I. de legat.* nisi heredi *speciatim* a testatore concessa sit, quod etiam in legato *damnationis* fieri censetur. *l. 43. §. 3. de legat. 2.* Hoc casu tamen talis res danda legatario, quæ euinci ab eo nequit. *l. 29. §. pen. de leg. 3.*

6. Si (β) tales res, ex quibus electio facienda, in hereditate non adsunt, heres potest dare, quale velit, & ita sæpe tale legatum est inutile. *l. 71. pr. de leg. 1.*

7. A legato generis quoque distinguendum (1) *legatum rei certæ*, quod tamen incertum est, *ex accidente*, quod plures res eiusdem nominis reperiantur, *l. 15. de leg. 3.* nam tunc *minimum* debetur, *l. 39. §. 6. de leg. 1. c. 18. X. de cens. l. 38. §. 2. de aur. arg. leg.* (2) legatum *generale*, quando plures res sub *vna voce collectiua* legantur vid. *tit. de suppellect. leg.*

TEXT. NOTAB.

L. quotiens 2. l. scilicet 3. l. Scyphi 4. l. mancipiorum 6. l. optione 16. l. apud Aufidium 20.

Tit. VI.

De tritico vino & oleo legato.

1. (VI) LEGATVM VINI vel alius *rei fungibilis*. Hoc etiam *vasorum* continet legatum *l.* 3. §. 1. *h.*

2. Si (α) in genere legatum fuit, *non expressa quantitate & qualitate*, omne debetur, quod testator reliquit. *l.* 7. *h.* Si (β) tantum *quantitas* non *qualitas* expressa, heres dabit, quale volet; *l.* 4. *h.* nisi legatario speciatim electic legata, *l.* 2. §. 1. *h.* vel in hereditate eiusmodi res reperiantur, quo casu legatarius eligit.

2. Si (γ) denique adiecta & *qualitas* & *quantitas*, hæc vero quoad *certum locum* determinata sit, plus non debetur, quam quatenus ibi reperitur; *l.* 5. *h.* nisi locus tantum adiectus *demonstrationis gratia*, *l.* 13. *h.* de quo præsumtio capienda ex *causa* adiecti loci.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. cum certum 4. l. cum certus 5. l. quidam 7. l. ex vsu 10. l ex eo vino 13.

Tit. VII.

Tit. VII.

De instructo vel instrumento legato.

1. (VII) Instrvmenti fvndi legatum. Huc referuntur omnia instrumenta, quæ *quærendi*, *cogendi*, & *conseruandi* fructus gratia parata sunt. *l. 8. h. l. 12.* §. 1 *h.* possunt etiam aliarum rerum instrumenta legari. *l. 12. pr. l. 15. pr. l. 13.* §. 1. *l. 14. l. 17.* §. 2. *l. 12.* §. *16. seqq. l. 16. pr.* §. 1. *l. 19. l. 17. pr.* §. 1. *l. 18. pr.* §. 1. & §. *10. l. 23. h.*

2. Simpliciter fundo legato, instrumenta non comprehenduntur, *l. f. de supell. leg.* nisi quatenus ex destinatione pro *pertinentiis perpetuis* haberi debeant. *l. 21. h.*

3. Quoties vero *fundus cum instrumentis* legatur, *accessorii iure* censentur, & sic, fundo exstincto, non debentur, *l. 17. I. de legat. I.* §. 1. *h.* quæ omnia ex *formularum stricta interpretatione* fluunt.

4. (VIII) fvndi instrvcti legatum. Hoc plenius est, quam prius, & comprehendit omnia illa, quæ eo collata sunt, vt instructior fundus esset. *l. 12.* §. *27. h.* Res itaque (α) ex *destinatione* ad *vsum perpetuum* fundi, & (β) *actuali collatione* dependet. Quæ *custodiæ causa* huc collocata sunt, ad legatum non pertinent.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. l. cum quidam 4. l. si cui 5. l. instrumento 8. l. de grege 9. l. quæsitum 12. pr. §. 17. l. cum de lanionis 18. pr. §. 1. l. Seiæ 20. § 7. l. cum fundus 21. l. fundo legato 22. l. dolia 26. l. f.

Tit. VIII.

De peculio legato.

1. (IX) LEGATVM PECVLII. Interest vero, vtrum illud *seruo*, an *extraneo* legetur? hoc casu cedit dies legati a tempore *mortis* testatoris: illo vero a tempore *acceptæ libertatis*, scilicet post aditam hereditatem. *l. 8. §. f. h. l. vn. §. 6. C. de cad. toll.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. seqq. l. denique 8. §. 7. 8.

Tit. IX.

De penu legata.

1. (X) LEgatum PENORIS. Sub hoc continentur omnia, quæ *esui potuique* sunt parata. *l. 3. pr. seqq. h.* GELL. *N. A. lib. 4. c. 1.* vt & *vasa*, *l. 4. pr. h.* non vero *medicamenta. l. 5. pr. h.* Ea enim sub *penu* comprehenduntur, quæ *alendi*, non *sanandi corporis causa* habentur *c. l. 5.*

2. Hoc legatum peculiare esse Romanis, nec in vernacula æquipollens reperiri vocabulum

censet HVBER. *h. §. 2.* quod tamen exprimi posse per allen Vorrath von Essen und Trincken, puto, STRYK. *in V. M. h. §. 3.* posthabitis illis, quæ LEYSERVS *in medit. ad h. t.* monet.

TEXT. NOTAB.

L. 1. qui penum 3. pr. §. f. l. nam quod 4. pr. § 2. 3. l. nam omne 5. l. f.

Tit. X.

De supellectile legata.

1. (XI) LEgatum SVPELLECTILIS. Hoc comprehendit omne patrisfamilias *domesticum & quotidianum instrumentum, ad vsum communem patrisfamil. paratum;* Hauß-geräthe. *l. 1. 5. 7. §. 1. h.* modo non habeat *nomen sui generis separatum,* v. c. quæ ad *artificii* cuiusdam genus non *ad vsum patrisfamil. communem* spectant. *l. 6. h,*

2. Quæ huc pertineant, variant pro seculi decore & luxuria, & patrisfamilias vsu. *l. 3. §. f. h.* Hinc & *vasa argentea* quotidiani vsus huc pertinent, non quæ in armariis reponi, nec aliter quam *solenni occasione* proferri solent. HVBER. *h. §. 2. inf.*

TEXT. NOTAB.

L. 1 l. supellectili 3. pr. §. f. l. supellectilis 6. l. Labeo ait 7. §. f. l legata 9. l. quemadmodum 12.

Lib.

Lib. XXIV. Tit. I.

De alimentis vel cibariis legatis.

1. (XII) LEgatum ALIMENTORVM & CIBARIORVM. Hæc duo inter se differunt vt *magis* & *minus*; nam (1) *alimenta* denotant omne illud, quod ad vitam sustentandam spectat, & sic etiam *habitationem* & *vestimenta*: (2) *cibaria* neque vestem neque habitationem continent. *l. 3. h.* Plus comprehendit (3) legatum *educationis*, quod etiam sumtus in *disciplinam* continet, quamuis sub appellatione *alimentorum* ex *præsumta testatoris voluntate integra educatio* sæpe designetur. *l. 6 sq. l. f. h.*

2. Legatum hoc *alimentorum* summe priuilegiatum est. Nam (α) relictum ad annos pubertatis, ad *plenam* pubertatem *pietatis intuitu* debetur h. e. ad 18. annum. *l. 14. § 1. h.* (ε) Præstandum etiam illis, qui alias nihil capere possunt ex testamento. *l. 11. h.* (γ) Si ex *certo fundo* præstanda sunt alimenta, iure *pignoris taciti* ex *præsumta voluntate testatoris* ille afficitur. *l. 2. §. 1. h.* SCHILTER. *ex. 39 §. 94.*

3. Porro (δ) interpretatio secundum eundem fauorem facienda, vt *simpliciter relicta* debeantur per totum vitæ tempus. *l. 14. pr. h.* (ε) Si assignata sunt certa prædia ad alimenta præstanda, aliunde, his deficientibus, ali-

menta præstanda. *l. 12. h.* (ζ) Ademtis in genere vel deminutis legatis, non censetur ademtum legatum alimentorum. *l. 18. §. 3. h.* (η) De iis transigi nequit, nisi auctore Prætore *l. 8. de transact.* (θ) causa eius est summaria. *l. 17. h.*

4. Denique (ι) *indefinite* relicta præstanda sunt, ita (α) vt inspiciatur, quicquid defunctus præstare solitus fuerit: (β) quid aliis eiusdem ordinis reliquerit: *l. 19. h.* (γ) quæ sint facultates defuncti: (δ) quæ affectio, charitasque erga alimentandum? &c. *l. pen. h.*

TEXT. NOTAB.

L. si quis 2. l. legatis 6. seq. l. pecuniæ 8 l Lucius Titius 12. l. Mela 14 pr. §. 1. 3. l. libertis 18 pr. §. 1. 2. f l. Diariis 21. l. cum alimenta 22. l. vlt.

Tit. II.

De auro argento mundo ornamentis vnguentis veste vel vestimentis & statuis legatis.

1. (XIII) LEgatum AVRI &c. Hoc continet, quidquid auri argentique relictum est, siue *factum* siue *infectum*, non vero *pecuniam signatam. l. 19. pr. h.*

2. (XIV) Legatum MVNDI. Hoc designat omne, quod ad munditiem spectat. *l. 25. §. 10. h.* quod variat secundum decorum seculi,

li, non vero vnguenta, *ſanandi corporis* gratia parata, comprehendit. *l. 25. §. 12. h.*

3. (XV) Legatum ORNAMENTORVM. Hoc denotat, quidquid ad *ornandum corpus* adhibetur, *l. 25. §. 10. h.* diiudicandum ſecundum cuiusque regionis morem. Germanice: der Schmuck und Putz.

4. (XVI) Legatum VESTIMENTORVM; quo in genere legato omnes veſtes debentur. *l. 8. h.* BYNCKERSHOEK. *lib. II. obſ. c. 18.* Hoc itidem ſecundum genium ſeculi dignoſcendum, non tamen comprehendit *materiam ſciſſam* & *nondum conſutam* & conſummatam. SCHILT. *ex. 39. §. 100. f.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. ſi ita 7. l. cum certum 9. l. ſpecies 15. l. cum aurum 19. pr. §. 11. 13. l. veſtimentum 22. l. quamuis 26. l. pediculis 32. §. 1. 4 6. l. Titia 38.

Tit. III.

De liberatione legata.

1. (XVII) LEgatum LIBERATIONIS. Hoc ipſo creditor debitori debitum remittit, *§. 13. I. de leg. l. 1. pr. h.* vel *in totum*, vel *pro parte: l. 7. pr. h.* vel *ad tempus*, *l. 20. pr. h.* vel *in perpetuum. l. 15. h.*

2. Prodeſt hoc legatum ſoli legatario, non correo eius, *niſi ſocius* ſit; quo caſu liberatio facienda olim per *acceptilationem*, quamuis

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0745
DFG

hodie sufficiat nudum *reale* pactum. *l. 3. §. 3. h.* SCHILT. *c. l. §. 103. & 104.*

2. Requiritur tamen, *vt aliquid debeatur*; alioquin nullum est, nisi *quantitas certa* adiecta sit. *l. 75. §. 1. de leg. 1.*

4. Differt ab hoc (XVIII) legatum NOMINIS, quando id, quod defuncto a tertio debetur, alicui legatur. §. *21. I. de leg. l. 44. §. 6. de leg. 1. l. 75. §. 1. eod.* Necesse tamen est, (I) *vt aliquid debeatur a tertio*: alioquin non valet, licet *certa quantitas* adiecta fuerit. *l. 57. §. 2. de leg.*

5. (II) *Vt specifice legetur*: nam, omnibus bonis *in certo loco* legatis, non continentur debita, etiamsi *chirographa* in tali loco deprehendantur, nisi aliunde *voluntas defuncti* certa sit. *l. 86. pr. de legat. 2. l. 32. §. 2. de vs. & vsufr. legat. l. 18. §. 12. de instruct. vel instrum. legat.* STRVV. *exerc. 35. §. 13.*

6. (XIX) Legatum CREDITI. Hoc dicitur, cum debitor *creditori* suo id, quod ei debet, legat, quod valet, quatenus vtilitatem continet, praesertim si *illiquidum* vel *chirographarium* fuit. §. *14. I. de leg. l. 11. h.* Si nihil debetur, non aliter vtile est, quam certa quantitate adiecta. *l. 24. in f. h.*

7. Ceterum si debitor *simpliciter* quantitatem exprimat, quamuis debito aequivalentem, non tamen eam censetur, *animo compensandi* debitum, legasse, *l. 85. de leg. 2.* siue debitum fuerit

fuerit *voluntarium*, siue *necessarium*. SCHILT. *ex. 39. §. 20. seqq.* Ceterum in *auth. præterea. C. Vnde vir & V.* specialiter statutum, quod legatum imputari debeat in portionem ibi definitam.

TEXT. NOTAB.

L. 1. I. liberationem 3. §. 3. 4. l. non solum 8. §. 3 si quis 9. l. Aurelio 20 l. cum heres 24. l. legaui 25. l. si is 29.

Tit. IV.

De adimendis vel transferendis legatis vel fideicommissis.

1. COncidunt legata variis modis: (I) ADEMTIONE, quæ est *declaratio voluntatis, quod legatum legatario præstari non debeat*, expressa vel *verbis*, vel *factis*. Nam sufficit *quomodocunque* constare de *contraria voluntate*; hinc in *verbali* duo testes sufficere videntur. *l. 3. §. f. h. l. 18. de leg. 3. l. 27. C. de fideic iunct. l. 12. de testib. l. 9. de his quæ vt indign.* STRYK *in not. ad Lauterb. h. §. 803. diss.* STRVV. *ex. 35. th. 81.*

2. Talia autem *facta* requiruntur, *ex quibus liquido animus reuocandi vel adimendi induci potest*, v. c. si nomen legatum exactum, remissum, vel res alienata absque prægnante causa. *l. 11. §. 13. de leg. 3. l. 18. h. l. 28. §. 1. de condit. & dem. l. 22. de legat. 3.*

3. Idem animus colligitur ex *capitalibus inimicitiis* post superuenientibus, *l. 3. §. f. h.* non subsecuta reconciliatione. *l. 4. h. l. 31. §. 2. h. l. 22. eod. l. 9. §. 1. de his quæ vt indign.*

4. (II) *Casu tali accidente, qui directo legatum tollit*, veluti si res legata intercidit, sine culpa heredis: §. *16. I. de legat.* si testamentum *in totum* corruit; non si *pro parte*: *auth. ex causa C. de lib. præter.* si deficit conditio legati: si ante testatorem moritur legatarius. *l. vn. §. 4. C. de caduc. toll.*

5. (III) TRANSLATIONE, vbi *legatum adimitur & nouum constituitur*, quæ *quinque testes* desiderat: his deficientibus, tantum habet effectum *ademtionis*, quem etiam retinet, si is, in quem legatum translatum, ante testatorem moritur. *l. 8 h.*

6. Transfertur legatum quatuor modis, mutando, (1) rem, (2) legatarium, (3) heredem grauatum, (4) modum legandi. *l. 6. h.* In *secunda specie* opera danda, vt, si ad alium transferri debeat, hoc fiat *sub commemoratione prioris legati. l. 6. §. 1. h. l. 33. de leg. 1.* Ceterum legatum ad alium translatum censetur cum sua *conditione*, nisi personæ cohæreat. *l. 24. h. l. 95. de cond. & dem. l. 13. pr. de alim. vel cib. leg.*

TEXT. NOTAB.

L. si quis ita 3. §. f. l. quod si iterum 4. l. translatio 6. l. quodsi alii 7. l. & ideo 8. l. si legatum 10. l. cum seruus 15. l. rem legatam 18. l. alumnæ 30. §. 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0748
DFG

Tit. V. (VI. 38.)

De rebus dubiis.

1. COrruunt quoque (IV) legata propter *obscuritatem inexplicabilem. l. 4. l. 9. l. 10. l. 11. l. 26. l. 27. h.* Ante omnia tamen *idonea interpretandi media* tentanda sunt.

2. Oritur autem dubium (α) circa *verba*, (ϐ) *mentem*, (γ) ex *euentu* inopinato, quem præuidere testator non potuit.

3. In *verbis* obtinet potissimum *declaratiua* seu *grammatica interpretatio*, in quibus eruendis admodum desudarunt antiqui ICti. vid. HAHN. *ad W. ad tit. de legat. 3.* Proinde (1) imprimis *verba legatorum* ita capienda, prout ex *more regionis* vel *ciuitatis* capi solent. *l. 50. §. f. de leg. 1.* THOMAS. *iurispr. diu. l. 2. c. 12. n. 34 seqq.* (2) *Substratæ materiæ* ratio habenda. ID. *c. l. n. 51.* Et (3) in dubio proprietas verborum sen *primarius significatus* spectari debet. *l. 69. pr. de leg. 3.*

4. Si, verbis claris, *circa mentem* dubium occurrit, recurrendum ad probabiles coniecturas, ex quibus alias *logica interpretatio* facienda. *l. 24. l. 21. l. 10. §. f. h.* Et sic quoque *ratio* legandi *genuina* & *adæquata* eruenda, quamuis non semper pro *adæquata* assumenda sit, quæ expresse adiecta, cum sæpe *prætextum* saltem præ se ferat, & ita intelligo §. 31. *l. de leg.*

5. Præterea rationi conforme est, vt ita interpretatio fiat, quo magis subsistat dispositio, quam pereat; *l. 12. l. 21. h.* item ne aliquid absurdi in se contineat. &c.

6. Dubium ex *euentu inopinato* inprimis oritur in casu *commorientium*, ita vt ignoretur, quis prior mortuus fuerit. Cum itaque hæc res *in facto dubio* consistat, per interpretionem hoc dubium tolli nequit, sed ad *legis dispositionem* vel *probationem* recurrendum. Conf. *l. 18. §. 1. h.*

7. Scilicet vbi parentes cum liberis moriuntur, impuberes censentur præmortui, puberes vero parentes superuixisse. *l. 9. in f. h. l. 22. h.* STRYK. *de succeff. ab intest. dissert. 10. c. 2. §. 2. seqq.*

8. In aliis, si non apparet, quis præmortuus fuerit, neuter alterum superuixisse dici potest, *l. 18. h.* & sic substitutus cum herede commoriens non admittitur ad hereditatem, STRYK. *c. l. c. 3. §. 4.* nec legatarius cum testatore decedens transmittit legatum in suos heredes, nisi illum superuixisse, probetur.

9. Idem applicandum ad *coniuges commorientes*, vbi si pactis dotalibus ei, qui superuixerit, prospectum, itidem alter alterum non censetur superuixisse. *l. 32. §. 14. de donat. int. V. & V. l. 8. l. 16. § 1. h.* Nec aliud euincitur ex *l. 9 §. 3. h.* ceu declarat STRYK. *c. l. c. 4. §. 3.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. ciuibus 2. l. in ambiguo 3. Paulus 4. l. quidam 5. §. f. l. virum 7. §. 1. l. si inter virum 8. l. qui duos 9. pr §. 1. 4. l. quoties 12. l. quod de pariter 16. seqq. l. si cognatis 19. l. vbi est verborum 21. l. f.

Ex Codice l. cum quidam 4. l. vlt. *de verb. & rerum signif.*

Tit. VI. (VI. 41.)

De his, quæ pœnæ causa relinquuntur.

1. OLim quoque (V) corruebat LEGATVM POENAE, quod ad *coercendum heredem*, vt aliquid faceret vel non faceret, spectabat. Naturam & indolem horum legatorum plenius explicat BYNCKERSHOEK. *in opusc. de legat. pœnæ nomine.* Sed hoc iure nouo vires accepit, *l. vn. C. h.* & magis spectat ad cautelas, ac fere eiusdem sortis cum *cautela Socini* est. Turpes autem vel illicitæ conditiones in his vitiant legatum relictum. §. *vlt. I. de leg.* BYNCKERSH. *cit. l. c.* 8.

Tit. VII.

De regula Catoniana.

1. PLura quoque (VI) legata corruebant ob REGVLAM CATONIANAM, qua cauetur, *ne, quæ dispositio vltima ab initio non valet, ex post*

post facto conualescere possit. l. 1. h. l. 29. de R. I. Vsum hæc habebat in *actibus solennibus*, quæ non aliter valebant, quam si *statim* ab initio subsisterent, & durarent.

2. Inde restringebatur (1) *ad dispositiones puras, §. 32. I. de legat.* cum in conditionatis cesset: *l. 4. h.* (2) *quarum dies cedit a tempore mortis* testatoris: *§. 33. I. de legat. l. 3. h.* (3) ad *solennes*: nam ad testamenta militum non spectabat, *§. 4. I. de milit. test.* nec ad contractus iuris gentium. STRAVCH. *in comm. ad reg. Caton.*

Tit. VIII. (VI. 51.)

De his, quæ pro non scriptis habentur.

1. COncidunt porro legata (VII) *quæ pro non scriptis speciatim habentur*, qualia dicuntur, *quæ ab initio inutilia sunt*, a quibus olim differebant *caduca*. Dn HEINECCIVS *in comm. ad L. Iul. & Pap. Popp. lib.* 3.) Referuntur in hoc titulo illa, quæ quis sibi adscripsit, *l. 1. h.* de quibus supra *tit. de legat. §. 8.* actum.

2. Præterea huc pertinent, quæ intelligi nequeunt: *l. 2. h.* quæ illi relicta, qui non est in rebus humanis, h. e. *posthumo*: *l. 4. h.* (quod iure nouo correctum, *§. 27. I. de leg.*) vel qui ante testatorem moritur: *l. vn. §. 2. C. de cad. toll.* quæ incapaci palam sunt relicta. *l. 3. pr. h.*

3. Hæc

3. Hæc legata vel manent penes heredem vel collegatario coniuncto accrescunt. *l. vn. §. 2.3.4. C. de caduc. coll.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. quæ in testamento 2 l. 4.
Ex Codice l. VII. §. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. *de cad. toll.*

Tit. IX. (*V.* 35.)

De his, quæ vt indignis auferuntur.

1. DEnique (VIII) legata *in effectu* corruebant, speciatim ERÆPTITIA appellata, VLPIAN. *in fragm. tit. 19. §. 17. l. pen. de iur. fisci*, quæ scilicet *indignis* eripiuntur a fisco.

2. Differunt vero *incapaces ab indignis*, quod illorum legatum pro *non scripto* habeatur, modo *palam* relictum sit, *l. 1. C. de hered. instit.* & maneat in hereditate; hi vero *capaces* quidem sint, & sic acquirant legatum, sed illud eis ob *commissum crimen* rursus auferatur a fisco in pœnam.

3. Non quodlibet autem delictum a legatario commissum eum *indignum* constituit, sed illud tantum, quod a *lege* vel *testatore* in specie fuit notatum. STRYK. *de succes. ab int. diss. 12. c. 1. §. 2.* LYNCKER. *de bon. ereptitiis.*

4. Huc pertinent casus notabiliores sequentes:

tes: (1) qui defunctum occidit dolose, *l. 7. §. 4. de bon. damn.* vel occasionem morti præbet. *l. 3. l. 20. l. 21. D. l. 1. C. h. l. 10. §. vlt. sol. matrim.* STRYK. *cit. l. §. 10. seqq.*

5. (2) Qui *temere* impugnat defuncti voluntatem, (a) ex capite *inofficiosi*, *l. 8. §. 14. de inoff. testam.* (b) *falsi*, *l. 5. §. 1. l. 7. h.* (c) *iniquitatis* per B. P. contra tabulas. *l. 2. h.* Qui tantum *solennia testamenti* impugnat, sibi non præiudicat. *l. 24. h.* Minime vero huc referri debet, qui defunctum grauiter quoad *bona* & *famam* læsit, cui magis legatum *ademtum* censetur, *l 9. h. t.* adeoque non fisco defertur, sed manet penes heredem.

6. (3) Si adulterium vel stuprum cum defuncto vel defuncta commissum, *l. 13. in f. l. seqq. h.* vel (4) matrimonium contractum cum illa, cum qua leges illud prohibuere. *l. 2. §. 1. h.*

7. (5) Si *clam* fideicommissum incapaci relinquitur. *l. 10. pr. h. l. 3. §. 1. de iur. fisc. l. 103. §. 1. de leg. 1.* (6) Quos ipse testator indignos iudicat. *l. 4. C. h.* BRVNN. *ad cit. l. 12.*

8. (7) Si legatarius testamentum celat, quod legatum tamen manet penes heredem. *l. 25. C. de legat.* (8) Qui expilauit hereditatem. *l. 6. h.* (9) Qui disponit de hereditate viuentis, testatore inscio. *l. 2. §. 3. h.* (10) Qui testatorem ad testandum vel cogit vel eum prohibet testari. *l. 19. h.*

9. Eri-

9. Eripit hæc bona *fiscus*: quandoque alius, vt in casu *Nou. 115. c. 3. §. 12.* Eripit autem (1) fiscus *bona immobilia* illius territorii, sub quo sita; *mobilia* vero & *actiones* fiscus *domicilii*: LYNCKER. *cit. l. §. 8.* (2) tantum quoad lucrum, quod legatarius inde percipere poterat. *l. 8. §. 14. de inoff. testam.* Ceterum fiscus, hereditatem auferens indigno, omnia præstare tenetur, quæ hæres, si hereditatem retinuisset, præstare deberet. *l. 2. §. 1. de alim. leg. l. 15. l. 16 h.* STRYK. *de succeff. ab int. differt. 5. c. 1. §. 46. seqq.*

10. Non tamen aliter eripit, quam (α) procedente *legitimo processu; l. 5. C. de I. fisc.* (β) si indignus testatorem *superuixit; l. 25. §. 1. h.* (γ) si ipsemet legati acquirendi capax fuit: si simul est *incapax*. legatum manet in hereditate.

TEXT. NOTAB.

L. 1. quæ inter leges curiosas refertur, propterea, quod quis ex facto & præmium & pœnam consequatur. l. indignum 3. l. seqq l. post legatum 5. pr. §. 2. 13. 19. 20. l. rescriptum 6. l. si inimicitiæ 9. pr. §. 1. l. Claudius 13. l. mulierem 14. l. si scriptis 19. l. si testamentum 24. l. vlt. §. 1.

Ex Codice l. 13. l. poll 2. l. hereditas 4. l. minoribus 6. l. Alia causa 8. l. cum filianum 11.

Lib. XXXV. Tit. I. (VI. 44. 45. 46.)

De conditionibus & demonstrationibus & causis & modis eorum, quæ in testamento scribuntur.

1. RElinquuntur legata sub variis restrictionibus. Nam (I) adiici solet *conditio*, de qua supra. In hac inprimis ad *voluntatem* respiciendum, *l. 19. pr. l. 25. h. l. 46. in f. ad SCt. Trebell.* attendendumque, *in cuius fauorem* conditio adiecta. Si in *legatarii*, non suspendit *delationem* legati, quod plenius declarat AVERANIVS *lib. II. interpret. c. 16. n. 12. sqq.* vnde quoque secundum *hanc voluntatem* implenda. *l. 101. h.*

2. Reprobatæ iure Romano singulariter erant conditiones ex *L. Pap. Popp.*, quæ *libertati matrimoniorum* obstabant, *l. 22. l. 72. §. 5. l. 100. h.* nisi (α) *iure nouo* coniux coniugem, vel extraneus viduum vel viduam, per legatum ad viduitatem inuitasset. *N. 22. c. 44. auth. cui relictum C. de ind. viduit.* (ℭ) magis quis legatario, ne *imprudenter* matrimonium iniret, consulere voluisset. STRYK. *de caut. test. c. 20. §. 41.*

3. (II)

3. (II) *Demonſtratio*, quæ eſt ſpecialis *rei* vel *perſonæ circumſcriptio*, & vice *nominis* vel etiam *cauſæ* fungitur. *l. 34. h.* Hæc licet *falſa* ſit, legato tamen non obeſt, ſicut nec *error* in nomine. §. *30. I. de legat. l. 33. ſeqq. h.*

4. Requiritur tamen, (1) vt conſtet de *ipſa re* vel *perſona*; alias nihil debetur. *l. 4. pr. l. 108. §. 10. de leg. 1. l. 17. pr. §. 1. h.* (2) Vt teſtator in illa demonſtratione, vt *cauſa adæquata*, ſe non fundauerit, nec propterea vnice legauerit. *l. 72. §. 6. h. l. 5. C. de teſtam l. 4. C. de hered. inſtit.* (3) Vt non tendat in *fraudem legis*, v. c. ſi quis legaret vxori certam quantitatem loco dotis, quam non intuliſſet, in *fraudem legitimæ. l. 27 de probat. l. 37. §. 6. de leg. 3.* Idem dicendum, ſi in fraudem *l. 6. C. de ſec. nupt.* adiecta.

5. (III) *Cauſa*, propter quam quis legauerit; quæ itidem, licet *falſa* ſit, legatum non tollit, *l. 12. h.* niſi quis *præciſe* ſe in ea fundauerit. *l. 72. §. 6. h. l. 17. §. 2. eod.* Solent enim vt plurimum adiici *falſæ cauſæ* a teſtatoribus *ſcientibus*, quæ *colorem* & *prætextum* vnice habent vtplurimum, ad auertendam inuidiam, *veræ* autem celantur.

6. (IV) *Modus*, ſeu *cauſa finalis*, per quam aliquid iniungitur legatario, vt, legato accepto, aliquid faciat, ceu in *legatis piis* vtplurimum contingit. *l. 1. C. de his quæ ſub mod l. 17. §. f. h.* Quam ob rem *modus* non *ſuſpendit* acquiſitionem legati, ſicuti *conditio*.

7. Præterea *modale legatum* ante modum impletum transmittitur ad heredes, si modus ita comparatus est, vt etiam a *legatarii herede* impleri possit.

8. Non aliter autem modus adimplendus, quam si *præcisam necessitatem* habet, quod imprimis ex eo diiudicandum, si in *fauorem tertii* quid præstandum; non si modus respicit *emolumentum* duntaxat *legatarii*, quo casu magis *consilium* censetur. *l. 71. pr. h.*

9. Quatenus vero *necessitatem* habet, non aliter heres legatum præstat, quam si legatarus satis dedit, de modo adimplendo. *l. 40. §. f. l. 80. h.* Imo *extra cautionem* etiam obligatur ad modum adimplendum, *l. 92. h. l. 2. C. de his quæ sub modo*, modo sit *licitus*: alioquin vel *reiicitur*, vel aliquando *mutatur* in magis licitum. *l. 16. de vsu & vsufr. leg.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1 2 3 conditionum 2. l conditionibus 5. l. mutianæ 7 l. cum fuerit 15. l. demonstratio 17. l. is cui 18. l. multum 21 l. iure ciuili 24. l. hæc conditio 29 l. in testamento 31. l. falsa demonstratio 31. pr. § 1. 3. 4. l. nominatim 34. l. Publius 36. §. 1. l. quibus 40. §. 1. l. nonnunquam 51. l. Meuius 55. l. intercidit 59. l. sed si hoc 63. §. 2. l. cum ita 63 §. 1. l. Titio 71 pr. § 2. l. cum tale 72. §. 6. 7. 8. l Titio 73. l. mulieri 74. seqq. l. heres 79. l. Lucius Titius 83. seqq. l. non ad ea 89. l. conditionum 91. l. si cui 92 l. legatum 95. l conditiones 99. l. cum auus 102. l. hoc genus 106. l. a testatore 109.

Ex Codice l. si non designata 3. l. vlt. *de falsa caus. adiect.* l. in legatis 1. *de his quæ sub modo* l. cum testatorem 1. l. legatum 4. l. si plures 6. *de condit. insert.*

Tit

Tit. II. (*VI. 50.*)

Ad legem Falcidiam.

1. LEge FALCIDIA cautum, ne testator heredes nimis grauaret legatis, sed ad minimum iis saluam *quartam*, quæ *statuta lege portio* vocatur in *l. 67. inf. h.* relinqueret, quod ni faceret, heredi ius esset, detrahendi a legatis, quod quartæ deesset. *l. 1. pr. h.* DONELL. *l. 8. c. 22. lit. G. seqq.*

2. Prospicit ita lex & *testatori*, *pr. I. h.* & *heredi*; *l. 71. h. Nou. 1.* vt fere dubium sit, cui magis faueat, nisi quod *iure Nouellarum* testatori permissum sit, prohibere Falcidiæ detractionem, & ita *fauor testatoris* prævaleat. *l. 15. §. 8. l. 27. h.*

3. *Detractione* huius *quartæ* vtitur (1) *qui titulo vniuersali succedit*, quatenus *eam non habet saluam.* Si *plures heredes* sunt, etiam in *singulis* ratio L. Falcidiæ habenda, *l 77. h. §. 1. I. h.* quatenus (a) in *diuersis partibus* sunt instituti, & (b) a *singulis* speciatim legata relicta. *pr. §. 1. h.*

4. Quocirca (*a*) si *accrescit* grauato deficiens portio *non-grauata*, non deducitur amplius quarta; secus est, si *pars grauata* & legatis exhausta accrescit *portioni non-grauatæ*, quia ita accrescit cum suo commodo. *l. 78. h.*

5. Eadem distinctio in *vulgari substitutione* obtinet, imo etiam tunc obseruatur, si ex *substitutione pupillari* pars grauata ad *coheredem* sub-

stitutum post mortem pupilli, qui heres patris factus est, peruenit, quia *non suo*, sed defuncti *pupilli nomine* obligatur. *l. 1. §. 13. l. 87. §. 4. 5. 6. h.* Dissent FAB. 4. *coniect. 13.* quem refutat HILLIG. *ad Donell. l. 8. c. 23. lit. d.* Ait si pupillus *ante testatorem* moritur, solida legata *indistincte* coheres substitutus praestat, *l. 87. §. 4. h.* DONELL. *l. 8. c. 23. lit. c. d e.* quia sic *suo* tantum nomine obligatur habeturque, ac si *solus heres* esset institutus.

6. Sic etiam in tabulis *pupillaribus*, si *filius* & *substitutus* grauati sunt, & quidem *singuli seorsim*, vna tantum falcidia seruatur; fit enim contributio legatorum ex *vtriusque tabulis*, & *vna* tantum *falcidia* detrahitur. *l. 11. §. 5. 6. l. 87. §. f. h.* DONELL. *c. l. lit. e.*

7. (ε) Successores singulares non detrahunt Falcidiam, veluti si legatarius vel m. c. donatarius sit grauatus. *pr. I. l. 18. l. 47. §. 1. D. l. 2. 3. 12. C. h.*

8. Tunc vero (II) demum detrahit, si *heres grauatus est ad praestanda per titulum singularem m. c. relicta.* Sic itaque locum habet (α) in legatis; *l. 2. l. 4. C h.* (ε) prælegatis: *l. 17. C. h.* (γ) fideicommissis particularibus: *l. 2. 3. C. h.* (δ) donationibus m. c. *l. 5. l. 12. C. h.* (ε) donationibus morte confirmatis: *l. 12. C. h.* (ζ) m. c. capionibus, quatenus *legatis* quodammodo accedunt: *l. 93. h. l. pen. C. h.* (η pactis dotalibus mixtis, vt quidam volunt. Sed contrarium docui *tit. de pact. dotal. §. 3.*

9. Et

9. Et quidem (III) quatenus *bona defuncti tempore mortis considerata non sufficiunt quartæ. Incrementum* & *decrementum* post superueniens non attenditur. §. 2. *I. h. l. 39. h.*

10. Aestimatio vero hoc modo ineunda, vt (α) *deducatur æs alienum*, *l. 39. l. 66. h.* etiam quod heres debet, & ei ex hereditate debetur, *l. 1. §. 18. l. 15 §. 3. l. 87. §. 2. h.* adeo vt aliquando legata non valeant. *l. 15. C. de legat.* Deducuntur etiam illa legata, quæ alias etiam, ex causa *debiti*, peti poterant, v. c. prælegatum *dotis*, legatum *crediti*. DONELL *l. 8. c. 25. lit. b. c.*

11. (β) *Aestimanda*, *quanti ea sint*, *quæ superfunt* secundum *pretium commune*. *l. 42. l. 62. §. f. l. 63. h.* Sic legata quoque eodem modo æstimanda; quæ si *incertam* habent *æstimationem* qualia sunt *annua*, videndum, vtrum sint *perpetua?* quo casu proceditur secundum *l. 3. in f. h.* an vero *temporalia?* quo casu obseruanda computatio in *l. 68. h.* præscripta.

12. (γ) *Imputanda heredi*, *quæ iure hereditario percepit*: *l. 74. l. 76. l. 91. h.* non, quæ *iure suo* capit. *l. 14. h.* vel alio titulo, nisi legatum ideo datum heredi, vt integra solueret aliis. *l. 56. §. f. l. 57. h.* His computatis, vtrum quarta sit salua? facile constabit.

13. Præterea videndum, vtrum (IV) *a testatore hæc detractio fuerit permissa*, *an expresse prohibita?* *N. 1. c. 2. §. 2.* Dubia prohibitio non

sufficit, *auth. sed cum testator. C. h.* STRYK. *de caut. testam. c. 22. m. 1. § 6.* si scilicet alium in sensum verba testatoris trahi possunt Nam, si per *consequentiam necessariam* prohibitio inde colligi potest, veluti si certæ speciei legatæ alienatio extra familiam est prohibita, voluntati defuncti standum *Nou. 119. c. 11.*

14. (V) *Vtrum per heredis factum vel culpam excluſa?* Non tam detrahitur (α) *si inuentarium non confecit, auth. sed cum testator. C. h. N. 1. c. 2.* nisi testator expresse prohibuit eius confectionem. STRYK. *c. l. m. 2. §. 4.* (ε) Si *expilauit hereditatem. N. 1. c. 2.*

15. (γ) *Si intra annum præstare legata neglexit*, quamuis a iudice admonitus fuerit. *N. 1. c. 4. auth. Hoc amplius C. de fideic. l. 55. §. 3. ad SCt. Treb.* STRYK. *c. l. §. 12. 13. 14.*

16. (δ) *Si Falcidiæ renunciauit, expresse* vel *tacite, l. 46. l. 71. h.* v. c. vni integra legata soluendo (1) *scienter*, vel saltem *errore iuris:* si *errore facti*, tunc condicitur: *l. 9. C. h.* (2) *sine protestatione. N. 1. c. 3. pr.*

17. (VI) *Vtrum testatoris vel legati priuilegium speciale adsit?* Nam respectu *testatoris* cessat in *testamento militari. l. 7. C. h.* modo *iure militari* conditum sit.

18. Respectu *legati* Falcidiæ *indistincte* non subiacet *legatum piæ causæ, N. 131. c. 12. auth similiter C. h.* PAGENSTECH. *in sicil. man. 3. p. 291.* quod damnum heredis esse debet. STRYK. *cit. l. m. 3. §. vlt.*

19. (VII)

19. (VII Denique tale *legatum intelligitur, quod aliunde non debetur;* nam ab hoc legato quarta non detrahitur, quod non ex libero arbitrio teſtatoris dependet, ſed aliunde iam debitum eſt. *l. 57. l. 81. h. l. 35. C. de inoff. teſt.*

20. Obtinetur Falcidia (α) *retentione, l. 15. §. 1. h.* & *deductione* ex rebus diuiduis, *l. 1. §. 9. h.* vel mediante æſtimatione: *c. l. l. 7. l. 80. §. 1. h.* (ε) ſi ab herede *errore facti* ſoluta integra legata ſunt, *condictione indebiti. l. 9. C. h.* Denique (γ) ſi a teſtatore ſunt ſoluta, *vindicatione certæ ſpecies legatæ* peti poſſunt, *l. 26. h.* quia *ipſo iure* per legem Falcidiam minuuntur; *l. 73. §. 5. h.* vel *condictione ex lege*, ſi quantitas legata, & a defuncto iam ſoluta, atque conſumta eſt.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 10. 12. 13. 14. 15. 18. l. ſi heres. 3. §. 2. l. in Falcidia 9. l. in ratione 12. §. 5. 6. lineam 26. pr. l. Seius 27 l. dolo 41 l. in Falcidia 42 l. qui quod 46. l. lex Falcidia 47. l. ſi propter 13. l. beneficio 59. l. pretia 63. pr. § 1. 2. l. 68. l. in quantitate 73 pr. l. quod autem 73 l. in ſingulis 77 l. quodſi 78. l. ſi is 80. in f. l. qui fundum 87 § 14. 5. 6. 7. 8. l. in quartam 91. l maritus 95.

Ex Codice l. ſcire 1. l. & in legatis 4. l. ſi mortis cauſa 5. l. in imponenda 6. l. in teſtamento 7. Auth. ſed cum teſtator. Auth ſed & in ea. Auth ſimiliter l. error facti 9. l. quanquam 10. l. in donationibus 12. l. licet 14. l. ſucceſſores 16. l. a coheredibus 17. l. vit.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0763
DFG

Tit. III.

Si cui plus, quam per legem Falcidiam licuerit, legatum esse dicetur.

1. Heres, qui *integra legata* soluere vult', quod forsan non statim appareat de lasione quartæ, *prudenter* facit, si *cautionem fideiussoriam* exigit a legatario, vt, si postea constiterit, quartam non esse saluam, id, quod deest quartæ, legatarius restituere promittat. *l. 1. pr. §. 11. h.*

2. Remissa est hæc cautio (1) fisco, *l. 3. §. 5. h.* (2) ei, qui non facile *cautionem fideiussoriam* inuenire potest, *l. 6. h.* quo ipso tamen a *iuratoria* non liberatur; (3) quibus minuta relicta sunt alimenta. *l. 3. §. 4. h.* Denique (4) executoribus testamentariis. *l. 7. h.*

3. Omissa cautio adhuc *condici* potest, si per *errorem facti* omissio contingit, *l. 3. §. f. h.* modo iusta causa probetur. *l. 4. pr. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1 pr. §. 11. l. nisi 3. §. 4. 5. 10. l. cum non facile 6. l. Diuus Pius 7.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0764
DFG

Lib. XXXVI. Tit. I. (VI. 42.49.)

Ad SCtum Trebellianum.

1. Fideicommissa olim *iure imperfecto* nitebantur. *l. 2. C. de fideic.* CICERO *lib. II. de finib. B. & M. c. 17. & 18* AVGVSTVS eis demum addidit *ius perfectum*, constituto Prætore, qui tantum de *fideicommissis* ius diceret, non dando iudicem pedaneum, sed *extra ordinem* cognoscendo, cum hic vt plurimum quæstio *iuris*, non *facti*, volueretur. *l. 46. de hered. instit. l. 178. §. 2. de V. S.* Ab hoc tempore instar *substitutionis* inualescere coeperunt, quando vel *statim* vel post *aliquod tempus* hereditas esset restituenda, in quo *usus* eorum *primarius* consistit. *cit. l. 46.*

2. FIDEICOMMISSVM est *vltima dispositio, qua verbis precariis vel obliquis heres hereditatem, vel partem eius vel aliam rem singularem alteri restituere rogatur.*

3. Estque vel *vniuersale*, quo vel tota hereditas, vel pars *quota* restituenda est: vel *particulare*, vbi *res singularis* vel *quantitas* alteri restituenda venit. Hoc exæquatum est *legatis*: illud induit naturam *hereditatis. l. 40. famil. herciſc.* Et sic qua ratione differt *legatum* ab *hereditate*, ita hæ duæ species inter se differunt.

4. Ante omnia fideicommissum vniuersale (I) *debito constituendum modo.* Constituitur autem vel *vltima voluntate* vel *conuentione.* Prio-

ri casu *codicilli* sufficiunt, adhibitis *quinque testibus*, *l. 22. C. de fideic.*

5. Imo nec *testibus* opus est, quoties testator heredi *præsenti* aliquid iniungit. *l. f. C. de fideic.* Testatoris *scriptura* ad heredem *absentem* directa non sufficit, HARPRECHT. *tract. acad. 1. de remedio l. f. C. de fideic. c. 4. §. 10. 11.* sed restringit tantum heredem *præsentem*, non reliquos absentes. ID. *c. l. c. 5. §. 27.* STRYK. *de caut. testam. c. 21. m. 1. §. 42.* Interim inutiliter relictum, & solutum, non repetitur. *l. 2. C. de fideic.*

6. *Promissio heredis* non requiritur, quia etiam hæc dispositio *codicillos* continet; sed heres, si confitetur, *se tale quid audiuisse a defuncto*, omnino soluere fideicommissum debet: si negat, iuramentum ei desuper deferri debet, quo casu aut iurare, aut præstare illud, aut contrarium probare cogitur. *c. l. f. §. vlt. I. h.*

7. *Conuentionale* quærunt (1) in *donatione sub modo*, *l. 3. C. de donat. quæ sub mod.* quod multo magis *moribus Germaniæ* subsistit: MEV. *4. D. 112. n. 5.* HARPRECHT. *de fideic. conu.* vid. *diss. de pact. ill. ad fideic. inclin.* (2) in *pacto vnionis familiæ*; quo cauetur, ne bona extra familiam sine consensu totius familiæ alienare fas sit.

8. Differt hoc fideicommissum a priori, (α) quod non subiacet *deductioni Trebellianicæ*; HARPR. *c. l. §. 41.* (β) quod in eo prohiberi possit *ius accrescendi*; STRYK. *cit. l. §. 26.* (γ) quod

(γ) quod si per donationem *sub modo* factum est, quandoque insinuationem desideret. HARPR. *c. l. §. 19. n. 2.*

9. (II) *Verba præcatiua vel obliqua adhibenda ad heredem directa*, qualia sunt, *quæ vel explicite vel implicite restitutionem hereditatis denotant*, qualiacunque fuerint, *l. 76. h. §. 3. I. quib. mod. testam. infirm.* adeo vt *tacite* quoque fideicommissum constitui queat. *l. 67. §. 9. de leg. 2. l. 73. pr. l. 115. l. 118. de leg. 1. l. 46. de hered. instit. l. 1. C. de delat.*

10. Huc pertinet, si prohibetur res alienari *extra familiam*, vel *ex alia iusta causa*, quæ semper addi debet. Nudum præceptum *de non alienando* non sufficit, cum ignoretur, vtrum in fauorem *heredum* an *alia ex causa* hæc prohibitio fuerit facta. *l. 38. §. 4. l. 93. pr. de leg. 3.* Imo nec *nuda verba enunciatiua* sufficiunt. *l. 38. §. 3. de leg. 3. l. 78. §. 1. h. t.*

11. *Nutum* leges quoque admittunt, si ad hoc directus est. *l. 21. de leg. 3.* modo nulla *praua suggestio* subsit, aliterque constet de *fideicommittentis voluntate.*

12. Possunt autem verba fideicommissaria concipi *pure* vel *sub conditione* vel *sub die §. 2. I. h.* In effectu illud interest, quod in fideicommisso *puro* filius non possit simul detrahere *legitimam* & *Trebellianicam*, bene tamen in *conditionato.* Est hæc distinctio in praxi recepta occasione iuris canonici, *c. 16. & 18. X. de testam.* quamuis genuino fundamento destituatur. STRYK. *de succeff. ab int. diff. 7. c. 1. §. 28.* HILLIG.

LIG *ad Donell. lib. 7. c. 30. lit. h. i.* HARPR. *de iur. deduc. duas quart.*

13. Regulariter in *liberis* tale fideicommissum censetur *conditionale*, quia semper subintelligitur conditio, *si sine liberis decesserint. l. 114. §. 13. d. leg 1. l. 102 de condit. & dem. l. 30. C. de fideic. l. 6. C. de instit. & substit.* HVBER. *h. §. 9.* ZOES. *h. n. 10. seqq.* IOSEPHVS de RVSTICIS *in comm. ad l. 102. de condit. & dem.*

14. Solet etiam *expresse* adiici hæc conditio, quo casu intelliguntur liberi in matrimonio nati, non (α) adoptiui, *l. 76. de cond. & dem.* nec (β) illegitime nati, nisi *coniectura voluntatis* aliud suadeat. *l. 17. §. 4. h. cit. l. 6.*

15. (III) *Talis fideicommissarius substituendus, qui directo instituipotest. l. 67. §. f. h.* Possunt autem vel *certæ personæ* vel *plures* hoc modo substitui, quod inprimis tunc contingit, si *fideicommissum familiæ* constituitur, quia sic omnes, qui sunt *de familia*, censentur vocati, eo ordine, quo alias a lege ad successionem vocantur, & sic restituendum est fideicommissum ei, qui proximior est vltimo possessori. STRVV. *ex. 36. §. 19.* STRYK. *de succes. ab I. diss. 7. c. 3. §. 15. seqq.*

16. Excluduntur tamen merito ab hoc fideicommisso *fœminæ*, per quas familiæ non conseruantur, STRYK. *c. l. c. 2. §. 9.* nisi forsan defecerit familia, quia tunc cessat prohibitionis ratio. ID. *c. l. §. 14.* Imo eo casu euanescit fidei-

deicommissum, adeoque vltimus in familia valide de his bonis disponit. ID. *de caut. testam. c. l. m. 2. §. 23.*

17. Solet quoque in hoc fideicommisso adiici clausula *de non alienando*, cuius vtilitatem in eo quidam collocant, quod operetur, vt omnis alienatio sit ipso iure nulla, *l. 88. §. 14. de leg. 2.* impediatque translationem dominii, ZOES. *h. n. 66.* adeo vt *statim* proximior alienatum reuocare possit; *l. 69. §. 3. eod.* cum, ea non adiecta, expectanda demum sit *mors alienantis.* PETRVS DE PETRA *de fideic. qu. 3. n. 2.* Verum de hac sententia merito dubito, cum in *cit. l. 69.* non dicatur, quod *statim* reuocari queat, praetereaque *ante mortem* alienantis ceteri ad fideicommissum haud sint vocati. Interim contra *alienationem* instantem appellari potest. Vid. etiam *Nou. 110. c. 11.*

18. Voluerunt tamen simul his, qui spem in bonis fideicommissariis habent, leges prospicere, ne interim quid de fideicommisso alienaretur. Proinde (1) *inuentarium* horum bonorum est faciendum. FVSAR. *de fideic. qu. 512. n. 1.* CARPZOV. *P. 3. c. 8. d. 39.* (2) *Cautio* a praesente possessore praestanda, *t. t. D. & C. vt leg. seru. cauf. cau.* nisi pater inter liberos fideicommissum constituerit. *l. 6. pr. §. 1. C. h.* (3) Tenetur ad rationes reddendas de *administratione rerum*; non de *fructibus* fideicommissi, quos suos facit. HAHN. *ad W. h. n. 18.*

19. (IV)

19. (IV) *Illa fideicommmiſſo tantum ſunt relinquenda, quæ & quatenus dependent ex fideicommittentis arbitrio.* Alia, quæ ex *defuncti prouidentia* & *iudicio* non dependent, non comprehenduntur. *l. 22. §. 1. de adopt. l. 55. h.*

20. Sic itaque (α) ſub eo non continetur *legitima*, niſi *cautela Socini* adhibita fuerit; nec (ϛ) *feudum*, niſi ſit *mere hereditarium*; bene tamen alia, quæ a defuncto prouenerunt. & ſic etiam prælegata, ſi non *partem hereditatis*, ſed *omnia bona* reſtituere heres iuſſus eſt. *l. 3. §. 4. h.* HERT. *de præleg. §. 18.*

21. (V) *Ille demum grauandus fideicommiſſo, qui aliquid ex iudicio defuncti accepit; §. 10. 1. h.* non tamen vlterius, quam accepit. *l. 1. §. 17. h. l. 9. C. de fideic.* conf. *l. 40. pr. de leg. 3.* ibique BRVNNEM. *l. 5. §. 1. l. 6. pr. §. 1. eod.* Inde *Fiduciarius* dictus.

22. Ne tamen nimis grauarentur heredes, primo grauatis ſeu *fiduciariis* prouiſum eſt per *SCtum Pegaſianum*, vt heres poſſit exemplo L. Falcidiæ detrahere quartam. *§. 5. I. h.* Cum vero hoc modo *ſolus* teneretur ſubire *onera hereditaria*, plenius iis conſultum per *SCtum Trebellianum*, in quod transfuſum Pegaſianum, atque huic pleniſſimus effectus tributus eſt.

23. Ex SCto *Trebelliano* ita reformato & emendato (I) heres capit quartam, quæ *Trebellianica* inde dicitur, ſi eam non habet ſaluam.

uam. In hac omnia imputantur, quæ heres grauatus *quomodocunque* a defuncto accepit, DONELL. *l. 7. c. 30. lit. b* ZOES. *h. in f.* adeo vt etiam *fructus* interim percepti imputari debeant, *l. 18. §. 1. l. 22. §. 2. h. l. 91. ad L. Falcid. l. 24. C. fam. herc.* in quo differt a Falcidia. ZOES. *h. in f.* DONELL. *l. 8. c. 26. lit. h.* ibique HILLIG. Sed vid. GABRIEL. VALLIVM *in thes. iur. Rom. tom. I. p. 438.* Liberi illam non ex *fructibus*, sed ex *substantia* hereditatis habere debent propter *legitimam*, quæ in Trebellianicam *hoc iure* imputatur. *l. 6. pr. C h.* ZOES. *h. n. 96.*

24. Cessat Trebellianica eisdem modis, quibus Falcidia, hoc casu addito: si fiduciarius ad adeundam hereditatem coactus fuit. *§. 7. I. h. l. 2. l. 3. pr. h.* Ita enim fideicommissarius rursus grauatus illam lucratur: *l. 63. §. 11. h.* cum alias *primus* tantum detrahat, *l. 22. in f. h. l. 47. §. 1. ad L. Falcid.* nisi forsan in *fauorem secundi* illam neglexerit.

25. (II) Fideicommissarius *pro rata*, & sic quoque *fiduciarius* ratione *quartæ* debet subire *onera hereditaria, l. 7. l. 11. l. 27. §. 7. h. l. 72. ad L. Falcid.* & concurrere ad *legatorum* præstationem, nisi ab herede *directo* nominatim relicta fuerint, *l. 2. C. de fideic.* quatenus illam habet *iure hereditario*: DONELL. *l. 7. c. 28. si prælegati*, ita vt præterea nihil capiat, nihil præstat. *§. 9. I. h.*

26. (III) Fiduciarius tenetur ad *aditionem* ac *restitutionem*, postquam adiit. Si *illam* recusat, cogi potest, *l. 4. h.* quo ipso con-

conseruantur omnia testamenti capita. *l. 38. §. 3. de V. & P. substit.* Amittit vero hoc casu quartam, nec pœnitendo reuerti ad illam potest *l. 14. §. 4. h. l. 71. h.* Imo si morte præuentus non potuit adire & restituere, *aliquando* habetur pro restituta. *l. 7. §. 1. C. h. l. 14. C. de fideic.* DONEL. *l. 7. c. 21. 22. 23.*

27. Restitutio fieri debet (I) *debito modo*, h. e. vel *verbis* vel *re* ipsa. *l. 37. h.* Hic ipsa *possessio*, ibi solum *ius* transfertur. DONELL. *l. 7. c. 24.*

28. (II) *In debita quantitate;* hinc simul veniunt in restitutionem fructus, (1) *ante aditionem percepti*, tanquam hereditatem augentes: *l. 27. §. 1. h. l. 4. §. 1. de vsur. l. 41. §. 10. de leg. 3.* DONELL. *l. 7. c. 25. 20.* (2) *pendentes* tempore faciendæ restitutionis.

29. Contra diminuta hereditate, nihil vlterius restituit, quam quatenus supereſt: nam præter *dolum* & *latam culpam* nihil præstat. *l. 22. §. 3. h.* conf. *l. 24. de inoff. testam. l. 76. de leg. 2. l. 43. pr. de cond. & dem.*

30. Ex quo fluit, fiduciarium non posse rem fideicommissariam alienare in præiudicium fideicommissarii; *l. f. §. 2. C. comm. de leg. & fideic.* alioquin illam, qui proximum ius habet, vindicat, *l. 1. C. eod.* non vero ipse alienans. *l. 77. §. 27. de leg. 2.* STRYK. *de succeſſ. ab int. diſſ. 7. c. 4. §. 15.* ZOLS. *h. n. 66.*

31. Verum hoc intelligendum, *si absque præ-*

prægnante ratione vel testatoris voluntate talis alienatio facta fuerit. Permissa enim est, (α) ob *dotem & donationem propter nuptias: auth. res quæ. C. comm. de leg.* ZOES. *h. n. 7.* (β) ob *transactionem, l. 11. C. de transact.* consentientibus omnibus, quorum interest. HARPRECHT. *tract. acad. 5. §. 25.*

32. (γ) Imo etiam tunc licita est, si *consensus communis* accedit in abolitionem fideicommissi: *l. 11. C. de fideic. l. 120. §. 1. de leg. 1.* (δ) ob *alimenta: auth. contra cum rogatus C. h.* (ε) ad *redemtionem captiuorum: cit. tx.* (ζ) ob *æs alienum* a testatore contractum: *l. 69. §. 1. de leg. 2. l. 114. §. 14. de leg. 1.* (η) in casu *auth. contra C. h.* vbi alienatio, *bona fide* facta, permissa vsque ad *quadrantem. l. 45. h.*

33. (II) *Debito tempore*, quod ex dispositione defuncti iudicandum; potest enim ei *certum tempus* præfinire. conf. *l. 14. §. 12. 13. f. de leg.* DONELL. *l. 7. c. 20. lit. d.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 9. 17. 19 l. qui quadringenta 2. l. Marcellus 3. pr. §. 4 l. Nam quod 14. l. ex facto 17. pr. §. 4. 5. l. in fideicommissaria 18. l. vbi pure 19. l. mulier 22 §. f. l. quotiens 23 l. ita tamen 27. §. 7. l. Balliſta 32 l. restituta 37 l. quia perinde. l. 42. §. 1. l. postulante 44 l. Seius Saturninus 46. l. imperator 50. l. Titius rogatus 54. l. si paterni 55. §. 2. l. heredes 57. §. 1. 2. l. facta 63. l. seruo 65. §. 2. l. omnes 71 l. qui filium 74. l. Scæuola 76. l. Lucius Titius 78. §. f.

Ex Codice l. si probaueris 1. l. si inutiliter 2. l voluntas 4. l. si frater 5. l. voluntatis 7. l. ab eo 9. l. quotiens 11. l. eam 14. l. cum virum 16. l. si in personam 21. l. &

in epistola 22. l. si veritas 23. l. heredem 25. l. fideicommissum 27 l. cum acutissimi 30 l. quæstionem 32. auth. hoc amplius *de fideic* l. non iustam 4 l. & sine scriptura 5 l. iubemus 6. auth nisi auth. contra cum rogatus l. sancimus 7. §. 1. *ad SCt. Trebell.*

Tit. II. (VI. 53.)

Quando dies legatorum vel fideicommissorum cedat.

1. Dies *legatorum* vel *fideicommissorum particularium*, quatenus *pura & transmissibilia* sunt, cedit *statim*, etiam *ignoranti*, *l. 6. C. h.* a *morte* testatoris, *l. 5. §. 1. h.* quod constitutum est, vt statim possint ad heredes transmitti. *cit. leg. 5. pr.* *Vniuersalium* fideicommissorum diuersa est ratio. *l. vn. C. de cad. toll.*

2. Quæ ergo non sunt *transmissibilia* ad heredes, eorum dies cedit ab adita hereditate. Huc pertinet (α) legatum *seruitutum personalium*: *l. 2. 3. l. 5. §. 1. h.* (β) *annuum*: *l. 10. 11. 12. pr. §. 1. h. l. 1. C. h.* (γ) legatum *optionis*: *l. 16. de opt. vel elect. leg.* (Sed vid. *tit. de opt. & el. leg. §. 4.*) (δ) legatum *libertatis*.

3. In *conditionatis* nec venit nec cedit dies ante euentum conditionis, *l. 5. §. 2. l. 13. h.* sed res legata interim heredis est, *l. 12. §. 5 de vsufr.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0774
DFG

vsufr. adeoque, legatario ante eius euentum decedente, eius heredibus nihil debetur; nisi (α) ex certis indiciis constet, testatorem *delationem legati* su pendere noluisse, forsan quod *conditionem* in *fauorem legatarii* adiecerit: *l. 26 §. 1. h. l. 46. ad SCt. Treb. l. 3. §. C. h.* (ϐ) si habeatur pro impleta: *l. 5. §. 5. h.* (γ) si magis *dignitati* vel *officio* legatum relictum *l. 20. §. 1. de ann. leg. l. 56. de leg. 2.*

4. In *die incerto* idem obtinet, quod in *conditione, l. 75 de condit. & demonstr.* nisi quatenus certo exstiturus est ante mortem legatarii, quia certum est, legatum ad heredem transmitti. *l. 4. h.* ZOES. *h. n. 6.*

TEXT. NOTAB.

L. si pure 2. l. nam cum 3 l. si post diem 5. l quod pure 6. l. cum in annos 10. seq. l. nec semel 12. pr. §. 1. 5. l. huiusmodi 13. l. si cum præfinitione 20. l. Firmio 26 §. 1. *Ex Codice* l. si competentia. l. si Pontionilla 3. l. ex his verbis.

Tit. III. (VI. 54.)

Vt legatorum seu fideicommissorum seruandorum causa caueatur.

1. QVando legatum post mortem testatoris *statim* peti nequit, vel quod dilatum sit in *diem*, vel *conditione* suspensum, vel alias præstatio ex *futuro euentu* secundum *naturam*

rei legatæ dependeat, *cautio* præstanda *legatario* ab herede. *l. 14. 15. h.* quam petit etiam *substitutus. l. 12. qui satisd. cog.*

2. Et quidem cauendum est per *fideiussores*, etiamsi bonorum immobilium possessores heredes fuerint: *l. 1. §. 1. h.* neque enim hic recte applicatur decisio. *l. 15. qui satisd. cog.* Quodsi semel idonea præstita, hoc sufficit, neque iterato exigi potest, nisi ex noua magnaque causa. *l. 3. l. 4. vt in possess. leg.*

3. Potest tamen cautio remitti (1) a *testatore: l. f. pr. h. l. 2. 4. C. h.* Zoes. *h. n. 6. 7.* (2) ab ipso *legatario* seu *fideicommissario: l. 46. de pact.* (3) a *lege*. Hæc illam remisit (α) *liberis* reciproco fideicommisso grauatis, *l. 6. §. 1. ad SCt Treb.* (β) *parentibus*, vt ab illis liberi exigere eam non possint, nisi ob grauem *suspicionis* causam. *l. 50. ad SCt. Trebell. l. 6. §. 1. C. eod.*

TEXT. NOTAB

L. 1. § 13. 14. l. postquam 5. §. 1. l. si quando 6. §. 1. l. filio 7. l. hæc stipulatio 41 §. 1. l. quæ filium 18.

Ex Codice l. ipsis rerum 2. l. qui legati 5. l. certa est forma 6. l. scire 7.

Tit. VI.

Vt in possessionem legatorum vel fideicommissorum seruandorum causa esse liceat.

1. SI debito modo non caueatur, nec per *legatarium* aut *fideicommissarium* stat, quo mi-

minus caueatur, Prætor imploratus mittit eum, *vt sequestrem, custodiæ causa,* in possessionem rerum hereditariarum, *l.1. §.1. h.* simul tamen adhuc possidente herede. *l.5.5.pr. h.*

2. Tribuit hæc missio *ius pignoris prætorii, l.3.5.C h.* non ius percipiendi *fructus.* Vid.tamen *l. pen. h.* Illos tamen iure sequestri *custodire* debet, ne ab herede consumantur, quin aliquando eos vendere, & pretium seruare potest. *l.5. §. 22. h.*

3. Fit hæc missio in *omnia bona l. 13. h.* quod non videtur mutatum per *N.53. c.4.* HVBER. *h. §.1.* Imo etiam in *propria* heredis bona, si *sex menses* præterlapsi, neque cautum interea fuerit. *l.6.C h.* Denique si legatarius cauit, possessio rei in *specie* legatæ in ipsum transfertur. *l.5. §.1. vt legat. vel fideic. seru. cauf. cau.*

TEXT. NOTAB.

L.1.3. si is a quo 3. pr. l. plane 4 5. l. is cui legatum §. 2. 3. 22. l. si pecuniæ 6. l. quæ legatorum pen.

Lib. XXXVII. Tit. I.

De bonorum possessionibus.

1. IVre XII. Tabb. valde restrictis erat inclausa cancellis *successio ab intestato.* Quin

& *testamentaria successio* sat lubrica in multis erat. Prætor itaque introduxit *bonorum possessionem*, & quamuis simularet, se *heredem* facere non posse, *pr. I. h.* in effectu tamen fecit heredes, eos, quos vocauit, in *possessionem omnium rerum*, a defuncto relictarum, ponendo, & quia, qui *autore prætore* possidebat, iuste possidere dicebatur, *l. 11. de acquir. vel amitt. poss.* inde effecit, vt, accedente *vsucapione*, tales possessores *dominium* omnium rerum, h. e. *ius verum hereditarium*, acquirerent. MERILL. *ad Inst. h. t. §. 3. l 2. h. l. 2. de petit. hered. poss. l. 138. de V. S. l. vlt. C qui admitt. ad B. P.*

2. Quocirca BONORVM POSSESSIO dicitur *ius persequendi* (quatenus ab alio pro herede res possidetur,) *retinendique* (quatenus ab herede Prætorio possidetur,) *patrimonii* (vniuersitatis) *siue rei, quæ cuiusque, cum moritur, fuit. l. 3. §. 2. h.*

3. Erat autem vel *edictalis* vel *decretalis*. Illa, *contradictore* nullo comparente, locum habebat, & sic (α) de plano, (ε) sine causæ cognitione, (γ) omni die, (ϑ) coram incompetente etiam magistratu concedi poterat. *l. 3. §. 8. h.* Hæc contra (α) pro tribunali, *l. 3. §. 8. h.* (ε) cum causæ cognitione, (γ) die iuridico, (δ) decreto subsequente facienda erat, quod *contradictor* adesset. *l. 1. §. 7. de succes. edict.*

4. In

4. In eo conueniebant, (α) quod respectu parentum & liberorum esset *annus* præfinitus, respectu aliorum *centum dies:* §. *1.14. I. h.* (β) quod tempus vtrobique non curreret nisi *scienti*, *l. 10. h.* (γ) quod in *edictali* dies essent *continui*, in *decretali* vero *vtiles. l. 2. §. 1. seq. quis ord. in possess.*

5. Ceterum *edictalis* ordinarie ex *certa parte edicti*, & ita *stabili iure*, defertur, nisi quod extra ordinem & *generaliter* prætor confirmet illam, quæ *nouis legibus* vel *constitutionibus* in certis casibus ad imitationem *iuris prætorii* est introducta, quæ dicitur *extraordinaria*. vid. infra *lib. seq. tit. 14.*

6. In *bonorum possessione* requiritur (I) *persona ad succedendum habilis, quæ illam agnoscat.* Talis in genere dici potest, quæcunque de *iure ciuili* hereditatem *in genere* adire potuisset, licet ex *ratione ciuili subtili* in certis casibus excluſa fuisset. vid. *lib. seq. tit. 13.*

7. (II) *Vt delata sit per edictum bonorum possessio*, h. e. vt prætor in *edicto* vocauerit personam, de qua quæstio est, ad successionem. Defert autem eam prætor (α) vel *secundum* vel *contra tabulas*, vel *ab intestato:* (β) vel *cum re*, vel *sine re.*

8. *Cum re* deferri dicitur, qua ipsum ius *actuale* succedendi defertur, vt *statim* eo vocati frui queant. *Sine re*, quando tantum *prouisionaliter titulus bonorum possessionis* defertur, interim tamen adhuc ex *futuro euentu* dependet, vtrum effectum sit habiturus nec ne? *l. 6. §. f.*

l. 7. D. l. 2. C. de inoff. testam. l. vlt. C. qui admitt.

9. (III) *Vt legitime agnoscatur coram iudice,* olim *solenniter: l. 1. C. comm. de succeſſ.* postea *qualiscunque declaratio* admissa est, *l. vlt. cit.* adeo vt etiam *ipso facto* fieri possit, STRYK. *de succeſſ. ab int. diſſ. 9. c. 2. §. 12.* HAHN. *ad W h. n. 7.* In hoc ab *aditione ciuili* admodum ante tempora IVSTINIANI discessit.

10. (IV) *Intra tempus præfinitum,* de quo §. 4. Hoc probandum asserenti, cum *in facto* consistat. ID. *c. l. §. 27. seqq.* Tempore elapso, admittit prætor *liberos* ex alio capite. *l. 1. §. 10. 11. de succeſſ. edict.*

11. Operatur *bonorum possessio,* quatenus *cum re* est, *verum ius succedendi.* Nam (1) prætor eidem, cui *bonorum possessionem* dedit, succurrit per interdictum *quorum bonorum:* (2) datur illi *hereditatis petitio possessoria,* de qua *P. 1. lib. 5.* actum. Pariter (3) hic, vt in *successione ciuili,* obtinet *ius accrescendi. l. 3. §. f. l. 4. inf. h. l. 12. pr. de B. P. sec. tab.* & (4) *transmissio. l. 3. §. 4. 7. h.* &c.

TEXT. NOTAB.

L. In omnibus 2. l. Bona 3. pr. §. 1. 2. 7. 8. f. l. 5. l. seruus 7 §. 1. l. Tutor 8. l. non est ambigendum 12. §. 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0780
DFG

Tit. II.

Si tabulæ testamenti exstabunt.

Dictum est, bonorum possessionem deferri vel *ex testamento* vel *ab intestato*. Priori casu requiritur: *vt tabulæ tempore mortis extiterint. l. vn. h.* Hoc sufficit, quamuis postea interierint, quatenus testibus *solennia* & *contenta* probari possunt. *c. l.* Idem quoque dicendum de *successione ciuili testamentaria*, nisi simul nuncupatiue.

Tit. III.

De bonorum possessione, furioso infanti muto surdo cœco competente.

Muti, *surdi*, *cœci*, si, quod agunt, intelligunt, ad bonorum possessionem admitti possunt. *l. 1. h.* Ceteræ personæ, quæ sub *tutoribus* vel *curatoribus* sunt, per hos eandem petunt, *c. l. 1. h.* quod in *aditione ciuili* haud admittebatur. Quia vero habentur pro *ignorantibus*, hinc dies eis non cedit. *l. 1. h.*

Tit. IV.

De bonorum possessione contra tabulas.

1. BOnorum possessio *ex testamento* datur vel *contra* vel *secundum tabulas*. Illa olim necessaria erat *emancipatis præteritis*. *l. 1. §. 6. h.* Sed iure nouo per *N. 115. c. 3.* illa non amplius indigent, quamuis ea vti possint.

2. Aliquando etiam ex vno eodemque testamento & *contra* & *secundum tabulas* competit, veluti si frater *ex persona fratris* præteriti, & in præteritionem consentientis, petere velit *bonorum possessionem contra tabulas*, quod facere potest. *l. 10. §. f h* Quamuis enim præteritus consenserit in præteritionem, & ita heres *extraneus* scriptus habere posset *bonorum possessionem secundum tabulas*: frater tamen potior est, & *extraneum* remouet *bonorum possessione contra tabb. l. 3. §. 11. h.* Elapso vero anno, filio præfinito, *extraneo* heredi conceditur *bonorum possessio secundum tabulas. l. 2. pr. de B. P. sec. tab.* STRYK. *de succeff ab int. diff. 9. c. 5. §. 12. 14.*

3. Quin & aliquando *filio suo* conceditur bonorum possessio contra tabulas imperfectas posteriores, si scilicet in prioribus perfectis exheredatus fuerit, & posterioribus præteritus. *l. 12. §. 1. h.* Quamuis enim posteriores nullæ sint, non prohibetur tamen etiam *suus* iure prætorio vti.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. non tantum 3. §. 11. l. non putauit 8. §. 3. l. si post mortem 10. f. l. filium 20. pr. vers. sed cum exheredatio.

Tit. V.

De legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione petita.

OPeratur bonorum possessio *contra tabulas* rescissionem testamenti *in totum*, vt tamen *parentibus liberisque*, quibus in eo legata relicta sunt, illa sint præstanda. *l. 1. pr. h.* Ceterum *suus præteritus*, & hoc remedio vtens, quod vtique facere potest, nulla præstat *iure prætorio* legata. *l. 15. pr. h.* Sed vid. *Nou. 115.*

TEXT. NOTAB.

L. is qui in potestate 15. pr. l. interuenit. 24.

Tit. VI. (*VI. 20.*)

De collatione bonorum.

OCcasione *bonorum possessionis contra tabulas* emancipatis concessæ, introducta est COLLATIO BONORVM, *l. 1. pr. h.* ab emancipatis

tis filiis *sibi acquisitorum.* Acquirebant enim *sui* omnia patri; ergo æquum erat, vt *emancipati* quoque *acquisita* conferrent. Cum vero ratio eius sit vniuersalis, *vt æqualitas inter liberos conseruetur, l. 17. C. h.* postea generaliter inter quoscunque liberos sensim recepta, & ad varia *alia bona* extensa, vt sicuti alibi, ita quoque hic *ratio* & *occasio* legis separari debeant.

2. Hoc modo itaque extensa & reformata COLLATIO est *illatio lucri, a viuo parente, cui succeditur, profecti vel eidem acquisiti, in communem hereditatem hunc in finem facienda, vt æqualiter hereditas, lucro hoc aucta, diuidatur, & inter liberos æqualitas conseruetur.*

3. Facienda collatio (I) *inter liberos parentibus succedentes, N. 18. c. 6.* siue *ab intestato*, siue *ex testamento; auth. ex testamento C. h.* ZOES. *h. n. 14. 15.* distinctione liberorum non habita, vtrum *sui* cum *emancipatis*, an soli inter se concurrant, vtrum sint *adoptiui*, an *naturales? l. 1. §. 14. h.* ita vt etiam *spurii* respectu *matris* conferre cogantur. *l. 17. C. h.* &c.

4. Eodem iure *nepotes* cum *patruis* succedentes ex *patris* vel *matris* persona conferunt, cui successerunt. Hereditate autem parentum abstinentes, (quod ipsis permissum est, *l. vlt. C. vnd. lib.* COCCEI. *de succeff. nepot. sect. 3. §. f.*) & ita *auo* succedere volentes, non videntur ad collationem esse obligati, cum

iure

iure proprio succedunt, STRYK. *de succeſſ. ab int. diſſ. 11. c. 2. §. 15.* ſiue *inter ſeſoli*, ſiue cum *patruis* concurrant.

5. inter ceteros heredes non eſt locus collationi. Vnde liberi cum *extraneo* in ſucceſſione concurrentes illi non conferunt, nec ille his, bene tamen ſibi inuicem. ENGELBR. *ad D. h. §. 15.*

6. (II) *Facienda* iure nouo *in iis bonis, quæ* (α) *a defuncto parente inter viuos in liberos profecta*, vt (1) dos: vid. *tit. ſeqq.* (2) donatio propter nuptias; *l. 17. C. h.* (3) ſimplex donatio iure nouiori; *l. 13. l. 20. §. 1. C. h. N. 18. c. 6.* niſi pater aliud voluit, quem in ſenſum accipio *l. 18. C. famil. herciſc.* ZOES. *h. n. 25. ſeqq.* HVBER. *h. §. 4.* SCHILTER. *ex. 41. §. 17.* (4) ſubſidium paternum; (5) alia bona a parentibus accepta. *I. S. P. lib. I. art. 14. 15.*

7. (ε) *Ex quibus liberi adhuc ſunt locupletiores.* Vnde quod non amplius extat, non conferendum, *l. 1. §. 23. h.* modo ſine *dolo* vel *culpa* periit

8. Vnde infero, (1) ceſſare collationem *in iis, quæ mortis cauſa acquiruntur, l. 16. C. h.* vt & quando liberis quid *prælegatum* eſt. *l. 39. §. 1. famil. herciſc.* HERT. *de præleg. §. 17.* MEV. *1. D. 84.*

9. (2) *In bonis illis, quæ proprio iure ad liberos ſpectant*, quo pertinent *aduentitia, l. f. C. h.* adeo vt nec *fructus*, a fiſco percepti, con-

ſen-

sentiente & remittente vsumfructum patre, conferendi sint. *l. 6. §. 2. C. de bon. quæ lib.*

10. Similiter bona *castrensia & quasi* extra collationem sunt, *l. 1. §. 15. h.* licet ex *parentum liberalitate* videantur profecta *l. f. C. h. l. 14. C. fam. herciſc. l. 4. C. de aduoc. diu. iud. ius prou. Sax. lib. 1. art. 10.*

11. Hoc intuitu *sumtus studiorum* a parentibus submini*s*trati non conferuntur; *l. 50. fam. herc.* modo filius (α) studia non dereliquerit: STRYK. *c. l. c. 3. §. 10.* (β) sumtus bene impenderit: IDEM *c. l. §. 19.* (γ) pater eosdem non fecerit *animo credendi*: *l. 50. cit.* (quod ex *protestatione* liquidum est, non vero ex sola *sumtuum consignatione.*) (δ) vel ex bonis filii propriis, quæ in *sola* administratione sine *fructuum perceptione* habet, præstiterit, id quod in dubio præsumitur: *l. 3. §. 7. de agnosc. lib.* ZOES. *h. n. 34.* (ε) reliqui liberi non lædantur in *legitima*, quamuis hic computatio difficillima erit.

12. Sic itaque debita studiorum nomine in Academia contracta ex communi hereditate post mortem patris soluenda, quatenus modum non excedunt. ZOES. *h. n. 36.*

13. Vlterius (3) ex iisdem principiis non confertur, quod pro *redimendo filio* ex *captiuitate* solutum. *l. 17. C. de postl. reu.*

14. (III) *De patris contraria voluntate constare non debet*; pater enim illam potest prohibere, *N. 18. c. 6.* quomodocunque exprimat suam

suam voluntatem. In *dubio* tamen remissio facta non censetur.

15. (IV) *Ipsa collatio facienda legitime.* Et quidem *olim*, vbi tantum *emancipati* suis conferebant, *res ipsa* conferenda erat, nec sufficiebat, *æstimationem* eius iis inuitis conferre, cum aliud pro alio inuito solui non possit. *l. 2. de reb. cred.* Nam quicquid *sui* acquisiuerant, hereditatem quoque augebat. Volentibus vero *æstimatio* conferri potest, *l. 1. §. 12. h.* quod hodie regulariter fit.

16. Conferebatur etiam *cautione*, datis *fideiussoribus*, de conferendis iis bonis, quæ conferenda esse, post apparebit. Hæc tunc olim locum habebat, si non constabat tempore collationis, quid esset in bonis eius, qui conferre debet? *l. 1. §. 11. h.* ZOES *h. n. 50.*

17. Res collata olim fiebat communis. *l. 1. §. 11. h.* Sed cum hodie tantum *æstimatio* conferatur, ea spectanda est, quæ fuit *rempore mortis*, modo dolose non sit res deteriorata. *l. 1. §. 23. h.* Sic & pretium rei, b. f. alienatæ, conferendum, quatenus locupletior filius adhuc reperitur. STRYK. *c. l. c. 5. §. 4.* Hoc modo collatio fit *additione & subtractione.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 11. 12. 15. 16. l. cum emancipati 2. §. 4. l. si quis filium 5. §. 1. l. nonnunquam 8.

Ex Codice l. 1. auth. ex testamento l. si pater 2. l. filiæ 4. l. dotis 5. auth. quod locum habet l. si soror 8. l. filiæ 12. l. si donatione 13. l. nec emancipati 15. l. vt liberis

beris 17. l. illam 19. l. illud sine ratione 20. l. vt nemini. 21.

Tit. VII.

De dotis collatione.

1. BOnorum *possessione contra tabulas* introducta, filiæ, quæ contracto matrimonio vt plurimum emancipabantur, ad successionem quoque *iure prætorio* admittebantur, adeoque æquum erat, vt illæ *dotem* conferrent, cum nihil præterea sibi acquirerent. Non tantum vero conferenda *dos*, sed hodie etiam eius *accessoria*, & *donatio propter nuptias*. *l. 19. C. de collat.* Licet vero illa sit in *dominio mariti*, tamen vxor illam conferre debet, minus accipiendo ex hereditate. *l. 5. C. eod.* *Realis collatio* vel ideo cessasse videtur, quod dos esset in *dominio mariti*. Quodsi tamen filia dote contenta abstineat se hereditate paterna, ab onere conferendi liberata est, *l. f. h.* conf. *I. S. P. lib. 1. art. 13.*

2. Ceterum in eundem sensum cum dote minime ponendi sunt (α) *sumtus conuiuii nuptialis*, quia filia nihil exinde lucratur, spectantque magis ad honorem patris, nisi doti imputati sint: (ℰ) *dona nuptialia*, quæ ab extraneis, non a parentibus, proficiscuntur. ZOES. *h. n. 4.* STRYK. *c. l. c. 4. §. 8. 9.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. si pater 4. l. filius 5. §. 1.

Tit. VIII.

De coniungendis cum emancipato liberis.

EX *prætoris beneficio* olim *emancipati* liberi cum defuncti nepotibus in potestate retentis in successione coniungebantur, mediante *bonorum possessione contra tab.* Verum iure nouo *emancipatus* plane *suos* excludit. *N. 118. c. 3.* COCCEI. *de succes. nepot. Sect. 2. §. 15.*

Tit. IX.

De ventre in possessionem mittendo.

1. PRospicit *prouisionaliter* Prætor posthumis, *l. 1. pr. h.* dum ventrem, h. e. *matrem prægnantem,* in possessionem *contra tabulas,* in quibus alius heres nominatus est, *mittit, l. 7. pr. h.* vel in ea *defendit, I. P. S. lib. 3. art. 38.* eique interim ex bonis defuncti nomine posthumi alimenta decernit. *l. 1. §. 19. l. 4. h.* Vtplurimum *causæ cognitio* interuenire debet, quia *contradictor* adest, & sic est *decretalis. l. 7. §. 1. h.*

2. Requiritur vero (1) *vt mater sit prægnans, moriente eo, de cuius successione agitur.* Quodsi se simulauerit prægnantem, sumtus repetuntur: *l. 1. §. f. h.* (2) *vt mulier sit paritura suum* vel eum, qui *suus* futurus, vel alias *ab intestato* successurus est. *l 1. §. 2. 11. 13. h. l. 7. pr. h.*

3. Præterea *ventri* constituendus est *curator*, qui ei alimenta & omnia necessaria subministrat. *l. 1. §. 18. 19. h.* Hæc bonorum possessio adhuc hodie, præsertim in *feudalibus*, vsum habere potest, STRYK. *de succeſſ. ab int. diſſ. 9. c. 7. §. 10. 11.* cum nec Germani olim posthumos neglexerint. *I. P. S. lib. 1. art. 33.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 15. 18. 19. seqq. f. l. vbicunque 7.

Tit. X. (VI. 17.)

De carboniano edicto.

1. AD *decretalem* bonorum possessionem spectat quoque CARBONIANA, *qua prospicit prouisionaliter prætor liberis impuberibus, quibus de statu & hereditate simul quæstio mouetur, ita vt bona defuncti interim possideant, & quæstio status differatur ad annos pubertatis. l. 1. pr. h.*

2. Requiritur (I) *vt impuberi quæstio simul de statu & hereditate moueatur. l. 3. §. 2. h.* Si de *sola hereditate* disceptatur, huius quæstio non differtur. *l. 7. §. 2. h. l. 13. h. t.*

3. (II)

3. (II) *Vt de causa summariter cognoscatur,* (α) an danda sit *bonorum possessio Carboniana?* (β) an expediat pupillo differre quæstionem status? aliquando enim iniqua foret dilatio. *l. 3. §. 5. h.*

4. (III) *Vt impubes cautionem præstet* de bonis restituendis, si contra se iudicatum post fuerit, *l. 1. C. h.* quo facto, deinceps *rei* partes sustinet. *l. 6. in f. h.* Cautione vero non præstita, aduersarius simul mittitur & administrat, si satisdare possit, *l. 5. §. 2. h.* vel *curator* constituitur bonis. *l. 5. §. 4. f. h.* (IV) *Vt constet de indubitato matrimonio, l. 2. C. h.* quia inde præsumtio pro *legitimitate partus* nascitur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 1. 11. l. Carbonianum 3. §. 2. 3. 4. 5. 6. 18. l. sed si is 5. §. 3. 5. l. de bonis 6. §. 5. l. si impubes 7. §. 2. l. scriptus 12.
Ex Codice l. si tibi 1.

Tit. XI. (VI. 11.)

De bonorum possessione secundum tabulas.

1. SEcundum tabulas *bonorum possessionem* dat prætor variis in casibus contra *ius ciuile;* sed olim non aliter, quam si *iure prætorio* congitum esset testamentum, h. e. si *septem signacula* adessent, vtpote quæ *iure prætorio* introducta sunt. *l. 7. h.* Hodie vero solennitas

illa desideratur, quæ ex iure *ciuili* & *prætorio* conflata est.

2. Huc pertinet (I) si *posthumus suus* in testamento *præteritus* mox moritur ante patrem: *l. 12. pr. de ini. rupt. irr* de iure ciu. semel ruptum, non conualescebat. *l. 2. 3. C. de posth. hered. instit.*

3. (II) Si filius *iam natus* in testamento præteritus moritur *ante patrem*, *l. 2. pr. h.* vel (III) præteritioni consensit. *l. 6. §. 6. de B. P. contr. tab. l. 17. de ini. rupt. irr.*

4. (IV) Si testator tempore *mortis* & *conditi testamenti* quidem sui iuris fuit, medio autem *capitis deminutionem* passus sit. *l. 1. §. 8. in f. h. l. 6. §. pen. de ini. rupt. irr.* In *minimam* autem *capitis deminutionem* passo requiritur *noua declaratio*, vt conualescant tabulæ. *l. pen. §. 2. h.*

5. (V) Cum testator posterius perfectum testamentum incidit, ea mente, vt valeat prius; ex hoc enim datur *bonorum possessio secundum tabb. l. 11. §. 2. h.*

6. (VI) Si *duo testamenta* reperiuntur, ita vt non constet, quale sit prius, quale posterius, prætor vtrumque heredem ex vtroque testamento admittit. *l. 1. §. 6. h.*

7. (VII) Heres sub *conditione* institutus, pendente illa, petit *bonorum possessionem secundum tabulas*, *l. 2. §. 1. l. 6. h.* præstita tamen prius cautione. *l. 12. qui satisd. cog.* Ceterum STRYK. *cit. tr. diss. 9. c. 4. §. 8. seqq.* hos casus plenissime illustrat.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 6. pen. f. l. æquissimum 2. §. 1. l. chartæ 4. l. hi demum 6. l. qui ex liberis 11. §. 2.
Ex codice l bonorum 2.

Tit. XII.

Si a parente quis manumissus sit.

EMancipatio detrudebat liberos olim in *conditionem* quandam *seruilem*, *l. 3. §. 1. de cap. min.* & hoc intuitu *manumitti* dicebantur; quin pater præteritus ad exemplum *patronorum* habebat *bonorum possessionem contra tabulas. l. 1. h.* Verum post *N. 118. c. 4.* hac non opus esse, res ipsa loquitur.

Tit. XIII.

De bonorum possessione ex testamento militis.

CVm militum voluntas simpliciter seruanda sit, quomodocunque concepta, hinc ex testamentis eorum non datur *bonorum possessio contra*, sed tantum *secundum tabulas. l. 27. §. 2. de inoff. testam.*

TEXT. NOTAB.

L. vn. pr. vbi ſedes materiæ de teſtamento pagani in hoſtico confecto.

Tit. XIV. (VI. 4. 13.)

De iure patronatus.

1. TRiplex olim fuiſſe *ius patronatus* docet Hvber. *h.* §. *1.* Hic inprimis conſideratur, quod eſt intuitu *libertorum*, & tribuit patrono *ius ſuccedendi* in bona libertorum. Inde datur patronis præteritis bonorum *poſſeſſio contra tabulas*, *l. 21. pr.* §. *1. h.* & ius vindicandi libertum ingratum in ſeruitutem, vel alio modo coercendi. *l. 5. 6. 7. h.* Zoes. *h. n. 3.*

2. Poterat tamen hoc ius, *ſalua reuerentia*, remittere patronus, *l. 3. C. de bon. libert.* quin & amittebat illud, ſi inopem libertum non alebat. *l. 5. inf. h.* Interim bonis hereditariis alligatum haud erat. *l. 9. pr. h.*

Tit. XV (VI. 6.)

De obſequiis parentibus & patronis præſtandis

EX iure patronatus fluit quoque *obſequium*, ſeu *reuerentia*, quæ æque paren-

rentibus quoque debita est post *emancipationem*; *l. 9. h.* cum huius *causa* maneat *perpetua*. GROT. *de I. Bell. & P. l. 2. c. 5. §. 6.*

2. Fluit inde *ius reuerentiale*, quod *P. 1. tit. de his qui sui vel al. iur. sunt §. 3.* distinxi *a patria potestate*, cum illud in genere *omnibus* debeatur *ascendentibus*. Vi huius iuris (1) liberi non possunt contra parentes *famosam actionem* instituere, *l. 2. l. 5. §. 1. h.* aut (2) *famosa exceptione* vti: *l. 7. §. 2. h.* (3) nec exigere *iuramentum calumniæ*; *l. 7. §. 3. h.* nec (4) impugnare testamentum ob defectum solennium. *N. 107. pr.* vid. *P. 2. tit. de testam. milit. §. 13.* conf. STRYK. *de iure reuerent. eiusque effect. special. m. 2. seqq.*

3. Exinde quoque (5) necessitas *alendi* parentes deducitur, *l. f. §. 5. C. de bon. quæ lib.* STRYK. *c. l. m. 1. n. 25.* etiamsi fuerint liberi emancipati: (6) *iniuria* iis illata grauius coercetur: *l. 1. §. 2. h. t.* (7) habent *beneficium competentiæ*: *l. 7. §. 1. h. t.* (8) *sine venia* olim in ius vocari non poterant. Denique (9) hæ causæ, quæ *obsequium* concernunt, de *plano* tractandæ sunt. *l. 9. §. 3. de offic. proconf.*

TEXT. NOTAB.

L. honori 2. l. per procuratorem 4. l. liberto 9.
Ex Codice l. contra 1. l. etiam 3.

Lib. XXXVIII. Tit. I. (VI. 3.)

De operis libertorum.

1. POrro ex iure patronatus deducuntur *operæ* a libertis præstandæ, quæ sunt *diurnum officium, consistens in ministerio liberti. l. 1. h.*

2. Sunt vel *officiales*, quæ in *officio exhibendo* consistunt, veluti adesse patrono, comitari: IVVEN. *lib. 1. sat. 3. v. 284.* &c vel *artificiales*, quæ in *certo artificii genere* consistunt, *Illæ* non alii præstantur, quam patrono; bene autem *hæ. l. 9. h. Illæ* etiam non promissæ debentur; non tamen *hæ. l. 26. §. 12. de cond. indeb.* Præstandæ autem sunt *victu liberti*, *l. 18. h.* ita tamen vt libertus satis temporis ad quæstum faciendum, vnde ali possit, habeat. *l. 19. h.*

TEXT. NOTAB.

L. suo victu 18 l. aut certe 19. l. quod nisi 20. in f. l. operæ 21. l si libertus 30. l interdum 34. l. hæc demum 38. l. sicut patronus 48. l. operarum 50. §. 1.

Ex Codice l. si tempore 1. l. qui nummis 3. l. libertæ 8.

Tit. II. (VI. 4.)

De bonis libertorum.

1. IVs patronatus quoque se extendebat *ad bona libertorum*, in quæ patrono competebat successio ab intestato, si *sine liberis* decedebant.

debant. Variauit tamen, pro temporum diuersitate. *l. 1. h.* ZOES. *h. t.* conf. *§. vlt. I. de succeff. libert.*

TEXT. NOTAB.

L si ex modica 6. §. 2. l. si patronus 12. §. 2. l. qui cum maior 14. pr. §. 6 9. l. libertus 36. l. filius 42. pr. §. vlt. l. Paulus respondit 47. §. f. l. nihil interest 50. §. 2.

Tit. III.

De libertis vniuersitatum.

1. VNiuersitates sicuti aliorum iurium participes esse possunt, ita quoque *iura patronatus* & alia inde dependentia habent. Vniuersitates enim regulariter eodem iure vtuntur, quo priuati

Tit. IV.

De assignandis libertis.

1. AD *cautelas parentum* spectat, vni ex liberis in potestate existentibus *assignare libertum*, cui *iura patronatus* in *assignatum* duntaxat competant, quamuis alias illa æqualiter in liberos transeant, imo & illa exercere possint, remoto assignato. *l. 3. §. 9. de bon. libert.*

Tit. V. (*VI. 5.*)

Si quid in fraudem patroni factum.

PAtronus, si aliquid in *fraudem legitimæ portionis* ei debitæ a liberto *occulta machinatione* factum, reuocat illud, si quidem libertus *testatus* decesserit, *Fauisiana*: si *intestatus*, *Calusiana* actione, vt alienatio, quatenus lædit patronum, rescindatur, *l. 1. §. 11. 21. h. l. 1. C. h.* exemplo actionis Paulianæ. Vtilis datur, si in fraudem *legitimæ* impuberibus adoptiuis vel aliis debitæ alienatio facta. *l. 13. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 12. 15. l. constitutione 13.

Tit. VI. (*VI. 14*)

Si tabulæ testamenti nullæ extabunt, vnde liberi.

1. AB *intestato* in successione prætoria prima causa est *liberorum emancipatorum*, LL XII Tabb. excluforum, iure tamen nouiori rursus admissorum, vt sic nullo hodie remedio prætorio indigeant.

2. Vtilis adhuc tamen hæc *bonorum possessio* est in casu singulari *l. vlt. C. h.* si mortuus est auus

auus ab intestato, relicto filio *suo* & *nepote*, filius autem antequam se immiscat, decessit; tunc nepos superstes, repudiata patris hereditate, admittitur per hanc *bonorum possessionem* ad *aui* hereditatem. conf. STRYK. *de succeſſ. ab int. diſſ. 9. c. 6. §. 7. ſeqq.* COCCEI. *diſſ. de ſucceſſ. nepot. ſect. 3. §. vlt.*

TEXT. NOTAB.

L. ſcripto herede 7.
Ex Codice l qui ſe patris 3.

Tit. VII. (VII. 15.)

Vnde legitimi.

PRoxime poſt liberos prætor quoque *agnatos* vocat, quamuis ſatis vocatos a LL. XII. Tabb., ne videatur illos excluſiſſe. Vtilis enim erat illis *bonorum poſſeſſio, l. 11. de acquir. vel amitt. poſſ.* vt eo facilius ſub hac qualitate interdicto *quorum bonorum* vti poſſent.

Tit. VIII. (VI. 15.)

Vnde cognati.

HIs deficientibus vocat prætor *cognatos*, iure XII. Tabb. excluſos. Sed cum hodie iure nouo *directo* admittantur, non demum poſt *legitimos* veniunt, ſed illos etiam excludunt, quatenus ſunt proximiores.

TEXT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0799
DFG

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 8. l. Hac parte 2. l. si spurius 4. l. octaui 5. §. 1.

Tit. IX. (VI. 16.)

De successorio edicto,

SI *proximior* repudiat hereditatem, ea defertur *sequenti*, quod olim secus erat, quia bona ita *caduca* fiebant. Non tantum autem *graduum*, sed etiam *ordinum* admissa est successio. Qui autem ex *pluribus capitibus* admitti potest ad bonorum possessionem, ex vno propter *lapsum temporis* exclusus admittitur ex alio *l. 1. §. 11. h.* intra tempora iure prætorio definita. Vnde tamen male infertur, *liberos* intra *90. annos* adhuc sese immiscere posse. LVDOVICI *de nouagenar. præscript.*

TEXT. NOTAB.

L. successorium 1. §. 1. 7. 11. l. f.

Tit. X.

De gradibus & affinibus & nominibus eorum.

1. ICtum cognatorum *gradus* & affinium nosse debere, innuit PAVLVS in *l. 10. pr. h.*

pr. h. de quo nullum dubium est. Sed cum illos iam suppositimus in *tit. de R. N.* eos hic recensere non est opus. Nomina interim personarum coniunctarum eleganter in *h. t.* expressa sunt, quæ peti possunt ex *l. 1. 2. 3. l. 10. §. 12. seqq. h.*

2. Ceterum quamuis in *matrimonialibus canonica* computatio sit recepta, in *successione* tamen, de qua hic agitur, *ciuilis* omnium confessione extenditur. De *affinium* coniunctione vero hic non adeo laborandum, postquam non succedunt, nisi in casu *l. f. C. de V. signif.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. non facile 4. §. 2. 3. 5. l. priuignus.

Tit. XI. (VI. 18.)

Vnde vir & vxor.

1. DEficientibus omnibus *agnatis* & *cognatis*, tandem vocat prætor *coniuges*, itidem *iure ciuili* exclusos, modo (α) intra 100. dies petierint *bonorum possessionem*: §. 4. *I. de B. P.* (ϐ) *iustum* adfuerit *matrimonium*: *l. vn. pr. h.* (γ) mortis tempore adhuc durauerit. *l. c.* §. 1.

2. Inde cessat successio hæc, matrimonio *in totum* dissoluto. Quodsi tantum separatio *quoad torum & mensam* facta est, innocens quidem admitti potest, difficilius pars nocens. STRYK. *de succes. ab int. diss. 4. c. 1. §. 10. 11.*

3. Præ-

3. Præterea *particularis* constituta est successio coniugum ex *N. 53. c. 6. 117. c. 5. auth. Præterea. C. h.* hisce circumstantiis concurrentibus, (1) si coniux præmoriens sit *locuples*; (2) superstes sit *inops*, v. c. si vxor plane indotata sit. Vtrumque ex *iudicis arbitrio* & quidem *iuxta tempus mortis* æstimandum.

4. Nullis liberis exstantibus, superstes *quartam* pleno iure capit: concurrentibus liberis, si non sint vltra tres, itidem *quartam* capit, sed *iure vsufructuario*; *filialem* vero eodem iure, si plures quam tres adsunt.

5. Idem dicendum, si *nepotes* concurrunt cum superstite parente, qui computantur vel iure *repræsentationis*, quatenus diuersæ adsunt stirpes; vel si *vna* tantum *stirps* adsit, *singulorum capita* dinumerantur, quoad portionem matri vel patri *inopi* determinandam. STRYK. *c. l. §. 38.*

6. Portio hæc coniugibus debetur magis *iure speciali*, quam *iure hereditario communi*, vnde *ius accrescendi* merito eis denegandum est.

7. Ceterum ex statutis locorum hodie varie coniuges sibi inuicem succedunt. Iure *Saxonico* maritus est *heres mobiliaris*. Iure statutario *Brunsuicensi* nullis liberis existentibus in dimidiam bonorum mariti vxor admittitur, vt tamen adhuc præcipuam habeat *dotem, donationem propter nuptias & Geradam*. Extantibus liberis certam capit portionem.

8. Ali-

8. Alibi, modo *dimidiam* bonorum capit vxor: modo cum liberis concurrentibus *filialem* vel *aliam portionem.* Cum vero hæ *portiones statutariæ* ex antiqua *communione bonorum*, quæ inter coniuges olim per totam Germaniam obtinebat, descenderint, hinc quoque debentur adhuc hodie ex *communibus vtriusque coniugis bonis*, ita vt *communio* antiqua in pluribus locis, introducto iure Romano, abolita tempore *mortis* reuiuiscat. Proinde *in dubio* dicendum, (1) portionem hanc deberi ex *bonis communibus*: (2) eandem *iure hereditario* non deberi, sed *iure proprio.*

TEXT. NOTAB.

Auth. præterea C. *Vnde vir & vxor.*

Tit. XII.

De veteranorum militum successione.

ILlud specialiter in *militibus* & *veteranis* receptum erat, quod codemnatorum ad mortem ex *delicto militari* hereditas ab intestato deferretur ad legitimos heredes quoad *quintum gradum* in bonis *castrensibus. l. 1. 2. h.* Reliqua bona fisco cedebant.

Tit. XIII.

Tit. XIII.

Quibus non competit bonorum possessio

Denegebatur illis bonorum possessio, qui se per *delictum* indignos hereditate reddiderant, vel cui lex hereditatem ob *inhabilitatem absolutam* deferri, expresse vetabat. *l. 12. §. 1. de B. P.*

Tit. XIV.

Vt ex legibus senatusue consultis bonorum possessio detur.

1. Extraordinaria hæc *bonorum possessio* dicitur, locumque habet, si lex vel constitutio noua principis alicui non *hereditatem* sed *bonorum possessionem* defert, *l. vn. in f. h.* vt iuris antiqui vigor eo rectius conseruaretur. Ex hac enim prætores se quoque *bonorum possessionem* daturos, pollicebantur.

2. Exemplum petunt ex *l. vlt. C. de curat. furios.* vbi non *hereditas*, sed *bonorum possessio prouisionaliter* furioso deferebatur, cum hereditatem furiosus acquirere *iure ciuili* non posset. *l. 63. de*

93. de acquir. vel amitt. hered. Simile exemplum occurrit in *l. vlt. C. Vnde liberi* supra relatum.

2. Mirum autem, cur *principes* dederint bonorum possessionem, qui *directo* facere *heredem* poterant. Verum cogitandum est, (1) principes ad auram popularem se accommodasse, & *potestatem* quandam *prætoriam* in plerisque affectasse. (2) Legibus antiquis olim magnam fuisse auctoritatem, vt non facile olim *directo* easdem immutarent principes.

Tit. XV.

Quis ordo in bonorum possessione seruetur.

ORdo sequens in *bonorum possessione* obseruabatur: (1) præcedebat bonorum possessio ex *testamento*, & quidem (2) *contra tabulas*, deinde (3) *secundum tabulas*. Postea ab *intestato* eo ordine vocabantur consanguinei, prout supra specialibus titulis indigitatum.

Tit. XVI. (*VI. 58.*)

De suis & legitimis heredibus.

DEnique supereſt *successio ciuilis ab intestato*, deficiente scilicet *testamento*, vel in-

firmato. Iure XII. Tabb hæc coarctata erat, & præter *suos* & *agnatos* nemo admitti poterat. Sed cum *iure nouiori* facies rerum mutata sit, hisce immorari consultum non erit.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 8. l. intestato 3. §. 11. 12. (vbi agitur de non admittendo eo, qui post 10. menses nascitur mortuo patre: bene tamen eo, qui 182. die natus est) l. in suis 14. l. vlt.

Tit. XVII.

Ad SCtum Tertullianum & Orphitianum.

1. SCto *Tertulliano* mater (quæ iure XII. Tabb. non succedebat liberis, nec hi illi ingenua, *ius trium liberorum*, libertina vero *quatuor* habens admissa est ad successionem *ab intestato* liberorum.

2. Ex SCto autem *Orphitiano* liberi tam *legitimi* quam *illegitimi* admissi sunt ad successionem matris. Sed vtrumque SCtum hodie post *Nou. 118* minus necessarium est, si excipias casum de successione *liberorum illegitimorum*.

TEXT NOTAB.

L. 1. §. 10. l. siue ingenua 2. §. 23. seqq.

De

De modo succedendi ab intestato secundum nouellam CXVIII, & ex pactis.

1. NOuissimo iure ad successionem ab intestato vocantur vel proximi ex *iure sanguinis*, vel alii *ex speciali iuris dispositione*. Ex *iure sanguinis* succedentes vocantur hoc ordine, vt primo veniant *descendentes*, deinde *ascendentes*, & denique *collaterales*.

2. Primus ordo est DESCENDENTIVM (1) *legitimorum*, qui omnes excludunt alios, excepto casu, quo ex *auth præterea C. vnde vir & vxor* simul admittuntur parentes *inopes*. Succedunt vero in infinitum sine distinctione *sexus* (si *feudalia* & *fideicommissa familiæ* & *iura Germaniæ* exceperis, secundum quæ *res expeditoriæ* cedunt filiis *I. P. S. lib. 1. art. 22. res geradicæ* vero filiabus:) *status*, & *ætatis*. Et quidem primi gradus liberi in *capita*: vlteriorum vero graduum in *stirpes* iure *transmissionis* seu *deuolutæ successionis*. *Nou. 118. c. 1.* ZOES. *h. n. 6. seqq.* COCCEI. *de succeff. nepot. S. 1. §. 8. 9.*

3. Hinc si nepotes vel pronepotes inter se *soli* concurrunt, itidem *in stirpes* admittuntur, quamuis videantur æquales esse gradu. *§. 6. in f. & §. vlt. I. de hered. quæ ab int. def.* Ne-

que enim hic ad *proximitatem gradus* respicitur, sed tantum, an eos nemo antecedat: parentes enim excludunt liberos in successione maiorum, STRYK. *de succes. ab int. diss. 1. c. 2. §. 35.* exceptis quibusdam casibus, vbi nepotes auo succedere possunt, filio tempore *mortis aui* superstite, quos illustrat COCCEI. *cit. l. S. 2. & 3.* Si ex *vna stirpe* sint nepotes, sine dubio succedunt *in capita*. COCCEI. *c. l. S. 1. §. 7.*

4. Liberi (2) ex *diuersis matrimoniis* suscepti, *communi* parenti *æqualiter* succedunt: *proprio* autem singuli separatim; RICHTER. *de succes. ab int. sect. 1. m. 1. n. 17.* nisi quod, quæ iure *vsusfructus* ad coniugem superstitem a priori marito peruenerunt, liberis *prioris matrimonii* sint præcipua. Per *vnionem* tamen huius generis liberi in successione parentum quandoque exæquantur.

5. *Adoptiui* (3) itidem succedunt *patri* & in *paterna linea* ascendentibus, si horum *voluntate* adoptio facta, etiamsi *minus plene* adoptati sint. *l. 10. §. 1. C. de adopt.* durante *vinculo adoptionis*, vsque ad mortem patris. Adeoque ab *auo materno* adoptatus simul cum matre succedit auo. Et quamuis alias *matri* non succedant, admittuntur tamen, si ab illa, dispensatione interueniente, sint adoptati. *l. 5. C. de adopt.*

6. (4) *Legitimati* per *subsequens matrimonium* suc-

succedunt vt legitime nati. Sed non æque per *rescriptum principis* legitimati, si *ante legitimationem* iam adsint *legitime nati* liberi, nec successionis aliqua facta mentio in rescripto. *N. 74. 89.* Post *mortem* patris, vel *citra eius instantiam* legitimati non præiudicant agnatis in successione patris.

7. *Illegitime nati* (5) dum modo non sint ex *adulterino* vel *incestuoso concubitu* procreati, matri & maternæ lineæ succedunt. §. *3. I. de SCt. orphit.* Patri vero, si de eo constat, non aliter, quam si hic nec legitimam vxorem nec liberos legitimos relinquat; tunc enim cum *matre* in duabus vnciis succedunt. *N. 89. c. 12. §. 4.* Quamuis vero (6) iure Romano hoc tantum obtineat in *naturalibus*, per iuris canonici principia tamen hoc ad *spurios* quoque extensum est, cum in ceteris quoque materiis, vt *legitimationis*, *alimentorum*, &c. hæc exæquatio facta.

8 Denique (7) *ex damnato alio coitu procreati* plane non succedunt, *auth. ex complexu C. de incest. nupt.* quamuis hodie communiter alimenta talibus assignentur. STRYK. *c. l. c. 2. §. 58.*

9. Deficientibus *descendentibus*, successio deuoluitur ad ASCENDENTES. Inter hos proximiores succedunt *æqualiter*, nisi quod patri *profectitium peculium* sit præcipuum: in reliquo peculio autem mater æque admittitur, *N. 118. c. 2.* patri tamen saluo manente vsufructu, quem viuentibus liberis habuit. *N. 118. c. 2.*

10. Proximioribus deficientibus, ad *auitam* lineam deuoluitur succeſſio, vbi non ſucceditur in *capita*, ſed in *lineas*, *maxime* ſi impares numero ſunt *N. 118. c. 2. verſ. ſi vero eundem.* Admiſſi tamen ſunt cum parentibus defuncti fratres & ſorores, horumque liberi in *ſtirpes: N. 127. c. 1.* quo caſu tamen aſcendentes indiſtincte *in capita* ſuccedunt per *N. 118. c. 2 verſ. vt & aſcendentium.* STRVV. *ex. 38 th. 29.* vnilateralibus excluſis. *N. 127 c. 1.* Iure *Germanico* ſoli parentes ſuccedunt. *I. P. S. lib. 1. art. 17.* quod Saxones adhuc obſeruant.

11. Neque vero diſtinguitur, vnde bona prouenerint, dum ad filium ſemel deuoluta reſpectum illum, vtrum *paterna* an *materna* fuerint? amiſerint.

12. In aliis *ſucceſſio*, *ſi ratio diuerſitatis dari nequit*, *eſt reciproca.* Vnde (1) parentes ita non ſuccedunt *vnitis*, vti hi illis; (2) nec *minus plene adoptiuis*; §. 2. *I. de adopt.* (3) nec arrogatis *in impubertate* defunctis. §. 3. *I. eod.*

13. Tandem deficientibus aſcendentibus COLLATERALES admittuntur iuxta *gradus proximitatem.* Inde vocantur primo *fratres* horumque *liberi*, *N. 118. c. 3.* in quibus locum habet (α) *ius repræſentationis.* Ergo ſi fratrum liberi inter ſe ſoli ſint, *proprio iure* ſuccedunt in *capita* per *R. I. de Anno 1529.* §. *item* als bieher &c.

14. (β) *Ius duplicis vinculi*; nam *vnilaterales*

rales excluduntur, *N. 118. c. 3.* etiam tunc, vbi fratrum germanorum *liberi soli* inter se concurrunt, quamuis ad excludendos fratres vnilaterales succedere debeant iure *repræsentationis; N. cit. verſ. vnde conſequens eſt.* STRYK. *c. l. diſſ 3. c. 1. §. 12. 18.* niſi *vnilateralium liberi* cum his concurrant.

15. His præſuppoſitis, etiam fratrum liberi de *iure communi* excludunt *defuncti patruum*, in *æquali* quamuis *gradu conſtitutum*, *N. 118. c. 3. verſ. quandoquidem*, & quidem *iure repræſentationis.* Neque enim *reſpectus parentelæ*, in quo diſſentientes ſe fundant, hic allegari poteſt, cum alioquin *fratrum nepotes* defuncti *patruum* quoque excluderent.

16. His ceſſantibus *fratres vnilaterales* horumque *liberi* in *ſtirpes* admittuntur. *N. 118. c. 3. auth poſt fratres C. de legit. hered.* In bonis tamen *paternis* iure *codicis*, præferuntur *conſanguinei:* in *maternis* vero *vterini*, in reliquis ſuccedunt *æqualiter*, *l. 13. §. 2. C. de leg. hered.* quod *iure nouellarum* non eſt correctum. Imo excludere etiam videntur defuncti patruum *iure repreſentationis. N. 118. c. 3. verſ. quandoquidem.*

17. Eiusdem iuris cum vnilateralibus habentur (α) fratres *adoptiui* reſpectu ſucceſſionis agnatorum, modo *perfecte* adoptati ſint: β) fratres *vterini naturales* ſeu illegitimi, adeo vt ſpurio mortuo fratres legitimi quoque ſuccedant, cum ſint reſpectu eius vnilaterales: (γ) *legitimati per reſcriptum principis*, cum per ſub-

sequens matrimonium legitimati cum iis, qui post nascuntur, *duplici vinculo* coniuncti sint.

18. In reliquis collateralibus cessat *ius duplicitatis* vinculi atque *repræsentationis*, adeoque simpliciter proximiores succedunt *in capita*. Succeditur vero *in infinitum* non obstante §. *f. I. de succeff cognat.*

19. Deficientibus omnibus cognatis ad *coniugem* superstitem deuoluitur successio. Affinium vero nulla est successio. *l.* 3. 7. *C. commun. de succeff.*

20. Ex *iuris specialis dispositione* aliquando deficientibus agnatis succedit (1) *collegium*, cuius membrum defunctus fuit, non omne quidem, sed cui in legibus *speciatim* hoc ius est concessum, vt in *l. 1. 2. 4. 5. C. de hered. decur.*

21. Sic etiam (2) *ecclesiæ* ius succedendi datum in bona *parochi* vel *alterius clerici* absque heredibus decedentis. *l.* 20. *C. de episc. & cler.* (3) Socius liberalitatis imperatoriæ, altero sine heredibus moriente, succedit in partem donatam. *l. vn. C. si liberal. imp. soc.* REBHAN. *dissert. add. l. vn.* (4) Qui furiosum, a proximis consanguineis plane derelictum, alendum fuscepit. *N.* 115. *c.* 3. §. 12.

22. Tandem his omnibus deficientibus (5) *Fiscus* bona tanquam *vacantia* occupat, vbi tamen (α) præmittenda *citatio edictalis*: (β) nemine in termino præfixo comparente, *declaratio* accedere debet, quod sint *vacantia*.

23. Suc-

23. Succedit vero fiscus *domicilii* in omnia mobilia & immobilia ibi sita; alibi vero sita immobilia *fiscus illius loci* occupat. STRYK. *de succes. ab int. diss. 5. c. 1. §. 47.*

24. Tenetur tamen fiscus ad onera hereditaria soluenda, *l. 11. de iur. fisc. l. 6. eod.* cum *ius vacantiæ* etiam *titulum vniuersalem* constituat, non tamen *vltra vires hereditarias, l. 1. §. 1. eod.* quamuis ad *beneficium inuentarii* obstringatur, STRYK. *c. l. §. 53.* hodie vero *iurata specificatio* sufficiat.

25. Denique in Germania obtinet SVCCESSIO PACTITIA. Hæc *iure Romano* non quidem plane incognita, *l. 19. l. f. C. de pact. l. 3. §. 2. pro soc.* regulariter tamen prohibita est. Priscis Germanis antiquior *fides* testamentis fuit. TACIT. *de mor. Germ. c. 20.* HERT. *de Paræm. iur. lib. 1. paræm. 8. §. 2. & 7.* Romani contra *libertati testandi* mirum in modum fauerunt, qui fauor proinde apud nos tantus esse non debebat. IO. SAM. STRYK. *speciali programm. de fauore testam. non fauorabili.*

26. *Acquiritur* pacto hereditas (1) per *pacta dotalia*, de quibus *P. 2. p. 86. tit. de pact. dotal.* (2) *vnionum prolium*, de qua *P. 1. p. 48. §. 7. sqq.* (3) Pactum *confraternitatis* principum, inter illustres hunc in finem constitutum, vt, deficiente vna familia, altera succedat.

27. Requiritur vero in bonis *feudalibus* Imperatoris consensus, tanquam *domini feudi*,

imo & hodie electorum & quandoque *reliquorum statuum; Capit. Caroli VI. art. 30.* vix vero in allodialibus.

28. Præterea (4) per *pactum ganerbinatus*, (de cuius vocis origine vid. HERT. *de special. Rom. Germ. Imp. rebusp.* §. *30.*) olim, vbi diffidationes frequentes adhuc erant, constitui inter nobiles familias solitum, tum ad *defensionem communem* tum etiam ad *successionem*, gente vna Ganerbiorum extincta. Dn. WALDSCHMID. *de pact. Ganerb.* Hodie vel vltimum sufficit, valetque eo magis, quod *confœderationem* nullam contineat. Pertinent huc etiam (5) *fideicommissa* familiæ *conuentionalia*, quibus *bona auita* secundum *ius Germanicum* in familia conseruantur.

29. *Disponi* etiam potest per pacta de hereditate tertii viuentis, *l. f. C. de pact.* modo (α) *tertius consentiat: l. f. cit.* (β) *in consensu illo subsistat. l. f. cit.* De hereditate incerti valide paciscimur, *l. 3.* §. *2. l. 73. pro soc.*

30. Quin & per pacta *conseruatur* hereditas, cuius amissio instabat. Sic cognati impuberis arrogati ita sibi conseruant hereditatem. *l. 18. de adopt.* De aliis exemplis vid. STRYK. *c. l. diss. 8. c. 3.* §. *10. seqq.*

31. Denique per pactum valide *renunciatur* futuræ hereditati, non quidem de *iure ciuili*, *l. f. de suis & legit. hered. l. 3. C. de collat. l. 35.* §. *1. C de inoff. testam.* sed *iure canonico*, si *iuramento corporali* sit munitum. *c. 2.*

de

de pact. in 6. Imo *iure Germanico ſimplex pactum* valet. Land-R. *lib. 1. art. 13.*

32. Excludit hoc pactum filias renunciantes (quæ *iure Germanico* non ſuccedebant) a tota hereditate, & ſic etiam *a legitima*, quamuis conſultius ſit, in ſpecie eius mentionem in renunciatione facere, non tamen vlterius, quam quousque is, in cuius fauorem facta, viuit. Hoc vero *ſine prole* decedente, illæ *ſuo ordine* admittuntur GAIL. 2. *O. 148. n. 10.* Idque multo magis obtinet, ſi filia ſucceſſionem ſibi reſeruauit, quo *reſeruato regreſſu* fideicommiſſum tacitum conſtituitur. STRVV. *ex. 38. §. vlt.* FROMMAN. *de exiſt. condit. renunc. hered. ſeru.*

Lib. XXXIX. Tit. I. (VIII. 10. 11.)

De noui operis nunciatione.

1. NVNCIATIO NOVI OPERIS eſt *prohibitio legitime facta ædificanti in alterius præiudicium, vt ab opere incæpto deſiſtat, donec remiſſio facta fuerit vel ſatisdatio interuenerit.*

2. Facienda eſt ipſa nunciatio, (1) *legitime.* Fit autem (α) *ſolennibus verbis, iactu lapilli* accedente. *l. 5. §. 10. h.* SCHILT. *ex. 42. th. 16. ſqq.* quæ *primario* ita dicitur. *l. 20. §. 1. quod vi aut clam.* (ϐ) Per *vim priuatam*, cum is, in cuius præiudi-

iudicium aliquid exstructum, id quod ædificatum, destruit. *c. l. 20.* (γ) Per *imprecationem officii iudicis*, vt is per *interdictum* prohibeat. *l 5. § 10. h.*

3. Differunt in effectu, quod *verbalis* aduersarium faciat possessorem, cum *realis* illam nobis tueatur: vnde si *in nostro* ab alio aliquid fuit ædificatum, consultius *realis* adhibetur: si *in suo*, quamuis in nostrum præiudicium, *verbalis* vel *iudicialis* adhibenda. *l. 5. §. 10. h.* Imo *verbalis*, quia *exorbitans* est, tantum obtinuisse videtur, si periculum erat in mora, seu vbi *copia iudicis præsens* cessabat: *iudicialis* vero regularis erat.

4. Facienda *verbalis* (de qua *primario h. t.* agitur (II) *in ipsam rem*, *l. 10. h.* siue dominus *præsens* siue *absens* fuerit, modo adsint, qui intelligant. *l. 5. §. 3. l. 11. h.* Hinc (α) stringit etiam dominum *ignorantem*: *l. 1. 5. h.* (ε nihil operatur, si domino alibi, quam *in re ipsa* facta est. *l. 5. §. 4. 16. h.*

5. Facienda (III) *ab iis*, *qui habent ius in re*: *l. 1. §. 19. l. 3. §. 3. h.* si *plures* sunt, singuli nunciare debent, nec facta prohibitio alterius alteri prodest. *l. 5. §. 6. h.*

6. Inde & *creditor antichreticus* nunciare potest *l. 9. h.* An etiam *vsufructuarius* respectu *seruitutum*, quæ fundo vsufructuario debentur? LABEO & MARCELLVS id negarunt. *l. 1. pr. si vsusfr. pet.* IVLIANVS affirmauit in *l. vlt. §. 4. de remiss.* VLPIANVS vero vtriusque sententiam recte conciliauit dis-

distinctione in *l. 1. §. 20. h.* vt non quidem *suo*, bene tamen *procuratorio* nomine nunciare queat. conf SCHILTER. *exerc 42. §. 9.* Proinde ipsi *domino* nunciare nequit. *l. 2. h.*

7. Nunciant etiam, quibus *realis seruitus* competit, *l. 3. §. pen. l. 8. pr. l. 9. h. l. 6. §. f si seru. vindic. l. vn. in f. de remiss. l. 15. de S. P. V.* sine distinctione, vtrum sit *rustica* an *vrbana?* THOMAS. *de seruit. stillicid.* ZOES. *h. n. 6.* Quamuis enim in *l. 14. h.* quoad *rusticas* id in dubium vocatum videatur; constat tamen, textum loqui tantum de *verbali*, quæ sub voce *nunciationis noui operis* primario intelligitur, quæ, vbi nullum *in mora* periculum erat, locum non habebat. *Iudicialis* tamen eo ipso haud excluſa est. *arg. l. 3. §. 2. l. 5. §. 10. h.*

8. Facienda est (IV) *respectu operis inchoati*, *l. 5. §. 2. h.* vel *iamiam inchoandi*, *l. 21. §. 3. h.* SCHILT. *c. l. §. 5.* quod vergit in alterius *præiudicium: l. 1. §. 11. h.* non respectu operis *iam perfecti;* vbi vtendum quandoque *interdicto quod vi aut clam l. 1. §. 1. h.*

9. Hæc nunciatio in ædificante *obligationem absolutam* operatur, vt ab ædificando desistat, donec *de iure* constiterit, *l. 8. §. 4. h.* modo (α) ius alterius adhuc sit dubium; secus si notorie friuola sit prohibitio: *l 5. §. 13. h.* BACHOV. *ad Treutl. V. 2. disp. 18. th. 1. lit. b.* (β) publicum inde non lædatur: *l. 5. §. 11. h.* (γ) res moram patiatur; *l. 5. §. 12. h. l. 1. §. 13. de cloac. l. 3. §. 8. d. riv.* alioquin *remissio* decernitur.

10. Si-

10. Si prohibitus contra prohibitionem legitime factam ædificat, nuncianti datur *edictum demolitorium* contra ædificantem, *l. 20. §. 1. h.* vt *propriis sumtibus* destruat, quod post denunciationem est ædificatum, *l. 20. h.* Contra heredem vero & successorem singularem, vt *patientiam destruendi* præstet. *l. 22. l. f. h.*

11. Tollitur effectus prædictus (1) *morte nunciantis, l. 8. §. 6. h.* nisi iam aliquid contra ædificatum sit: *l. 20. §. 6. h.* (2) *pacto conuento. l. 1. §. 10. h.*

12. (3) *Remissione*, cum iudex, summaria causæ cognitione præcedente, eam remittit, de qua *ad tit. de remiss.* (4) *Cautione l. 20. §. 11. l. 21. §. 1. h.* de destruendo ædificatum, si post apparebit, contra ius ædificatum esse, quæ cautio *extra iudicium* in *verbali nunciatione* olim præstabatur & acceptanda erat *l. 5. §. 17. h.*

13. Quodsi *iudicialiter* nunciatio facta & alter *satisdationem* accipere detrectat, iudex aditus cognoscit summariter de iure ædificandi, & si ædificationem intra *tres menses* nullo iure niti probabiliter videat, non admittit satisdationem; sin autem ius ædificandi adhuc sit dubium, post *tres menses* potest iniungere satisdationem. *l. vn. C. h.*

14. In summa multum *arbitrio iudicis* hic committendum, qui ex *temporis qualitate* & aliis circumstantiis statuet, vtrum cautio etiam *intra tres menses* sit admittenda nec ne? STRVV. *ex. 39. th. 12.* ENGELER. *ad D. h. §. 8.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 6. 12. 13. f. l. si autem 2. l. Nam Reip. 4 l. de pupillo 5. §. 2. 3. 4. 10. 11. 12. 18. l non solum 8. §. 1. 6. l. creditori 9. l. operis 10. sq l. si priusquam 15. l. prætor ait 20. pr. 3. 6. l. pen. l. vlt.

Ex Codice l. vn.

Tit. II.

De damno infecto & de suggrundiis & protectionibus.

1. SI damnum ex *ruinosis ædibus* & imprimis ex *protectionibus* & *suggrundiis* (de quibus vid. *l. 242. de V. S.*) alterius in vicinas ædes decidentibus erat datum, directa *ad damnum datum resarciendum* non competebat actio, præsertim si rudera alter pro derelicto habere vellet. *l. 6. h. l. 7. in f. h.* Interim *aliquando*, extra ordinem *ex iusta causa*, reddebatur interdictum, vi cuius vicinus compellebatur aut tollere ædes, præstita cautione etiam de *præterito damno*, aut totas pro derelicto habere. *l. 7. in f. l. 8. l. 9. pr. h.*

2. Ex *regulis* itaque *prudentiæ* & ratione *vtilitatis publicæ*, vt ruinæ præcaueantur, introducta est *cautio damni infecti*, quæ præstanda propter damnum imminens ex alterius ædibus vel sun-

fundis ruinam minantibus, ad *damnum futurum* resarciendum. *l. 7. pr. §. 1. h.*

3. Hæc cautio (I) *exigenda coram magistratu*, *l. 4. §. 8. h.* etiam *municipali*; *l. 1. l. 4. h.* res enim requirit celeritatem, Postulatio *extraiudicialis* non sufficit. *l. 44. pr. h.* SCHILT. *ex. 42. §. 33.* Contra magistratum autem in mora existentem datur actio in factum, ob damnum ex *mora* eius datum. *l. 4. § 7. seqq. h.* Conf. STRYK. *de mora iudic.*

4. *Agunt* (II) *ad cautionem præstandam*, *quorum periculo res est*, *l. 18. pr. h. l. 13. §. 5. 8. h.* iudicis arbitrio saluo *l. 13. §. 3. h.* Aliquando implorantibus defertur *iuramentum calumniæ. 6. l.*

5. Necesse tamen est, (III) *vt alio remedio implorantes destituantur.* Sic itaque vsufructuarius non exigit a proprietario, *l. 18. §. 2. h.* nec socius in re communi, *l. 32. h.* nec inquilini a suis dominis, *l. 13. §. 6. h.* quippe qui ex contractu satis tuti sunt. conf. *l. 38. h.*

6. (IV) *Agitur aduersus eos*, *qui ius in re ruinosa habent*, quatenus nimirum a re, in qua ius alteri competit, damnum metuitur. *l. 30. h. l. 9. §. 4. 5. h.* Si *plures* sunt, *singuli* cauere debent. *l. 5. §. 1. l. 27. h.*

7. Interest tamen in *modo* cauendi, vtrum possessor sit *dominus* nec ne? Priori casu sola *remissione* (hodie durch) einen gerichtlichen reuers) cauendum. Posteriori vero *satisdatione*

ne opus, quia quasi *alieno nomine* respectu rei cauetur. *l. 7. pr. l. 9. §. 4. sqq. h.*

8. Tendit cautio (V) *ad præstandam indemnitatem respectu damni futuri* seu *infecti. l. 2. h.* Qui *tardius* illam exegit, vt interim ædes corruerint, de se queri debet. *l. 44. h.* Vt vero ex *cautione* agi queat, damnum contingere debet (*a*) *ex vitio operis*: quod *casu fortuito* contingit, *l. 43. pr. h.* vel quod vicinus iure suo fecit, cautione non continetur. *l. 24. §. f. l. 26. h.*

9. (C) *Intra tempus præfinitum.* Etenim receptum est, vt *certum tempus* adiiceretur: *l. 13. §. 15. h.* hoc præterlapso, iudicis erat, cognoscere, an *de nouo* cautio extendenda esset? *l. 14. l. 15. pr. §. 1. h.*

10. Quodsi intra illud tempus *ex ruina* damnum contingat, cauens actione *ex stipulatu* tenetur ad illud restituendum, *l. 18. §. 6. h.* vt tamen *immoderata æstimatio* non sit facienda. *l. 40. pr. h.*

11. Qui cauere recusat, hunc prætor cogit per *missionem in possessionem* illius, cui cauendum erat, & mittendi sunt omnes, si pluribus est cauendum, pro æqualibus partibus. *l. 40. §. f. h.* Alias quoad ædificia ruinosa missio fit in *vniuersas ædes*, secus in *agris. l. 38. §. 1. h.*

12. Qui vero missum non admittit, contra hunc vel datur *actio in factum*, vt tantum præstetur alteri, quantum ei præstari oporteret, si de ea cautum fuisset, *l. 15. §. f. h.* & ita in effectu cautio habetur in *contumaciam* pro *præ-*

stita: vel interdicto *vnde vi* eum prætor tuetur. *l. 18. §. 15. h.*

13. Si missio ex *primo decreto* cautio non præstatur, post *interuallum aliquod*, arbitrio iudicis determinandum, *l. 15. §. 21. seqq. h.* sequitur missio ex *secundo decreto*, per quod *dominus* constituitur. *l. 15. §. 16. h. l. 7. §. 9. comm. diu. l. 1. pr. de fund. dot.*

14. Hinc (α) dominus prior deiiciendus est de possessione: *l. 15. §. 23 33. h.* (β) missus consequitur *rei vindicationem: l. 7. §. 9. comm. diu.* & (γ) vsufructuarius missus *iure dominii* possidet, finito licet vsufructu. *l. 7. §. 1. de vsufr.* Quodsi (δ) is, in cuius ædes missio ex secundo decreto facta, dominus non fuit, constituitur missus in *conditione vsucapiendi. l. 5. pr. l. 15. §. 16. h.* GOTHOFR. *ad d. l. 5.*

15. Si nemo ruinæ imminentis nomine agit, ad curatoris reipublicæ officium spectat, vt dirutæ domus a dominis exstruantur. *l. 46. h. t.*

TEXT. NOTAB.

L. damnum 2. l. dies cautionis 4. §. 5 8. l. prætoris 5. pr. l. euenit 6. l prætor ait 7. seq. l. hoc amplius 9. pr. §. 4. l. qui bona fide 13. §. 3. fin. l. si finita sit 15. pr. §. 1. 7. 11. 12. 13. 15. 16. 18 19. 20. 21. 25. 29. 35. f. l. damni infecti 18. §. 5. l. si uminum 24. §. f. l. proculus ait 26. l si ædibus 32. l. ex damni 40. l. in resiciendo 41. l. ad Curatoris 46.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0822
DFG

Tit. III.

De aqua & aquæ pluuiæ arcendæ (*actione*)

1. DE AQVA ſpeciatim cauetur, (α) ne ſine permiſſu principis ducatur per *viam publicam*: *l. 18. §. 1. h.* (β) ne facile aquæ ductus concedatur ex *flumine nauigabili*: *l. 10. §. 2. h.* (γ) vt in concedendo vſu aquæ non tantum eorum conſenſus exquiratur, in quorum loco aqua oritur, ſed etiam eorum, qui vſum eius aquæ habent: *l. 8. l. 9. h.* (δ) vt, qui aquæ ductum *ab antiquo* habent, defendantur in poſſeſſione, quod *vetuſtas talis* loco tituli ſit. *l. 1. inf. l. 2. pr. §. 5. l. f. h.*

2. DE AQVA PLVVIA ſpecialis actio introducta AQVAE PLVVIAE ARCENDAE dicta, *quæ datur domino fundi contra dominum vicini fundi, qui opus fecit, ex quo alteri ob aquam pluuiam damnum imminet, ad id, vt tollat, quod factum eſt. l. 1. pr. §. 2. h.*

3. Requiritur vero (I) *vt opus ſit factum. l. 1. pr. §. 1. h.* Non enim datur, ſi (α) opus aliquod deſtructum ſit, quamuis aqua pluuia propterea in inferiorem fundum fluat: *l. 1. §. 22. h.* (β) ſi alias aqua naturaliter noceat: *l. 1. §. 15. 23. h.* (γ) Si *ex accidente* forma fundi mutatur: hoc caſu tamen agi poteſt, vt vicinus permittat, rem in priſtinum deducere ſtatum. *l. 2. §. 6. h.*

4. (II) *In prædio ruſtico priuato.* Si ex *ædificiis* agro noceat, agendum *negatoria. l. 1. §. 19. h.*

5. (III) *Priuata auctoritate.* In hoc iudicium enim non venit, quod *publica auctoritate* factum. *l. 2. §. 3. l. 23. h.*

6. (IV) *Vt opus non ſit factum agri colendi gratia;* hoc enim permiſſum eſt, *l. 1. §. 3. 4. 15. h.* quatenus ſine eo arare aut ſerere quis non poteſt. *l. 1. §. 5. h.* ZOES. *h. n. 5.* STRYK. *de act. for. inueſt. S. 1. m. 10. §. 45.*

7. (V) *Nec vicino patiente: l. 19. h.* error non nocet, *l. 20. h.* etiamſi iuris ſit. Agi ergo nequit (1) ſi opus factum *memoriam hominum* excedat: *l. 2. §. 3. h.* (2) iure *ſeruitutis* aqua influat. *l. 1. §. 23. h.*

8. Inprimis vero neceſſe eſt, (VI) *vt ex tali opere aqua pluuia poſitiue alterius agro propter influxum noceat.* Aliud ergo eſt, (α) ſi aqua ex *fonte* vel *puteo* deriuatur: *l. 8. §. 5. ſi ſeruit. vind.* (β) ſi quis tantum lucro *priuatur*, dum ei aqua pluuia per opus ſubtrahitur. *l. 2. §. 5. l. 1. §. 11. 12. 21. h.*

9. Aliquando alteri ex *æquitate* ſubueniendum eſt, ſi, quod per *caſum* factum eſt, reſtituere actor velit, modo actori proſit, reo vero non noceat. Hoc quamuis tantum ad *officia humanitatis* ſpectare videatur, ex *lege* tamen neceſſitatem accepit, ob *agriculturæ* fauorem, adeoque vltra hunc caſum extendi nequit. *l. 2. §. 5. in f. h.* Similiter, contra eum, qui in ſuo

quid

quid fecit, vt alteri noceret, itidem agi potest: hoc deficiente animo, cessat actio. *l. 1. §. 12. l. 2. §. 9. h.*

10. Est hæc actio personalis, *l. 6. §. 5. h.* ex *æquitate* producta, simul tamen *in rem scripta*, *l. 6. §. 7. h.* adeoque datur contra *omnem possessorem*, cui lex obligationem imposuit; hac tamen cum differentia, quod ipse dominus *faciens* suis impensis tollere debeat opus; *l. 4. §. 2. h.* tertius vero possessor tantum præstare *patientiam*, *l. 6. §. 7. h. l. 12. h.* quo casu destruens impensas repetit ab eo, qui opus fecit. *l. 13. h.*

11. Quemadmodum vero tantum datur domino, & qui quadantenus talis est; *l. 4 pr. l. 3. §. f. l. 22. pr. h.* ita etiam tantum datur contra dominum, *l. 4. pr. h.* quatenus fundum adhuc habet: *l. 16. h.* qui in fraudem alienauit, nihilominus tenetur, & quidem intra annum, interdicto *quod vi aut clam*; post annum *de dolo l. 14. pr. h.*

12. Præter destructionem in hanc actionem etiam venit damnum *futurum*, *l. 14. §. 2. h.* & sic post litem contestatam. *l. 11. §. 3. h.* De præterito autem agi potest interdicto *quod vi aut clam*, *l. 14. §. 3. h.* cum formula huius actionis tantum de *damno auertendo* esset concepta. *l. 1. §. 1. l. 14. §. 2. h.* Hodie hæc duo remedia cumulari posse, non dubitatur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 3. 11. 12. 21. 22. 23. l. in summa 2. pr. §. 1. 5. 7. 8. l. si tertius 6. §. 6. 7. 8. l. in diem 9. l. supra iter. 11. §. 2.

l. emtor. 12 seq l. Antæus 14 l. Labeo ait. 19. l. si in meo 21.

Tit. IV. (IV. 61. 62. X. 16. 19.)

De publicanis & vectigalibus & commissis.

1. TRes huius tituli sunt partes. Primo agitur de PVBLICANIS, quales dicebantur omnes, *qui a fisco reditus vel vectigalia prouinciarum conduxerant. l. 1. §. 1. h.* Cammer- und Amts-Pachter. SCHILT. *ex. 42. §. 47.* Hi deinde aliis vectigalia quædam *particularia* sublocabant, qui itidem dicebantur *publicani*, de quibus forsan accipiendæ sunt *l. 12. pr. h. l. 9. ad L. Rhod. de iactu.*

2. Quod (I) *principales publicanos* concernit, expeditum est, conducere aliquid a fisco posse omnes, exceptis (α) *tutoribus* & *curatoribus* ante redditas rationes: *l. vn. C. ne tut. vel cur. vectigal.* (ϐ) *debitoribus fisci* vel *reliquatoribus*, antequam superiori conductioni satisfecerint. *l. 9. §. 2. h.*

3. Regulariter nemo ad conducendum vectigal *inuitus* compellitur, *l. 9. §. 1. h. l. 3. §. 6. de iure fisci*, nisi quod hi, qui maximos fructus hactenus consecuti sunt ex *redemtione vectigalium*, compellantur ea pro prioribus pensionibus suscipere, si postea tanto locari non possunt. *l. 11. §. 5. h.*

4. Lo-

4. Locabantur autem vectigalia (α) per *publicam licitationem*, & (ε) ad minimum ad *triennium*, *l. 4. C. h.* eique (γ) addicebantur, qui superior in licitatione erat, modo cautionem offerre posset *l. 9. pr. h.* Sed hodie res ex principis dependet arbitrio.

5. Quodsi vero publicani non soluunt pensiones, expelli possunt, etiam tempore conductionis non completo, vel ad vsuras compelli. *l. 10. §. 1. h.*

6. Pergo (II) ad *subpublicanos*, quorum *audacia* & *temeritas* varie coercetur, *l. 12. pr. h.* & quidem *extra ordinem*, si *illicite* per vim quid exactum. *l. 9. §. 5. h.* Simul quoque datur actio ex hoc edicto *in factum* ad pœnam tripli: si *absque vi*, alterum tantum exsoluendum, *l. 3. pr. h. c. l. 9.* ita vt, si plures sint publicani, singuli *pro rata* teneantur, quod non tam ex *crimine*, quam propter *fraudem* in contractu admissam teneantur, æque vt supra de *tutoribus* obseruatum est. *l. 6. h.*

7. Ceterum data est electio damnum passo, vtrum ex *hoc edicto*, an vero *actionibus ordinariis* furti, rapinæ &c. publicanum conuenire velit. *l. 1. §. 4. h.*

8. Altera pars agit de VECTIGALIBVS, quæ vel *agris* imponebantur, eisque inhærebant: *l. 7. pr. h.* vel erant *præstationes fisco soluendæ pro rebus, quæ inuehuntur & euehuntur. l. 16. §. 7. h.* Ab his distingui hodie debent (1) illæ præstationes, quæ a peregrinantibus exsoluendæ intuitu *pontium*, *viarum* &c. *l. 21. pr. de donat. inter vir. & vx.*

Gutschen-Zoll, Brücken-Zoll, Wegegeld, Fährdegelder &c (2) a *tributis*, quæ a *subditis*, qua talibus, sine respectu *commerciorum*, *de reditibus rerum*, ad instar *censuum* soluuntur. ZIEGL. *de iur. Maiest. l. 2. c. 7.* vid. infra *tit. de censib.*

9. Denique (3) ab illa etiam vectigalis specie differunt, quæ *moribus Germanicis* debetur, & penditur *pro conductu per territorium*, das Geleite. Huius origo repetenda ex prisca *licentia diffidandi*, & ita in pluribus locis differunt der Zoll, und das Geleite, ita vt in eodem loco *dominus territorii* sæpe habere possit den Zoll: *extraneus* das Geleite. SCHILT. *ex. 42. §. 53.*

10. Differentia harum specierum attendi debet in quæstione vulgari: *vtrum dominus territorii securitatem præstare transeuntibus a latronibus debeat, & ad damnum resarciendum teneatur, si aliquod perpessi sint a latronibus?* quod affirmandum respectu eius, qui percipit das Geleite. vid. *I. P. S. lib. 2. art. 27. R. I. de Anno 1559. §.* Damit denn die Obrigkeit, si (α) negligentia domino territorii possit imputari, & (ε) auriga *via ordinaria* vtatur. *cit. art. 27.*

11. Si damnum patiantur aurigæ propter *neglectam reparationem viarum publicarum & pontium*, qui tamen soluere debeant Weg- und Brücken-Geld: Contra dominum territorii, qui hoc vectigal percipit, agendum est. Sed plerumque actio inanis est. Sic etiam ratione *obiecti* & *subiectorum* quædam differentia occurrit.

12. Ius vectigalia *stricte dicta* indicendi, augendi

di & minuendi est maiestaticum. *l. 10. pr. h.* HVBER. *de iure ciuit. lib. 8. S. 3. c. 1. §. 25.* In Imperio Romano Germanico illud dependet ex *Imperatoris* & *Electorum vnanimi concessione. Cap. Leop. art. 21.* Tributa subditis imposita & illa onera, quæ pro *reparatione viarum & pontium* soluuntur, quilibet dominus territorii in suo territorio indicere potest, modo sub his appellationibus *vera vectigalia* non tegantur. *Capit. Carol. VI. art. 8. §.* dieweil sich aber.

13. Soluendum vectigal ab omnibus *personis* & *mercibus, l. 6. C. de vectig.* nisi doceatur exemtio. Imprimis consuetudo loci spectari debet, *l. 4. §. 2. h.* & sic ad LL. Romanas hodie vbique recurri nequit.

14. Inter immunes ab illo vectigali, quod *personarum intuitu* soluitur, de iure Romano recensentur sequentes: (1) fiscus: *l. 9. §. f. h.* (2) clerici, *I. P. S. lib. 2. art. 27.* quanquam non simpliciter: *l. 7. C. de SS. eccl.* vid. *ius paroch. sect. 5. cap. 3.* (3) studiosi; quod tamen magis interpretatione doctorum receptum, quam certa lege cautum. ZIEGL. *cit. tr. l. 2. c. 8. §. 8.*

15. Pertinent huc porro (4) legati: *l. 8. C. de vectig.* (5) exercitus: *l. 9. §. pen. h.* (6) præsides prouinciarum, *l. 4. §. 1. h.* quod priuilegium ex inepta æquiparatione applicuerunt ad *principes* & *comites*, res ad proprium vsum aduehi curantes. STRVV. *ex. 39. th. 48.*

16. Pari ratione cum potissimum *vectigalia rerum* (excepta specie, quod Geleit vocatur)

propter *conceſſam negotiationem* ſunt introducta, quædam *res* merito immunes ſunt, quo pertinent, (1) quæ ad *vſum proprium* inferuntur, *l. 5. C. de vectig. l. 203. de V. S.* ſicuti etiam huc referunt ſtudioſorum ſupellectilem: ZIEGL. *c. l. c. 9. §. 3.* (2) quod *exercendi ruris gratia* vehitur. *l. 5. C. de vectigali.* Hodie ad *legis determinationem* auf die Zoll-Rollen ſemper reſpiciendum. *l. 16 §. 7. h.*

17. Soluitur vectigal vel in *pecunia* vel ex ipſis *mercibus* volenti publicano. Quantitas variat, nec eadem vbique eſt. De iure Rom. erat *pars octaua* pretii. *l. 8. C. de vect.* Soluendum in eo *loco*, vbi *ſtatuæ mercuriales*, die Zoll-Stangen, erectæ ſunt, quem locum aurigæ doloſe euitare nequeunt. ZIEGL. *c. l. c. 10. §. 5.*

18. Poſtrema pars eſt de COMMISSIS ſeu *pœnis fraudantium vectigal*, quæ conſiſtunt in amiſſione mercium vectigalibus obnoxiarum. Iure Germanico *pœna quadrupli* olim ſoluebatur. *I. P. S. lib. 2. art. 27.*

19. Requiritur tamen, (I) *vt quis eas non profeſſus ſit apud publicanum: l. f. §. 1. 3. h.* publicani *admonitio* non debet præcedere. *l. 16. §. 6. h.* Profeſſione mercium facta, auriga a pœna commiſſi liberatur, licet vectigal non ſoluatur. *c. l. §. 12.*

20. (II) *Vt profeſſio ſit omiſſa doloſe.* Errantes excuſantur, duplumque vectigal ſoluendo liberantur. *l. f. §. 10. h.* *Ignorantia* autem *iuris* non excuſat. *c. l. §. 5.*

11. Ef-

21. Effectus pœnæ commissi est, quod statim delinquens *ipso iure* desinat esse dominus mercium, & dominium *fisco* acquiratur, *l. 14. h.* olim etiam publicano, *l. 11. C. h.* & sic persecutio detur aduersus omnem possessorem.

22. Vis hæc *commissi* afficit illas res, de quibus dominus soluere vectigal debuit, *l. 8. §. 1. l. 11. §. 2. l. 16. §. 2. & 11. h. l. 11. C. h. l. 1. C. quæ res ex part. non deb.* adeoque factum aurigæ, *tanquam sui procuratoris*, dominus præstare debet, cui regressus conceditur contra illum, SCHILT. *ex. 42. §. 60.* modo soluendo sit; alias merito innocenti domino succurrendum per restitutionem ex *clausula generali*. Sic & *heredes eo* nomine tenentur, *l. 14. h.* non vero ad aliam *pœnam. l. f. §. pen. h.*

23. Cessat illa vindicatio (α) lapsu *quinquennii: l. 2. C. de vectig.* (ξ) si res *periit* sine dolo possessoris: *c. l.* (γ) etiam *militibus pupillisque* ignoscitur. *l. 7. §. 1. h. l. 3. C. de vectig.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. si publicanus 4. §. 1. 2 l. si multi 6. l. fraudati 8. l. locatio 9. §. 2. 4. 5. 6. l. vectigalia 10. l. quantæ audaciæ 11. §. pen. f. l. commissa 14. l interdum 16. §. 5. 6. 8. 10. 12. 13 f.

Ex Codice l. Neque commissum 2. l. omnibus. 3. l. penes illum 4. l. vniuersi 5. l. ex præstatione 7 l. a legatis 8. l. quicquid 12. *de vectigal.* l. non solent 3 *vectig. noua instit. non poss.*

Tit.

Tit. V. (VIII. 54. ſqq.)

De donationibus.

1. DONATIO in conceptu generali eſt *actus liberalis, quo nullo iure cogente in alium quid transferimus liberalitatis exercendæ gratia. l. 29. h.* Et ſic etiam *legatum* in ſe comprehendit. In *ſpecie* vero tale negotium denotat, quo *donum confertur in alterum acceptantem*, de quo hic agitur.

2. Fit hæc vel *inter viuos* vel *mortis cauſa*. Illa eſt, *qua irreuocabiliter per pactum* (vel olim *ſtipulationem* vel *præſentem dationem*) *ſine reſpectu ad caſum mortis, gratis quid in alterum transfertur liberalitatis exercendæ gratia. l. 1. pr. h.*

3. Requiritur vero quoad DONANTEM, (I) *vt liberam rerum ſuarum habeat adminiſtrationem. l. 14. C. h.* Hinc (α) filiusfam. ex *peculio profectitio* non donat, *l. 7. pr. h.* bene tamen ex *caſtrenſi* & *quaſi*, vt & ex peculio *aduentitio irregulari. l. 7. §. f. h.* Nec (ε) tutores ordinarie donant, niſi quatenus *dignitas pupillorum* illud poſtulat. *l. 12. §. 3. de admin. tut.* Simile (γ) de aliis perſonis, quæ alienare non poſſunt, iudicium ferri poteſt.

4. (II) *Vt ſpecialis ratio ciuilis donationibus non obſit*, qualem ſupra vidimus in coniugibus. *tit. de donat. int. V. & V.* Huc olim præterea referebantur (1) *damnati capitis*, quoad donationes poſt crimen factas, *l. 15. h.* quæ tamen prohibitio ceſſare videtur poſt *auth. bo-*

na

na damnatorum. C. de bon. proscript. HVBER. *h. §. 6.*

5. (2) Nec pater filiisfam. recte donat, *l. 25. C. de donat. int. V. & V.* nisi morte patris confirmetur, *c. l.* nec (3) debitor obæratus in fraudem creditorum. *l. 6. §. 11. quæ in fraud. credit.*

6. (III) *Vt voluntatem donandi sufficienter declarent. l. 20. C. h.* Donatio enim non præsumitur: *l. 9. h. l. 25. pr. de probat.* quæ præsumtio tamen per fortiores elidi potest. *l. 34. de neg. gest. l. 26. de probat. l. 13. §. f. de donat. int. V. & V.* BRVNN. *ad cit. l. 26.*

7. Quoad DONATARIVM desideratur, (IV) *vt in donationem*, vel *verbis* vel *factis* vel *statim* vel *ex post facto consentiat*, *l. 55. de O. & A. l. 10. l. 19. §. 2. h. l. 10. C. h.* cum alias ne quidem præsumatur, SCHILTER. *ex. 43. §. 24.* nisi constet, quod vel *statim* vel *ex post facto* sciuerit. Quodsi ante *acceptationem* moritur, donatio nullius est momenti, nec heredes quidquam eo nomine prætendere possunt. *Iure nouo* sufficit acceptatio a *tertio* facta. vid. *dissert. de iure perfecto ex pacto tertii quæs.* SAND. *l. 5. tit. 1. def. 1.* In *remissione debiti* idem obseruandum. *l. 53. de solut.*

8. Sicuti vero in *donante*, ita etiam in *acceptante* adesse debet & *voluntas* & *facultas*. Hac destituuntur coniuges & iudices aliæque personæ in dignitatibus constitutæ. *l. 6. §. 3. de offic. proc. & leg. l. 2. 3. de condict. ob turp. caus.*

cauſ. l. 3 4. ad L. Iul. repet. ZIEGL. *in Dicaſt. concl. 20.*

9. Quoad RES deſideratur, (V) *vt alienatio earum permiſſa ſit.* Hinc (α) iure Germanico olim donari non poterant *bona hereditaria* ſine *heredum conſenſu. I. P. S lib. I. art. 34. & 52.* Mobilia libere donare poterat, adhuc validus: *cit. art. 52.* (ε) donatio *rerum alienarum* præter *conditionem vſucapiendi* nihil operatur: *l. 3. in f. pro donat.* (γ) *rerum alias prohibitarum*, & ſic facile patet, quid de famoſa, quamuis ficta, donatione CONSTANTINI M. dicendum ſit?

10. Nulla vero (3) apparet ratio, cur non etiam *omnia bona futura* & *præſentia* valide donari poſſint: *l. 8. C. de reuoc. donat.* ZOES. *h. n. 28.* STRYK. *de caut. contr. S. 3. c. 9. §. 4.* CARPZ. *p. II. C. 12. def. 27.* quamuis ex rationibus admodum imbecillibus in contrariam ſententiam plurimi abeant. SCHILT. *ex. 43. §. 19.*

11. Quoad MODVM (VI) *vt, quatenus excedit 500. ſolidos, inſinuetur iudici*, & quidem *cuicunque:* ZOES. *h. n. 41.* STRYK. *c. l. §. 5.* alias eius omiſſio vitiat exceſſum. *l. 34. l. 35. C. h.* Plures tamen donationes, diuerſis temporibus factæ, & ſimul ſumtæ quantitatem iſtam excedentes, non neceſſario inſinuandæ. *l. 34. §. 3. C. h. Quantitatem* SCHILTERVS *ex. 43. §. 11. ad 1250. Thl. extendit.*

12. Perinde autem eſt, ſiue quis ſe *obliget* ad certam quantitatem dandam, ſiue *remittat* quantitatem vltra 500. ſolidos; niſi forſan repudie-

pudietur ius acquirendum in *fauorem tertii*, vt huic soli accrescat, veluti legatum vel hereditas. *l. 23. h.* ZOES. *h n. 53.*

13. Ab *insinuationis* necessitate eximuntur donationes (α) factæ a principibus, & eorum *vxoribus* in priuatos, *l. 34. C. h.* quippe quibus lex hæc non præscripta; (ε) a magistris militum factæ in milites: *l. 34. pr. l. 36 §. 1. C. h.* (γ) ad *redemtionem captiuorum*, & (δ) *restitutionem ædium* incendio forsan consumtarum. *l. 36. pr. C. h.*

14. Olim etiam (ε) donatio ecclesiis facta quodam gaudebat priuilegio, *l. 19. C. de SS. eccl.* quod tamen post *l. 36. C. de donat.* in effectu cessauit, neque hic aliqua extensio est admittenda. LINCK. *de iur. templ. C. vlt. §. 8.* conf. *ius paroch. S 5. c. 1. §. 12.*

15. Ad alias vero non pertinet donationes hoc requisitum, quam *inter viuos* & *proprie dictas*. Hinc extendi nequit (a) ad *remuneratorias*: (b) factas *ob causam*: (c) *mortis causa*.

16. (VII) FINIS ostendit, *donationem fieri liberalitatis exercendæ gratia. l 1 pr. h.* Quatenus itaque vt *facienda* consideratur, fluit ex *virtutis* & *amoris* præcepto, atque eatenus dicitur fieri *nullo iure cogente*: *l. 29. pr. h.* semel *facta*, vinculum *iuris perfectum* operatur, pertinetque ad *iuris prudentiam*.

17. Hinc paulisper a *proprie dicta donatione* receditur, vbi vel ante *aliqua* ad donandum *obligatio* adest, vt in *remuneratoria*: *l. 25. §. 11.*

ff. 11. de petit. hered. l. 27. h. SCHILTER. *ex 43. §. 2.* vel donatarius ad aliquid præstandum se obstringit, qualis est *modalis*, adeoque vtraque secundum regulas *simplicis donationis* non semper diiudicari potest.

18. In *remuneratoria* tamen requiritur, *vt donatarius singularia, & quæ præstatione pecuniaria alias exæquari solent, merita in donantem contulerit*, vel alias *singulare beneficium* alteri præstiterit. Vulgaria merita non sufficiunt. *l. 27. l. 34. inf. h.* Sic itaque merito ea probanda, & ita vtile est, vt in instrumento exprimantur. STRYK *disp. de bene merit. c. 2. n. 29. seqq. & de caut. contr. c. l. §. 3.* FRANZK. *ad tit. de euict. n. 506.* HAHN. *ad W. h. n. 4.*

19. Donatio vero *sub modo* fere incidit in contractum *do vt facias;* hinc cessante donatario datur condictio causa data causa non secuta. *l. 1. C. de donat. sub mod.* Huc etiam *certa ratione* pertinet fideicommissum conuentionale, *l. 3. C. eod.* ZOES. *h. n. 62.* vel si res donetur, vt certa seruitia, veluti in *feudis*, vel singulis annis pauperibus aliquid præstetur.

20. (VIII) *Vt ius perfectum in res donatas donatario conferatur.* Proinde (α) regulariter *irreuocabiliter* apud donatarium permanet, *l. 2. 3. 5. l. f. C. de de reuoc. donat.* nisi aliter cautum sit: *l. 2. C. de donat. quæ sub mod.* (β) donatio ad *titulos dominii translationis* refertur: (γ) facile distinguitur ab aliis negotiis, vbi

gratis

gratis vel *vsus* conceditur, vel aliud *officium humanitatis* præstatur, vt in *deposito*, *commodato*, *tutela*, *negotiorum gestione*, & *mandato*; quamuis hæc negotia dicantur *beneficium*. *l. 17. §. 3. commod. l. 9. pr. l. 32. h. t.*

21. Proinde *donans* ad tradendam rem donatam *iure nouo* adstringitur, licet simplici *pacto* promissio inita fuerit, *l. 35. §. f. C. de donat.* quod multo magis hodie procedit Non tamen vltra id, *quod facere potest*, excutiendus donans, ob beneficium *competentiæ*. *l. 19 §. 1. de re iudic.* In donatione per *remissionem* iam olim *nudum* & *simplex pactum* de non petendo effectum habuit. Vid. *tit. de pact.*

22. Ex *iusta* tamen *causa* aliquando *reuocatio* indulgetur, (I) quatenus per illam *mala mente læsa est liberorum legitima*; *t. t. C. de inoff. donat.* tunc enim ad exemplum *querelæ inofficiosi testamenti* datur post *mortem donantis* querela *inofficiosæ donationis*, *l. 87. §. 3. 4. de leg. 2.* ad reuocandam *totam donationem*, si pater in *fraudem liberorum*, & sic *dolo malo*, omnia bona donauit: vel ad *supplementum legitimæ*, si tantum facta cum intentione liberos *lædendi in legitima. auth. vnde. C. de inoff. testam.* THOMAS. *diss. de legit. viuent. c. 2. & 3.* Conf. *tr. de action. S. II. c. 3. §. 43. sqq.*

23. (II) Ob *superuenientiam liberorum*, *l. 8. C. de reuoc. donat. l. 5. C. de donat. inoff.* modo (1) donans tempore donationis nec liberos habuit, nec de iis cogitauit: *arg. l. 102. de condit. &*

dem. (2) huic reuocationi specialiter non renunciauit, aut susceptis liberis voluntatem reuocandi declarauit; MERILL. *lib. II. obs. 34.* (3) liberi legitimi supernascuntur: ZOES. *h. n. III. seq.* (4) donatio sit de *omnibus* vel *maxima parte* bonorum facta, quod arbitrio iudicis diiudicandum relinquendum. TIRAQVELL. *ad cit. l. 8.*

24. (III) *Ob ingratitudinem.* Quælibet causa non sufficit, sed *grauis* requiritur, vt atrox iniuria verbalis, vel realis: magnæ substantiæ iactura procurata: vitæ periculum. *l. f. C. de reuoc. donat.* Imo nequidem causæ *diuersi generis* admittuntur. SCHILT. *ex. 43. §. 20. seqq.*

25. Est hæc reuocatio *vindictæ* quædam species: ergo (1) denegatur heredi, *l. f. cit.* si non constat de voluntate defuncti: (2) contra heredem non conceditur, *l. 7. C. eod.* cum obligatio *ex delicto* nascatur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si cum filiusfamilias 2. §. 5. l. filiusfam. 7. l. in ædibus 9. §. f. l. absenti 10. l. post contractum 15. l. ex hac scriptura 16 l. Aristo ait 18. l. Modestinus 23. l. Aquilius 27. l. Donari 29. l. si pater 34. §. 1. l. f.

Ex Codice l. emtionum 1. l. si donatio 5. l. nec ambigi 6. l. legem 9. l nec ignorans 10. l. si filius 14. l. æris alieni 15. l. siue emancipatis 17. l. vice donatricis 20. l. donatio 25. l. si quis 26. l. data iam pridem 27. l. quisquis 28. l. in hac sacratissima 30. l. sancimus 34. l. si quis 35. l. si quis 36. *de donat.* l si docens 1. l. quoties 3. *de donat. quæ sub modo* l. si apud 2. l. possessionem 3. l cum profitearis 4. l si donationem 5 auth. quod mater l. si vnquam 8. l. Generaliter vlt. *de reuoc. donat.*

Tit. VI.

Tit. VI. (VIII. 57.)

De mortis causa donationibus & capionibus.

1. MORTIS CAVSA DONATIO est *actus, quo quis coram quinque testibus accipienti donat ea mente, vt non statim, sed demum post mortem valere incipiat. l. 1. pr. de donat.*

2. Requiritur itaque, (I) *vt donatio ipsa in casum mortis ita differatur, vt demum post mortem valorem accipere debeat. §. 1. vers. & in summa. I. de donat.* Proinde (α) non est m. c. donatio, quando *moriens* simpliciter donat: *l. 42. in f. h.* (β) si mentio mortis tantum *traditioni* adiicitur, ipsa autem donatio pura & ea mente facta est, vt statim valeat: *l. 42. cit.* STRYK. *de caut. contr. sect. 3. c. 9. §. 10.* (γ) si iam ante *pure* donat, licet forsan *obiter* mentionem mortis faciat.

3. Imo (δ) facile ab hac specie distinguuntur M. C. CAPIONES, quando quid donatur (1) ratione mortis *tertii*, non donantis: *§. 16. I. de inutil. stipul.* vel (2) instar *conditionis* heredi aut legatario donatio iniungitur. *l pen. C. ad L. Falcid. l. 8. l. 18. l. 31. l. 38. h.*

4. (II). *Vt accedat acceptatio* seu *consensus praesens donatarii, l. 38. h.* etiam per procura-

torem. Hinc (α) absenti & ignoranti fieri nequit, nisi *clausula codicillaris* adiecta vel post mortem, *herede volente*, agnita. *l. 8. §. 3. de bon. libert.* (ϐ) Otiosa est mentio m. c. donationis in *clausula codicillari* testamentis adiecta, nisi *acceptatio* accesserit.

5. Patet inde quoque, (γ) quod non sit mera vltima voluntas, quæ alias *solitarie* & μονομερῶς fit, sed participet plurima a *pactis*. Adeoque *filiusfamilias* ita donare potest, de peculio *castrensi* & *quasi* libere; *l. 15. h.* de *profectitio* vero & *aduentitio* consentiente patre, *l. 25. §. 1. h.* imo de extraordinario *iure proprio*.

6. (III) *Vt quinque testes adhibeantur, l. f. C. h.* nisi forsan in tali statu quis donet, in quo minor numerus etiam in testamentis sufficit. Et hactenus *vltimis voluntatibus* accedit. Iure *Digestorum* sufficiebat *stipulatio. l. 35. §. 7. h.*

7. Hinc (α) morte confirmanda, *l. 32. h.* & sic reuocabilis est vsque ad extremum vitæ halitum. *l. 4. de alim. vel transf. leg.* Quodsi pactum de *non reuocando* accessit, transit in donationem *inter viuos. l. 27. h.*

8. Reuocatur autem (1) *voluntate contraria*, declarata *verbis* vel *factis*, si scilicet *absolute* facta, non intuitu certi morbi vel periculi. *l. 30. h.* (2) *ipso iure* absque vlla declaratione, si *intuitu certi morbi* facta, & donans reconualescit, *§. 1. I. de donat. l. 29. l. 35. §. 4. h.* etiamsi res donata iam tradita sit; *c. l. 29.* traditio enim sequitur naturam tituli. *l. 15. in f. de manumiss.*

9. (ϐ)

9. (ε) Nulla est, si donatarius ante donantem moritur; *l. 29. in f. h.* nisi simul heredibus eius fuerit prospectum STRYK. *de cautel. contr. c. l. §. 11.*

10. (γ) Donatio hæc *Falcidiæ* subiacet. *l. 5. l. 12. C. ad L. Falc. l. 2. C. h.* SCHILT. *ex. 43. §. 33.* vid. *supr. tit. de L. Falcid. §. 8.* (δ) Ius accrescendi agnoscit. *l. vn. §. 14. C. de caduc. toll.* (ε) Non subiacet insinuationis necessitati.

11. Differebat iure veteri a *legato* præter differentias, §. 4. & 5. notatas, (1) quod legatum annuum multiplex, *l. 4. de ann. leg.* donatio autem m. c. in annos singulos, *stipulatione* facta, vna esset: *l. 35. §. 7. h. l. 16. in f. de V. O.* (2) quod in hac tempus mortis tantum inspiciendum, an quis capere possit? *l. 22. h.* secus ac in legatis, *§. 4. I. de hered. qu. & diff.* Sed cum hodie non amplius *stipulatione*, verum coram *quinque testibus* ad exemplum *legatorum* perficiatur, hæ duæ differentiæ cessant. (3) In hoc vero hodie adhuc differt, quod legatum præsteturab *herede*, donatio vero m. c. a *defuncto* præstari queat. (4) Quæ donata sunt, non reuocentur propterea, quod temere quis testamentum impugnauit. *l. 5. §. 17. de his quæ vt indign.* &c. (5) vid. *infra. p. 420. §. 6.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Iulianus 2. l. qui pretio 8. l. omnibus 9 l. m. c. donatio 16. l. m. c. capimus 18. pr. l. in m. c. donationibus 22. l. si filiofamil. 23. l. tam. is 25. l. Vbi ita donatur 27. l. si m. c. 29. l. m. c. capitur 31. l. non videtur 32. l. senatus 35. §. 7. l. interim. 38. l. Seia 48.

Ex Codice l. si donatione 1. l. intestata 2. l. vlt.

Lib. XL. Tit. I. (VII. 15.)

De manumissionibus.

1. MANVMISSIO est *de potestate herili liberatio.* Cauendum tamen (α) ne fiat in fraudem creditorum: (β) ne minor 20. annis manumittat: *l. 1. h.* (γ) ne manumittatur, qui *pacto* vel *testamento* manumitti prohibitus. *l. 9. h.*

2. In *dubio* quoque pro *libertate* pronunciandum, adeoque si inter dissonantes pares iudicum sententiæ existant, prævalet, quæ pro libertate pronunciauit, *l. 24. pr. h.*

TEXT. NOTAB.

L. causam 20 §. f. l. Caius Seius 23. l. lege Iunia 24.

Tit. II. (VII. 1.)

De manumissis vindicta.

1. OPtimus modus manumittendi fiebat per *vindictam*, quæ manumissio erat actus legitimus, *l. 77. de R. I.* & sic expediri per alium non poterat. *l. 2. 3. C. h.* Vindicta autem erat *virgula*, *quam lictor capiti serui imponebat.* Hinc phrasis: *vindictam imponere. l. 12. §. 2. de liber. caus.* BARNAB. BRISSON. *de Verb. signif. voc. vindicta.*

2. Commendant vtplurimum *l. 9. pr. h.* vt nota-

notabilem, ex qua vulgatam regulam deducunt, quod *vita & fama pari passu ambulent*. GOTHOFR. *ad c. l.* Sed merito hoc argumentum ineptum reprobat. HVBER. *h.*

Tit. III. (*VII. 9.*)

De manumissionibus quæ seruis ad uniuersitatem pertinentibus imponuntur.

VNiuersitatibus & corporibus, quibus coeundi ius est, idem ius tribuitur, quod priuatis, & hinc seruos quoque manumittere possunt. *l. 1. h.*

Tit. IV. (*VII. 2.*)

De manumisſis testamento.

TEstamento datur libertas vel *directa*, vel *fideicommissaria*. Illa si datur, liberti in effectu *patronum* non habent, hinc *Orcini* dicti, & potest tam *expresse* quam *tacite* seruo libertas dari, *§. 1. I. qui testam. tut. l. 26. h.* ceditque dies eius ab adita hereditate. Nihil autem obest, si vel maxime in *syllaba* erratum sit. *l. 54. pr. h.*

TEXT. NOTAB

L. si peculium 10. pr. l. libertas 17. §. 2. l. qui duos 18. §. 1. l. Stichus 21. l. vxorem 29. l. Meuia 44. l. quod vulgo dicitur 45. l. 54 pr.

Ex Codice l. libertas 3. l. si iure 11.

Tit. V. (*VII. 4.*)

De fideicommissariis libertatibus.

Fideicommissaria libertas non ipso iure contingit, sed interueniente *manumissione* heredis, adeoque talis libertus *heredem* manumittentem habet *patronum. l. 10. h.* Imo etiam directa libertatis datio, si vt talis subsistere non possit, flectenda in fideicommissariam. *l. 24. §. 10. h.*

2. Cogitur autem heres vel legatarius ad manumissionem, postquam agnouit legatum, etiamsi minus sit in legato quam in pretio serui. *l. 34. §. 12. h.*

3. Quodsi libertatis datio in *voluntatem heredis* collata, eatenus non valet, quatenus tota in voluntate heredis posita est, non quatenus arbitrium illi quasi bono viro datum. *l. 46. §. 3. h.*

4. Ceterum *Lege Fusia Caninia* ex optimis rationibus & regulis *prudentiæ ciuilis* restricta erat potestas testamento libertates relinquendi, vid. *fragm.* GAII. *lib. 1 tit. 2.* quam post IVSTINIANVS laxauit, non tamen satis prudenter. *t. t. de L. Fus. Can. toll.*

TEXT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0844
DFG

TEXT. NOTAB.

L. ergo quamdiu 4. §. 3 l. 8. cum fidei heredis 9. l. apud Iulianum 20. l. fideicommissaria 23. §. 2. l. Generaliter 24. §. 8. in f. 10. 12. l. cum vero 26. §. 1 8. l. si eum seruum 28 §. 5 6. l. inuitus 34. l in testamento 38. l. Thais 41. §. 4. in f. l. fideicommissa 46. §. 3. l. si quis 53. pr.

Tit. VI.

De ademtione libertatis.

QVemadmodum alia legata & fideicommissa, ita & libertates testamento datæ adimi possunt.

Tit. VII.

De statu liberis.

STATV LIBERI sunt, qui destinatam in *tempus* vel *conditionem* habent libertatem, *l. 1. h.* & hactenus magis serui sunt, *l. 9. pr. l. 29. pr. h.* adeoque partus ex statu libera natus sit seruus *l. 16. h.* Debet autem tale tempus libertati adiici, quod facile existere potest, quemadmodum quoque de *conditione* dicitur in *l. 4. §. 1. h.*

TEXT. NOTAB.

L. statu liberos 3. §. 1. l. cum heres 4. §. 1. l. 5. pr. l. si statu libera 7. §. 7. l. 13. §. f. l. speculium 20. §. 5. 6. l. Labeo 21. pr.

Tit. VIII. (*VII. 13.*)

Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt.

SIne manumissione ad libertatem perueniunt, (1) qui ob grauem infirmitatatem *pro derelictis* habiti sunt a dominis: *l. 2. h.* (2) qui necem domini detexerunt: *l. 5. h.* (3) qui ita veneunt, vt certo tempore manumittantur. *l. 3. h. l. 9. h.*

Tit. IX. (*VII. 11.*)

Qui & a quibus manumissi liberi non fiunt, & ad legem Aeliam Sentiam.

MAnumissio non sortitur effectum, (1) si in *fraudem creditorum* facta, modo *dolus* manumittentis concurrat, & ipsa *defraudatio §. 3. I. h. l. 27. h.* etiamsi miles in testamento militari manumiserit. *l. 8. inf. h.* (2) Si minor 20. annis absque iusta causa manumiserit, §. *4. I. h.* licet alii dederit, vt ille manumitteret: *l. 7. §. 1. h.* (3) si domina sit suspecta de adulterio: *l. 12. §. 1. h.* (4) si dominus coactus sit, vt ad clamorem populi seruum manumitteret. *l. 17. or. h.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. prospexit 12. §. 1. l si priuatus 17. pr.

Tit. X. (VI. 8.)

De iure aureorum annulorum.

AVreus *annulus* imprimis *ingenuitatis* signum fuit, adeoque ingenuitatem consequebantur libertini, quibus princeps *ius annulos aureos gestandi* dabat, saluo tamen iure patronatus. *l. pen. l. f. h.*

Tit. XI. (VI. 8.)

De natalibus restituendis.

PLenius consulit libertis *natalium restitutio*, quæ est beneficium principis, quo restitutos facit ab initio *quasi ingenue natos*, omni cessante *iure patronatus*. Vnde & patroni consensus necessarius est. *l. 2. h.*

Tit. XII. (VII. 16.)

De liberali causa.

1. LIBERALES CAVSAE sunt *actiones de libertate & seruitute*, de *ingenuitate* & *liber-*

libertinitate. Cum vero is, qui in possessione seruitutis erat, non poterat litigare de sua libertate, aliis ius agendi concessum est, *l. 1. sqq. h.* cum alias olim alius pro alio ægre admitteretur. *pr. I. de iis per quos ager. poss.* Quis hic probare debeat, de eo vid. *l. 7. §. 5. h.* Potest tamen & is vltro onus probandi subire, qui probare non debeat. *l. 39. pr. h.*

2. Quodsi absens sit is, qui in seruitutem petit, electio danda est reo, vtrum malit cognitionem circumduci, an audita causa sententiam proferri? vbi iudex causa cognita pronunciare debet, *seruum non videri*, non vero, *esse eum ingenuum. l. 27. §. 1. h.*

TEXT. NOTAB.

L. Liberis 7. §. 5. l. cognitio 8. §. 1. l. si pariter 9. §. f. l. si vsumfructum 23. in f. l. ordinata 24 pr. §. 1. 2. l. si cui 25. §. 1. l. Diui fratres 27. §. 1. l. cui necessitas 39. pr. §. 1.

Tit. XIII. (VII. 18.)

Quibus ad libertatem proclamare non licet.

AD libertatem proclamare prohibentur, qui maiores 20 annis sunt, & se ad pretium participandum dolose venundari passi sunt. Minori ignoscitur *l. 1. §. 1. h.*

Tit.

Tit. XIV. (VII. 14.)

Si ingenuus esse dicetur.

1. SI quis ex *iure patronatus* exigit ab aliquo operas, vel obsequia, vel alia patronatus iura, & reus ad *ingenuitatem* prouocat, *præiudicialis* hæc *quæstio* prius est excutienda. *l. f. h.*

2. Si vero nulla iura exiguntur, sed saltem *diffamatio* de exigendis doceri potest, prouocare potest diffamans, vt contradictionem faciat, si defensionibus suis confidat, alioquin perpetuum ipsi silentium imponitur. *l. Diffamari 5. C. de ingen. manumiss.*

TEXT. NOTAB.

Ex Codice l. diffamari *de ing. manum.* ex qua hodie generalis prouocatio ad agendum conceditur, quoties diffamatio doceri potest.

Tit. XV (VII. 22.)

Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur.

DE *statu defunctorum* post *quinquennium* quærere non licet, adeo vt nec de viui statu quærendum amplius sit, si quæstio huius præiudicium ei facit, qui ante *quinquennium* decessit. *l. 1. pr. §. 2. h. l. 2. pr. h.*

Tit.

Tit. XVI. (*VI. 20.*)

De colluſione detegenda,

1. COlludunt domini cum ſeruis, quando patiuntur, ſeruos ſuos in libertatem proclamare liberosque iudicari, cum tamen nouerint optime, eos eſſe ſeruos. Detecta hac colluſione is, qui per colluſionem ingenuus iudicatus eſt, fit ſeruus vel libertus eius, qui colluſionem detexit. *l. 1. h.* Et poteſt detegi hæc colluſio intra *quinquennium continuum. l. 2. pr. §. 1. h.*

2. Si *vſum practicum* harum materiarum ſpectas, is fere nullus eſt, vt adeoque tantum *hiſtoricæ cognitioni* inſeruiant, quod etiam de titulis quibusdam in *lib. 38. & 39.* occurrentibus dicendum erit, cum talis ſeruitus, qualis apud Romanos fuit, ſit incognita foris noſtris.

3. Vt plurimum tamen faciunt Dd. hic extenſionem ad *homines proprios* eorumque *operas* aliaque. vid. GAIL. 2. *obſ.* 62. CARPZOV. *lib. 1. tit. 6. reſp. 51.* Sed magis eſt argumentum *a pari*, quod Dd. inde deducunt, vbi plerumque inſignis *diſparitas* in plerisque occurrit, ne dicam, *argumentum a pari* non operari *vſum practicum.*

4. Horum itaque hominum iura aliunde petenda, ſcilicet ex propriis cuiusque loci ſtatutis & conſuetudinibus. Qui inuerſo modo

incedunt, ingens detrimentum & iniuriam *iuri patrio* inferunt. vid. SCHILT. *exerc. 41. §. 37. sqq.*

Lib. XLI. Tit. I.

De acquirendo rerum dominio.

1. DOMINIVM, etsi alias *latissime* ius quodlibet nobis competens, & quod *nostrum* quasi dici potest, denotet *l. 9. ad L. Rhod. de iactu; stricte* tamen & primario designat ius, quod alicui competit in *res corporales*, respectu cuius *propria* & *nostra* dicitur.

2. Hoc sensu DOMINIVM est *ius in re corporali, quod haec ita nobis propria est, seu ad nos spectat, vt alios possimus excludere ab vsu eius rei, deque illa disponere, quatenus lege, pacto vel testamento ius disponendi non reperitur restrictum.*

3. Opponitur *communioni* simpliciter tali, seu *primaeuae*, vbi nemo potest excludi ab *vsu rei communis*, & cum omnes res ab initio fuerunt communes, cupido *appropriandi* sibi bona & alios excludendi, i. e. *auaritia*, dominia rerum *iure gentium* introduxit. Et ita secundum haec explicanda *l. 5. de I. & I.*

4. Vulgo diuiditur in *plenum*, & *minus plenum*. Ibi *proprietas est indiuisim penes vnum*. Hic *proprietas est diuisa inaequaliter inter plures*, ita vt cui *particula dominii*, quamuis *dependens*, cum

cum *omni vtilitate* obueniat, dicatur haberé dominium *vtile*, quod proinde omnino differt ab *vsufructu*: qui vero reliquam partem proprietatis cum *directione superiore* quadam detinet, dominium *directum* habere intelligatur. Alias quoque hæc diuisio accipi potest vel de *dominio restricto*, vel de *nuda proprietate*. §. *vlt. I. de vsufr.*

5. Porro aliud est *reuocabile*, aliud *irreuocabile*. Illo reuocato, exspirant omnia iura interim rei imposita: *l. 31. de pign. l. 20. pr. h.t.* non vero, si hoc *per accidens* forsan retractatur. Dominium *reuocabile* admit facultatem *alienandi*, non *irreuocabile*.

6. Inprimis in dominio requiritur LEGITIMA ACQVISITIO, quæ duo postulat: (I) *titulum iustum*, seu causam, a legibus probatam, acquisitionem iustificantem: (II) *modum*, seu medium, mediante quo immediate dominium acquiritur & transfertur. Hoc demum fiunt res *nostræ*, illo sæpius tantum *debitæ. l. 20. C. de pact.*

7. *Modi* sunt, vel *naturales* vel *ciuiles*. Illi sunt tres: *Occupatio*, *accessio*, & *traditio*. Tituli sunt varii, prout lex facultatem ex hac vel illa causa acquirendi.

8. OCCVPATIO est *corporalis rei, quatenus nullius est, apprehensio, cum animo sibi illam appropriandi.*

9. Deprehenditur illa inprimis in triplici differentia. (1) Est *ferarum bestiarum l. 3. h.* quæ

cedunt

cedunt *plene* capienti. *l. 55. h.* Inde (α) *sola vulneratio* non sufficit, *l. 5. §. 1. h.* nec (β) huc spectant feræ *viuariis* inclusæ, quæ in dominio esse intelliguntur. ZIEGL. *de iur. maiest. l. 2. c. 14. §. 16.*

10. Cum itaque in hac specie duo occurrant: (1) *occupatio* & (2) *ius venandi*, quod de iure R. singulis erat concessum, apparet, hodie eos feras bestias acquirere non posse, qui *iure venandi* destituuntur. Deficit enim *titulus*. An autem illicite venantes propterea vt *fures* puniendi sint? alia quæstio est.

11. Ius venandi *propriis fundis* per se non est *regale*, nec argumentum ex *2. f 56.* concludit. Præterea deficit *lex vniuersalis* in Germania, quæ nobilibus ius venandi in *fundis suis* adimat, quod potius ex *antiqua libertate*, iure Saxonico prouinciali asserta, *I. P. S. lib. 2. art. 61.* fundi reditibus annumeratum fuit, id quod etiam *diplomata* loquuntur. Ad *regalia* quidem in nonnullis territoriis relatum est, sed inde argumentum ad alia territoria duci nequit. Proinde (1) vbi venatio *maior* regalibus adscripta est, *minor* tamen nobilibus adhuc salua est. (2) Qui *ius venandi* in territorio certo ad *regalia* referre intendit, in quo *lex publica*, subditos a iure venandi excludens, deficit, illud probare debet.

12. Vbi *venatio* ad *regalia* relata est, ibi nobilibus *iure feudi* conceditur, & quidem vel *maior* vel *minor*. In dubio hæc censetur concessa. Operatur *bannum ferinum*, seu *ius prohibendi*, ne

quis ſyluam ingrediatur venandi cauſa. MYLER. ab EHRENB. *de princ. & ſtat. imp. c. 37. §. 3.*

13. *Feræ captæ* tam diu *noſtræ* ſunt, donec *cuſtodia noſtra* coercentur; *manſuefactæ*, quam diu animum *redeundi* & *reuolandi* retinent: *manſuetæ* autem ſemper manent noſtræ, licet caſu turbatæ aufugerint. *l. 44. pr. h.*

14. (II) *Bellica.* Præſupponitur tamen *iuſtum bellum*, quod quoad effectus externos determinatur vnice ex *iure belligerandi.* Hoc poſito, ſinguli non aliter acquirunt, quam ex conceſſione eius, cuius auſpiciis bellum geritur. hinc quoque diuerſa eſt ratio *prædonum maritimorum*, & eorum, qui *publica autoritate* prædas agunt, vulgo die Capers. Sed de hac ſpecie *infra tit. de captiu. & poſtl. reu.*

15. (III) *Rerum inanimatarum*, quæ in mari eiusque littore vel alibi inueniuntur, quatenus (α) nullius ſunt, nec (ℭ) earum acquiſitio lege eſt interdicta. Hinc etiam olim *metallifodinæ* in priuato erant dominio; *l. 7. §. 13. ſolut. matrim.* hodie *fiſci.* vid. HEINECCIVS *in hiſtor. Goslar. ann. 968. & 1131.* conf. *I. P. S. lib. 1. art. 35.* ZIEGL. *de iur. Maieſt. l. 2. c. 19.* STRYK. *de iure ſubterraneo.*

16. Huc quoque recte referuntur *res pro derelicto habitæ; §. 46. I. h.* modo *animus* adſit *derelinquendi.* Aliud eſt in iis, quæ caſu fortuito amittuntur, quæ ſub pœna furti *extraordinaria* reſti-

restituendæ sunt domino: si de eo non constat, cedunt inuentori. Vid. tamen *I. P. S. lib. 2. art. 37. §. f. inf. I. h.* Idem dicendum de rebus naufragii metu eiectis. *l. 1. C. de naufrag. L. 8. ad L. Rhod. de iact. l. 43. §. 8. sqq. de furt.* ENGELBR. *ad D. h. §. 50.*

17. ACCESSIO est *modus acquirendi rem, quæ rei nostræ principali qualibet ratione accedit.* Estque vel *naturalis* vel *artificialis.*

18. Ad *naturalem* spectat (1) *fœtura:* quicquid enim *ex re nostra* nascitur, hoc nostrum est, *l. 6. h.* & sic etiam *examen apum* ita nobis acquiritur, ac partus sequitur ventrem.

19. (2) *Alluuio*, qua paulatim *agro* nostro *arcifinio* aliquid adiicitur; *l. 16. h.* quicquid enim agro vicini decedit, amissum est. *I. P. S. lib. 2. art. 56.* Secus est (α) si vi fluminis pars aliqua abrepta & agro nostro adiecta, quatenus *coalitio* cum *derelictione* deficit. *§. 21. I. h. l. 5. §. 3. de R. V.* (ε) Si vi fluminis tractus terræ abreptus, & alterius agro impositus est. Si vero vel maxime *formam peninsulæ* constituat, indistincte tamen eius est, cuius agro cohæret.

20. (3) *Insula nata* in flumine. *l. 30. §. 2. h.* Hæc acquiritur illis, qui propetipam prædia *arcifinia* possident; *l. 1. §. 6. de flumin.* (in mari occupanti cedit.) modo (α) alueo cohæreat: *l. pen. §. 2. h.* & (β) ex cursu nouo fluminis *facta* non sit *l. 7. §. 3. h. I. P. S. lib. 2. art. 50.* Ius *insularum* hodie recte adscribitur fisco,

cum pars *fluminis* sint, ad *fiscum* pertinentis, & constitutio ADOLPHI id confirmet. MEV. 7. D. 301. ZIEGL. *de iure mai. l. 2. c. 15. §. 18. 19.* HERT. *de superiorit. territ. §. 47.* Vnde vt plurimum nobiles inuestiuntur cum *iure insularum.* Neque contrarium habetur in *I P. S. lib. 2. art. 56.* vbi assignatur insula *ripæ viciniori*, quæ ad *dominium territorii* proprie spectat, secus ac statuit SCHILTER. *exerc. 4. §. 19. in not. lit. b.*

21. (4) *Alueus a flumine derelictus* vicinis possessoribus olim cedebat, *l. 7. §. 5. l. 29. l. 30. h.* adeo vt idem iuris esset, si nouus alueus rursus a flumine derelinqueretur; *l. 38. h.* quamuis olim id non ita *stricte* obtinuisse, fateatur ICtus in *l. 7. §. 5. h.* Sed hodie alueus, vt *pars fluminis*, secundum principia nostri *iuris publici*, fisco adscribendus.

22. Præsupponitur tamen, *vt species fundi* (forma agri externa) *mutata fuerit.* Hinc *inundatio* non tollit dominium; *§. 24. I. h.* bene tamen possessionem, *l. 3. §. 17. de acquir. vel amitt. poss.* de qua intelligi debet *l. 23. quib. mod. vsufr. amitt.*

23. Ad *industrialem* refertur (I) *specificatio*, si ex *rudi materia* species noua est facta. *Species* autem *noua* tunc facta intelligitur, vbi corpus nouum ex materia est productum, quod diuersam *formam* & *denominationem* a materia habet. *l. 7. §. 7. l. 26. §. f. h.*

24. Or-

24. Ordinarie, si ex *aliena materia* facta est, specificanti, qui *suo nomine* fecit: *l. 26. l. 27. §. 1. h.* acquiritur *species;* nisi reduci possit ad pristinam rudem materiam. *l. 12. in f. h.* Illo casu, si quidem in b. f., nec locupletior ex materia factus est specificans, de *pretio* non tenetur: si locupletior factus est, tenetur actione *in factum. l. 23. §. 5. l. 52. de R. V.* Si in *mala fide* est, tenetur vel *condictione furtiua*, vel *ad exhibendum* actione. *l. 12. §. 3. ad exhib.*

25. (II) *Adiunctio* in specie dicta, *qua quid rei nostræ ornandæ vel augendæ vel reficiendæ gratia accedit*, vt nulla *noua species* inde fiat. *l. 26. §. 1. h. l. 19. §. 13. de aur. arg. mund leg.* Acquiritur ita accessorium domino rei principalis. In his tamen & similibus speciebus *separatio* conceditur, quatenus commode fieri potest. *l. 6 l. 7. §. 1. 2. ad exhib.* Quidam etiam quoad hanc vsi sunt distinctione *subtili* magis, quam *vtili:* vtrum per *ferruminationem* an *applumbaturam* aliquid accesserit? vt in hac duntaxat, non in illa *separationem* admiserint. *l. 23. §. 5 de R. V.*

26. (III) *Confusio materiarum liquidarum*, vbi *quandoque* inducitur communio. §. *27. I. h.* (IV) *Commixtio* est *aridarum*, vbi, quatenus separatio fieri potest hæc admittenda, *l. 23. §. 5. de R. V.* alias vel *communio* inducitur, vel interdum etiam *dominium* acquiritur. *l. 78. de solut.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0857
DFG

27. (V) *Inædificatio.* In hac *inædificatum* cedit solo, etiam secundum *ius Germanicum. I. P. S. lib.* 2. *art.* 21. Iure *Romano* domino materiæ consulitur actione de *tigno iuncto*, quæ contra furem vel m. f. possessorem in duplum datur. *l.* 6. *ad exhib. l.* 1. §. 2. *l.* 2. *de tigno iunct.* Sed de hac actione infra ad *tit. de tigno iunct.*

28. (VI) *Satio* & *implantatio*, quæ eodem fundamento nituntur; *I. P. S. lib. III. art.* 20. nisi quod in hac *coalitio* requiratur, *l.* 26. §. 2. *h. l.* 9. §. 2. *de damn. inf.* cum ante eam *separatio* commode fieri possit.

29. (VII) *Scriptura & pictura.* Ibi scriptura chartæ cedit, si talis sit, quæ aliis etiam vsui esse possit. vid. *l.* 3. §. 14. *ad exhib.* Hæc vero ob *præstantiam artis* tabulam ad se trahit. *l.* 9. §. 2. *h. l.* 23. §. 3. *de R. V.*

30. Denique (VIII) *Perceptio fructuum* ex re aliena, cuius verum fundamentum quærendum in *bona fide.* Qua ratione autem acquirantur, supra expositum *tit. de R. V.* DONELL. *l.* 4. *c.* 24. *seqq.*

31. Ab vtroque modo, & *occupatione* & *accessione*, participat *inuentio thesauri. l.* 31. §. 1. *h.* Nam inuentori (etiam *mercenario* vid. BYNKERSHOEK. *lib. II. obs. c.* 4.) cedit dimidia iure *occupationis*, altera dimidia domino iure *accessionis*, modo (α) tertius *casu fortuito* eum inuenit, (β) dominus *illegitimis mediis* abstinuit. Alias cedit fisco. Hinc si tertius totum re-

retinet, furtum committit. Quidam hodie thesauros fisco adiudicant, tum per *art. 35. lib. 1. I. P. S.* tum quod *commodum extraordinarium* sit.

32. Non aliter autem dici potest thesaurus *quam si eius memoria non extat, ita vt iam non videatur dominum habere, quia ignoratur, l. 31. §. 1. h.* & perinde est, vbi absconditus deprehendatur. Si constat de domino, illi effodiendi potestas concedenda. *l. 15. adexhib.*

33. Denique supereſt TRADITIO, quæ est *actus, quo res ab aliquo, qui ius illam transferendi habet, in alterum acceptantem legitime & scienter transfertur.*

34. Tradens ergo (I) *habere debet potestatem transferendi rem in alterum.* Proinde (α) debet esse *dominus, l. 20. pr. h.* & præterea (β) habere *liberum* disponendi *arbitrium.* In *immobilibus* nouiter *acquisitis* tale arbitrium liberum habent possessores *iure antiquo Germanico;* Weichb. *art. 20.* non æquæ in *hereditariis*, cum consensu heredum demum alienandis. *I. P. S. lib. 1. art. 34. & 52.* Habet vero tradens illam potestatem, vel *iure proprio*, vt rerum dominus; vel *delegato* & ita *alieno*, vt creditores, tutores, procuratores. *l. 46. l. 59. l. 65. h.* DONELL. *l. 4. c. 15. lit. b. seqq.*

35. (III) *Præterea etiam animum transferendi habere debet, l. 55. de O. & A.* quod sufficit, licet forsan in *titulis* error adsit: *l. 36. h.* modo sciuerit, rem esse suam, quam tradit; alioquin

enim non videtur tradens consensisse in alienationem. *l. 35. h.* ZOES. *h. n. 9.*

36. Cognoscitur animus ex *titulis*, quorum alii sunt *dominii translatiui*, alii *non translatiui*. Illi sunt, quibus *intenditur* translatio dominii, & huc vnice pertinent, *l. 31. pr. h.* quos peculiariter illustrat HERT *de conuent. domin. translat.* Traditio itaque sequitur naturam tituli: v. c. si titulus est quidem dominii translatiuus, sed tamen *reuocabilis*, etiam dominium reuocari potest, vt si ex m. c. donatione a donante quid traditur.

37. (III) *Accedere debet acceptatio alterius. Inuito* regulariter non acquiritur, nisi præcedens *generalis consensus* adsit, *l. 36. h.* vt in dominis, quibus inuitis aliquando serui acquirebant. *l. 32. h. l. 62. de V O.* conf. THOMAS. *ad Huber. præl. ad inst. h. §. 36.* DONELL. *l. 4. c. 18.*

38. (IV) *Traditio facienda legitimo modo.* Proprie traduntur res *corporales*, cum illæ tantum *actum corporalem*, qualis est *traditio*, recipiant. Et quidem *mobiles* traduntur de manu in manum: *immobiles* inductione in fundum, *l. 3. §. 1. de acquir. vel amitt. poss.* iure Germanico *resignatione iudiciali.* v. Weichb. *art. 20.* VOET. *h. §. 38.* Ad *incorporales* per *analogiam* quandam traditio applicatur, *l. 43. §. 1. h. t.* ita vt loco eius sit *vsus* eorum cum *patientia* alterius coniunctus; *l. vlt. de seruit. l. 1. §. f. de S. P. R.* quamuis si fundo iura cohæreant, fundo tradito, illa tradita censeantur.

39. Ce-

39. Ceterum præter hos *ordinarios* modos datur etiam traditio *ficta* & *symbolica*. Illa fingitur interueniſſe, ſitque vel *longa manu*, ſi res *mobilis* propius demonſtratur; vel *immobilis* e longinquo animo tradendi. *l. 79. de ſolut. l. 18. §. 2. l. 51. de acquir. vel amitt. poſſ.*

40. Vel *breui manu*, cum tradita res ex titulo dominii non translatiuo poſtea poſſidetur ab eodem ſine noua traditione ex titulo dominii translatiuo, quatenus hoc inter *præſentes* actum; *l. 34. pr. mand. l. 1. §. 21. de acquir. vel amitt. poſſ. l. 31. §. 1. de donat.* vel contra. *l. 9. §. 5. h. l. 43. §. 1. de iur dot.* Et huc pertinet *conſtitutum poſſeſſorium*, & donatio omnium bonorum, reſeruato vſufructu. conf. *l. 1. in f. l. 2. pro ſoc.*

41. *Symbolica* eſt, quæ per *ſigna* expeditur. Sic traditio clauium horrei frumentum transfert in alterum. *l. 74. de contrab. emt. V.* STRYK. *de caut. contr. S. 2. c. 8. §. 22.* Trabes videntur traditæ per ſubſignationem hoc animo factam. *l. 14. in f. de peric. rei vend.* Traditione inſtrumentorum fundus cenſetur traditus. *l. 1. C. de donat.* Pertinent huc quoque *Scotatio*, *c. 2. X. de conſuet.* STRAVCH. *in amœn. I. can. eccl. 3. c. 4.* LYNK *ad Decret. cit. tit. §. 4.* & *effeſtucatio*, quorum ſignorum ſæpe fit mentio in antiquis diplomatibus. Conf. *ius eccleſ. prot. tom. II. tit. de inſtitut.*

42. (V) Præterea nonnulli exigunt *vacuam rei poſſeſſionem*, VINN *in comment. ad §. 40.*

I. h. quod eatenus admitti potest, quatenus *ignoranti* res aliter *plene* tradi nequeat. Quin enim *scienti* & *volenti* res a possessione tertii non vacua tradi queat, non habet dubium. conf. HVBER. *ad I. h.* §. *37.* CORN. *van* ECK. *h.* §. *50.* DONELL. *lib. 4. c. 19.*

43. Ceterum & sine *omni traditione* aliquando *ipso iure* transit dominium, veluti (1) in legatis, *l. 64 de furt. l. 80. de leg. 2.* (2) in iudiciis diuisoriis per adiudicationem, §. *vlt. I. de offic. iud. l. 16.* §. *5. de pign.* (3) in commissis, *l. 14. de publican.* (4) in fideicommissis vniuersalibus. *l. 63. pr. ad SCt. Trebell.* (5) in *communione connubiali.*

44. Hisce concurrentibus dominium acquiritur. *Conditio* tamen interueniens etiam *tacita* aliquando suspendit hunc effectum, vt est in emtione venditione, vbi, merce tradita, non statim transit dominium, nisi soluto pretio vel alio modo satisfactione, aut fide præstita. §. *41. I. h.* Neque tamen hæc censetur habita ex sola traditione. ZOES. *h. n 39.* STRYK. *c. l.* §. *24.*

45. Ceterum illud olim indistincte acquiri non poterat per *liberam personam*, *l. 53. l. 59. h.* §. *5. I. per quas person. nob. acquir. si* modus acquirendi *solennis* seu *ciuilis* adhibendus erat, qualis erat *cessio* & *mancipatio* in *rebus mancipi*; VLPIANVS *in fragm. tit. 19.* §. *8.* quæ solennitas cum rerum distinctione iure codicis sublata est. In *naturali* etiam per alium acquiri poterat, quomodo *possessio* & per hanc

etiam

etiam *dominium* acquirebatur, *l. 20. §. f. l. 13. pr. h.* modo tertius alterius nomine acquisiuerit. Aliud si accepit, vt sibi acquireret. *l. 1. §. 19. de acquir. vel. am. poss. l. 37. §. 6. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. 10. l. locus 12. §. 1. l. si procurator 13. l. quod in littore 14. l. in agris limitatis 16. l. traditio 20. pr. §. 2. l. sed in meis 26. pr. l. ergo 30. l. nunquam nuda 31. l. hereditas 34. l. cum in corpus 36. l per seruos 37. §. 6. l. seruus 43. §. 1. l. bonæ fidei emtor 48. pr. §. 1. l. quamuis 50 l. ea quæ ciuiliter 53. l in laqueum 55. l. res ex mandatu 59. l. quædam 62. l. si epistolam 65. pr.

Tit. II. (*VII. 32.*)

De acquir. vel amittenda possessione.

1. POSSESSIO generatim denotat *quodcunque exercitium rei vel iuris*, quocunque animo fiat. Hoc modo consideratur tantum ratione *simplicis exercitii*: strictius autem ratione *effectuum iuris* peculiarium plura desiderat.

2. Priori consideratione *factum possessionis* seu *actum naturalem* denotat, quatenus quis detinet rem, *l. 1. pr. h.* licet non habeat animum sibi possidendi, *l. 17. §. 1. depos. l. 24. l. 25 h.* & eo respectu aliquando hæc possessio *naturalis* dicitur, quatenus in nudo *facto naturali* consistit. *l. 7. §. 11. comm.*

comm. diu. l. 38. §. 7. de V. O. Sed hæc non adeo effectus iuris producit.

3. Posteriori consideratione *iuris* dicitur esse, quod huic peculiares effectus iuris tribuuntur, atque præterea requiritur *animus rem sibi habendi l. 9. l. 20. l. 41. h.* quæ hoc intuitu *ciuilis* dicitur. Qui enim *nomine alieno* possidet, sibi possessionem adscribere nequit, sed illi potius, cuius nomine possidet.

4. Sed & *ciuilis* alio respectu dicitur, quæ ambiguitas ex *sectis ICtorum* orta videtur, obseruante MERILLIO *lib II. obs. c. 31.* Vel enim prædicatur de eo, qui *solo animo possidet: l. 1. §. 24. de vi & vi arm. l. 1. §. 3, 13. D. l. 10. C. h.* & ita opponitur illi possessioni, quæ *naturali facto* coniuncta est: vel prædicatur de eo, *qui opinione dominii rei insistit; l. 23. §. 1. de noxal. act. l. 27. de vsurpat.* & hoc intuitu dicuntur *naturaliter* possidere, qui absque tali animo rei insistunt, *l. 12. pr. h.* licet rem *sibi* & non *alieno nomine* possidendi animum habeant. *l. 39. h.* conf. HAHN. *ad W. h. n. 3.*

5. Hisce prælibatis, non absurdum est, plures eandem rem in solidum possidere posse, diuerso scil. modo, non vno eodemque; *l. 3. §. 5. h. l. 3. pr. vti possid. l. 15. §. 4. de prec.* quamuis ex *sectis ICtorum* discrepans olim obtinuerit sententia. MERILL. *cit. l.*

6. Varia quoque est possessio ex *obiecti* natura. *Proprie* possidentur res *corporales: analogice* seu *quasi* res *incorporales.* Imo plane

ne olim incorporalibus effectus possessionis denegabantur. *l.4. §.27. de vsurp.* vnde nec vsucapio in iis procedebat. *l.c. §.29. l.14. de seruit.* Post tamen iidem effectus possessionis illis tributi sunt.

7. Posteriores considerationes possessionis in eo conueniunt, quod ad eam spectent, quæ *iuris* dicitur. Hoc intuitu POSSESSIO est *ius insistendi rei exercitiumque eius habendi cum animo sibi & suo nomine possidendi.*

8. Differt itaque satis euidenter a *iuribus in re.* Potest enim quis iura habere absque *possessione. l.1. §.4. l.12. §.1. h.* Possessio magis in exercitio actuum obiecto conuenientium & sic *in facto* consistit. Adeoque si *exercitium* illud penitus impeditur, amittitur *possessio*, sed non *proprietas l.3. §.17. h.* Imo alios effectus operatur *proprietas*, alios *possessio*, *§.4.1 de interdict.* & sic non recte ad species *iuris in re* refertur, nisi *bonæ fidei* sit.

9. Vlterius consideratur vel vt ACQVIRENDA, quo intuitu tria requiruntur: (I) *apprehensio* vel *vera* vel *ficta*, *l.1. §.pen. l.18. §.2. h.* sufficitque *rem principalem* apprehendisse, modo eo animo fiat, vt quis *totum* apprehenderet. *l.3. §.1. h.* Eo itaque intuitu *certares* esse debet, quæ possidetur. *l.3. §.2. h.* In incorporalibus *exercitium iurium* est loco apprehensionis. Et ita ex hisce actibus quoque probatur possessio, quatenus obiecto sunt conformes. (II) *Res vacua*

ab

ab omni alia possessione; alioquin *spolium* committitur.

10. (III) *Animus* illam rem sibi possidendi. *l. 3. §. 1. h.* Hinc (α) possessionem acquirere nequeunt, qui talem animum habere non possunt, quamuis alii eorum nomine eam apprehendere possint. *l. 1. §. 3. l. 32. §. 2. h.*

11 (ε) Nec *solus animus* sufficit, si *apprehensio* nulla antecesserit, veluti quis sciat, latere thesaurum in fundo, non protinus illum possidet, nisi eum apprehenderit. *l. 3. §. 3. l. 51. h.*

12. (γ) Solus *animus* absque *facto interueniente* non mutat causam possidendi; *l. 1. §. 19. h.* bene tamen, si *factum* aliquod *contradictorium*, cum alterius *acquiescentia* coniunctum accesserit; *c. l. §. 20. l. 3. §. 18. l. 19. §. 1. h.* tunc enim ex *noua* illa *causa* vsucapio quoque procedere potest, quæ ex priori possessione non procedebat.

13. (δ) Licet iura aliquando ex speciali ratione *ipsò iure* in aliquem transire possint, non tamen transit *iure Romano* possessio *l. 30. ex quib. caus. mai.* sed etiam illa ab heredibus apprehendenda. *l. 23. pr. h.*

14. Vel consideratur VT CONSERVANDA: hoc modo *retinetur* etiam *solo animo*, licet alter rem detineat alterius nomine, vel nemo in possessione sit. *l. 44. pr. l. 45. l. 46. inf. h.* Imo retinetur, licet is, qui eam acquisiuit, furere inceperit. *l. 25. §. 1. h.*

15. Tunc

15. Tunc vero solus animus sufficit, si possessor *corpore* ad possessionem reuerti possit. Nam qui vel ab alio inuasore forsan, vel casu fortuito, excluditur ab *exercitio* rei suæ, ei inanis est intentio possidendi, quæ non potest reduci in actum. *l. 25. §. 2. l. 3. §. 13. 17. l. 6. §. 1. l. 13. pr. h.* Res mobilis tamen adhuc possidetur, quatenus sub custodia nostra est. *l. 3. §. 13. h. l. 44 pr. l. 47. pr. h.*

16. Effectus *acquisitæ possessionis* est, quod præsumtionem pro possessore indicat, quod *iuste* possideat. Proinde (α) liberat ab onere probandi: *l. 2. C. de prob.* (vid. HERT. *de quasi possid. prob.*) (β) possessor fructus interim percipit: (γ) non tenetur edere titulum suæ possessionis. vid. tamen STRYK. *de necess. edend. titul. suæ poss.*

17. (δ) In pari causa possessor est potior, *l. 19. de pignor. l. 8. de cond. ob turp. caus. I. P. S. lib. 3. art. 32.* adeo vt si duobus ex vna causa res sit promissa, possessor potior sit. *l. 15. C. de R. V.* (ε) Ad *retinendam possessionem* etiam *priuata resistentia* concessa est, *l. 3. §. 9. l. 17. de vi & vi arm.* quæ etiam eousque extenditur, vt deiicientem *in continenti* deiicere liceat. *cit. tx.* (ζ) *retentio* conceditur possidenti. *l. 48. de R. V.*

18. Imo si (η) qualitas *bonæ fidei* possessionem comitatur, plurimos adhuc habet speciales effectus, vid. supra *tit. de public. act.* veluti quod vsucapere possit. &c.

19. De-

19. Defendi quoque (θ potest contra *turbatores* legitimis interdictis. Est vero *turbatio possessionis*, quando quis non quiete possidet, licet omni exercitio non sit priuatus, fierique potest vel *verbis* vel *factis*. *l.6. §.1.h.* STRVV. *ex.42. §.28.seqq.*

20. Vel denique consideratur vt AMISSA. Sed itidem hic duo requiruntur, *animus* & *factum. l.8.h.* Tamdiu itaque retinetur possessio, quamdiu ignoratur, alium occupasse possessionem, *l. 46. h.* nec error amissionem operatur. *l.34. pr. h.*

21. Aliquando dicitur *solo animo* amitti possessio, quando quis mutat animum, scil. non *sibi* sed *alterius nomine* possidendi, licet corpore maneat in possessione, *l.3. §. 6. l.44. §. 2. h.* vt in *constituto possessorio* contingit.

22. E contrario *solo corpore* dicitur amissa possessio, quando quis vel *inuitus* derelinquere tenetur possessionem. *l.7. l.17. l.30. §.2. l.15. l. 47. h.* Tunc enim animus possessionem amittendi quidem abest, sed cum vel inuitus recedere debeat a possessione, a *potiori* vtrobique fit denomiatio.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 3. 20. 21. l. possideri 3. §. 1 2. 3. 4. 5. 6. 14. 18. 19. l. clam. possidere 6. §. 1. l. quemadmodum 8. l. iuste possidet 11. l. naturaliter 12. §. 1. l. quod meo nomine 18. §. 1. l. cum heredes 23. l. si is qui animo 27. l. si me 34. l. interesse 39. l. qui iure 41. l. peregre 44. l. f.

Ex

Ex Codice l. minus instructus est. 2. l. Donatarum 3. l. licet possessio 4. l. cum nemo 5. l. improba 7. l. nec ex vera 9. l. nemo ambigit 10. l. vitia 11. l. vlt.

Tit. III. (VII. 30. 31. 33. sqq.)

De vsurpationibus & vsucapionibus.

1. VSVCAPIO est *modus acquirendi ciuilis quo per continuam & qualificatam possessionem, iusto accedente tempore, dominium vel aliud ius acquiritur.* Vel est *adiectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti. l. 9. h.*

2. Introducta est tum *boni publici* gratia: *l. 1. h.* tum etiam *priuati*, vt dominia rerum tandem sint certa, & lites tollantur; quamuis quoad *exercitium* possit *per accidens* fieri *iniquissimorum hominum præsidium. Nou. 9.* conf. COCCEI. *de præscript. extraord. §. 9. seqq.*

3. Vsucapio olim denegata *peregrinis:* inter solos obtinebat ciues Romanos, eratque *anni & biennii*, atque durauit vsque ad IVSTINIANI tempora, vt leges ante eum latæ, de *vsucapione* loquentes, de *annali & biennali* intelligendæ sint. Locum tantum habebat (1) in rebus *corporalibus*, non *incorporalibus: l. 14. de seruitut. l. 4. §. 29. l. 10. §. 1. h.* (2) in *mobilibus* indistincte siue essent *mancipi* siue *nec mancipi:* VLPIAN. *tit. 19. fragm §. 6.* SCHVLTING. *in iurispr. anteiust. p. 622.* (3) in fundis *Italicis*, non *prouinciali-*

bus pr. I. h. t. l. vn. C. de transform. vſuc. l. 12. §. 1. de publ. in rem act.

4. In rebus tamen, quæ *vſucapi* non poterant, *longæ poſſeſſionis*, h. e. X. vel XX. annorum *prærogatiua*, hunc *iure prætorio* accepit effectum, vt actores poſtea ab agendo excluderentur, & poſſeſſoribus *exceptio longæ poſſeſſionis* tribueretur, quæ ſpeciatim *longi temporis præſcriptio* vocatur. *l. 3. in f. de acq. vel amitt. poſſeſſ.* Vnde tam in *digeſtis* quam *codice vſucapio* & *præſcriptio* hæc admodum diſtinguuntur. *l. 11. de diu. & temp. præſcr. l. 54. pr. de euict. l. 2. C. in quib. cauſſ. ceſſ. long. temp. præſcr. l. 1. C. de ſeru. fugit. l. 76. §. 1. de contrah. emt. V.*

5. Vſucapio enim (α) olim contra *impeditos* currebat, ſalua *reſtitutione*, imo etiam contra *minores*; *§. 5. I. de act. l. 2. §. 15. pro emt.* non vero contra pupillos. *l. 48. pr. de acq. rer. dom. l. 10. quemad. ſeru. amitt. l. 4. §. 24. de doli mali & met. exc. l. 2. §. 15. pro emt.* CICERO *lib. I. ep. 5. ad Attic.* (ε) Demum L. C. interrumpebatur: *l. 3. pr. de eo per quem fact.* (γ) vltimus dies inceptus ſufficiebat. Aſſt *longi temporis præſcriptio* (a) non curebat, nec *impeditis* nec *minoribus*: (b) ſola *citatione* interrumpebatur: *l. 3. 4. C. quib. non obi long. temp. præſcr. l. 4. C. ſi quis ignor. rem. min.* totus (c) *vltimus dies* computatus fuit vid. *infr. p. 460. §. 3.*

6. Suſtulit hoc diſcrimen IVSTINIANVS in *l. vn. C. de vſuc. transform.* vt iura *præſcriptionis* ſint in *vſucapionem* transfuſa, & hæc ſecundum regulas illius, vt *æquiores*, compoſita, ſublato diſcrimi-

crimine inter res *corporales* & *incorporales*, inter prædia *Italica* & *prouincialia*. Ita vero *vsucapio* cum *præscriptione longi temporis* hodie promiscue vsurpatur.

7 Sicuti vero hæc ex *possessione qualificata* exsurgit; ita (I) necesse est, *vt vsucapiens possit animum & facultatem possidendi habere & alias acquirere*. Sufficit vero animum possidendi *ab initio* adfuisse. *l. 4. §. 4. h.* Qui itaque ignoranter possidet, non vsucapit. *l. 47. h.* Porro etiam qui *incapax possessionis* alicuius rei est, nulla vsucapione iuuatur. *c. 7. X. de præscript. in f.*

8. (II) Res *acquirenda debet esse habilis ad vsucapionem*, h. e. (α) vt sit in *commercio*: *l. 9. l. 45. pr. h.* (β) *vitio reali* destituta: (γ) a lege alias vsucapi *non-prohibita*. *l. 24. pr. h.* *Res vitiosa* non vsucapitur, qualis est *furtiua* & *violenter possessa*. Sola *occupatio* non vacuæ possessionis non sufficit, nec *violentia* adhibita, absque *reali possessione*. *l. 4. §. 22. 23. 24. h.* Purgatur tamen vitium. (α) *si rediit ad ipsum dominum*, *l. 4. §. 6 h.* & quidem (ε) *scientem. l. 4. §. 8. h.* Lex vero impedit vsucapionem (1) in rebus *fisci* & *patrimonialibus* principis: *l. f. C. de fund. patrim. princ. l. 18. l. 24. h.* (2) in rebus ciuitatum & piorum corporum: *l. 23. C. de SS. eccl. N. 9.* (3 in rebus pupillorum: *l. 48. de acq. rer. dom. l. 3. C. quib. non obi. long. temp. præsc.* (4) minorum, vt durante minorennitate non currat, maxime quia vsucapio cum *præscriptione longi temporis* est confusa: *l. 3. cit.* STRVV. *ex. 43. §. 10.* (5) in rebus testamento & lege alienari prohibitis. *l. 2. C. de vsuc. pro emt.*

9. (III) *In vsucapiente adesse debet bona fides*, h. e. iusta opinio, *l. 137. de R. I.* qua quis rem alienam tamquam suam ignoranter possidet, *l. 109. de V. S. l. 6. C. de præscr. long. temp.* quæ præsumitur adesse in dubio. ZOES. *h. n. 58.* *Iusta* autem opinio oritur (α) ex *errore facti*, non iuris: *l. 31. pr. l. 32. §. 1. h. l. 2. §. 15. pro emtor.* (β) *ex opinione constante.* Dubitatio *ab initio* magis *malæ fidei* accedit, non vero *superueniens.* ZOES. *h. n. 59.*

10. Et quidem de iure ciuili sufficiebat bona fides *ab initio. l. 48. h.* De *iure canon.* præterea desideratur (IV) *bona fides per totum vsucapiendi tempus. c. f. X. de præscript.* Dispositio *iuris canonici* vulgo in praxi, vt *æquior*, præferri solet; verum æquitatem hanc cerebrinam esse, ostendi in *iur. eccles. protest. lib. 2. tit. 26. §. 52.* conf. COCCEIVS *disputat. duplici de finib. bonæ fid. in præscr. de iur. can.*

11. (V) *Iustus titulus*, qui cognoscitur ex duobus: (1) vt sit *ad transferendum dominium habilis:* (2) *verus.* Erroneus non sufficit, *l. 27. h.* nisi error sit excusabilis. *l. 48. h. l. f. §. 1. pro suo l. 2. §. 16. pro emt.* In *præscriptione* tamen *iurium* olim nullus doceri debebat, *l. 10. si seruit vind.* si *immemoriale* tempus ei suffragatur, quod iure Digestorum requirebatur, vt *P. l. tit. de seruit. §. 8* ostendi. Accedente vero *titulo*, X vel XX annis acquiruntur, vsucapione in *præscriptionem longi temporis* transfusa.

12. Quo-

12. Quocirca res ex *titulo ad dominium transferendum inhabili* possessa nullo tempore præscribitur, *l. 1. C. commun. de vsuc.* neque potest possessor ad effectum vsucapionis inducendum *solo animo* mutare causam possidendi, nisi nouum factum, quod *causam possidendi* mutare possit, interuenerit. *l. 33. §. 1. h. l. 2. C. de præscript. 30. & 40. annor. l. 2. §. 1. pro hered. & possess.* de quo *tit. præced.* actum.

13. (VI) *Possessio legitima, l. 25. h.* h. e. (α) *continua*, per tempus lege definitum. *l. 2. C. de præscr. long. temp.* Continuatur vero vel in *vna persona* vel in *diuersis.* Hoc contingit vel in successore *vniuersali, l. 20. h.* adeo vt etiam tempus *iacentis hereditatis* computetur: *l. 31. §. 5. l. 44. §. 3. h.* vel in *singulari*, vt antecessoris possessio illi prosit, cum illius propter *euictionem* interfit, hunc *accessione possessionis suæ* vti. *l. 14. 17. h. l. 11. C. de præscr. long. tem.*

14. Subest tamen hæc differentia, quod *mala fides* defuncti imputetur *vniuersali*, non *singulari*, qui *ex sua persona* vsucapionem implere intendit. *l. 2. §. 16. 17. pro emt.* Heres enim ex *sua persona* vsucapionem inducere nequit, destitutus titulo nouo. *l. 4. C. de præscr. long. temp.*

15. Suspenditur continuatio, quando *dormit & quiescit præscriptio*, vt ad aliquod temporis spatium non currat, quo pertinet, si ob iustissimum impedimentum, veluti *ætatem minorennem* vel *bellum* &c. quis agere non potuit, quod iure nouo transfusa *vsucapione* in *præ-*

ſcriptionem longi temporis generatim aſſerendum eſt. *l. 1. inf. C. de annal. except. l. 7. §. 4. C. de præſcr. 30 ann. R. I. de anno 1654. §. 172. l. f. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* STRYK. *de act. for. inueſtig. S. 3. m. 1. ax. 2.*

16. (β) *Quieta* ſeu *non-interrupta.* Talis interruptio poſſeſſionis dicitur VSVRPATIO *l. 2 l. 5. h.* Fitque (1) *facto naturali*, deiectione de poſſeſſione, *l. 5. h.* & operatur, vt *prima poſſeſſio* non proſit, licet *ſpoliatus* poſt recuperet poſſeſſionem *l. 7. §. 4. pro emt.*

17. (2) *Ciuiliter*, quando ius poſſidendi in dubium vocatur poſſeſſori. *l. 1. C. de præſcr. long. temp.* & ſufficit hodie ſola *citatio*, *l. 2. C. de annal. except.* maxime (α) poſt vtriusque *confuſionem*, & (ε) ſecundum *ius canonicum*, quo *litis pendentia* a *citatione* incipit; modo actor obtineat. *l. 2 pro donat.* DONELL. *l. 5. c. 21. inf.* Quodſi vero actor litem derelinquat, illi perpetuatur *actio perſonalis* ad 40. annos poſt *litis conteſtationem. l. f. C. de præſcript. 30. ann.*

18. *Extraiudicialis* interpellatio tantæ non eſt efficaciæ, vti quidem *iudicialis*, ne in cuiuslibet nequiſſimi hominis poteſtate ſit, poſſeſſionem alicuius eiusque effectum interuertere. Quatenus tamen quodammodo ex iuſtis circumſtantiis alterum in *mala fide* conſtituere, eiusque poſſeſſionem *turbare* poteſt, eatenus etiam interrumpit præſcriptionem. *l. 17. C. de R. V. l. 20. §. 11. l. 25. §. 7. de petit. hered. l. 2. C. de ſeruit.* Sic itaque contra debitorem interpellatum ſatis efficax eſt.

19. Fluit

19. Fluit ex hoc requisito, actus *meræ facultatis & libertatis* esse inpræscriptibiles, partim quia nemo respectu eorum *possessionem* allegare potest, nisi *factum* aliquod *contradictorium* cum alterius *patientia* coniunctum accesserit; partim etiam, quia *liberi*, & nullo tempore sunt inclusi. *l. 3. C. in quib. caus. cess. long. temp.*

20. (VII) *Tempus lege definitum*, quod in mobilibus est *triennium*, in immobilibus autem, *decennium* inter præsentes, *vicennium* inter absentes. *pr. I. h. l. vn. C. de vsuc. transform. l. 12. C. de præscr. long. tem.* Olim in vsucapione diem vltimum attigisse, satis erat, quod in fauorem *bonæ fidei* introductum. Verum postquam in *præscriptionem longi temporis* transfusa est, *totius vltimi diei* ratio habenda. *l. 6. 7. h.* Si quis pro parte absens, pro parte vero præsens fuit, *decennio* constituto, dimidiantur anni absentiæ; *vicennio* vero posito, præsentiæ anni duplicandi. *N. 119. c. 8. auth. quodsi quis. C. de long. temp. præscr.* Ita qualificata *præscriptio longi temporis* operatur tum *dominium* & simile *ius in re:* tum *exceptionem.*

21. LONGISSIMI TEMPORIS præscriptio *constitutionibus principum* inualuit, in *actionibus personalibus* necessaria, & quando alias *longi temporis præscriptio* cessat. Ab initio tantum vim *excipiendi* habuit; tandem effectum *vsucapionis* iis in casibus accepit, in quibus adest *possessio rei alienæ* quodammodo *qualificata.* Effectum hunc habet (I) *ob defectum tituli*, veluti in

herede ex persona sua præscribere volente. *l. 8. C. de præscr. 30. vel 40 ann. l. 11. de diuers. temp. præscr.*

22 (II) *Ob defectum b. f.* ceteris requisitis saluis. Ita *m. f. possessor* titulatus præscribit per 30. annos de iure *ciuili*, non *canonico* & *moribus*. Heredi tamen m. f. defuncti hoc casu imputari nequit.

23. (III) *Ob defectum habilitatis obiecti*, v. c. res vitiosæ præscribuntur 30. annis, *l. 7. C. d. vsucap. pro emt. N. 119. c. 7.* vt & res minorum. *l. 3. C. de præscr. 30. ann. l. f. C. in quib. caus. in integr. restit.*

24. Sed quædam res longius adhuc tempus desiderant. Sic *40. annis* præscribuntur (1) res ecclesiasticæ: *auth. quas actiones. C. de SS. eccles. N. 131. c. 6.* (2) *ciuitatum bona*, cum ordinarie non vsucapiantur, *l. 9. h.* & cum *bonis ecclesiasticis* collata fuerint in *l. 23. C. de SS. eccles.*

25. (3) Res *fiscales*, h e. fisco iam acquisitæ, vt & *patrimoniales. l. f. C. de fund. patrim. l. 3. C. de bonis vacant.* Non acquisitæ autem fisco præscribuntur *diutina possessione*, *l. 18. h.* h. e. quadriennio indistincte. *l. 1. §. 2. de iur. fisc. l. 10. §. 1. de diuers. & temp. præscript. l. 1. C. de quadr. præscr.* STRYK. *de succeff. ab inteft. diff. 5. c. 1. §. 57.*

26. Datur præterea *præscriptio longissimi temporis* iure nouo *exceptionem* tantum producens, detinenti res alienas vtilem, si præter lapsum temporis nulla adest *qualificata* possessio. *l. 2. C. h. l. f. C. de annal. except.*

27. Vbi

27. Vbi vero debitor *de ſuo* quid debet, neque vlla *alienæ rei poſſeſſio* adeſt, ibi etiam de *iure ciuili* præſcriptione longiſſimi temporis ius actoris tantum per *exceptionem* excluditur. *l. 3. 4. C. h.* De iure canon. ob generalem diſpoſitionem *c. f. X. h.* de eo dubitant, quod *mala fides* in debitore ſemper adſit. Sed contrarium oſtendi *in iur. eccl. proteſt. lib. 2. tit. 26. §. 56. ſq.* conf. COCCEI. *de finib. h. f. in præſcript. de iure can. ſect 2. & 3.*

28. Pertinet huc quoque *immemorialis* præſcriptio, cuius *initii* non extat *memoria*, adeoque fruſtra de *mala fide* hic quæritur, quia, vbi de hac conſtat, adeſt *initii* memoria. Operatur hæc præſumtionem vrgentiſſimam, olim ius *legitimo titulo* eſſe acquiſitum, adeoque eius ratio habetur in *regalibus* contra *principem* defendendis, quatenus per *priuilegium* in priuatum transferri poſſunt, v. c. in immunitatibus a publicis oneribus, *l. 4. 6. C. de præſcr. 30. & 40. ann.* domanialibus &c.

TEXT. NOTAB

L. 1. 2. 3. l. ſequitur 4. §. 6. 8. 21. 24. 25. l. naturaliter 5. l. in vſucapionibus 6. l. id tempus 14. l. ſi per errorem 17. l. ſi hominem 19. l. poſſeſſio 20. l. vbi lex 24 l. ſine poſſeſſione 25. l. Celſus 27. l. nunquam 31. l. non ſolum 33. §. 1 l. cœptum 40. l. iuſto errore 44 § 5.

Ex Codice l. 1. *comm. de vſuc.* l. vn. *de vſuc. transf.* l. cum poſt moram 1. auth. malæ fidei poſſeſſore l. Diutina 4. l. ſi fraude 6. l. cum in longi temporis 12. *de præſcr. long. temp.* l. vnus indiuiduum 3. *in quib. caus.*

cauſ. ceſſat long. temp. præſcr. l. cum per abſentiam 2. l. non eſt incognitum 3. l. ſi poſſeſſio 4. *quib. non obiic. long. temp. præſcr.* l. notum eſt 1. l. omnes 2. l. bene a Zenone 3. *de quadrien. præſcript.* l. male 2. l. ſicut 3. l. omnes 4. l. competit. 6. l. cum notiſſimi 7. l. ſi quis emtionem 8. *de præſcr.* 30. & 40. *ann.* l. vt perfectius 2. *de annal. except.*

Pro ſoluto.

1. TITVLI ad vſucapionem neceſſarii ſunt varii. (1) *Pro ſoluto*, qui titulus in editione *vulgata* & *Haloandriana* ſeparata rubrica exponitur, in aliis adiicitur titulo *de vſurpat.* poſt *l. 46. ſeqq.*

2. Vſucapit pro *ſoluto*, qui rem debiti cauſa recipit, & non tantum quod debetur, ſed quodlibet pro debito ſolutum, ita vſucapit, *c. l. 46.* licet non debeatur. *l. 48. h.*

Tit. IV. (VI. 26)

Pro emtore.

1. QVi titulo *pro emtore* vſucapere vult, debet (α) in *bona fide* eſſe etiam tempore *traditionis*, non tantum tempore *contractus: l. 48. de vſurp. & vſuc.* quæ obſeruatio ſecundum *ius canonicum* otioſa eſt: (β) emtio eſſe *pura*; alias vſucapio inde non procedit: *l. 2. §. 3. ſeqq. h.* & denique (γ) *vera. l. 11. h.*

2. Vſu-

2. Vsucapit quoque pro emtore, qui *litis æstimationem* præstitit, eique causa possessionis mutata censetur. *l. 1. l. 2. §. f. l. 3. h.* Ceterum qui emit a *luxurioso*, ita vt sciat, pecuniam venditorem prodigaliter perditurum esse, non est in *bona fide*, cum iustam *dubitandi* habere debeat causam, rem ad venditorem non pertinere, & ita non vsucapit. *l. 8. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. pro emtore 2. § 2. 4. 15. 16. l. litis 3. l. qui fundum 7. §. 3. l. si quis 8. l. quod vulgo 11.

Ex Codice mancipia 1. l. si contra 2. l. sciens 7. l. ex causa 8. l. eum 9.

Tit. V. (*VII. 29.*)

Pro herede vel possessore.

1. Titulus *pro herede* vel prædicatur (a) de *vero herede* intuitu *rerum in hereditate inuentarum*, quas heres verus putauit esse hereditarias, cum tamen non essent; & hoc intuitu non operatur *nouum titulum*, sed innuit continuationem eius tituli, quem defunctus habuit; *l. 1. C. h. l. 11. de diu. & temp. præscr.* BRVNNEM. *ad l. 1. C. h.* THOMAS. *ad Huber. h. in f.* quamuis inter veteres ICtos dissensus ea de re fuerit, vti *refert* ICtus in *l. 3. h.* Si *iustus error* interuenerit, hic non obest titulo huic. *l. 33. §. 1. de vsurpat.*

2. Vel

2. Vel (b) prædicatur de eo, qui *b. f.* putat, se esse heredem, cum tamen non sit, *l. 11. de hered. petit.* & sic *totius hereditatis* seu vniuersitatis intuitu contra verum heredem præscribenti conducit præscriptio 30. annorum. Cum enim titulus *vniuersalis* sit, *vniuersitatem* etiam pro obiecto habet.

3. *Pro possessore* titulus vel prædicatur (α) de *prædone*, qui nullum titulum habet, *cit. l. 11.* qualis hic intelligi nequit: vel (ε) de *bonorum possessore*, qui eodem modo vsucapit, vt heres ciuilis.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l constat. f.
Ex Codice l cum pro herede 1. l. nihil 2. l. vlt

Tit. VI. (VII. 27.)

Pro donato

1. PRo *donato* vsucapit, cui donationis causa a non domino res est tradita, *l. 1. pr. h.* modo donatio in casibus specialibus non sit iure reprobata, *l. 1. §. 1. l. 3. h.* alioquin enim titulus est nullus. Donatio autem *rei alienæ* est quidem inualida quoad effectum *dominii* transferendi, sed non quoad *vim vsucapiendi. l. 9. §. vlt. de donat.*

2. Idem effectus adscribi non potest *donationi m. c.* intuitu *donantis*, *l. 13. pr. de donat. m. c.* quia traditio sequitur naturam tituli, titu-

tulus autem est *reuocabilis* semper, & sic vim vsucapiendi habere nequit contra donantem, quo minus rem donatam reuocare queat.

Tit. VII.

Pro derelicto.

1. PRo *derelicto* vsucapit, quando non dominus rem, quam putauit esse suam, derelinquit, alterque sciens illam esse *pro derelicto* habitam, bona fide occupat. *l. 4. h.*

2. Ei vero non prodest hic titulus, qui putauit, rem esse *pro derelicto* habitam, quæ tamen non est, *l. 6. h.* quia deficit titulus verus, v. c. qui merces ex naui iactas inuenit. *l. 7. h.*

Tit. VIII.

Pro legato.

1. LEgata *res aliena* a legatario vsucapitur titulo *pro legato*, modo *habeat testamenti factionem. l. 7. h.* Si legata non sit, licet putauerit possessor, sibi esse legatam, non vsucapit. *l. 2. 3. h.*

2. Sed etiam hic *iusta ignorantia* parit excusationem, veluti si res propria a testore legata postea in codicillis ademta, quam ademtionem ignorauit legatarius. *l. 4. l. 5 l. 9. h.*

Tit.

Tit. IX. (*VII. 28.*)

Pro dote.

PRo *dote* vsucapit, qui rem alienam in dotem accepit, *l. 1. pr. h.* modo *matrimonium verum* subsit. *l. 1. §. 4. h.* Si ante nuptias dos tradita sit, statim vsucapio procedit *pro suo l. 1. §. 2. h.* nisi alia intentio eius, qui dotem dedit, demonstrata fuerit, vel dos *æstimata* data sit, *l. 2. h.* ob rationem expressam in *l. 10. §. 4. de iur. dot.*

Tit. X.

Pro suo.

TItulus *pro suo* vel concurrit cum aliis titulis hactenus explicitis: *l. 1. pr. h.* vel *specialis* est, & iis applicatur casibus, vbi (1) causæ acquirendi speciale nomen non habent, vel (2) de aliis titulis dubitatur, *l. 2. h. l. 1. §. 2. pro dot.* vel (3) denique probabilis error adest *l. 2. iunct. l. 4. pr. h.* conf. THOMAS. *ad Huber. h. t.* Titulum *pro stipulato* in *l. 3. h.* vel ideo non admiserunt ICti, quoniam non est specialis *titulus*, sed *generalis modus* omnes conuentiones confirmandi, & *causam debendi specialem* supponit, absque qua effectum habere nequit.

Lib. XLII.

Lib. XLII. Tit. I.

(VII. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58.)

De re iudicata, & effectu sententiarum, & de interlocutionibus.

1. SENTENTIA generatim sumta, & secundum mores nostros accepta, est *quodlibet iudicis in causa controuersa pronunciatum.* Et hoc intuitu diuiditur in *interlocutoriam* & *definitiuam*, quamuis de iure R. sententia tantum prædicetur de *definitiua. tot. t. C. de sentent. & interloc.* STRAVCH. *dissert. 26. in ius Iustin. th. 2.* ibique THOMAS.

2. DEFINITIVA est, *ipsa pronunciatio iudicis, causa cognita, litem dirimens per condemnationem vel absolutionem. l. 1. h.* In quibusdam foris si ab *ipso iudice* fertur sine *præuia consultatione extraneorum ICtorum.* vocatur *Decretum*, ein Abschied: si ad consultationem eorum, *sententia* ein Urtheil. THOMAS. *c. l.* Alibi *decretum* in processu summario, *sententia* vero in ordinario ferri dicitur.

3. INTERLOCVTORIA est, *quæ articulum in lite principali incidentem definit, ita vt demum per illam deueniatur ad causæ decisionem.* Et ita per-

pertinet ad processum recte instruendum. Estque *mera* vel *mixta*. *Illa simplex interlocutio* dicitur quæ *vtroque audito* lata non est, nec principalem causam adeo tangit. *Hæc* vero, quæ habet vim definitiuæ in *puncto incidente*, & *vtroque satis audito in forma sententiæ* lata est; vel damnum infert irreparabile *ord. cam. P. 2. t. 17. §. f.*

4. In effectu differunt, quod a *mera* appellari nequeat, *l. 14. h.* quæ reuocari semper a iudice potest, bene tamen a *mixta*: v. c. si iudex alicui onus probandi *per sententiam* iniungit, MEV. *8. D. 14.* vel exceptiones peremtorias reiicit. MYNS. *3. O. 88. n. 3.* Concil. Trident. *Sess. 13. de Reform. c. 1. & Sess. 24. de Ref. c. 20.* Iure ciuili a nulla interlocutoria *regulariter* appellari poterat. *l. 16. C. de iudic. l. 36. C. de appell.*

5. Interlocutoria *mera* vero a *definitiua* vel *vim definitiuæ habente*, in effectu differt, (1) quod illa possit a iudice retractari, non hæc, *l. 14. l. 42.* h. obfinitum officium iudicis pedanei; *l. 55. l.* quæ differentia ex ratione processus Romani quoad *definitiuam* fluit, ius canonicum tamen eam confirmauit in *c. 60. X. de appell. c. 10. eod. in 6.*

6. (2) Appellatio ab *interlocutoria mera* facienda *in scriptis*; *c. 1. de appell. in 6.* non vero præcise a definitiua. (3) In appellatione ab interlocutoria mera *expressio grauaminis* requiritur in *schedula* appellationis; *c. 59. c. 62. X. de appel.* non item in appellatione a *definitiua*. *l. 3.*

de

de appell. (4) Appellatio tam a *mera* quam *mixta* facienda ex *actis prioris instantiæ: clem. 5. de appell.* a *definitiua* admittit *nouas probationes* & *deductiones.*

7. In sententia *definitiua* legitime ferenda ante omnia desideratur (I) *conclusio in causa.* Hanc si partes nimis differunt, iudex causam in *contumaciam non concludentis* pro conclusa habere, & ad sententiam ferendam pergere potest. *auth. iubemus. C. de iudic.* MEV *5. D. 412.*

8. Conclusione facta, partes nihil amplius adducere possunt in iudicio. Iudici tamen non concluditur, GAIL. *1. O. 107. n. 5.* & sic etiam adhuc admittitur (1) inspectio ocularis: (2) vlterior repetitio testium: (3) amicabilis compositionis tentamen HERT. *de inspect. ocul.* §. *33.*

9. Quando acta sunt *transmittenda*, vel *relationi* subiicienda, desideratur (II *inrotulatio actorum, quæ est eorum, quæ a litigantibus hinc inde fuere proposita, in certum ordinem, iis præsentibus & ad hoc citatis, facta collectio, & collectorum reuisio.*

10. Ad hunc actum citandæ partes, vt videant, an acta sint integra? MEV. *3. D. 185.* In casu *transmissionis* obsignatione facta, transmittuntur α) *sumtibus communibus*, si *ex officio* decreta; alias *petentis:* STRVK. *intr. in prax. c. 21.* §. *8.* (β) ad *collegium non exceptum.* Possunt enim litigantes protestari contra quædam colle-

gia. Interim ſententia a collegio excepto lata & *publicata* valet. RENNEMANN *de transmiſſ.* SCHRADER *de feud. P. X. c. 14. n. 50. ſqq.*

11. Vbi ab ipſo iudice ferenda ſententia, ſequitur (III) *relatio ex actis*, quæ *in ſcriptis* vt plurimum in ſupremis tribunalibus offerri debet ab eo, cui ex aſſeſſoribus acta ad referendum ſunt commiſſa. Ibi itaque (1) *facti ſpecies* præmittenda: (2) exceptiones *dilatoriæ* cum aliis *præliminaribus* excutiendæ: (3) docendum, qualis *actio* inſtituta? (4) an *probata*? (5) an per *exceptiones* rei eliſa? (6) punctus *expenſarum* examinandus: (7) *votum* ipſius *referentis* addendum.

12. (IV) *Ferenda ſententia a iudice competente. l. 1. 2. C. ſi a non comp. iudic. iudicat.* Si plures ſunt, omnes adeſſe debent, *l. 37. 39. h.* quod cum ad *iudices pedaneos* pertineat, ad collegia *tribunalium* hodierna applicari nequit. HVBER. *h. §. 14.* Inter diſſentientes *vota maiora* concludunt. *l. 36. h.*

13. Si vota ſunt paria ab vtraque parte, olim *prætoris* ſeu *magiſtratus competentis* confirmatio accedere debebat. *l. 28. h.* Hic in confirmando reſpicere debebat (α) ad *fauorem cauſæ* ipſius, *l. 38. h.* DONELL. *lib. 27. c. 8.* vel (β) in dubio, ſi probatio vtrinque facta æqualis roboris eſt, reum abſoluere. *l. 125. de R. I.* Nam ita actor vincere nequit, quod alio modo fieri non poteſt, quam ſi validioribus inſtructus ſit rationibus. (γ) In *diſſonantia* reſpectu *ſummarum*, minima ſpectanda

standa est, *l. 38. §. f. h.* quatenus minor stat intra terminos æquitatis.

14. (V) *Ferenda sententia conformis legibus & actis. pr. I. de Off. iud. l. 13 C. h.* Circa *leges dubias* inprimis (α) *æquitatem* præ oculis habeat: *l. 8. C. de iudic.* (β) *ius receptum & consuetudines loci*, licet duræ vel *quodammodo* iniquæ ipsi videantur, sequatur; non vero *solis exemplis* iudicet. *l. 13. C. h.* Si *aperte* contra *leges* tulerit sententiam, illa est ipso iure nulla. *l. 1. §. 2. quæ sent. sine appell.*

15 Circa *acta*, *probata*, & *deducta* diligenter & cum iudicio excutiat, defectumque eorum, quæ *iuris communis* sunt, suppleat. *l. vn. C. vt quæ desunt aduoc. part.* ZAVNSCHLEIFF. *de offic. iud. supplet.* Hisce enim non recte excussis, oritur *iniquitas sententiæ* ob defectum applicationis, corrigenda per remedia suspensiua. *cit. l. 1. §. 2.*

16. Inde vero per se fluit, *sententiam debere esse conformem libello*, scil. vt iudex vltra limites libelli progredi nequeat; GAIL. *1. O. 66.* nisi (α) *omissum* virtualiter actioni insit: HAHN. *ad. W. h. n. 6.* vel (β) *expressum* legibus repugnet. Vulgatum est practicorum: *iniqua petuntur, vt obtineatur æquum.* Nam iudex sæpe temperat summam in *iuramento in litem*, & actione *iniuriarum*, aliisque *arbitrariis*,

17. (VI) *Sententia sit certa*, licet *incertum* fuerit petitum: *§. 32. I. de act. l. 59. pr. §. 2. h.* alioquin enim in rem iudicatam transire ne-

quit. *l. 3. 4. C. de sent. quæ sin. cert. quant.* MEV. *1. D. 109.* Sufficit autem certitudo *relatiua l. 5. §. 1. h.* ID. *3. D. 344.* Vnde conditio quoque sententiæ adiicienda non est, *l. 1 §. 5. quand. appell.* nisi quæ *intrinseca* est v. c. Würde Beklagter schweren ꝛc.

18. Quodsi tamen *natura actionis* haud admittat absolute certam ferri sententiam, veluti quod actio sit *generalis* vel *alternatiua* &c. tunc sententia prima, scil. definitiua, etiam eo sensu *incerta* tolerari debet.

19. (VII) *Sententia definitiua condemnet vel absoluat; l. 1. h. l. 3. 7. 11. 14. C. h.* non tamen iudex semper *hisce verbis* vti debet, cum *æquipollentia* sufficiant. BRVNNEM. *in proc. ciu. c. 27 n. 28.* Et quidem condemnatio vel absolutio *de tota causa* fieri debet, *l. 27. fam. herc.* quatenus *vna res* in iudicium deducta: si multa sunt sententiæ capita, in altero *absoluere*, in aliis vero *condemnare*, vel vlteriorem disquisitionem permittere potest. *l. pen. C. h.*

20. (VIII) *Rite & secundum stylum curiæ concipiatur. l. 4. C. h.* Olim in *lingua latina*, *l. 48. h. t. l. 12. C. h.* quæ etiam in *officialatibus* prælatorum vel *causis Italiæ*, ad tribunal imperatorium delatis, adhuc hodie adhiberi solet. Alias hodie secundum cuiusuis regionis propriam & vernaculam processus instruitur. BRVNN. *ad l. 12. C. h.*

12. Concipienda autem (α) *in scriptis*; *l. 3. C. de sent. exper. recit.* nisi causæ sint leues: *auth.*

nisi

nisi breues C. eod. (α) Contineat nomen *iudicis*, *actoris* & *rei*, aliquando etiam de *iure Romano* procuratoris: *l. 1. C. de sent. & interl.* (ε) ea, quæ hactenus sunt dicta.

22. (IX) *Legitime concepta definitiua*, & quidem in *processu ordinario*, *tandem publicetur*. Scilicet (1) citandi sunt litigantes: *l. 1. C. h. l. 2 C. quomod. & quand. iud. sent.* (2 a *sedentibus* pro tribunali proferatur: a *stante* non valet: *c. f. h. in 6.* (3) recitetur ex *periculo*: *l. 2. 3. C. de sent. exper. recit.* (4) in *loco iudicii* consueto (5) *die præfixo* ad publicationem, non tamen feriato: *l. 4. C. quomod. & quand. iudex sent.* (6) tandem actis inseratur, qua *hora*, *die* & *ratione* publicatio facta.

23. Sententia ita legitime publicata variis *remediis suspensiuis* intra *decendium*, quod a die scientiæ currit, MEV. 2. D. 270. potest suspendi a viribus rei iudicatæ, nisi (α) ex *iuramento delato* sit lata: (β) ex *contumacia vera* alterius, quibus casibus statim transit *in rem iudicatam. l. 11. C. quom. & quand. iud. sent.*

24. Hoc facto, sententiæ statur, ita vt (α) pro *veritate* accipiatur, *l. 207. de R. I. l. 25. de stat. hom. l. pen h.* faciatque (β) ius inter *partes*, *l. 50. §. 1. de leg. 1. l. 65. §. 2. ad SCt. Trebell.* & (γ) *nouam causam* debendi constituat: adeoque (δ) nullo modo regulariter retractari potest. *t. t. C. sent. rescind. non posse l. 2 4. C. de re iudic. l. 56 ff. h.*

25. *Extra ordinem* tamen res iudicata rescinditur (1) per *restitutionem in integrum*, vid. IO. SAM. STRYK. *de remed. contr. rem iudic.* quo inprimis pertinent casus in *l.* 31. *de iurei. l. 33.35. h.* Concedunt etiam (2) *denunciationem euangelicam*, quæ tamen ex meris principiis *ecclesiæ Romanæ* fluit, vid. tr. *de iur. eccles. protest. lib. II tit. 2. §. 6. sqq.* nec ad *fora protestantium* applicari potest. THOMAS. *de denunciat. euangel.*

26. Quædam vero plane non transeunt in rem iudicatam. *l. 11. de except.* vt (α) latæ *in causa matrimoniali; c 9. X. de testibus. c. 7. X h* sed vid. *ius eccl. protest. lib. II. t. 27. §. 43. sqq.* (β) contra aliam latæ, quæ iam in *rem iudicatam* transiit: *l. 1. C. quand. prou. non est necess.* (γ) *consilia artificum: c. 14. de prob.* MEV. *8. D. 26.* (δ) *rationes decidendi*: (ε) condemnatoriæ in causis criminalibus: denique (ζ) comminationes, epistolæ, programmata, subscriptionesque autoritatem rei iudicatæ non habent. *t. t. C. commin. epist. programm.* Conf. disp. nostr. *de sentent. in rem iudic. non trans.*

27. Vt denique sententia talis effectum consequeretur, dabant Romani quandoque *actionem rei iudicatæ*, supponentes *quasi contractum*, ex quo reus obligabatur, ad satisfaciendum sententiæ. Hodie plerumque, petita executione, mox decernuntur *mandata sine clausula*. Vid. CHILT. *ex. 46. §. 2.*

28. Pos-

28. Possunt tamen nonnunquam lites circa ipsam executionem oriri, quando (1) *incertitudo* circa illam enascitur, v. c. si incerta est sententia ex *natura actionis*, aut condemnatus moras traxit, vt interim res perierit, & sic æstimatio præstanda sit: *l. 7. C. de exec. rei iudic.* (2) aliæ *exceptiones* executioni opponuntur, conf. HVBER. *h. §. 57.* STRYK. *intr. in prax. c. 24. §. 3. seqq.* & inde *processus executionis* der Hülffs-Proceß, nascitur.

29. Vt autem EXECVTIO legitime fiat, *peti* (I) *debet a victore.* Proprio motu iudex illam non decernit. De *forma petendi* vid. MEV. von Wucherl. *Contr. p. 2. c. 9. §. 3.*

30. (II) *Decernenda a iudice.* Priuata autoritate fieri nequit. *l. 6. §. 2. h.* Ordinarie ab eo iudice facienda, qui sententiam tulit, & *mixto imperio* gaudet: conf. MEV. *4. D. 349.* non itaque olim a *iudice pedaneo. l. 15. pr. h.* Delegata iudicis potestas ex eius commissoriali diiudicanda.

31. Causa ad *iudicem superiorem* per viam *appellationis* deuoluta, siquidem inferioris sententia *confirmata* est, executio pertinet ad iudicem primæ instantiæ, eumque in finem decernuntur *remissoriales;* si *correcta*, mandata executorialia *immediate* decernuntur a iudice superiori. SCHILT. *ex. 46. §. 18. seqq.*

32. Si bona, in quæ executio facienda, *extra territorium* sunt sita, iudex rei sitæ implorandus

dus per *literas subsidiales*, vt executionem faciat. MARTIN. *ad proceſſ. Sax. tit. 39. §. 1. n. 143. ſeqq.* Aliquando etiam in eodem territorio, quo ſententia lata eſt, executio per alium facienda, vti fit, ſi brachium ſeculare a *iudice eccleſiaſtico* inuocatur.

33. (III) *Facienda in bona debitoris condemnati*, hoc ordine, vt eligantur primo *mobilia*, poſt *immobilia*, tandem *iura. l. 15. §. 2. h.* Res *culturæ inſeruientes*, atque *inſtrumenta opificum* demum in ſubſidium tenentur extra concurſum; SCHILT. *c. l. §. 22.* nam in concurſu ordo talis non attenditur. MEV. *6. D. 390.* Si per ſententiam *certa res* eſt euicta, in illam tantum fit executio. *l. 7. C. de execut rei iud.*

34. Sic itaque etiam contra *heredem* fieri poteſt, *l. 44. h.* & ſi plures ſint condemnati, contra ſingulos *pro rata*: *l. 1. 2. C ſi plur. vna ſent l. 43. ff. h.* non alium, qui in ſententia non eſt condemnatus, v. c. contra fideiuſſorem, principali condemnato, FAB. *in C. lib. VII. t. 25 def. 6. n. 2.* nec contra *tertium*, ſeu *ſucceſſorem ſingularem*; MEV. *4. D. 48.* BRVNNEM. *cent. 5. D. 14.* niſi (I) ius *tertii* ex iure litigantis *prorſus* dependeat: *l. pen. h.* MEV. *6. D. 417.* is (II) cui primario defenſio competit, ſequenti experiri permittat. *cit. l.* & cauſa *plene* excuſſa ſit. *l. 15. §. 4 h.* MEV. *5. D. 211. & 8. D 416.* STRYK. *de autor. rei iudic. contra tertium.*

35. (IV)

35. (IV) *Facienda executio in ſolidum*, licet nihil retineat debitor. Ob *beneficium* tamen *competentiæ* quibusdam relinquenda ſunt neceſſaria *vitæ alimenta*, adeoque executio eatenus facienda, *quatenus reus facere poteſt*, de quo aliter conſtare nequit, quam *iurata ſpecificatione* edita.

36. Gaudent hoc beneficio (1) *donator* in re donata: *l. 19 §. 1. l. 41. §. 2. l 49. inf. l. 50. h.* (2) *maritus* reſpectu dotis & aliorum contractuum cum vxore celebratorum, & eodem æqualitatis iure (3) *vxor: l. 20. h.* (4) *ſocer* reſpectu dotis promiſſæ: *l. 21. l. 22. h.* (5 *ſocii: l. 16. l. 22. §. 1. h. l. 63. pro ſoc.* (6) *miles. l. 6. pr. l. 18. h.* 7) *patronus & libertus: l. 17. h.* (8) *parentes & liberi: l. 16. in f. h.* 9) *fratres & ſorores, l. 63. pro ſoc* cum etiam hi inuicem ſibi ad alimenta teneantur: (10) alii quilibet debitores *ex pacto: l. 49. de pact.* denique (11) qui *bonis ceſſerunt*, & poſtea ad pinguiorem fortunam peruenerunt. *§. vlt. I. de act.*

37. Beneficium hoc latius extendunt Dd. contra *rationem priuilegiorum, l. 14. de LL.* v. c. ad ſacerdotes, nobiles, literatos, ſtudioſos, ciuitates & in genere ad pia corpora. Sed hæc tradita Dd. beneficium nemini vltra legis tenorem tribuere poſſunt. *l. 18. h. t.*

38. (V) *Intra legitimum tempus.* In *reali* in rem petitam *ſtatim* fit executio, vt & in *perſonali*, per quam *certa ſpecies* petitur: ſi *quantitas* adiudicata eſt, quadrimeſtre ſpatium conde-

mnatis indulgetur, *l. 2. D. h. l. 2. 3. C. de vſur. rei iudic.* quod tamen ex iuſta cauſa iudex *arctare* & *prorogare* poteſt. *l. 2. h.* Imo in praxi termini hi variant.

39. Executione ita in res ob *debita* facta, vel venduntur ſub haſta, vel, emtore non reperto, præuia *taxatione* iudiciali creditori in ſolutum adiudicantur. *l. 3. C. de exec. rei iudic.* CARPZ. *in proc. tit. 25. art. 4.* Quomodo autem in *ſubhaſtatione* procedendum ſit, docet plenius PHILIPPI *de ſubhaſt.* In reali actione, vbi ipſa res petitur, manet res penes vincentem.

TEXT. NOTAB.

L. qui pro tribunali 2 l. ſi ſe non obtulit 4 §. 6. l. ſi quis 13. in f. l. quod iuſſit 14 l. a diuo 15. §. 2. 3. 4 l. ſunt qui 16. ſeqq. l. ſed hoc 22. §. 1. l. duo 28. l. diuus Hadrianus 33. l. imperatores 35 l. Neſennius Apollinaris 41. in f. l. Paulus 42. l. 43. l. actorum 46. l. de vnoquoque 47. l. 49. l. 50. l. contumacia 53 l. poſt rem iudicatam 56. l. quidam 57 l quæſitum 60. l. ſæpe 63.

Ex Codice l. ceſſante 2. l. ab eo 3. l. ſi vt proponis 4. l. 5. l. tres 9. l. cum præſentibus 11. *quomodo & quando iud. ſentent.* l. hac lege 2. l. ſtatutis 3. auth. niſi breues *de ſentent. ex peric. recit.* l. non videtur 1 l. præſes 3. l. prolatam 4 l. ex ſtipulatione 7. l. poſt ſententiam 9. l. iudices 12. l. nemo 13. l. cum Papinianus 14. l. cum ſolitum 16 *de ſentent. & interlocut.* l. hæc ſententia 3 l. 4. *de ſentent. quæ ſine cert. quant. prof.* l. vn. *de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. prof.* l. iudex 1. l. ſi militaris 2. l. ſi de proprieta·e 3. *ſi a non competente iudice iudicatum eſſe dicatur.* auth. nouo iure *de pœna iudicis qui male iudicauit.*

l. ne-

l. neque 1. l. peremtorias 2. l. vlt. *sententiam rescindi non posse* l. litigator 2. l terminato 3. l. vlt. *de fructibus & litium expensis* l. res iudicatæ 2. l. sub specie 4. l. gesta 6. *de iudicata* l. si causam 2 l. ordo 3. l. stipendia 4. l. si vt proponis 6. l. si longis 7. *de executione rei iudicatæ* l eos 2. l. sancimus 3. *de vsuris rei iudicatæ* l. si non singuli 1. l. vlt. *si plures vna sententia condemnati sunt* l. res inter alios 2. l. vlt. *quibus res iudicata non nocet* l. rei iudicatæ 2. l interlocutio 4. l. programma 6. l. vlt *comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones, autoritatem rei iudicatæ non habere* l. & qui 2. l. vlt. *si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum sit.*

Tit. II. (*VII. 59.*)

De confessis.

1. CONFESSIO in iure etiam pro *iudicato* accipitur. *l. 1. 3. h. l. 1. C. h.* Est vero CONFESSIO *eius, quod ab aduersario intenditur, asseueratio legitima & seria.* Estque vel *vera* vel *ficta. Hæc* est, quæ ex *facto concludente* a lege inducitur, & vim *confessionis* habet. *l. 4. §. f. de his qui not. inf. c. 6. h. in 6. l. 38. de iurei. l. 11. §. 4. de interrog. in iur. fac.*

2. Vera est vel *iudicialis* vel *extraiudicialis:* Illa fit *in iudicio*, hæc *extra iudicium.* Multum inter se differunt quoad effectum, de quo postea.

3. In *iudiciali*, de qua potissimum hic agitur, requiritur, (1) *vt sit asseueratio directa seu animo confitendi facta.* Quod enim per *consequentiam dubiam* ex actu elicitur, non semper habet

habet *confessionis* vim. *l. 37. famil. herciſc. l. 9 D. & C. de except. l. 9. C. de O. & A.*

4. (II) *Certa de eo, quod facti eſt.* Quod *iuris*, non dependet ex confeſſione LAVTERBACH. *diſſ. 6. de confeſſ th. 15 16. l. 6. pr. §. 1. h.* Ex *errore* ab *aduocato* facta, tuto reuocari poteſt; *l. 2. h.* quamuis intra *triduum* error allegandus. ZOES. *h n. 8.*

5. (III) *Coram iudice competente facta:* coram *incompetente* non quidem efficax eſt ad condemnationem, valebit tamen, vt *extraiudicialis*, adeo vt indicium ad torturam præbeat. ZIEGL. *in præl. ad c. 4. X. de iudic.* Conf. tr. *iur. eccleſ. proteſt. lib. 2. tit. 18. §. 6.*

6. (IV) *Præſente aduerſario & acceptante: l. 6. §. 3. h.* ante licite reuocatur: *minores* etiam & *eccleſiæ* contra eam reſtituuntur. *l. 6. §. 5. h. c. 2. d. reſtit. in integr. in 6.*

7. (V) *Facta a tali, qui ſuam conditionem deteriorem facere poteſt.* Pupillo confeſſio non nocet, niſi fiat cum tutoris autoritate. *l. 6. §. 5. h.*

8. Operatur confeſſio hæc in *cauſa* quidem *ciuili*, vt confeſſus habeatur pro *iudicato*, *l. 1. l. 6. pr. h.* & ſic tempora iudicati *ſtatim* currere incipiant, *l. 6. in f. h.* adeo vt ſi *ante litem conteſtatam* facta ſit, ne quidem requirant ſententiam condemnatoriam, *l. 56. de re iud.* bene tamen poſt, *l. 3. l. 5. h.* quæ ſententia foro Romano exacte conformis eſt. Sed hodie vtrobique ſententia vt plurimum propter *expenſas* aliasque *præſtationes* opus erit.

9. In

9. In *causa criminali* condemnationem non aliter operatur, nisi (α) constet de *corpore delicti: l. 1. §. 17. 27. de quæst.* (β) persona sit suspecta aliisque indiciis grauata; (γ) sit libera, non dolose extorta. BRVNNEMANN. *cent. 1. D. 57.*

10. *Extraiudicialis*, quatenus (α) *serio*, (β) *ex causa*, (γ) *de facto proprio* facta, & (δ) *probari* potest, in *ciuilibus* plene probat, sicuti alia scriptura, quæ *confessionem* continet, (vid. supra *tit. de fid. instrum.*) scil. in præiudicium confitentis, salua tamen *reprobatione*; non vt inde lucrum capiat. *l. 5. C. de cond. ob turp. caus.* In *criminalibus* autem ad condemnationem est insufficiens, facit tamen indicium ad *torturam*, quatenus persona alias est suspecta. *art. 32. C. crim. car.* IO. SAM. STRYK. *de alleg. propr. turpit. c. 4. n. 17.*

11. *Tertium* non grauat: neque enim alleganti propriam turpitudinem creditur in præiudicium tertii. *l. 2. §. 2. ad SCt. Vellei. l. uo. in f. de R. I. l. 29. §. 1. de prob.*

12. Species confessionis est *diffamatio* & *gloriatio*, quæ aliquando iustam causam præbet *prouocandi* ad agendum, vid. supra *tit. de iudic. §. 43.* aliquando vero *actioni iniuriarum* locum facit, si quis gloriatus sit, se cum alia persona delictum commisisse. STRYK. *cit. disp. c. 2. §. 49. seqq.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. non fatetur 2. l. certum 6. pr. §. 3. f. l. cum fideicommissum 7.

Tit. III. (VII. 7i.)

De cessione bonorum.

1. EXecutio vbi facienda, sæpe prouocatur ad *cessionem bonorum*. Debitoribus enim non *sua culpa* bonis lapsis, datum est lege Iulia BENEFICIVM CESSIONIS, vi cuius *omnia sua bona possunt cedere creditoribus, & ita se liberare a seruitutis carcerisque iniuriis, l. 4. C. h. l. 16. in f. de V. S. l. 7. §. 1. quod cuiusque vniu. nom.* quæ etiam *iure Germanico* locum habuere. *I. P. S. lib. 3. art. 39.* conf. BYNCKERSHOEK. *lib. 1. obs. 1.*

2. Requiritur vero, quo huic beneficio locus sit, (I) *vt mero casu fortuito bonis lapsi sint debitores.* Non prodest debitoribus culposis seu decoctoribus, HVBER. *h. §. 3.* vel dolosis, qui sunt debitores ex causa criminali; ibi enim habet locum regula: *qui non habet in ære, luat in corpore. l. f. de in ius voc.*

3. (II) *Vt non gaudeant beneficio competentiæ*, de quo supra *tit. de re iudic. §. 35. seqq.* Tunc enim necessaria alimenta retinent, neque hoc opus habent, quo omnia amittunt.

4. (III) *Vt huic beneficio non renunciauerint in specie.* Renunciationem enim hanc fieri posse, optime defendit STRYK. *de caut. contr. S. 2.*

6. 1.

c. 1. §. 39. quæ etiam in *debito cambiali* & *obſtagiali* facta cenſetur. Solum tamen *iuramentum* de ſoluendo non impedit hoc beneficium, quod intelligitur ſub conditione: *rebus ſic ſtantibus.* ZOES. *h. n.* 3.

5. His concurrentibus fit ceſſio hoc modo: (1) ſupponitur, creditores ſolutionem vrgere. *l.* 9. h. Si debitor *ſponte* ad hoc prouocat, & creditores hunc in finem conuocat, hi ante omnia ſtatuere debent, vtrum debitorem ad hoc beneficium admittere, an vero ei *quinquennales* concedere malint? *l. f. C. h.* (2) Creditores omnes *edictali citatione* conuocentur: (3) bona a debitore cedente deſignentur iurato: (4) omnia bona extradantur creditoribus, ita, vt nihil debitori prætet veſtes quotidianas relinquatur. STRVV. *ex.* 44. §. 29. 30. ZOES. *h. n.* 14. 15.

6. Ceduntur autem pleno iure bona illa, quæ debitor *irreuocabili iure* tenuit: *l.* 4. *C. h.* quæ *reuocabili iure* tenet: hactenus quidem ceduntur, ſed tantum quoad *commoditatem*, & vitam debitoris. Reuocari tamen, ſoluto debito, bona poſſunt ante diſtractionem. *l.* 2. *C. h.*

7. Ceſſio hæc non liberat debitorem ab omni debito, ſed, vt interim inquietari non poſſit, efficit: vbi vero ad *pinguiorem* rediit *fortunam*, reliquum ſoluere debet, ſaluo tamen beneficio *competentiæ. l.* 4. 6. 7. *h.*

8. Fideiuſſores exinde nullum ſentiunt emo-

emolumentum, quia est *beneficium personale*, quin hunc in finem accipiuntur fideiussores, vt debitoribus lapsis illi soluant. ZOES. *h. n. 10.*

TEXT. NOTAB.

L. is qui 3. l. quem pœnitet 5. l qui bonis 6 l. qui cedit 8. l. vlt.

Ex Codice l. 1. l. si pater 3. l. legis Iuliæ 4. l in omni 6. l. cum & filius fam. 7. l. f.

Tit. IV.

Quibus ex causis in possessionem eatur.

1. MIssio in bona debitoris fit variis ex causis: (I *iudicati exequendi causa*, operaturque facultatem *distrahendi*, secundum ea, quæ *ad tit. de re iudic.* dicta sunt *inf.*

2. (II) *Damni infecti nomine*, vbi duplicem missionem esse ex *primo* & *secundo* decreto supra *t. de damn. inf.* §. *11.* ostensum, atque *de iure R.* in hac sola specie *secundum decretum* obtinuisse videtur, quod tamen ius canonicum ex errore latius extendit, vt ostendi in *iure eccl. prot. lib. II tit. 15.*

3. (III) *Rei seruandæ gratia* contra debitores absentes & indefensos: *l. 1. h.* (IV) *ad contumaciam dolo malo latitantis puniendam l. 2. pr. §. 1. h.* de qua si constat, *ius distrahendi* itidem operatur, *c. l.* quæ tamen missio

sio sublata est per *R. I. de anno 1654. §. 36.* quamuis de *iure canon.* stabilita sit *c. 1. 2. X. de eo qui mitt. in poss.* (V) *Ventris nomine* facta missio non *possessionem*, sed *custodiam* saltem præbet. *l. 12. h.*

4. De missione ex *tertia* & *quarta causa h. t.* leges primario loquuntur, vt edicta prætoris *in l. 1. & 7. h.* docent. Mittuntur creditores, etiam *conditionales, rei seruandæ causa, l 2. pr, l. 8. l. 6. §. f. l. 13 in f. h. t.* si debitor abfit, *l. 6. h.* quamuis ante conditionis euentum bona distrahi non possint. *l. 7. §. 14. l. 14. §. 2. h.* Plures missi æqualiter possident, absque prærogatiua temporis. *l. 12. de reb. aut. iud. poss.*

5. Decernitur a *iudice competente*, præuia causæ cognitione, *l. 7. §. 2. h.* ad instantiam creditorum, *l. 40 de damn. inf.* in bona debitoris omnia, *l. 1. h.* qualiscunque demum debitor sit: *l. 3. l. 7. §. 10. h.* Reo tamen postea comparente, & cautionem de *iudicio sisti* præstante, missi de possessione decedere iubentur. *l. 5. §. 2. h.*

6. Missio hæc operabatur *pignus prætorium. t. t. C. de pign. præt.* Si præterea de *fraudatione latitantis* constabat, ipseque in *contumacia* perseuerabat, *l. 7. §. 1. & 2. h.* per *integrum annum, l pen. §. 3. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* effectum *distrahendi* habebat, nisi reus contumaciam purgauerit. *l. 2. C. in f. vbi in rem.*

7. Missus *rei seruandæ causa* tantum vt *sequester detinet*, non *possidet*, adeoque *compossessionem* operatur. *l. 3. §. f. l. 10. §. 1. de acquir. vel amitt. poss.*

poss. inde nec fructus percipit, *l. 7. pr. h.* sed conseruat. Pupillus tamen in bona tutoris, qui copiam sui non facit, missus, ex iis alitur: *§. 9. I. de suss. tut.* sicuti vxor missa, ex bonis mariti.

TEXT. NOTAB.

L. apud Iulianum 3. pr. l. Fulcinius. 7. pr. l. si filiosam. 11. l. si quis creditorem 14 l. vlt.

Tit. V. (VII. 72).

De rebus auctoritate iudicis possidendis vel vendendis.

1. MIssionis effectus contra *latitantem* consistit inprimis in eo, ceu dictum *tit. antec. §. 6.* vt tandem res *distrahi* possit, & quidem *post annum. l. 3. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* Distrahuntur vero res publice sub hasta. *l. 1. 2. 3. h.* competitque creditori præ *extraneo* ius protimiseos, si idem pretium soluere paratus est. *l. 16. h.* Debitore tamen ante distractionem se offerente ad satisfactionem, impeditur subhastatio *l. 4. §. f. h.* Ceterum missio *iudicati causa* iam titulo *de re iudic.* exposita est.

DE PRIVILEGIIS CREDITORVM

2. Ceterum in *vulgata* & *Haloandrina* editione post *l. 15. h.* nouus titulus incipit DE PRIVILEGIIS CREDITORVM, quorum tunc imprimis ratio habenda, si *concursus creditorum* oritur.

3. Hoc

3. Hoc moto, ante omnia (I) *constituendus curator bonorum;* quem vel *maior pars* elegit MEV. 2. *D.* 250. vel iudex *ex officio*, nemine forsan petente, constituit. ID. 4. *D.* 86. De hoc infra *tit. speciali.*

4. (II) *Iudex edictaliter citare debet omnes creditores ad liquidanda debita*, intra certum terminum, qui est *præclusivus.* Hæc citatio potest etiam *ex officio* decerni, licet non petita. MEV. 4. *D.* 145. Super *præclusione* tamen iudicis *sententia interlocutoria* desideratur.

5. (III) In termino *probanda debita* cum *prioritatis deductione*, quæ quandoque coniunguntur ab abbreuiandum hunc processum. MEV. *ad ius Lub. lib. 3. tit. 1 art. 11. n. 15.*

6. (IV) Tandem his omnibus excussis ferenda est *sententia prioritatis* iuxta ordinem a lege præscriptum. In hoc ordine quidam (α) *iure dominii* res suas petunt: quidam (β) *iure separationis* a reliquis creditoribus segregantur: quidam vero (γ) nudi sunt *creditores*, qui certo ordine collocantur.

7. Qui *iure dominii* res suas petunt, separandi a reliquis creditoribus, adeoque *extra concursum* res suas vindicant. Huc refero (1) res depositas extantes: *l. 24. §. 2. h. l. 8. C. depos.* (2) res alteri nudo mandato commissas: (3) vxoris illata: *l. 1. C. de priuil. fisc.* (4) bona liberorum propria: (5) res venditas non soluto pretio, nec fide de eo habita: (6) res pecunia pupillorum, militum vel ecclesiarum compa-

ratas ab administratoribus &c. Qui *iure separationis* gaudent, itidem a reliquis quoad *certa bona*, vnde illis satisfaciendum, distinguuntur, de quibus *tit. sq.* agendum.

8. *Creditores* denique *communes* inter se concurrunt, & circa hos *quinque* vulgo notæ sunt *classes*. PRIMA CLASSIS continet *absolute priuilegiatos*, qui etiam inter se iuxta ordinem sequentem collocantur. STRVV. *ex. 44. th. 48.*

9. (1) Collocantur sumtus in processum liquidationis facti, singulis creditoribus *pro rata* deducendi. (2) expensæ funebres, *l. 17. h. l. 37. pr. l. penult. de relig. & sumt. fun.* MEV. *6. D. 242.* quateuus sunt intra æquitatis terminos. (3) Mercedes famulorum, non vero eorum, quorum opera vtimur extra domum, vel quorum artificia tantum exhilarationi inseruiunt. CARPZOV. *P. 1. c. 28. def. 25.* HAHN. *ad W. ad tit. qui pot. in pign. n. 3.*

10. (4) Fiscus ratione *debiti primipilaris. l. 3. C. de primipil.* quod ad debita, ob *onera publica* residua, referri nequit, quæ *hypotheca priuilegiata* gaudent, & ita ad *secundam classem* referenda sunt, quamuis *in praxi* vtplurimum ad *primam* referantur. (5) *Census*, *decimæ* & aliæ *præstationes reales* ex bonis. CARPZ. *P. 1. c. 28. def. 54.*

11. SEGVNDA CLASSIS comprehendit hypothecarios, iure *prælationis* gaudentes, de quibus actum *ad tit. qui potiores in pign. §. 2.* TERTIA habet *simpliciter hypothecarios*, de quibus *ibidem* actum. Huc etiam *in Saxonia* referuntur,

tur, qui *arrestum* consecuti sunt in bonis debitoris, a tempore *impetrati arresti* ponendi. *ord. proc. Sax. tit. 48. §. 1. Iure electorali* hoc immutatum est.

12. QVARTA continet eos, qui nulla gaudent hypotheca, *personali* tamen *priuilegio* muniti sunt, vt nudis chirographariis præponantur. Inter se autem admittuntur *pro rata* cuiuscunque debiti, HAHN. *ad W. n. 67.* si sint eiusdem tituli; alias ex *causa fauorabiliori* ponuntur. *l. 32. h.* MEV. *ad ius Lubec. lib. 2. t. 1. art. 7. n. 23. & 24.*

13. Huc referuntur (1) debita alimentorum, RICHTER. *de priuil. cred. c. 5. n. 26.* (2) Res publica creditrix. *l. 38. §. 1. h.* (3) De iure *Saxonico*, non *communi*, etiam huc collocantur piæ causæ: *ord. proc. Sax. tit. 49. §. 2.* (4) res deposita a depositario citra voluntatem deponentis consumta: *l. 24. §. 2. h. l. 7. §. pen. depos.* si vsuras inde percepit, ad vltimam classem reiicitur. (5) Pecunia absque vsuris credita, *ord. Sax. §. 3.* quod *de iure ciuili* negandun, cum illud nullibi cautum legatur. (6) Qui ad rem certam *comparandam* vel *ædificandam* pecuniam crediderunt, neque de pignore sibi prospexere. *l. 7. C. de pign. l. 24. §. 1. l. 26. h.*

14. QVINTAM classem occupant *nudi chirographarii*, aliique creditores, quibus quomodocunque quid debetur; atque hi concurrunt *pro rata*. His tamen omnibus demum

postponitur *fiscus* respectu debiti *ex delicto* contracti. *l. 17. l. 37. de iur. fisc.*

15. Hic ordo de *iure ciuili* non tantum respectu *sortis*, sed etiam *vsurarum* obseruatur. *l. 18. qui pot. in pign. l. 19. §. 2. de pact.* De iure tamen Saxon. aliorumque locorum demum vsuræ collocantur post omnes solutas sortes, *ord. proc. Sax tit 50. §. 2.* quod æquitati apprime congruit.

16. Ita communiter classes collocari solent. Sed variat hic praxis locorum. Quin plures a Dd. intermiscentur creditores, de quorum ordine de *iure ciuili* merito dubitandum. vid. ANT. A MARA *tract. de concurs. cred.* PETR. MARC. CORRADIN. *de iure prælation.*

17. Operatur motus concursus (α) quod alteri creditorum ex *gratificatione* solui nequeat; *l. 24. quæ in fraud. cred.* alioquin enim pecunia soluta a reliquis creditoribus condicitur. conf. MEV. 4. *D. 142. & 255.* Aliud si *ante motum concursum*, vel vbi nondum imminet, vigilanti creditori quid solutum, *l. 6. §. 2. h. l. 6. §. 7. quæ in fraud. cred.* vel si de *prælatione* alicuius creditoris notorie constat. MEV. *3. D. 147.* (β) Quod obæratus debitor nihil valide vendere possit. (β) Quod sistat omnes processus particulares, eosque ad se trahat, quatenus a debitore aliquid in his petitur: MEV. *5. Dec. 26.* si creditores nomine *debitoris* ab aliis quid petunt, hi in *proprio* suo *foro* a *curatore* conueniendi, non vero ad *forum concursus* trahendi.

TEXT.

TEXT. NOTAB

L. 1. §. si non expedierit 6. §. 2 l. cum vnus 12. l. quæsitum 17 §. 1. l. interest 18. l. 19. l. idem priuilegium 22. l. si ventri 24. §. 1. 2. l. qui nauem 26. l. si creditores 31. l. priuilegia 32. l. quod quis 34. l. bonis 38. §. 1.

Ex Codice l. Est iurisdictionis 2. l. pro debito 6. l. cum apud veteres 10.

Tit. VI. (*VII. 72.*)

De separationibus.

1. MOto concursu, sæpe quidam a reliquis creditoribus intuitu *certorum bonorum*, vnde illis satisfaciendum, separandi. Hoc contingit (1) quoad *creditores defuncti*, quibus datum est BENEFICIVM SEPARATIONIS, *quo petunt, vt bona defuncti segregentur a bonis heredis propriis, ad effectum hunc, vt sibi solis exinde satisfiat.*

2. Introductum est in gratiam *creditorum defuncti*, quibus imputari nequit, quod is habeat heredem obæratum; sed non æque datur *heredis creditoribus.* Ex iusta tamen causa etiam *extra ordinem* prætor iis subuenit per *restitutionem. l. 1. §. 5. h.*

3. Vt locum habeat, necesse est (I) *vt petatur. Ipso iure* non competit, nisi statutis locorum aliud cautum. MEV. 1. *D 254.* it. *5. D. 150.* Vnde etiam solis petentibus prodest. *l. 1. §. 16. h.*

4. Et quidem (II) *intra quinquennium*, *l. 1. §. 13. h.* post aditionem numerandum. MEV. *6. D. 339.*

5. (III) Imprimis a *creditoribus chirographariis*, vel aliis, qui non habent hypothecam. Neque enim *creditores hypothecarios* eo indigere putat HVBER. *h. §. 1.* vtpote quibus bona defuncti obligata sunt. Id tamen non vniuersale est. Nam & *legatariis* id tribuitur in *l. pen. pr. h.* qui tamen etiam habent hypothecam. Possent enim hi excludi ab illis, qui in *prima* & *secunda classe* constituuntur. HAHN. *ad W. h. n. 3.* LYNCKER. *resp. VIII.*

6. (VI) *Re adhuc integra.* i. e. (α) antequam hereditas b. f. distrahatur: *l. 2. h.* (ε) res hereditariæ ita cum bonis heredis confundantur, vt separari amplius nequeant: *l. 1. §. 12. h.* (γ) etiam antequam creditores defuncti secuti sunt *fidem heredis. l. 1. §. 10 11. 12. 16. h.*

7. Impetrato hoc beneficio, præferuntur creditores defuncti in *bonis hereditariis* creditoribus heredis propriis, quem in finem inuentarium de bonis defuncti *seorsim* formandum, atque his peculiaris curator, necessitate postulante, dandus. Ceterum, si bona defuncti non sufficiunt, ad heredis propria bona in subsidium recurrere nequeunt, nisi magna causa subsit, quæ eos excusat. *l. pen. h.*

8. Si tamen ex bonis defuncti, postquam creditoribus hereditariis satisfactum est, aliquid

quid supereſt; id creditoribus heredis propriis prodeſt, *l. 5. h.* quia heres propter factam ſeparationem non deſinit eſſe *heres*.

9. Aliunde quoque II) *beneficium ſeparationis* in certis caſibus reſpectu *certorum bonorum* competere poteſt, quos adduxi *P. I. p. 369. inf. & p. 376. §. 8. & P. II. p. 14. §. 4. 5.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2. 5. 11. 12. 13. pen. l. ab hered. 2. l. creditoribus 4. l. ſi creditores 5. l. quoties 6.

Tit. VII.

De curatore bonis dando.

11 MOto concurſu, conſtitui *regulariter* bonis curatorem, ſupra dictum eſt, vel *a magiſtratu ex officio*, vel in quem *maior pars creditorum* conſenſit. *l 2. pr l. f. h. l. 22. de reb. aut. iud. poſſ.* Inuitus nemo conſtituitur, niſi ex magna neceſſitate, *l. 2. §. 3 h.* quæ tamen hodie rariſſime oritur.

2. Conſtituitur vel vnus ex *creditoribus* vel *extraneus*, *l. 2. §. 4. h.* conſultumque eſt, conſtituere talem, qui *iurium peritus* eſt, vt non tantum bona diligenter adminiſtrare, ſed etiam creditoribus reſpondere, & iura debitoris eo rectius tueri poſſit.

3. Officium eius ex obligatione communi omnium *administratorum* dependet. *l. 9. §. 3. l. 15. de reb. aut. iud. poss. l. 2. §. 1. h.* Si plures sunt constituti, singuli tenentur *in solidum*, *l. 3. h.* nisi per *regiones* constituti sint, *l. 2. §. 2. h.* teneturque quilibet de *leui culpa. l. 1. §. 22. de vent. in poss. mitt.* Diuersa est ratio *creditorum* ob *contumaciam debitoris* immissorum, vt & *curatorum*, qui creditorum nomine possident; hi enim *debitori contumaci* tantum tenentur de *lata culpa* in pœnam *contumaciæ. l. 9. §. 5. de reb. auct. iudic. poss.*

4. Præterea etiam dantur curatores *bonis absentium*, de quorum vita non constat. Committuntur hoc casu bona proximo cognato, CARPZ. *P. II. c. 25. def. 48.* FABER. *in C. Sabaud. lib. V. tit. 40. def. 12.* qui eo tempore spem proximam succedendi *ab intestato* habet, sub *cautione*, quam administrationem etiam deuoluit ad heredes suos ab intestato, non extraneos.

5. Si tamen postea constat de tempore mortis eius, & tunc proximiores adfuerint alii, his restituenda sunt bona, ENGELBR *ad D. tit. de hered. petit. §. 2.* BRVNNEM. *4. D. 29.* SCHILT. *ex. 15. §. 71. seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. de curatore 2 §. 2. 3. 4. l. vlt.

Tit.

Tit. VIII. (VII. 75.)

Quæ in fraudem creditorum facta sunt, vt restituantur.

1. DEnique ad *concursum creditorum* hoc caput quoque spectat, vt quæ *in fraudem* eorum alienata sunt, restituantur. Hinc comparata est actio, quæ PAVLIANA vocatur in *l. 38. §. 4. de vsufr.* Hæc *datur vel curatori bonorum vel creditoribus, in quorum fraudem, ante motum concursum, a debitore quædam alienata sunt, ita vt inde læsi sint, aduersus quemcunque possessorem doli participem vel titulo lucratiuo possidentem, ad hoc, vt alienata restituantur, sub colore, quasi non essent alienata.*

2. Requiritur itaque, (I) *vt alienatio sit facta ante motum concursum: l. 1 l. 15. h.* postea facta *ipso iure* est nulla; *l. 1. h. l. f. C. de præt. pign.* HILLIG. *ad Donell l. 23. c. 18. lit. t.* quamuis hæc actio cum effectu demum instituatur bonis iam possessis, seu *moto concursu. §. 6. I. de act.*

3. (II) *Vt alienatio positiua subsit*, h. e. vt quid ex *patrimonio debitoris* amissum sit, qualecunque demum fuerit. *l. 1. §. f. h. l. 2. l. 3. l. 4. 5. h.* Neque enim huc pertinet, si, quod acquirere debitor potuit, non acquisiuit in fraudem credito-

ditorum. *l. 6. pr. h. l. 28. de V. S. l. 134 f. de R. I. l. 3. C. h.*

4. (III) *Vt adsit animus defraudandi, l. 1. §. 2. h.* qui probandus a creditoribus. (IV) *Vt euentûs animo respondeat; l. 10. §. 1. l. 15. h.* neque enim *nudum consilium* sufficit.

5. Hinc patet, *creditoribus hypothecariis* non necessariam esse hanc actionem, quia ob ius pignoris in effectu non læduntur, quod illis saluum manet contra quemuis possessorem, re vel maxime alienata.

6. (V) *Vt instituatur intra annum, l. 1. pr. l. 10. pr. & §. pen. h.* & quidem *vtilem*, ex die alienationis. *l. 6. §. f. l. 10. §. 18. h.* Est enim species *restitutionis in integrum*, adeoque actio pristina omissa, siue sit *realis* siue *personalis*, instituitur. *l. 10. §. 22. h.*

7. Proinde (I) *debito* in fraudem creditorum remisso, illa ipsa *actio personalis* amissa instituitur: *cit. l. 10.* (II) *re* ex patrimonio debitoris hoc modo alienata, datur contra omnem possessorem, sub hoc temperamento, vt qui ex *titulo lucratiuo* rem tenent, *indistincte* teneantur, quatenus adhuc in lucro hærent; *l. 6. §. 11. l. 17. §. 1. h.* qui vero ex *oneroso*, non aliter, quam si fraudis sint participes, *l. 6. §. 8. l. 9. h.* quod actori probandum.

8. Neque hoc casu *pretium* emtor dolosus recipit, nisi nummi soluti adhuc exstent in bonis a creditoribus possessis, *l. 8. h.* Malæ fi-

dei

dei possessor quoque restituit fructus percipiendos, saluis tamen impensis. *l. 10. §. 19. 20. h.* Et in genere res restituenda est cum sua causa. *l. 10. §. 19. 22. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. in fraudem l. 4. l. quod autem 6. §. 7. 8. 11. l Ex his 8. l. is qui a debitore 9. l. Ait prætor 10. §. 3. 7. 12. 13. 16. 20. 24. l. si quis 11. l. omnes 17. §. 1. l. pupillus 24. in f. l. f §. 1. 7. h.

Lib. XLIII. Tit. I. (VIII. 1.)

De interdictis, siue extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.

1. INTERDICTA olim erant *formulæ & conceptiones verborum, quibus prætor absque solenni iudicio, causa summatim cognita, aliquid fieri mandabat vel prohibebat.* Quia vero vt plurimum de *possessionis* controuersia hæc interdicta dabantur, *remedia possessoria a potiori* dicta sunt. *pr. I. h. l. 2. §. 3. h.* Dirigebantur ad *certam personam*, iurisdictioni interdicentis subiectam, *l. 2. C. h.* hinc *personalia* dicuntur in *l. 1. §. pen. h.* Postea etiam Imperatores *more Prætorum* inter-

interdixere. *l. 3. C. de edict. D. Hadr. toll. l. 3. C. de pig. l. pen. C. vnde vi.*

2. Differebant hæc remedia ab *ordinariis actionibus*, quod ad *prætorum cognitionem* ſpectarent, cum ſæpe incidere poterant cauſæ, nullas admittentes ambages. Cauſa itaque *ſummatim* cognita, ſtatim interdicebat, h. e. iubebat aliquid fieri vel prohibebat. Huic interdicto, cui hodie *mandatum* reſpondet, ſi non ſtaret aduerſarius, Prætor imploratus ſuum interdictum vel exſequebatur, *l. 3. ne vis fiat ei qui &c.* vel actore volente, actionem *in factum* dabat. vid. *l. 1. §. 2. ſi ventr. nom.* Sed ſub Imperatoribus deſiit ille interdicendi ritus, *t. t. C. de form. & impetr. act. ſubl.* & loco *interdictorum* extraordinariæ actiones in his caſibus inualuerunt, vt *rubrica* indicat. *l. 3. C. h. t. §. f. I. h. t.*

3. Interdicta ipſa varia erant. (I) Quædam *ſimplicia*, quædam *duplicia*. Hæc dicebantur, vbi vterque poterat eſſe actor & reus. *l. 2. pr. h.*

4. (II) Quædam reſpiciunt *poſſeſſionem*: quædam *alia varia negotia*, quæ ob *publicam vtilitatem* aliamue cauſam celerrimæ ſunt expeditionis, & recenſentur in *l. 2. §. 1. h.* Hoc intuitu ſunt vel *prohibitoria* vel *exhibitoria* vel *reſtitutoria*. *l. 1. §. 1. h.*

5. Quæ poſſeſſionem reſpiciunt, duorum ſunt generum, vel *pura* vel *mixta*. Hæc dicuntur, quæ ſimul *cauſam proprietatis* ſeu *tituli demon-*

monſtrationem continent, quæ deſideratur, quoties præſumtio eſt contra poſſeſſorem. *l. 2. §. 2. h.* *Pura* ſunt, quæ tantum in cauſa poſſeſſionis ſe fundant, & ſunt vel *adipiſcendæ*, vel *retinendæ*, vel *recuperandæ* poſſeſſionis. *l. 2. §. 3. h.*

6. Actiones, quæ ex his interdictis competere cœperunt, ſunt vel *reales* vel *perſonales*, prout negotium, intuitu cuius dantur, vel ad *iuris in re*, vel ad *obligationum* claſſem refertur. Nam quæ ex *delictis* oriuntur, vt *de ſpolio*, de *vi & vi armata*, &c. ſine dubio ſunt perſonales, imo inde quædam *annales* ſunt, quædam *perpetuæ*. *l. 1. §. f. h.* Reſpectu *fori* quoque quid intereſt, SCHILT. *ex 47. §. 17.* vt & *perſonarum*, contra quas dantur. Si remedium *de vi & vi armata* non datur contra *tertium poſſeſſorem*.

7. Plura ex hac procedendi ratione promanarunt in noſtram praxin; poſtquam ius canonicum regulas *iuris ciuilis* in plerisque retinuit. Inde iudicia etiam apud nos ſunt vel *petitoria* vel *poſſeſſoria*. vid. *P. 1. de iudic. §. 3.* Multum vtrobique ſitum eſt in *modo concludendi*. BRVNNEMANN *in proc. ciu. c. 1. n. 42. ſeqq.*

8. Poſſeſſorium *retinendæ poſſeſſionis* iterum eſt vel *ordinarium* vel *ſummarium*. *Hic* minus exacta requiritur cognitio, & *vltimi* tantum *actus* poſſeſſorii attenduntur, non habito reſpectu *qualitatis* poſſeſſionis, vt caueatur, ne par-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0915
DFG

partes ad arma veniant, & *prouisionaliter* determinetur, quis, lite super *causa possessionis* pendente, *interim* possidere debeat. *Ordin. Cam. P. II. tit. 21.* *Ibi* exactior causæ cognitio requiritur, & *antiquior iustiorque* possessio attenditur. Hoc *finaliter* lis super possessione diciditur; non illo, in quo sententia lata est tantum *prouisionalis* & *interlocutoria*. vid. *ius eccl. protest. lib. II. tit. 12. §. 7. sqq.*

9. Addit præterea quædam ius canon. contra *ius ciuile*: (1) quod possessorium cum petitorio, quatenus sunt *compatibilia*, cumulari possit contra *l. 3. C. h.* vid. *c. 5. X. de cauſ. propr. & possess. & tr. de iur. eccles. prot. lib. II. tit. 12. §. 2. sqq.* (2) adeoque iudex de alterutro pronunciare possit. *c. 2. 3. eod.* ibique BARBOS. *n. 1.* Si tamen de *petitorio* constat, illud absorbet *possessorium*, vtut etiam de hoc quandoque pronunciandum sit, si peculiaris effectus inde dependet. *c. 6. eod.*

10. De *iure ciuili* non *cumulatio*, sed (1) id tantum permissum, vt *petitorio* instituto, ante *conclusionem* possit, repudiato, vel suspenso priori, institui *possessorium* recuperandæ vel adipiscendæ, refusis reo expensis; *l. 18. §. 1. de vi & vi arm.* (2) vt in possessorio victus possit instituere petitorium, *l. 14. §. f. de except. rei iud.* quamuis ordinarie eodem foro pertractari debeant. Pontifex tamen ex doctrina MARTINI, in curia Romana prævalentis, hos textus aliter explicat in *c. cit. §.*

11. In his (1) similibusque casibus, vt & (2) si quis in *iure communi* fundatam habet intentionem & causa, statim per omnes circumstantias probata, non est altioris indaginis, hodie, ad exemplum interdictorum, statim per *mandata* proceditur, quo etiam *suo modo* pertinent *Saxonicæ inhibitiones*. & a fine variam denominationem accipiunt. vid. BLVM. *supplic. cameral.*. Generatim ab *effectu* sunt vel *sine*, vel *cum clausula*.

12. *Hæc* dicuntur, *vbi sub pœna aliquid iniungitur, subiecta clausula iustificatoria, vt si se non obligatum putet adparendum, intra terminum causas iustas deducat.* Tollit itaque in effectu hæc clausula vim *mandati*, si adsit *iusta exceptio:* si *insufficiens* deprehenditur, nihilominus reus in pœnam adiectam condemnatur, quia statim *parere* debuisset. TEXTOR. *ad R. I. de anno 1654. disp. de mand. th. 21.*

13. *Sine clausula* sunt, *quibus paritio præcise & absolute sub pœna iniungitur, statuto termino, quo paritionem docere vel declarationem pœnalem audire debeat.* Regulariter adhiberi non debent, sed demum ob causas grauissimas, quales quatuor in *ord. Cam. P. 2. §. 20.* recensentur, & per varia exempla declarantur a CRAMERO *in introd. ad prax. iudic. aul. sect. 1. c. 7. §. 10*, salua tamen exceptione *sub & obreptionis*. Generatim huc pertinet: (1) si factum commissum, quod *nullo iuris prætextu* iustificari potest; (2) si res moram non patiatur; (3) si aperte *publicum com-*

modum offenditur; (4) si, quod mandatur, manifesti iuris est: (5) si *damnum* imminet *irreparabile*.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 3. 4. l. interdictorum 2.
Ex Codice l. cum proponas 1. l. incerti 3. l. f.

Tit. II. (VIII. 2.)

Quorum bonorum.

1. *Adipiscendæ possessionis* interdicta *sunt*, *quibus Prætor iubet restitui possessionem ei, qui illam nunquam habuit.* Huc pertinet interdictum QVORVM BONORVM, *quo prætor ei, cui edicto dedit bonorum possessionem*, (quippe qui *præsumtiuus heres* est) ipsam *possessionem realem hereditatis ab eo, qui pro herede vel possessore possidet, restitui iubet.* Vnde etiam heredes *ciuiles* olim agnoscebant *bonorum possessionem*, vt eo respectu hoc remedio vti possent. *l. 1. C. h.*

2. Expeditius hic proceditur, leuiorque probatio vel demonstratio, eine Bescheinigung, se *præsumtiuum heredem* esse, tantum exigitur, *l. 1. cit.* reiectis exceptionibus, altiorem indaginem habentibus, quæ omnia secus se habent in *hereditatis petitione.* Cui vero hodie datur hereditatis petitio, illi etiam hoc remedium, si pro se fortiorem *iuris hereditarii* præsumtionem habet. Non itaque legatario. HAHN. *ad W. h. n. 7.*

3. Datur contra eum, contra quem hereditatis petitio h. e. contra eum, qui *pro herede* vel *pro possessore* possidet, cui tamen *iuris hereditarii præsumtio* resistit: non itaque contra eum, qui res here-

hereditarias *titulo singulari* possidet, *l. 1. §. 1. h.* nec contra debitores hereditarios, qui non sunt possessores vllius rei *iurisue hereditarii. l. 2. h.*

4. Ad heredes *in testamento* scriptos speciatim hoc extensum est in *l. vlt. C. de edict. D. Hadr. toll.* vi cuius *heres scriptus ex testamento, visibili vitio carente, summaria causæ cognitione præcedente, impetrat immissionem in omnia defuncti bona.* ARGELVS *de acquir. poss. ex remed. l. f. cit.*

5. Requiritur itaque, (I) *vt testamentum in originali producatur:* (II) *vt visibili vitio careat*, h. e. ne adsit talis defectus, qui ex ipso aspectu, lectione & scriptura apparet, quia sic *heres præsumtiuus* est. Hinc (α) æque ad testamenta *nuncupatiua*, in instrumentum a Notario coniecta, vel per testes iuratos postea exposita: (ϐ) ad *successionem pactitiam* pertinet, si *pacto* nullum vitium visibile insit.

6. Exceptiones *altioris indaginis* reiiciuntur in *petitorium*, nisi contradictor adsit, qui (α) vitiose non possidet, & (ϐ) statim de *iure suo* docere vult. ARGELVS *de legit contradictore.*

Tit. III. (VIII, 3.)

Quod legatorum

1. INterdictum QVOD LEGATORVM est itidem *adipiscendæ possessionis*, quod datur *heredibus contra legatarios, qui propria auctoritate ante aditam hereditatem legatum occuparunt, ad id, vt heredi restituant, quatenus eius interest. l. 1. §. 2. h.*

2. Requiritur tamen (I) *vt absque voluntate heredis* vel *defuncti rem legatam occupauerit*: *l. 1. §. 2. 10. h.* nam & defunctus legatariis hanc facultatem indulgere potest. vid. *supra tit. de legat. §. 17.*

3. (II) *Ante aditam hereditatem.* Post apprehensam ab herede possessionem datur *remedium spolii*, quod longe expeditius, imo occupans, quia sibi ipsi ius dixit, plane amittit ius suum, *l. 13. quod met. cauſ. l. 7. C. vnde vi.* Sed in hoc interdicto saluum manet legatum. *l. 1. §. 2. h.*

4. (III) *Vt interſit heredis rem legatam potius retinere* v. c. propter legem Falcidiam, æs alienum, electionem, vel aliud interesse, HAHN. *ad W. h. n. 4.* quod actor probare debet.

5 (IV) *Vt heres offerat cautionem de legato reſtituendo*, si postea de eo constiterit *l. vn. C. h.* Hæc cautio perseuerare debet; alias legatarius mittitur in possessionem *legatorum ſeruandorum cauſa. l. 1. §. 16. h.* In remedio *ſpolii* hæc duo posteriora requisita non attenduntur.

6. Datur itaque, hisce requisitis concurrentibus, contra *legatarium*, & huic similem. Sed contra *donatarium m. c.* id denegant per *l. 1. §. 5. h.* quam sententiam defendit STRAVCHIVS apud SCHILT. *ex 47. §. 29.* Contrarium tamen sustinet HAHN. *ad W. h. n. 6.* cuius sententiam in praxi præferendam censet

SCHIL-

SCHILTER. *cit. loc.* §. *30.* Neque alia mens Romanis fuit. Loquitur enim *cit. l. 1.* §. *5.* de casu, quo donans in donatarium *possessionem transtulit*, vti verba clare indicant, quo casu per *requisitum primum* hoc interdictum cessat. Hac circumstantia deficiente, sine dubio contra eum datur hoc interdictum.

TEXT. NOTAB.

L 1. §. 4. 5. 8. 10. 16. l. 2. §. 2.

Tit. IV.

Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit

1. QVem misit Prætor ex quacunque causa, *l. 1.* §. *2. l. 4. pr. h.* hunc tuebatur *duplici via* contra prohibentem, vel *interdicto* seu *mandato S. C.*, & ita procedit *via executiua*, etiam aliquando per manum militarem; *l. 3. pr. h.* vel, si executione hac supersedere mauult, *actione in factum* ad interesse *l. 3.* §. *2. h.*

2. Datur itaque hæc actio *in factum* contra prohibentem vel depellentem ex possessione missum *l. 1.* §. *3. h.* (non vero heredes, nisi in id, quod ad eos peruenit, *l. 1.* §. *8. h.*) intra *annum*, ad hoc, vt prohibito præstet *interesse. l. 1.* §. *5. h.*

2. Hinc (α) qui ex *nulla causa* missi sunt, nullum allegare possunt interesse, *l. 1.* §. *5. h.* nec (ϵ) datur, si interesse *ex post facto* ces-

sat, v. c. si prohibeantur legatarii missi seruandorum legatorum gratia: & heres post offerat cautionem. *l. 1. f. h.*

4. Etiam hac actione tenetur *tertius*, qui missum impediuit; quo id, quod interest, praestante, non liberatus est debitor, contra quem missio *principaliter* decreta erat. STRVV. *ex. 45. th. 38.*

TEXT. NOTAB.

L 1. l. si quis missus 3. pr. §. pen.

Tit. V. (VIII. 7.)

De tabulis exhibendis.

1. ACtio ex hoc interdicto datur *ad tabulas, & omnia alia, quæ ad testamenti causam spectant, l. 1. §. 2. h. exhibenda*, h. e. vt actori materiæ ipsius apprehendendæ copia fiat. *l. 3. §. 8. h.*

2. Differt ab *actione ad exhibendum*, quæ magis est *præparatoria* rei vindicationis, tunc instituenda, vbi quis *corpora* instrumentorum *sua* esse ait; *l. 3. §. 5. h.* qui vero ob *aliud interesse*, quod mox *summatim* demonstrandum, exhibitionem postulat, huic Prætor hoc interdicto succurrit.

3. Datur aduersus *omnem detinentem*, etiam eum, qui *nudam custodiam* habet, *l. 3. §. 2. 3. h.* quique in præsentiarum exhibere potest, *l. 1. §. 1. h.* aut cuius *dolo malo* factum est, quo minus possit exhibere, quo casu *in subsidium*

dium tenetur ad intereſſe iuramento *in litem* æſtimandum. *l. 3. §. 11. 15. h.*

4. Cauetur tamen præterea in *l. f. h.* ne interdictum admittatur in his caſibus: (α) ſi hereditatis controuerſia ex his pendet: (ϐ) ſi controuerſia pendens ad *publicam quæſtionem* pertinet, quibus caſibus interim deponendæ ſunt tabulæ, donec *quæſtiones præiudiciales* finitæ fuerint.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 5. l. locum habet 3. §. 6. 8. 10. l. f.

Tit. VI.

Ne quid in loco ſacro fiat.

SPeciatim hoc interdicto Prætor prohibet, (1) *ne in ſacro loco aliquid fiat: l. 1. h.* (2) ne quid immittatur in *muros portasque* aliaue *loca ſancta, l. 2. h.* ſine permiſſu principis. *l. 3. h.* Pertinent huc quoque (3) interdicta ſupra *tit. de mortuo inferendo* explicata.

Tit. VII.

De locis & itineribus publicis.

1. HIc *in genere* agitur de *itineribus & locis publicis*, quod *quolibet poſtulante* de

his interdicatur, si forsan in horum præiudicium quid fiat. *l. 1. l. 2. h.*

2. Via est vel *priuata*, vel *publica*, vel *vicinalis*. *Publica*, quæ etiam *militaris* in *l. 3. h.* vocatur, est, cuius vsus omnibus patet, seu, vt dicitur in *l. 2. §. 21. ne quid in loc. publ. cuius solum etiam publicum est, relictum ad directum certis finibus latitudinis ab eo, qui ius publicandi habuit, vt ea publice iretur.* Hæc *plena* & *publica* gaudet *securitate. I. P. S. lib 2. art. 66.* *Priuata* est in solo alieno, vbi *iure seruitutis* ius eundi competit. *Vicinalis* denique, quæ in vicis est, vel ad vicos ducit. *c. l. 2. §. 22.*

Tit. VIII.

Ne quid in loco publico vel itinere fiat.

1. DE *viis publicis specialiter* interdicitur: (α) ne quid in *loco publico* fiat, inve eum locum immittatur, qua ex re quid illi damni detur: *l. 2. pr. §. 27. h. l. 17. §. 2. si seru. vindic.* (β) ne quid similiter in *itinere* publico fiat: *l. 2. §. 20. h.* (γ) vt *restituatur*, si tale quid factum sit a *quocunque possessore*: *l. 2. §. 35. 36. h.* (δ) ne fiat vis ei, qui *itinere* vel *loco publico* vtitur; *c. l. §. vlt.* alias impediens etiam actione iniuriarum tenetur, *l. 2. §. 9. h.* sicuti is, qui *via publica* neglecta per agros currum

rum agit, de damno tenetur, & pignorari potest, *I. P. S. lib. II. art. 27.* nisi ager fuerit incultus per *art. 47.* Ceterum si vis fiat ab *aurigis* sibimet inuicem, quod alter alteri cedere nolit, ante omnia inquirendum, quis cedere debuerit, de quo disponit *I. P. S. lib. II. art. 59.*

2. Quamuis vero *princeps* permittat, in *publico* aliquid fieri, ita tamen oportet permitti, vt *sine iniuria cuiuscunque* fiat, & ita credendus est princeps permisisse, *l. 2. §. 10. 16. h.* sufficitque, si *in futurum* possit nocere, licet *in præsenti* non noceat. *l. 2. §. 31. h.*

TEXT. NOTAB.

L. prætor ait 2. §. 4. 9. 15. 16. 17. 31. 43.

Tit. IX.

De loco publico fruendo.

TVetur Prætor hoc interdicto eos, qui *vectigalia publica* conduxere, ne eis vis fiat, quo minus *loco publico* commodisque eius frui possint, quoad illum conduxere. Adeoque tales conductores sibi expeditius consulere possunt.

Tit. X.

De via publica & si quid in ea factum esse dicatur.

INstruitur hic *officium Aedilium*, vt (1) studeant, ne effluxiones noceant domibus, & pontes fiant, vbi oportet. *l. 46. §. 1. de damn. inf.* Praeterea (2) vt parietes domorum ad viam ducentes emundentur a dominis & construantur: (3) vt quisque construat *vias publicas* secundum propriam domum: (4) *aquae ductus* purget: (5) non permittant *rixari* in viis, neque (6) *stercora* proiicere neque *morticinia*, h. e. mortua vel mactata animalia. *l. vn. h.* Atque in his similibusque casibus, si contra *edictum* quid factum, statim per *interdicta* proceditur, vel hodie per *mandata sine clausula*.

Tit. XI.

De via publica & itinere publico reficiendo.

INterdicit praetor, *ne vis fiat ei, qui publicam viam*, ad cuius refectionem cogi debent subditi, *l. 7. C. de SS. eccl. aperire & reficere vult*, modo ea via non fiat deterior. Habet hoc interdictum praeterea condemnationem in id, quod actoris interest. *l. 1. pr. §. f. h.*

Tit. XII.

Tit. XII.

De fluminibus, ne quid in flumine publico ripaue eius fiat, quo peius nauigetur.

1. PRæterea interdicit prætor, (a) *ne in flumine publico ripaue eius fiat, vel immittatur, quo deterior statio iterue nauigio fieri possit, l. 1. pr. h.* (§) *& si tale quid factum sit, vt restituatur. l. 1. §. 19. h.*

2. Neque itaque olim permissum fuisse videtur, molendinum exstruere, per quod aquæ cursus impediatur, *l. 1. §. 12. h.* vel alteri aqua subtrahatur, de quo hodie etiam multæ solent suboriri lites. vid. STRYK. *disput. de prob. exstruct. molend.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 5. 6. 12. quo minus 2. l. f.

Tit. XIII.

Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat atque vti priori æstate fluxit.

POrro interdicit prætor, *ne quid in flumine publico fiat vel immittatur, quo aliter aqua fluat*

fluat, quam priore æstate fluxit, h. e. quo aquæ cursus vel *depressior*, vel *arctior*, vel *rapidior* fit cum incommodo accolentium, *l. 1. pr. §. 3. h.* & si quid factum sit, vt *restituatur. l. 1. §. ult. h.*

Tit. XIV.

Vt in flumine publico nauigare liceat.

Edicit quoque prætor, *ne quis prohibeatur in flumine publico nauigare*, vel aliud quid facere, quod facere *in publico flumine* licet, veluti pecus ad flumen publicum ripamue eius appellere. *l. 1. pr. § f. h.*

Tit. XV.

De ripa munienda.

Speciali interdicto quoque prospicit iis, *qui ripam agrumue, qui circa eam est, munire volunt, tuendi causa*, dummodo (1) inde non fiat deterior nauigatio: (2) caueat muniens tam vicinis, quam qui trans flumen agros possident, de *damno futuro. l. vn. pr. §. 2. seqq. h.* Non enim ripæ muniendæ sunt cum incommodo accolentium, *l. vn. §. 6. ne quid in flum.* quem in finem (3) *inspectio ocularis* facienda, & (4) *ichnographia* actis inserenda. Interim prædiis suis quilibet consulere potest. *c. l. §. 7.*

Tit. XVI.

Tit. XVI. (VIII. 4)

De vi & vi armata.

1 RECUPERANDÆ *possessionis* interdictum primarium est VNDE VI, ex quo *prætor deiecto de possessione intra annum dat actionem ad recuperandam possessionem cum restitutione omnis damni perpessi. l. 1. pr. §. 1. h.* Præterea etiam vim passo *criminales persecutiones* competunt. *l. 1. §. 2. h. l. 4. C. h.*

2. Præsupponitur itaque (α) de *iure digestorum antiquo* I) *vis, l. 1. §. 3. h. l 1 §. 28 h.* inprimis *armata, l. 3 §. 2. seqq. h.* vel saltem iustus metus armorum, *l. 3. §. 5. h.* huc directorum, vt deiicerent aliquem. *l. 3. §. 6. 7. h.*

3. (II) *Actualis deiectio per illam vim, l. 1. §. 3. h.* & quidem (III) *ex re immobili. l. 1. §. 4. seqq. h.* De rebus *mobilibus* agi separatim potest *ad exhibendum* vel *vi bonorum raptorum:* per consequentiam tamen etiam in hanc actionem veniunt. *l. 1. §. 6. l. 3. §. 15. h.*

4. Perinde autem est, siue quis *per se*, siue *per alium* deiiciat. *l. 1. §. 12. h.* Nam & qui deiectionem, suo nomine factam, ratihabet, deiecisse videtur *l. 1. §. 14. h.*

5. Deiicitur is, qui possidet siue *ciuiliter* siue *naturaliter*, *l. 1. §. 9. h.* siue *corpore* siue *animo. l. 1. §. 24. §. 45. l. 14. h.* Nam etiam colonus *proprio nomine* agit, (1) si ab ipso domino deiectus est: *l. 12. l. 18. h.* (2) absen-

sente domino tanquam *procurator*. *l. 1. C. si per vim.*

6. Hoc modo *deiecto* datur hoc interdictum, (quamuis etiam vim vi repellere possit, *l. 1. §. 27. l. 3. §. 9. h.*) intra *annum vtilem*, *l. 1. §. 39. h.* non tamen liberis aduersus parentes, cum *hoc iure* præsupponat *atrocitatem facinoris*, *l. 1. §. 43. h.* licet non infamet. *l. 13. h.* In factum actio tamen *ex æquitate* his datur. Competit etiam heredi & ceteris successoribus. *l. 1. §. 44. h.*

7. Competit *aduersus deiicientem*. Contra heredes *in factum* agitur ex *obligatione æquitatis naturalis* in id, quod ad eos pertinet, *l. 1. §. 48. l. 2. l. 3. pr. §. 18. h.* & quia *rei persecutionem meram* continet, perpetua est. *l. 3. §. 1. h.* Contra tertium possessorem prorsus negatur. *l. 7. h.*

8. Competit ad *possessionem recuperandam cum omni causa*. *l. 1. §. 31. h.* Hinc ratio habetur (α) fructuum quorumcunque ex die, quo quis deiectus est: *l. 1. §. 40. h.* (β) ceterarum vtilitatum: *c. l.* (γ) earum rerum, quæ interim interierunt, licet sine culpa prædonis: *l. 1. §. 34. seqq. h.* (δ) quanti alias deiecti interest. *l. 6. h.*

9. *Constitutionibus principum* (β) in *codice* postea extensum est hoc remedium *recuperandæ* ad alios, qui deiecti sunt de possessione, quamuis absque *omni vi*, ad recuperandam possessionem. *l. 5. l. f. C. vnde vi l. f. C. de acquir. poss.*

poss. ex quibus textibus tria remedia eruunt, cum tamen vnum idemque in omnibus latitet. conf. *l. 34. C. loc. l. 12. D. h.* MENOCH. *de remed. recup. possess.*

10. Tandem (γ) *ius canonicum* hoc interdictum extendit etiam contra tertium possessorem, deiectionis conscium, non alium, in *c. sæpe 18. X. de restit. spol.* Vnde ex hoc textu *speciale* constituunt *remedium*, sed citra rationem.

11. Vlterius vero (δ) *interpretes* progressi, remedium sibi nouum per *errorem* constituxere *ex c. redintegranda 3. C. 3. q 1.* vt ostendit ZIEGL. *in breui comment. ad illum tx.* adiecto *prælect ad ius can. tit. X. de restit. spoliatorum*; licet hæc *principia noua* postea adoptauerint pontifices. Conf. *ius eccles. protest. tom. I. lib. II. tit. 13. §. 7. sqq.*

12. In hoc remedio hæc singularia constituunt: (1) quod detur omni ei, qui *iniuste* possessione *quomodocunque* excidit, etiamsi nude detineat vel vitiose vel alio modo: *I. P. S. lib. II. art. 24.* (2) quod per se *infamiam facti* non importet, & sic detur contra eos, quibus *reuerentia* debetur: CARPZOV. *I. resp. 3. n. 3.* (3) aduersus omnem possidentem, etiam tertium, deiectionis conscium: (4) de quibuscunque rebus, etiam *mobilibus*: (5) *omni tempore*, vt adeoque sit *perpetuum* hoc remedium. Præterea (6) etiam per modum *exceptionis* cuicunque actioni opponitur, ad effectum, ingressum litis impediendi, *c. 2. X. de ord. cognit.* modo per 15. dies probari queat, *c. 1. de restit spol. in 6.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L 1. pr. §. 6. 12. 14. 24. 29. 32. 41. 43 l. quod est. 3. §. 9. l. cum a te 7. l. vim facit 11. l. Neque vnde vi 13. l. si vi me deieceris 15. l. qui possessionem 17. l. cum fundum 18 pr. §. 1.

Ex Codice l. recte 1. l. vi pulsus 2. l. autoritatem 3. l. 4. l inuasor 5. l meminerint 6. l. si quis in tantam 7. l. cum quærebatur vlt.

Tit. XVII. (VIII. 6.)

Vti possidetis.

1. RETINENDÆ interdictum est VTI POSSIDETIS, quod est *prohibitorium ad retinendam possessionem, in qua turbamur, l. 1. §. 1. h.* & sic actor *tuetur* possessionem, ne omittatur, *l. 1. §. 4. h.* quod hodie fit per remedium *possessorium ordinarium.* VIRGIN. de BOCATIIS. *de manuten. in possess.* LVDOV. POSTIVS *de manuten.* PAZ. *de tenuta.*

2. Requiritur vero (I) *vt quis possideat* siue *in totum*, siue *pro parte*, tam *diuisa* quam *indiuisa*, *l. 1. §. 7. h.* siue b. siue m. f, possideat *l. 2. h.* Qui itaque *sibi* non possident, veluti, missi vel coloni, his *proprio nomine* non datur hoc interdictum. *l. 3. §. 8. h.*

3. (II) Non *vitiose* h. e non *vi*, *clam*, aut *precario*; *l. 1. 5. h.* talem enim possessorem non tuetur prætor, si reus hanc *exceptionem* pro-

probauerit. Sufficit autem, si non a *turbante* vitiose, licet a *tertio* ita possideat. *l. 3. pr. h. l. vlt. de acquir. vel omitt. poss.*

4. (III) *Et quidem res immobiles*, & quæ pro talibus habentur, vti iura. *l. f. de seruit. l. f. h.* Primario tamen propter *res corporales* datur: vnde de *iuribus* specialia sequuntur.

5. (IV) *Vt quis turbetur in tali possessione*, h. e. vt quidem adhuc possideat, sed non *quiete*, & absque omni *contradictione*. *Deiecto* plane non datur. Probandæ itaque hæ qualitates, vt (1) *possessio* per actus possessorios: HAHN. *ad W. h. n. 5.* (2) *turbatio*. ID. *c. l. vers. aduersus quosus.* *Vitium* tamen *possessionis*, vtpote quod non præsumitur, ab *excipiente* probandum, nisi in *ordinario* probata sit *antiquior* possessio; tunc enim alterius *possessio recentior* & *iunior*, in *summario* prouisionaliter demonstrata, *vitiosa* præsumitur, donec *iustam* suæ possessionis *causam* ostenderit reus. *c. 9. X. de probat.*

6. Hoc modo itaque valide intentatur contra *quouis modo* turbantes ad hoc, vt turbare desinant, & cautionem *de non amplius turbando* præstent. Quæ tamen cautio magis ex *vsu fori*, quam *certa lege* deducta videtur. In *l. vn. C. h.* enim plane *diuersa cautio* reperitur. Conf. SCHILT. *ex. 47. §. 60.*

7. Exceptiones, quæ *petitorium* tangunt, hic non admittuntur, & ita etiam ordinarie *exceptio dominii* reiicitur: *l. 1. §. 3. h. § 4 l. d.*

interd. nisi *in continenti* liquidabilis sit. HAHN. *ad W. h. inf.* SCHILT. *c. l. §. 61.* ZOES. *h. n. 14.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 3. 4. f. l. iusta 2. l. si duo 3. pr. §. 2. 8. 10. f.

Tit. XVIII.

De superficiebus.

1. IN rebus *incorporalibus* tuendis specialia interdicta prætor proposuit, cum antecedens magis ad res *corporales* pertineret. Prohibet itaque, *ne vis fiat ei, qui superficie fruitur, & hactenus in quasi possessione eius est. l. 1. pr. h.*

2. Denotat vero h. l. SVPERFICIES *ædificium solo alieno voluntate eius domini superimpositum commoditatum inde percipiendarum gratia*, cum *ædes* ipsum *solum* complectantur. Inde *ius superficiarium* oritur, seu *facultas superficie in alterius solo constituta pleno iure fruendi.*

3. Cum vero superficies soli ius sequitur, *l. 2. h.* necessario *domino soli* aliquod ius in illam *superficiem* concedi debuit, vt tamen propter *concessam facultatem ædificandi* superficiario non omnis *proprietas* auferri potuerit. Hinc est, quod *superficario* vtile, *domino soli* directum dominium *vi soli* in *superficiem* tribuant. In ipsum *solum* vero superficiario vtplurimum *quædam seruitutis species*, domino autem *integra proprietas* competit. *l. 81. §. 3. de leg. 1.*

4. Con-

4. Constituitur superficies (α) *concessione domini soli*, ex quouis titulo ad ius in re transferendum habili, veluti emtione superficiei &c. *l. 1. §. 5. h.* DONELL. *l. 9. c. 16. lit. e.* non facile *locatione*, qua *seruitus* constitui nequit, nisi ad longius tempus facta fuit, *l. 1. §. 3. h.* quia superficies ad tempus durabile constituitur, quamuis hoc casu *seruitus* desit: (ℰ) *legitima traditione* soli, vt *superficiem* ibi habere liceat.

5. In *constitutam* ita *superficiem*, superficiario ius quoddam *dominii* competit, adeoque (α) *actio in rem* ei datur seu *vindicatio vtilis*: (ℰ) seruitutes reales & personales *superficiei* non *solo*, imponere potest. *l. 1. §. 6. h.* DONELL. *lib. 9. c. 17.* Domino soli vero competit (1) ius exigendi *solarium annuum*, si promissum est: *l. 2. §. 17. ne quid in loc. publ.* (2) finito tempore excludendi superficiarium.

6. Non autem exspirat incendio superficiei. Vel enim superficiario in ipsum solum *ius seruitutis* competit: vel ad minimum retinet ex contractu *locati* ius vlterius nouam ædificandi superficiem, eamque habendi in solo alterius. Dissent. DONELL. *lib. 9. c. 18.*

7. Præter remedia *possessoria* superficiario competunt *actiones ciuiles* ex contractu, quo ante est constituta superficies. *l. 1. §. 1. h.* Si tertius prohibeat, superficie vti, olim ei dominus soli actiones suas præstare debebat, *c. l.* hodie vero *vtiliter*, sine omni *cessione*, ex edi-

cto D. Pii in rem contra tertium agere vel remediis possessoriis vti potest.

Tit. XIX.

De itinere actuque priuato.

1 De *seruitutibus* speciatim plura interdicta proposuit prætor. (I) Interdixit, *ne vis fiat ei, qui itinere actuque priuato, non vitiose hoc anno proprio nomine vsus est. l. 1. pr. §. seqq. h.* Pertinet hoc interdictum tantum ad *tuendas seruitutes rusticas. l. 1. pr. §. 1 h.* & sic *de facto* tantum, non *de iure* quæritur. *l. 2. §. 3. si seru. vind.* Sufficit vero de *iure Romano vsus præsens triginta dierum eius anni. l. 1. §. 2. h.*

2. (II) Interdixit, *ne vis fiat ei, qui reficere vult iter actumque, quo hoc anno non vitiose vsus est. l. 3. §. 11. h. Refectio* enim est *consequens seruitutis* constitutæ, *c. l. §. 12.* nisi aliter cautum. *l. 3. §. 14. h.*

3. Hoc interdicto vsurus duo debet *demonstrare:* (α) hoc anno se *vsum* esse: (β) sibi *seruitutem* vel *ius reficiendi* competere, *l. 3. §. 13. 14. h.* & ita *mixtum* est. Nemo enim aliter aliquid *in fundo alieno* facere potest, nisi *quodammodo* constet de *iure seruitutis.* Cauere quoque actor de *vitio operis* debet. *l. 5. §. f. h.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2. l. Inde etiam 3. §. 12. 13. 14. 15.

Tit. XX.

De aqua cottidiana & æstiua.

1. (III) INterdixit Prætor, *ne vis fiat ei, qui hoc anno aquam nec vitiose nec contra leges impositæ seruitutis ab aduersario duxit. l. 1. §. 17. h.* Loquitur autem tum de *aqua cottidiana*, qua dominans quotidie vti potest, si velit: *l. 1. §. 2. h.* tum de *æstiua*, quæ ex *proposito vtentis & natura locorum* a priori differt. *l. 1. §. 3. h.*

2. In *aqua cottidiana* sufficit *præsenti anno vna* die vel *nocte* dominantem vsum fuisse. *l. 1. §. 4 h.* In *æstiua* autem docendum, se priori æstate aquam ita duxisse. *l. 1. §. 31. h.* Vt vero præterea aqua *a fonte* ducatur, quod in *l. 1. §. 7. 8. h. & l. 9. de S. P. R.* desideratur, hodie non amplius requiritur.

3. (IV) Interdixit prætor, *ne vis fiat ei, qui ius ex castello*, h. e. receptaculo publico aquarum, *aquam ducendi habet, quo minus eam ducat. l. 1. §. 38. h.* Est hoc interdictum itidem *mixtum*, hinc *concessio a principe* demonstranda. *l. 1. §. f. h.* Cum vero hodie hæc *concessio a principe* non amplius dependeat, nec

vlla contra possessorem præsumtio militet, *mixtum* quoque amplius dici nequit.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 3. 4. 18. 25. 32. 43. l. hoc iure 3. §. 2. 4.

Tit. XXI.

De riuis.

1. (V) INterdixit Prætor, *ne vis fiat ei, qui reficere aut purgare aquæ ductus gratia vult riuos, specus, septa. l. 1. pr. h.* Requiritur tamen, vt reficiens *priori æstate* aut *eodem anno* aquam duxerit, & sic in *quasi possessione* sit. *l. 1. §. 9. h.*

2. *Purum* hoc est interdictum; neque enim habet adiunctam quæstionem *iuris*, h. e. *an aquam ducere actori liceat?* vt in refectione itineris. Rationem diuersitatis habet *l. vlt. h.* Interim *de damno infecto* cauere actor debet. *l. 3. §. 9. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. § f. l. de riuis vlt.

Tit. XXII.

De fonte.

(VI) INterdixit Prætor (1) *ne vis fiat ei, qui aqua fontana vel seruitute aquæ haustus præsenti anno non vitiose vsus est. l. vn. pr. §. 1. h.*

l. h. Competit vero *stricto iure* tantum *de aqua viua*, non de *cisternana*, quæ non habet causam perpetuam, *l. vn. §. 4. h.* quamuis hæc subtilitas *iure prætorio* iam olim mutata fuerit. Prohibet quoque (2) prætor, *ne fontem reficiens aquæ haustus gratia impediatur; l. vn. §. 6. h.* qui alias *per indirectum* in possessione impeditur atque turbatur.

Tit. XXIII.

De cloacis.

1. (VII) INterdixit Prætor, *ne vis fiat ei, quò cloacam* h. e. locum cauum, per quem colluuies quædam fluit, *quam quis in alieno habet, reficere & purgare vult*, dummodo *damni infecti* caueat; *l. 1. pr. §. 4. h.* etiamsi propter illam refectionem *pauimentum ædium* rescindi debeat. *l. 1. §. 12. h.*

2. Neque hæc *refectio* & *purgatio* impediri potest, licet reficiens *vitiose* possideat: quod contra *iuris ordinarii* regulas ad salubritatem ciuitatum introductum est, *l. 1. §. 2. 7. h.* quamuis ipsum ius cloacæ postea *negatoria* actione impugnari queat.

TEXT. NOTAB.

L. 1 §. 2. 7. 12.

Tit. XXIV.

Quod vi aut clam.

1. HOc interdicto prospexit prætor inprimis eis, qui denunciauerant nouum opus, post quod tamen nihilominus alter perrexerat in ædificando. Hinc *iubet restitui hoc interdicto, quod vi aut clam factum est. l. 1. pr. §. 1. h.*

2. Requiritur itaque (I) *vt aliquid vi vel clam factum sit.* Videtur autem *vi* factum esse, quod (α) contra *prohibitionem* seu *nunciationem* factum est. *l. 1. §. 5. seqq. h.* (β) Quod *vi externa maiori* de facto *destructum* est. *l. 7. §. 5. l. 16. §. 1. l. 18. l. 19. h.* *Clam* vero, qui aliquid fecit, cum iuste existimare & timere debuerit, sibi controuersiam de eo, quod fecit, futuram. *l. 4 h.* Probandum itaque, quatenus *vi* vel *clam* aliquid factum. *l. 7. §. 1. h.*

3. (II) *Et quidem in re immobili.* Ad mobilia *seorsim* non spectat, veluti nauem, *l. 20. §. 4. h.* fructus. *l. 8. §. 5. h.*

4. (III) *Vt actoris permissio doceri non possit;* alioquin *exceptioni* locus est. *l. 3. §. 3. h.* Idem est, si a *principe* ius ædificandi permissum sit. *l. 3. §. 4. h.*

5. (IV) *Vt omnis necessitatis vel publicæ vtilitatis ratio exulet.* Neque enim datur, si arcendi incendii causa ædes vicini quis intercidit, modo ignis eousque peruenisset. *l. 7. §. 4. h. l. 3. §. 7. de incend.*

6. (V)

6.(V) *Vt intra annum agatur.* Post annum noncompetit, nisi *ex iusta causa. l. 15. §. 5. 6. h.* Cedere autem incipit annus, ex quo opus perfectum. *l. 15. §. 4. h.*

7. Datur hoc interdictum ei, cuius interest, *vi* vel *clam* factum non esse ab aduersario, etiamsi non possideat, *l. 16. pr. h.* ad id, vt factum restituatur. Et quidem si *faciens* possidet, *patientiam* & *impensam* tollendi operis: si non possidet, *impensam:* si *tertius* possidet, qui non fecit, tantum *patientiam* præstare debet. *l. 16. §. f. h.* Denique si res non potest commode restitui, ad *interesse* agitur, *iuramento in litem* æstimandum; *l. 15. §. 6. 7. h.* quo casu magis expedit hoc vti interdicto, quam *lege Aquilia.*

8. Ceterum obstat agenti ex hoc interdicto exceptio *violentiæ & clandestinitatis*, si agens itidem *vi* aut *clam* quid fecit, quod tamen *officio iudicis* æstimandum erit, *l. 7. §. 3. h.* si nulla turbarum publicarum clades inde metuenda, & pro *possessione defendenda* hoc factum.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2. 5. l Seruius. 4. l atque aliter 5. pr. §. 1. 2. l. si alius fecerit 7. §. bellissime 3. 4. 7. l. Denique 13 §. 2. l. semper 15. §. 3. 4. l. competit 16. pr. §. f.

Tit. XXV.

De remissionibus.

QVemadmodum *nunciatio noui operis*, ab eo facta, qui *ius prohibendi* habebat, operatur

tur *obligationem* in faciente, vt ab opere inchoato desistat: ita contra *remissio* a prætore per *interdictum* concedebatur, si nuncians *aperte ius prohibendi* non habebat, sine vlla alia cognitione. *l. 1. pr. §. 2. h.* Hæc operabatur, ne quid amplius dici possit, *vi* aut *clam* esse factum. *l. 7. §. 2. quod vi aut clam.* Alia erat remissio, quæ fiebat in *re dubia, cognitione prætoria, l. 5. §. 17. d. N O. nunc.* vbi nunciatio tenebat, facta ab eo, qui ius nunciandi habebat, in qua *plenior cognitio* necessaria. MERILL. *lib. IV. obs. c. 20.*

Tit. XXVI. (VIII. 9.)

De precario.

1. DE *precario* interdicit prætor, *vt restituatur volenti ad libitum. l. 2. pr. h.* Est vero PRECARIVM, *quod precibus petenti vtendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur. l. 1. pr. h.* Est enim *genus liberalitatis, l. 1. §. 1. l. 2. §. 2. l. 8. §. 3. h.* ex *beneplacito* concedentis dependens, nec vlla eo nomine *iuris ciuilis actio* olim dabatur, cum magis ad *donationes* quam *negotii contracti* causam huius conditio spectaret; *l. 14. h.* HILLIG. *ad Donell. l. 14. c. 34. lit. a.* ex *donatione* autem, *nudo pacto* inita, nulla olim daretur actio.

2. Scilicet contractus habent suam *specialem contrahendi formam specificumque modum* atque

atque ad *commercia* pertinent, & inde *causam* obligandi sortiuntur, *precarium* autem magis *vagum* dicitur *negotium*, actionemque non magis producebat olim, quam *pactum de donando*, vel *donatio pacto* inita.

3. Quia tamen iniquum erat, dantem hoc prætextu carere debere re sua, quia actione destituebatur, hinc (1) introductum est hoc interdictum. (2) Deinde *vsu fori* tandem etiam concessa actio *præscriptis verbis*, quatenus illa *ex æquitate* seu *bona fide*, vti in multis fit casibus, oritur, & si *precarium dubium*, necessaria est. *l. 2. §. 2. h.* De *actione ordinaria* hodie eo minus dubium superest, postquam ex *simplici pacto* hodie conceditur.

4. Differt a *commodato*, cui alias simile esse dicitur in *l. 1. §. 3. h.* (1) quod hoc ad certum *tempus & finem* detur, non precarium: qui precarium dare voluit, addito pacto, vt in *certum tempus* precario possideret, nihil agit, cum nulla sit huius conuentionis vis; *l. 12. h.* repugnat enim hoc pactum *naturæ precarii*, neque *commodati* iure subsistit, quod inire noluere paciscentes.

5. Vnde (2) commodatum ante finitum vsum regulariter reuocari nequit; sed precarium *omni momento* est reuocabile. *l. 1. §. 2. l. 2. §. 2. l. 5. pr. l. 15. pr. h.* Hactenus itaque possessio ex precario, antequam reuocetur, est iusta; *l. 22. §. 1. de noxali act. l. 2. §. 3. l. 4. §. 1. h.* incipit autem fieri *iniusta*, vbi quis reuocationi se opponit.

6. (3)

6. (3) In *commodato* præstanda *diligentia exactissima:* hic sufficit, si *dolus* præstetur, *l. 8. §. 3. h.* quatenus modo precario possidens non fuit in mora. *l. 8. §. 6. h.* (4) Heres *commodati* tenetur etiam propter dolum defuncti, & licet nihil ad eum peruenit; sed in *precario* per hoc *interdictum* eatenus ex dolo defuncti tenetur, quatenus ad eum peruenit. *l. 8. in f. h.* Cum vero hodie *ex pacto* non desit actio, indistincte heredem teneri existimarem.

7. (5) Facilius quædam precario dare solemus, quæ difficilius commodato dantur, quamuis de iure possint dari. Sic res immobiles, iura, seruitutes, priuilegia, contractus ad *bene placitum* initi, aliaque magni momenti negotia *precario* concedi solent. *l. 3. l. 15. h.*

8. (6) Commodatum non præcise *morte commodantis* exspirat, si *ante finitum vsum* moritur; bene tamen precarium, *l. 12. §. 1. h.* quamuis si heres non reuocaret, renouatum censeri debeat. *l. 8. §. 1. l. 4. §. 4. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. l. 2. §. 2 l. quæsitum §. 3. 6. l. cum precario 12.

Tit. XXVII.

De arboribus cædendis.

HOc interdicto prætor *vim fieri vetat ei, qui arborem alterius in suas ædes impendentem, quatenus officit, succidere & ligna tollere vult, l. 1. pr. §. 2. h.* cum nequidem per occa-

occasionem arboris vicino nocendum. *l. 1. C. interd.* Alteri tamen prius adimendi facultas danda: & post demum vicinus adimere potest. *l. 1. §. 6. h.*

2. Deinde interdicit quoque *de arboribus in prædium rusticum alterius impendentibus, ne fiat vis ei, qui arborem ad quindecim pedes coercere intendit*, si per alterum stat, quo minus coerceatur. *l. 1. § 8. 9. h.*

3. In *Germania Romani iuris* dispositio haud attenditur, præsertim cum *iura patria* permittant, indistincte ramos, qui se extendunt supra alterius fundum, succidere. Arbor enim, quatenus propendet in alterius agrum, *prorata* communis fit. vid. Landrecht *l. 2. art. 52.* Weichbild. *art. 125. seqq.*

Tit. XXVIII.

De glande legenda.

PRæterea interdixit prætor, *ne vis fiat ei, qui glandem, vel alios fructus, ex agro alterius in vicinum decidentes, intra triduum vult legere & auferre. l. vn. h.* Verum ius hoc *fructus legendi* secundum antea dicta patriis moribus incognitum est, postquam etiam rami propendentes in agrum alterius ad vicinum spectant. HAHN. *ad W. h.*

Tit.

Tit. XXIX. (VIII. 8.)

De homine libero exhibendo.

1. Interdictum *exhibitorium* datur, libertatis tuendæ causa, *vt exhibeatur* (h. e. extra secretum habeatur, *l. 3. §. 8. h.*) *liber homo ab eo, qui illum retinet absque iusta causa. l. 1. h.* Neque enim datur, si adest *iusta causa* retinendi, cuius exemplum occurrit in *l. 3. §. 3. h.*

2. Datur hoc interdictum omnibus, præsertim vero his, qui suas suorumque iniurias prosequuntur, *l. 3. §. 9. 10. 11. h.* adeo vt inter plures concurrentes eligendus sit a prætore, ad quem maxime res pertinet, *l. 3. §. 12. h.* cuius rei illustre exemplum sistit de EVA TROTTINA SCHILTER. *ex. 3. §. 23.*

3. Datur tantum *libertatis tuendæ gratia;* neque enim ob alium finem competere potest, veluti, si creditor prouocare vellet ad hoc interdictum, vt debitor latitans penes alium exhiberetur: nam alia iam adsunt media, cogendi debitorum latitantem. *l. 4. §. f. h.*

TEXT. NOTAB.

L. quod & lex Fauia 3. §. 13. l. vlt. §. f.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0946
DFG

Tit. XXX. (VIII. 8.)

De liberis exhibendis item ducendis

1. HOc interdictum competit *patri ad exhibendum eum, qui in eius potestate est. l. 1. pr. §. 1. h.*

2. Præsupponitur itaque (I) *patria potestas: l. 1. §. 4. h.* de hac si dubitatur, *præiudicialis quæstio* ante omnia est decidenda. (II) *ne obsit iusta ratio, propter quam exhibitio denegari possit*, qualis est (α) si ob *nequitiam* vel *sæuitiam* patris liberi apud matrem morentur: *l. 3. §. 5. h.* (β) si exhibitio vergeret in graue præiudicium mariti. *l. 1. §. f. l. 2. h.* (III) *Vt inuitus detineatur ab alio;* non enim habet locum, si sua sponte citra *dolum rei* absit filius. *l. 5. h.* Pendente hac lite, sæpe *sequestrum liberorum* decernitur. *l. 3. §. 6. h.*

3. Deinde quoque interdicit Prætor, *ne vis fiat ei, qui liberos suos vult abducere.* Prius interdictum est *præparatorium* huius. Ideo enim *ad exhibendum* agitur, vt *ducere* quis possit. *l. 3. pr. §. 1. h.*

Tit. XXXI.

De vtrubi.

HOc interdictum olim fuit *retinendæ possessionis* de rebus *mobilibus* conceptum, quem

quemadmodum *vti possidetis* de rebus *immobilibus*. Sed postea vtriusque facta est exæquatio. *l. vn. h.*

Tit. XXXII.

De migrando.

1. HOc interdictum propositum est in gratiam *inquilinorum*, vt *soluta mercede, contractuque finito*, possint migrare, nec impediri, quo minus inuecta & illata auferant, quæ pignoris loco fuere: vbi quæstio moueri nequit, rectene fuerint oppignorata, sed an oppignorata & illata. *l. 1. §. 5. h.*

2. Colono non competit, *l. 1. §. 1. h. directum* scilicet; *extra ordinem* tamen ei succurri solet *officio iudicis*, cum ne quidem res ad agriculturam pertinentes loco pignoris pro ratione *prædiorum rusticorum* facile detineri queant. *auth. agricultores. C. quæ res pign. obl. poss.*

Tit. XXXIII. (VIII. 9.)

De Saluiano interdicto.

1. SALVIANVM INTERDICTVM est adipiscendæ possessionis, & *prodest locatoribus prædiorum rusticorum, quibus res coloni pro mercede fuerunt obligatæ, ad adipiscendam earum rerum possessionem.* Extensum postea ad alios *quoscunque creditores*, qua ratione *vtile* dicitur.

Differt

2. Differt hoc *remedium possessorium a Seruiana* actione, (1) quod illud sit paratioris executionis, leuioresque probationes admittat: hæc vero ad *ordinaria* iudicia spectet, plenissimam *probationem* & *reprobationem in petitorio* requirens: (2) in illo saltem probetur illatio bonorum vel *factum oppignorationis; l. 1. h.* in hac vero legitime rem oppignoratam esse & sic *ius pignoris* docendum, adeoque (3 in hoc remedio exceptiones *altioris indaginis* reiiciantur, quæ in *actione Seruiana* admittuntur.

3. Denique (4) *actio Seruiana* datur etiam aduersus *tertium possessorem;* minime vero hoc *remedium. l. 1. C. h.* Nec contrarium, quod defendit STRVV. *ex. 45. th. 171.* colligitur ex *l. 1. §. 1. h.* cum *extraneus* ibidem *creditoribus* opponatur, adeoque sub eo ipse *debitor* commode intelligi queat, non vero *tertius* quilibet *possessor*, vt *l. 1. C. h.* declarat; nisi emtor *nexum pignoris* sciuerit, quo casu merito hoc remedium contra eum datur. *l. 1. pr. h.* Hac explicatione suppositа, nulla necessitas nos cogit emendandi textum in *l. 1. §. 1. h.* cum ICto Belga *de* WATER. *lib. 1. obs. c. 14.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0949
DFG

Lib. XLIV. Tit. I. (VIII. 36.)

De exceptionibus, præscriptionibus, & præiudiciis.

1. Exceptio *stricte* & *proprie* est *defensio quædam, quæ opponi actioni cuiusque rei solet ad excludendum id, quod in intentionem condemnationemue* (nam & *executioni* opponi potest) *deductum est. l. 2. pr. h.* Hoc sensu præsupponit *actionem stricto iure competentem*, quam ex *æquitate* excludit. Cum enim olim *ius formularium* cum doctrina ICtorum antiqua, quæ *ius ciuile* dicebatur, admodum rigorosum esset, & plura *contra æquitatem naturalem*, ex antiqua subtili ICtorum philosophia, in praxin essent deducta, quæ a Prætoribus *directo* mutari non poterant; inuenta ab iis est ratio, *per indirectum* rigorem hunc temperandi, dando *exceptiones*, ius actoris stricto iure fundatum excludentes. Has eo facilius *formulis* annectere poterant, quod essent *litium processuumque moderatores*.

2. Alias *generalius* omne id, per quod negatur in effectu, opposito *facto nouo*, quod etiam *iure ciuili stricto* actoris ius tollit, intentio aduersarii, etiam *exceptio* dici solet. Et ita priori in sensu sumta, a Dd. *iuris* dicitur, cui opponitur exceptio *facti*, quando nulla com-

competit actio etiam de *iure ciuili*, sed *de facto* tantum instituitur: vt adeoque haec diuisio sit vocabuli *æquiuoci* in sua *æquiuocata*. HAHN. *ad W. h. n.* 2.

3. In *iuris* exceptione itaque alterius actio *stricto iure* fundata erat: id etiam reus agnoscebat. Impetrabat vero a praetore exceptionem *ex æquitate* productam, imprimis quoad *negotia stricti iuris*, *formulæ* adiiciendam; DONELL. *l. 22. c. 8. lit. g. & c. 1. lit. m.* nam in *b. f. iudiciis* ipso iure inerat DONELL. *l. 22. c 8. lit. d.* Hinc *a modo proponendi* dicebantur *præscriptiones*. *l. 91. de solut. l. 7. qui satisd. cog. N. 8. c. 12.* DONELL. *l 22. c. 1 lit. m. seqq.* Enim vero in *facti* exceptionibus plane, etiam de *iure ciuili strictissimo*, negabatur intentio actoris, quod *de facto* tantum intentaret actionem. Quocirca illæ coram *iudice pedaneo* excutiendæ erant; hæ vero *ipso iure* tollebant actionem, & praetoris erat, statim ante *litem contestatam* de illis cognoscere, & vbi de illis *mox* constabat, a limine iudicii actorem repellere. *l. 9. pr. de iurei.* Sed iam PAVLVS in *l. 112. de R. I.* obseruauit, parum interesse, *ipso iure quis actionem non haberet*, *an per exceptionem infirmaretur*.

4. Vtilior est diuisio exceptionum (I) in *temporarias* & *perpetuas*. Hæ perpetuo dantur, quod in dubio *ordinarie* dicendum. *l. 5. §. f. de dol. except.* Illæ vero certis temporum cancellis inclusæ, ita scilicet comparatæ,

vt per *modum actionis* possint in iudicium deduci.

5. (II) In *dilatorias* & *peremtorias*. *Illæ* sunt, quæ litem non *dirimunt*, sed potius *differunt*, verzögerliche Schutzreden. *Hæ* vero, quæ litem *tollunt* & *perimunt* in perpetuum, zerstörliche Schutzreden.

6. In *dilatoriis* (1) sæpe quis tantum absoluitur ab *instantia*, saluo iure agendi, quando *merita causæ*, vel *libelli ineptitudinem* vel *forum* & *iudicium* concernunt; at *peremtoriis* probatis a *tota actione* quis liberatur *definitiue*.

7. *Dilatoriæ* (2) ordinarie *ante litem contestatam* opponendæ, & quidem secundum *R. I. de Anno 1654. §. 37.* omnes in *primo termino*, sub *pœna præclusi*: vnde quoque ordinarie *in secunda instantia* non admittuntur; nisi (α) postea demum emergant, aut in rei notitiam perueniant: *c. 4. X. h. c. 31. de testib.* (β) ad *iudicii integritatem* spectent, & omissæ processum annullent: *c. 4. in f. de procur.* (γ) quodammodo *merita causæ* tangant: C. I. A. *h. th. II. n. 10.* MEV. *4. D. 324. n. 9.* (δ) tertius post L. C. interueniat. GAIL. *1. O. 71. n. 8.* Inter has *fori declinatoriæ* primo loco sunt discutiendæ. *R. de Anno 1654. §. 41.*

8. *Peremtoriæ* post litem contestatam proponuntur, *c. 1. 2. de except. in 6.* vel hodie eidem *sub pœna præclusi* annecti debent. *R. I. de anno 1654. §. 37. 38. 76.*

9. Sunt

9. Sunt vero duplicis generis; quædam *litis finitæ & ingressum litis impedientes*, quæ tollunt *ipso iure* actionem, quales erant *exceptiones facti*, quæ indigitabant, nullum ius actori competere, *c. 1. 2. de lit. cont. in 6.* & comprehenduntur sub generali appellatione, *non competentis actionis:* quædam ex *æquitate* contra *ius strictum* erant introductæ. Illæ ante litem contestatam opponi possunt, quatenus *in continenti* probabiles sunt, *l. 9. pr. d. iurei.* totam litem tollentes: hæ vero demum post L. C. sunt excutiendæ. vid. *ius eccles. protest. lib. II. tit. 25. §. 9.* In praxi vero plurimorum locorum *omnes peremtoriæ*, statim probabiles, admittuntur ante litem contestatam.

10. Quædam denique ipsam *executionem* suspendunt & impediunt, quæ scilicet (1) ipsam non impugnant *directo* sententiam, sed modificant *executionem:* MEV. *2. D. 329. num. 4.* (2) non sunt iam antea reiectæ per sententiam in *lite principali*: (1) statim probari queunt. ZANG. *de except. p. 3. c. 26.* Huc pertinet exceptio SCti Velleiani & Macedoniani, *l. 11. ad SCt. Maced.* & aliæ plures, late relatæ a MARTIN. *in Proc. Sax. tit. 39. §. 1. n. 162.* BERL. *P. 1. concl. 84.* HILLIG. ad DONELL. *l. 22. c. 8. lit. l.* Sed de quibusdam dubitari solet, vtrum post *R. I. de anno 1654. §. 37.* adhuc opponi possint? nisi forsan tantum *executionem* concernant.

11. (III) Exceptiones pleræque *certum nomen artificiale* habent, & sic *nominatæ* dicuntur: alias *in factum* generaliter vel *doli* exceptione vtendum, si deficit *nominata* exceptio, æquitas tamen exceptionem dari cogit.

12. Nominatarum variæ sunt species. Ex *dilatoriis* celebriores & frequentiores sunt: (1) respectu FORI, exceptio *fori incompetentis, litis pendentiæ, præuentionis, suspecti iudicis, inhabilis, primæ instantiæ, priuilegii miserabilium personarum*, vel *electionis fori*.

13. (2) Respectu ACTORIS est exceptio *inhabilitatis, legitimationis ad causam, excommunicationis, spolii*. (3 Respectu REI est exceptio *laudationis, plurium interessentium, contumaciæ l. 15. C. de iudic. inhabilitatis &c.* (4) PROCVRATORIS, exceptio *inhabilitatis, legitimationis ad processum, infamiæ notoriæ, mandati insufficientis &c.*

14. (5) Respectu PROCESSVS est exceptio *loci non tuti, termini nimis angusti, feriarum, libelli inepti, obscuri, generalis, ineptæ cumulationis, cautionis &c.*

15. (6) Tandem respectu ipsius NEGOTII, in litem deducti, est exceptio *pacti de non petendo* ad certum tempus, *moratoria, excussionis, diuisionis, competentiæ &c.* conf. RIVINVS *in specim. except. dilator.*

16. Ex *peremtoriis* nominatæ exceptiones celebrantur plures. (1) Quædam enim intendunt, sublatum iam esse actoris ius agendi, *vt* solu-

solutionis, *compensationis*, *satisfactionis*, *acceptilationis*, *pacti de non petendo in perpetuum*, *confusionis*, *transactionis*, *iurisiurandi*, *rei iudicatæ*, *præscriptionis*, *rei interitus*, *delegationis*, *nouationis* &c.

17. (II) Quædam intendunt, nullum ius agendi plane cum effectu actori vnquam competiisse. Huc pertinent, exceptio *indebiti promissi*, *allegationis propriæ turpitudinis*, *deficientis cessionis*, *SCti Velleiani*, *Macedoniani*, *doli*, *simulationis*, *metus*, *erroris*, *rei venditæ & traditæ*, *non numeratæ pecuniæ*, *vsurariæ prauitatis &c.*

18. (III) Quædam intendunt, ius quidem agendi adesse, sed impediri *in totum* ob iustas causas, vt exceptio *restitutionis*, *diuisionis*, *excussionis*, (quatenus principalis debitor, vel condebitores sunt soluendo) *prioritatis* in concursu creditorum, aliorumque beneficiorum, item *præiudicialis*. Atque hæ quidem *communes* sunt. *Propriæ* ex ipsis actionibus nascuntur, si ex *requisitis* earum defectus ostendi potest, prout in tr. *de action. Sect. II.* in singulis actionibus ostendi.

19. (IV) Tandem exceptiones aliæ sunt *reales*, aliæ *personales*. *Illæ rei* seu *negotio* cohærent, & sic *omnibus* prosunt. *l. 7. §. 1. l. 19. h. l 17. §. 5. l. 18. sqq. de pact.* *Hæ* ad *personam* restrictæ, & propter qualitatem personæ cohærentem vel aliam particularem circumstantiam competunt, & aliis non prosunt. *l. 7. pr. h. l. 16. l. 17. de re iudic.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0955
DFG

20. Vt autem peremtoriæ prosint, requiritur (I) *vt realiter opponantur. l. 11. C. de appell.* Iudex enim non supplet eas, nisi (α) quatenus *ex actis* apparent, & *iuris communis* sunt: (ϐ) ad *integritatem iudicii* spectant. Licet vero plures opponere de re eadem, licet *contrariæ* sint. *l. 5. l. 8. h.* conf. HILLIG. *ad Donell. lib. XXII. c. 8. lit. b.*

21. (II) *Vt rite probentur; l. 25. pr. de prob. l. 9. C. h.* nam *excipiens* reus *agere* videtur. *l. 1. h.* Quædam autem (1) non indigent probatione, quia *notoriæ* & *iuris* sunt: quædam (2) sunt tacite innexæ intentioni actoris, vt *non impleti contractus*, si *causa debendi* deficit, & sic ab actore probandæ: quædam 3) *in facto dubio* consistunt, & hæ probandæ a reo, quatenus pro eo non militat præsumtio. *l. 25. de prob.*

22. Quando autem probari debeat exceptio, ex *modo excipiendi* desumendum. Vel enim *simpliciter* litem negatiue reus contestatur absque *exceptione* opposita, quo casu nihil probandum a reo, nisi *directo* contrarium probare velit: *l. 23. C. de probat.* vel confitetur intentionem actoris, sed opponit *exceptionem*, & hanc *statim* probare debet: vel dubitat de intentione actoris, & sic eam *negat*, exceptionibus *in euentum* litis contestationi adiectis: quo casu actor ante fundamentum suæ intentionis probare debet, quo facto, reus se demum accingit ad earum probationem: *l. 9. C. h.* vel simpliciter, sine *affirmatione* aut *negatione* expressa, exceptio

ptio in *primo termino* opponitur, quæ si *in continenti* probari nequeat, reus non habetur pro confesso, vt actor liberetur ab onere probandi. *l. 9. D. h.* conf. FRANZK. 2. *ref. 18.* SCHILT. *ex. 47. in append.* §. 6. *sqq.* Reus itaque, reiecta exceptione post litem contestatam, non impeditur adhuc litem contestari *negatiue*, atque actorem ad probandam suam intentionem prouocare.

23. Exceptionem *rei*, quam forsan actor fatetur, *replicatione* nihilominus elidere potest. Sed huic reus *duplicas* opponit, actor vero illi *triplicas* &c. vt tamen reo semper vltima responsio præcipua manere debeat. DONELL. *l. 22. c. 10.*

24 Frequentiores recensentur in seqq. (1) occurrit *exceptio* PRÆIVDICIALIS, qua suspenditur intentio actoris hac ratione, quod alii præiudicium fiat, *l. 16. 18. 21. h.* quæ prius decidenda est *l. 10. C. de iniur. l. 1. C. de appell. l. 8. C. ad L. Fab. de plag. l. 4. de plag. iudic.* Conf. IACOB. RAEVARD. *de præiudic.* in quo tractatu antiquitates iuris optime illustrat.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. exceptio 2. pr. l. exceptiones 3. l. 7. l. nemo 8. l. non vtique 9. l. fundum 16. l. fundi 18. l. omnes 19. l. 21.

Ex Codice l. proportione 2. l. præscriptionem 8. l. siquidem 9. l. defensiones 11. l. f.

Tit. II.

De exceptione rei iudicatæ.

1. (II) EXceptio REI IVDICATÆ, *quam reus per sententiam iudicis legitime absolutus opponit, si denuo de illa re ab eodem actore eodem modo conuenitur.*

2. Requiritur vero (I) *sententia* (α) *absolutoria:* (β) *valida:* quæ (γ) *in rem iudicatam transiit.* Nulla si est, hunc effectum habere nequit. Neque (δ) sufficit, si *ab instantia*, sed *a tota actione* debet esse absolutus. *l. 9. pr. l. 17. D. h.*

3. (II) *Vt de re eadem rursus agatur, l. 12. 13. h.* siue *pars* petatur, cuius ante *totum* petitum: siue *totum* petatur, cuius *pars* ante petita. *l. 7. pr. h. Vniuersitate* tamen ante petita, non excluditur postea agens de singulis rebus, *diuersa* plane *actione. l. 7. §. 2. 4. h.* DONELL. *l. 22. c. 5. lit. e. seqq.*

4. (III) *Inter easdem personas eiusdem conditionis. l. 14. pr. h.* Res *inter alios* acta aliis præiudicium haud facit. *l. 1. h. l. 63. pr. de re iud. Eædem personæ* tamen esse censentur pater & filius: *l. 11. §. 8. h.* tutor & pupillus: mandans & mandatarius. *l. 11. §. 7. h.* Aliquando etiam *tertio* nocet, si (1) per necessariam consequentiam *ius tertii* quoque ex illa actione dependet: *l. 63. de re iud. l. 9.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0958
DFG

l. 9. §. 2. l. 11. §. 9. l. 30. §. 1. h. si (2) cum *legitimo contradictore* h. e. cuius principaliter intererat, de *statu* actum est. *l. 25. de stat. hom.*

5. (IV) *Ex eadem causa.* Neque enim submouetur, qui rem post petit ex *diuersa causa. l. 11. §. 2. h.* Hinc vtile est, causam dominii in *realibus* exprimere. *l. 11. § 1. l. 27. h.* DONELL. *cit. l. lit. p. sqq.*

6. (V) *Eodem agendi modo.* Qui in rem egit, nec obtinuit, postea *condicenti* nulla obstat exceptio. *l. f. h.* Nec victus in *possessorio*, repellitur hac exceptione in *petitorio. l. 14. §. f. h.* conf. *l. 5. h.*

7. Ex quo apparet α) condemnatum ex *instrumentis liquidis*, paratamque executionem habentibus, per *condictionem indebiti* repetere solutum posse, non obstante *rei iudicatæ exceptione.* CARPZ. *Proc. tit. 6. art. 3. n. 67. sqq.* STRVV. *ex. 46. §. 21.* Est enim *diuersa causa* & *diuersus agendi modus*, adeoque renunciatio quoque regulariter reseruari solet. Pariter β) facta *diffessione iurata* in *executiuo*, actor in *ordinario processu* non repellitur. Vid. RIVIN. *in concurs. iur. ad tit. XXV. enunc. 27.*

TEXT. NOTAB.

L rei iudicatæ 4. l. de eadem re 5. l. singulis 6. l. si quis 7. pr § 13. l. si a te 9. pr. §. 1. 2. l. si matre 11. §. 1. 2 4. l. cum quæritur 12. l. & an eadem 14. §. 2. l. duobus 19. l. ex sextante 30. §. 1.

Tit.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0959
DFG

Tit. III.

De diuersis temporalibus præscriptionibus & de accessionibus possessionum.

1. (III) PRÆSCRIPTIONES in sensu stricto sunt *exceptiones ex lapsu temporis, iure imprimis prætorio desumtæ, quibus actor post illum agens excluditur, æque ac si reus satisfecisset actori, l. 45. in f. de admin. & peric. tut.*

2. Vt vero præscribi possit actioni, requiritur: (I) *vt actio sit nata cum effectu: l. 1. §. 2. C. de annal. exc. l. 9. §. 2. de pign. act.* (II) *vt eius executio non sit aliunde impedita: l. 1. in f. C. de annal. except. l. 7. §. 4. C. de præsc. 30. & 40. ann.* STRYK. *de act. for. inu. S. 3. m. 1. ax. 1. 2.* (III) *præscriptio non interpellata vel interrupta. l. f. C. de ann. except.* Soluens itaque vsuras non præscribit. *l. 8. §. f. C. de præscr. 30. ann.*

3. Denique (IV) *vt tempus a lege præfixum in totum sit præterlapsum*, adeo vt etiam nouissimus *totus dies* debeat esse completus. *l. 6. de O. & A.* & *dies intercalaris* proficiat præscriptioni. *l. 2. h.* In vsucapione rerum, vel *vltimum*

mum diem inchoatum esse sufficiebat, *l. pen. pr. h. l. 6. de vsurpat.* antequam cum *præscriptione longi temporis* esset confusa. BYNCKERSHOEK. *lib. IV. obs. c. 8.*

4. Tempus autem ita computandum, prout lex constituit; in *temporalibus* actionibus *non-pœnalibus* vt plurimum dies sunt *vtiles*, adeoque tantum *iuridici* computantur: in *reliquis* sunt *continui*, seu currunt de momento in momentum. *l. 1. h.*

5. Variant vero tempora pro varietate actionum. CIVILES, *reales puræ*, eundem terminum, habent, qui *vsucapioni* rerum præfixus est: *mixtæ* vero 30. annis præscribuntur, quo etiam pertinet hereditatis petitio. *l. 7. C. de hered. petit.*

6. *Personales* ex negotio *licito* præscribuntur 30. annis regulariter; *l. 3. C. de præscr. 30. ann.* nisi (α) fauore *creditoris* longius tempus sit introductum, vt in actionibus personalibus *ecclesiæ* competentibus: *auth. quas actiones C. de SS. Eccl.* (ℰ) vel in *odium crediti* diuturnior terminus præscriptus, vt in condictione eius, quod *lusu* perditum est. *l. f. C. de aleat.*

7. Ex *delicto* prouenientes itidem durant 30. annis, si *ciuiliter* agitur. *l. 3. C. de præscr. 30. ann.* Si *criminaliter*, 20. annis exspirat accusatio. *l. 22. C. ad l. Cornel. de falsf.* In quibusdam tamen lex breuiorem terminum posuit, vt in delictis *carnis* aliisque quinquennium. *l. 29. §. 6. ad l. Iul. de adult. l. 28. C. eod. l. 7. ad L. Iul. pecul.*

8. PRAE-

8. PRAETORIAE, tum reales tum personales *ex negotio licito* eundum cum ciuilibus remediis agnoscunt terminum, modo non agatur ad *rescisionem* actus; tunc enim sunt annales. §. 5. *I. de act. l. 6. §. f. l. 10. §. 18. quæ in fraud. cred.*

9. Personales vero ex delicto *pœnales* sunt ordinarie annales. *l 5. C. de iniur. l. 2. §. 13. de vi bon. rapt. l 1. pr. de calumn.* Exceptiones sunt in *pr. I. de perp. & temp. act. l. f. vlt. naut. caup. stab. l. 18. depos. l. 13. de seru. corrupt. l. 5. §. 5. de his qui effud. vel dei.*

10. Sunt præterea adhuc diuersæ temporales præscriptiones, quæ ad has regulas deduci nequeunt. Sic *tridui* præscriptio occurrit in *l. vn. de gland. leg. vndecim* in exceptione *excommunicationis* probanda: *quindecim* dierum in *c. 1. de restit. spol. in 6. viginti dierum* in *l. vn. §. vlt. C. vt omnes iudic. duorum mensium, l. 46. §. 4. de iur. fisci. l. 38. pr. de ædil. edict. l 28. eod. sex mensium* in *l. 19. §. 6. eod. biennii* in actione doli, *quinquennii* in querela inofficiosi & vindicatione commissi, aut rei immobilis nulliter a tutore alienatæ. &c. quæ omnia latius exsequitur STRYKIVS *cit. tr. sect. 4.*

TEXT. NOTAB.

L. si quisquam 7. l. in omnibus 13. §. 1. in vsucapione 5. pr.

Tit.

Tit. IV.

De dolimali & metus exceptione.

1. (IV) EXceptio DOLI est vel *generalis* vel *specialis*. Hæc a Prætore vel ideo proposita est, ne cui dolus suus per occasionem *iuris ciuilis antiqui* asperi atque duri (*vid l. 36. de V. O.*) contra naturalem æquitatem *in stricti iuris negotiis* prodesset. *l. 1. §. 1. h.*

2. *Generalis* vel (α) concurrit cum omnibus aliis exceptionibus *iuris*, quibus *iure prætorio* eliditur, quod contra *naturalem æquitatem* petitur: *l. 2. §. 5. h. l. 3. C. de non num. pec.* vel (β) *subsidiaria* est, & datur, vbi specialis deficit, & tamen *contra æquitatem naturalem* ex *rigore iuris* quid petitur. *l. 7. pr. l. 14. h. §. 2. I. quib. al. lic. vel non.* conf. DONELL. *l. 22. c. 6. lit. g. sqq.* vbi ad certa genera reuocat eandem.

3. *Specialis* nascitur ex *negotio doloso*, prout supra illud explicatum *tit. de dolo.* Parcius tamen opponenda. Requiritur enim (I) ne *reuerentia personarum obstet*; contra has enim excipiendum *in factum. l. 4. §. 16. h.*

4, (II) *Vt personæ, quibus opponitur, sint dolo capaces.* Neque enim facile pupillis obiicitur, facilius minoribus. *l. 4. §. 26. h.*

5. (III)

5. (III) *Vt ipse actor dolum commiserit.* Quæ ex *delicto personæ* nascitur exceptio, alteri opponi aut nocere non debet. *l. 4. §. 27. h.* Et sic *actoris* dolus *emtori* non obiicitur. *l. 4. §. 31. h.* Doceri itaque debet, qui hanc exceptionem obiicit, dolo malo *actoris* factum fuisse. *l. 2. §. 1. h.* A parte autem excipientis *in rem* opponitur. *c. l. 2. §. 2.*

6. Ex æquitate tamen (1) admittitur, vt etiam possit excipi de *dolo alterius*, a quo actor causam habet *titulo lucrativo. l. 4. §. 29. h.* Pupillo quoque (2) obiicitur, quatenus tutor dolum commisit & pupillus locupletior factus; *l. 4. §. 23. h.* sed vtroque casu magis est *doli generalis.*

7. (IV) *Vt rite dolus probetur.* Id quod *ex facto* constare dicitur in *l. 1. §. pen. h.* seu ex circumstantiis eius. De aliis legitimis coniecturis vid. OLDEND. *Cl. 61. de except.*

8. Quamuis vero actio *de dolo* sit biennalis, *exceptio* tamen hæc *perpetua* est, *l. 5. §. f. h.* imo etiam peremtoria.

9. (V) *Exceptio* METVS, quæ in eo distat a doli exceptione, quod sit *in rem scripta*, vt non inspiciamus, an is, qui agit, metus causa aliquid fecit, sed an in ea re metus causa quid factum fuerit? *l. 4. §. 33. h.* Neque vero *parentibus* obiici potest. *l. 4. §. 34. h.* Est hæc exceptio *temporalis*, vti ipsa actio. *arg. l. 9. §. 3. quod. met. caus.* MET. *3. D. 333.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. palam est 2. §. 3. 5. l. Apud Celsum 4. §. 1. 13. 16. 18. 27. 29. 31. 33. l. pure mihi pr. §. f.

Tit. V.

Quarum rerum actio non datur.

1. INter *peremtorias*, vt supra dictum, quædam speciatim dicuntur VI) *facti* seu LITIS FINITAE, quæ si opponebantur coram prætore, ne quidem *actio* dabatur, modo *statim* de illis constaret: si altiorem requirebant indaginem, danda erat actio, exceptione post *litem contestatam* elidenda. *l. 9. pr. de iurei.*

2. Refertur huc a collectoribus pandectarum (quamuis incongrue §. 4. *I. de except.*) (1) *exceptio* IVRISIVRANDI, quæ effectum *rei iudicatæ exceptionis* obtinet. *l. 1. pr. h.* si modo (α) recte delatum extraiudicialiter iuramentum: *l. 1. §. 1. h.* (β) eo, quo delatum est modo, præstitum: (γ) de eadem re, de qua iuratum, reus rursus conueniatur. *l. 28. §. 5. 6. 7. de iurei.*

3. Prodest hæc exceptio fideiussori, & a fideiussore præstitum ipsi debitori principali, si modo hic de ipso *contractu* & *re*, non de *persona* sua tantum iurauit. *l. 1. § 3. h. t. l. 28. §. 1. de iurei.* Sic & ab vno correo præstitum aliis prodest. *l. c. §. 3.*

4. Huc rectius (2) refertur exceptio ONERANDAE LIBERTATIS CAVSA, *l. 1. §. 4. h.* quæ itidem *realis* est, operaturque, ne patronus exigere possit, quæ *onerandæ libertatis causa* stipulatus est. *l. 1. §. 5. & 8. h. t.* (3) Exceptio in *odium aleatorum* introducta, si v. c. in alea res vendita, vt alter luderet, & euicta re conueniatur, exceptione *facti* emtor submouetur *l. 2. §. 1. h.*

5. Pertinent huc aliæ exceptiones eiusdem farinæ, vt *transactionis*, *solutionis*, *compensationis* aliæque, quæ *ipso iure* tollunt actionem.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 16. l. si filiofamil. 2. §. 1.

Tit. VI. (VIII. 37.)

De litigiosis.

1. (VI) EXceptio LITIGIOSI vtilis est, si *actio* vel *res*, in litem deducta, alienatur. Si *actio* alienatur, opponitur nouo actori, qui hoc modo repellitur. Si *res* alienata est, & prior possessor litem continuare nolit, itidem hac exceptione intentio eius repellitur. Neque enim *actionis* vel *rei litigiosæ* alienatio valet. *l. 2. C. h. t.*

2. Requiritur vero (1) *vt mota sit controuersia iudicialis:* sola *denunciatio extraiudicialis* non sufficit *l. 1. pr. h.* Olim necessaria erat *litis contestatio. l. 1. §. 1. h. l. 1. pr. si ex noxal. caus.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_0966
DFG

cauſ Sed iure nouo in *reali actione* ſola *citatio* ſufficit per *auth. litigioſa C. h. t.* imo cum iure canonico *litis pendentia* hac ipſa conſtituatur. *c. l. vlt. vt lit. pend.* etiam hæc generatim hodie qualitatem *litigioſi* operatur.

3. (II) *Et quidem reſpectu alienantis:* quodſi inter *alios* lis ſit, & *tertius* rem illam vendiderit, ei non nocet exceptio, quia is, qui vendidit, nullam litem habuit. *l. 1. §. 1. h.*

4. III) *Vt quoad rem ipſam actione reali agatur. l. 2. l. 4 auth. litigioſa C. h. l. 13. famil. herc.* Vox *dominii* enim in *Nou. 112. c. 1.* paulo latius ſumitur. In *perſonalibus* non *res* ſed *actio* reſpectu *actoris* litigioſa fit. FRANZK. *lib. I. reſol. 11. n. 23. ſeqq.* THOMAS. *ad Huber. h. §. 3.*

5. (IV) *Vt lis ſit recte mota.* Secus eſt, ſi (α) coram arbitris, *c. 2. X. vt lit. pend.* vel (β) calumnioſe mota.

6. (V) *Vt nulla adſit neceſſitas alienandi;* tales enim alienationes exceptæ ſunt in *l. vlt. C. h. inf.* veluti dotis, transactionis, diuiſionis nomine factæ &c.

7. Effectus litigioſi potiſſimum duo ſunt: (1) quod alienatio ſit *nulla*, & pariat exceptionem, ſi actor *actionem* vel reus *rem* litigioſam in *reali* alienauit. (2 Quod *pœnæ* locus ſit: nam & alienans, & is, in quem alienatio facta, puniuntur, ita vt ſi emtor *ſciat*, rem eſſe litigioſam, venditor pretium cum altero tanto fiſco præſtare debeat, emtor vero teneatur rem reddere & alterum tantum fiſco inferre. Si vero *neſciuerit*, emtor

immunis est, quin ei a venditore restituendum pretium cum tertia parte, fisco vero solida rei æstimatio præstanda *l. vlt. C. h.*

TEXT. NOTAB.

L. litigiosam 1. l rem. fin. *Ex Codice* l. 1. auth. litigiosa res est l. lite pendente 2. l. vlt.

Tit. VII. (IV. 10.)

De obligationibus & actionibus.

1. Obligatio sensu stricto *est necessitas a lege debitori imposita, quo ex facto obligatorio vel aliunde obstringitur ad aliquid præstandum. l. 3. pr. l. 52. h.* Tribuit hæc creditori *ius adrem*, qui agens *actione personali* vnice se fundat in *obligatione* debitoris: qui *ius in re* habet, in hoc tantum se fundat, huius *declarationem* petit: & de hoc tantum contendit, licet per *consequentiam* hic quoque possessor *obligatus* esse videatur.

2. Consistit obligandi vis in *necessitate coactiua.* (vid. *l. 35. §. 1. de contr. emt. l. 8. h. l. 108. §. 1. de V. O. l. 108. de V. S.*) quæ quatenus solam conscientiam tangit, dicitur *interna*, & intuitu *fori externi*, *minus plena*, qualis est in *officiis humanitatis*, & olim quoque in *fideicommissis* erat. *§. 1. I. de fideic. hered.* Quatenus vero exter-

terno nititur adiumento *legis ciuilis*, dicitur *externa* & *plena*, de qua hic agitur.

3. Oritur illa neceſſitas *vltimo* ex *lege*, & prout hæc variat, etiam obligatio varia eſt. Alia dicitur *naturalis tantum*, quæ ſolo vinculo *legis naturæ* nititur, *iure ciuili* tamen non agnita. Hæc æſtimatur exinde, ſi inter illos, qui ſolo iure naturæ viuunt, *vim* cogendi *externam* operatur: quamuis in ſtatu ciuili *ciuilis vis* ei non ſit ſuperaddita. *l. 84. §. 1. d. R. I.*

4. Hæc de *iure cuili* non dat *actionem*, quamuis ex *edicto prætoris* alios effectus rurſus acceperit, *l. 7. §. 7. de pact.* veluti (1) quod pariat exceptionem: *l. 7. §. 4. de pact.* (2) admittat fideiuſſores: *l. 6. 7. de fidei.* (3) pignora: *l. 5. §. 1. de pignor.* (4) compenſationem: *l. 6. de compenſat.* (5) impediat condictionem indebiti: *l. 10. h. l. 26. §. 12. de cond. indeb.* (6) nouationem operetur, *l. 1. in f. de nouat.* niſi in totum ſit reprobata: quo caſu hi effectus ceſſant. *l. 15. ad SCt. Vell.*

5. Alia dicitur *mere ciuilis*, quæ ſolo *iure ſtricto ciuili* (ſeu doctrina ICtorum forenſi antiqua) nititur, vinculo autem omni *æquitatis* eſt deſtituta. *§. 3. I. de except.* Quamuis vero *ſtricto iure* pariat actionem; in effectu tamen nullam habet *neceſſitatem coactivam*, propter exceptionem *iure prætorio* introductam, qua eliditur. Vnde & *condictioni indebiti* hic locus eſt.

6. Minime vero huc referendæ, vbi *noua* acceſſit *cauſa debendi*, in *iure naturæ* fundata, quamuis antea nulla vis obligandi adfuerit, vt contingit in *transactione*, *iureiurando*, *re iudicata* &c.

7. Denique *mixta* dicitur, cui vtrumque ius & *naturale* & *ciuile* vinculum addidit, & parit *actionem* & *exceptionem*, quo pertinent *contractus* aliaque *negotia obligatoria*.

8. Obligat lex (1) *mediate* per *facta obligatoria*; h. e quibus lex vim obligandi indidit; nullum enim factum *per ſe* ſeu citra *legis vinculum* obligat. Sunt hæc vel *determinata*, vt conuentio, pollicitatio, delictum: vel *indeterminata*, quæ proficiſcuntur *ex variis cauſarum figuris*, *l. 1. pr. h.* quo pertinent variæ rerum circumſtantiæ, quæ *æquo & bono*, ſuadentibus id circumſtantiis concurrentibus, obligant, vtut ad certum contractum reduci nequeant, STRYK. *de act. for. inueſt. ſ. 1. m. 2.* DONELL. *l. 12. c. 4.* (2) *immediate* ex *æquitate naturali*, qualis obligatio potiſſimum naſcitur in *condictionibus* & actionibus *in factum*. vid. tr. *de action. Sect. II. c. 5.*

9. Alteram partem huius tituli occupant ACTIONES, quarum origo de iure Romano recenſetur in *l. 2. §. 6. d. O. I.* In genere ſunt *remedium*, *quo perſequimur quodlibet ius*, & ita *accuſationes* & *extraordinarias cognitiones* continent. *l. 37. h. l. 178. §. 2. d. V. S. l. vn. C. quand. ciu. act. crim.* Quatenus autem hisce opponitur ACTIO, eſt *ius perſequendi* (olim *per formulam*

lam proceſſu ſolenni) *in iudicio* (ad excludendam *viam facti. l. 13. quod met. cauſ.* (olim coram iudice pedaneo) *quod ſibi* (non Reip. vt in accuſationibus) *debetur* (ex quocunque iure. *l. 178. §. vlt. d. V. S. l. 108. eod.*)

10. Eatenus euidenter diſcernitur ab (α) *accuſationibus:* (ϐ) *extraordinariis cognitionibus:* (γ) *interdictis*, quæ ad cognitionem prætoriam ſpectabant, & ſic in *iure*, non *iudicio* expediebantur. Conf. tr. *de action. Sect. I. c. 2.*

11. Oriuntur actiones vel ex *iure ciuili*, inde *ciuiles:* vel *prætorio*, inde *prætoriæ* dictæ. Hæ aliquando breuiorem terminum quam *ciuiles* habent, quatenus ſunt *pœnales* & *reſciſſoriæ.*

12. Ceterum variæ ſunt diuiſiones actionum: aliæ ex *iure perſonarum* de ſtatu hominum competentes producuntur, dictæ *præiudiciales: §. 13. I. de act.* aliæ *ex iure rerum.* Illuc pertinent *liberales cauſæ*, de quibus ſupra *tit. de cauſ. liberal.* item *de partu agnoſcendo. tit. de agnoſcend. partu.* Hæ præiudicium faciunt aliis quæſtionibus, quia pro diuerſo ſtatu hominum iura variant. Sunt vero vel *affirmatiuæ*, quibus actor ſibi *ſtatum ciuilem* aſſerit: vel *negatiuæ*, quibus alteri ſtatum, in cuius poſſeſſione in præiudicium actoris eſt, negat, vti plenius declaraui *tr. de action. S. 2. c. 1.*

13. Ex *iure rerum* iterum ſunt vel ex iure in re, *reales* in ſpecie dictæ: vel ex iure ad rem, *perſonales* ſcilicet, cuius diuiſionis vſus traditus

P. 1. p. 53. §. 17. Ordinarie quidem *personales* dantur tantum contra eum, qui nobis obligatus est; sed quædam *ex accidente* etiam contra quemuis possessorem competunt, quod lex huic *obligationem* imposuerit, quæ specialiter vocantur *in rem scriptæ*. Illæ iterum vel *petitoriæ* vel *possessoriæ*, de quibus *tit. de interdict.* actum.

14. Personales sunt vel ex negotio *licito*, vel *illicito*. Illæ sunt (α) vel *puræ* vel *mixtæ*. Hæ sunt, quæ non tantum ex *obligatione* competunt, sed etiam aliquando simul *reales* esse possunt, vti sunt, *familiæ herciscundæ*, *communi diuidundo & finium regundorum*. vid. *tit. fin. regund. §. 2.*

15. Puræ sunt (β) vel *directæ* vel *contrariæ*. Illæ ex obligatione *principali*; hæ ex *secundaria*, & quæ *ex accidenti* nascitur, competunt. Illæ (a) dantur ad id, quod ordinarie in obligationem est deductum; hæ ad *indemnitatem*. (b) Illæ aliquando infamant, si ex *contractu infamante* oriantur; non vero hæ regulariter *l. 6. in f. de his qui not. infam.* (c) In vtraque non semper *eadem culpa* præstanda est. (d) Imo in contraria etiam nunquam iuratur *in litem. l. 5. depos.*

16. (γ) Vel *datiuæ* vel *natiuæ*. Hæ ex præcedente *facto obligatorio* nasci dicuntur; illæ magis immediate dantur ex *æquitate lege ciuili approbata*. Et sic in omnibus non sequuntur naturam *actionum natiuarum*, vti exemplo *condictionis furtiuæ* supra ostendi. Hanc diuisionem non agnoscit SCHWENDEND. *diss. de act. dat. non dabili.*

17. (δ)

17. (δ) Quæ in ſpecie ex conuentione vel quaſi oriuntur, ſunt vel *bonæ fidei* vel *ſtricti iuris*. Illæ dicuntur, quæ oriuntur ex *contractibus b. f.* ſeu *iuris gentium*, in quibus debitor non tantum ad id, quod *expreſſe* promiſſum, adſtringitur, ſed etiam quod *æquum & bonum* eſt, in quod partes *tacite* conſenſiſſe cenſentur. In his iudici pedaneo liberior poteſtas data erat, propter formulam: *ex bono & æquo: quanto melius & æquius.*

18. *Stricti iuris* dicuntur, in quibus iudex pedaneus non poterat vltra *expreſſa placita partium* aliquid adiudicare, *l. 99. de V. O.* ſed certos habebat limites in formula præſcriptos, quos egredi non poterat. SENECA *l. de benef. c. 7.* CIC. *in orat. pro Roſcio.* Huc ſpectant *contractus ciuiles l. 5. de I. & I.* ſolennibus verbis initi, in quibus obligatio ex *verbis* vnice naſcebatur, & ita ſtricte iis inhærendum erat, vt in *verborum obligatione* & *contractu chirographario*, prout plenius oſtendi in *tr. de action. Sect. I. c. 3. §. 20 ſqq.*

19. Vſus huius diſtinctionis olim ampliſſimus fuit, quem etiam conuenientibus locis oſtendi Si de praxi quæris, præiudicialis quæſtio eruenda eſt, an hodie dentur tales actiones *ſtricti iuris*? quod nego, quia deſunt tales contractus ſolennes, in quibus obligatio tantum ex *verbis* vel *ſcriptura* oritur, niſi forſan *cambia* exceperis, prout in *tr. de action. cit. l.* pluribus oſtendi.

20. Cum actionibus b. f. proxime conuenire videntur *arbitrariæ*, quia itidem plenius arbi-

trium *ex æquo & bono* adiudicandi iudici pedaneo datum erat. *§. 31. in f. I. de action.* In eo tamen differebant, quod hoc prædicatum etiam *realibus, pœnalibus*, & *in rem ſcriptis*. imo & *ſtricti iuris* tribueretur. Videlicet *arbitrium* in arbitrariis iudici datum eſt, determinandi (1) illa, quæ *incerta* & *indefinita* ſunt: (2) ex officio conſtituendi, quomodo lis mota facilius expediri queat? Inde pœna *plus petitionis* in his ceſſabat, quæ tantum in *non arbitrariis*, in quibus *certum* petebatur, locum habebat.

21. Deinde aliæ actiones olim erant *directæ*, quæ ad *verba* & *ſonum formulæ* præſcriptæ accurate quadrabant: *vtiles* quando formula ad caſum propoſitum iuxta verba non accurate quadrabat, interim per *interpretationem ex æquitate*, quæ ſæpe *vtilitas* vocatur, ad caſum propoſitum ex *rationis identitate*, accommodabatur Poſtquam vero mos dandi formulas exoleuit, nullum amplius vſum habet. *l. 47. de negot. geſt.*

22. Ratione *finis* aliæ dicuntur *rei perſecutoriæ*, aliæ *pœnales*, aliæ *mixtæ*. *Iſtis* perſequimur *quod ex patrimonio nobis quomodocunque abeſt. l. 35. pr. h.* *Illis* vero pœnam a *legibus* (non conuentionibus partium) *delictis* impoſitam, quæ vel in ſimplum tendit, vel in duplum vel vlterius. conf. THOMAS. *de vſ. act. pœnal. in for. German.* *Hæ* vero vtramque perſecutionem continent.

23. Dif-

23. Differentiam in eo quærit JCtus in *c. l. 35.* quod (α) rei persecutoriæ sint *perpetuæ;* pœnales vero vtplurimum *annales*, quatenus sunt *honorariæ.* (ε) *Illæ* ordinarie in heredes dentur, nisi sint ex *delicto*; tunc enim eatenus ex æquitate tenentur, quatenus ad eos peruenit, *c. l. 35.* quamuis de iure canonico indistincte, siue ad eos aliquid ex delicto, siue nihil peruenerit, obligentur: non *hæ*, quatenus lis non est contestata. *l. 26. l. 58. h.*

24. Tandem aliæ actiones dicuntur *principales*, aliæ *præparatoriæ*: hæ propter illas instituuntur, & semper *præcedere* eas debent, vti est actio ad exhibendum. *l. 3. §. 3. ad exhib.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. obligationum 3. l. in omnibus 6. l. sub hac conditione 8. l. naturales 10. l. quæcunque 11. l. omnes debitores 17. l. contraxisse 21. l. actionem 25. l. omnes pœnales 26. l. non solum 31. l. in honorariis 35. l. cessat ignominia 36. l. non figura 38. l. obligationum 44. l. furiosus 46. l. Arrianus 47. l. in quibuscunque 48. l. ex contractibus 49. l. contractus 54 l in omnibus 55. l. in omnibus negotiis 57. l. pupillus 59. l. nunquam 60.

Ex Codice l. nominibus 2. l. bonam fidem 4. l. sicut 5. l. si a creditore 7. l. aduersus 10. l. ob æs alienum 12. auth. sed hodie.

Lib.

Lib. XLV. Tit. I. (VIII. 38.)

De verborum obligationibus.

1. VERBORVM OBLIGATIO est *contractus, quo quis ex verbis solennibus nuncupatiuis obligatur.* Huius olim species erant (α) *dotis dictio:* Cai *instit. lib 2. t. 9. §. 2. sqq. l. 23. de R. I.* (β) *iusiurandum liberti: l. 7. de oper. libert. l. 13. de accept. iunct. l. 8. §. 3. eod.* (γ) *sponsio*, & denique (δ) *stipulatio*, quæ κατ' ἐξοχὴν dicitur *verborum obligatio.*

2. STIPVLATIO est *conuentio formularia*, aliisque contractibus accedens, adeoque semper præsupponit *causam debendi specialem*, quam firmat. *l. 2. §. 3. de excepț. dol. mal. l. 31. de acquir. rer. dom.*

3. Origo eius videtur repetenda a temporibus *iuris Flauiani*, quo omnia *formulis solennibus* fuere repleta, principaliter quidem *iudicia*, sed facile vsus formularum sub specie *decori ciuilis* ad *negotia extraiudicialia* tractus.

4. Semel itaque his introductis, conuentionibus quidem, quæ in *speciale nomen* transierant, ob *quotidianum vsum* vis antiqua relicta obligandi; ceteris autem, qui in *generali nomine* subsistebant, vis antiqua detracta, vt non obligarent, nisi per *formulas solennes* essent conceptæ: quo non facto, *nudæ* h. e. destitutæ sua solennitate, dicuntur.

5. Vn-

5. Vnde fere pleraque, quæ sub hoc titulo exhibentur, ad generalem naturam *pactorum* seu *conuentionum* spectant, tutoque applicari possunt, si detrahas ea, quæ iis ex *regulis formularum* sunt superaddita.

6. Est itaque STIPVLATIO *verborum conceptio* (solennis, quamuis solennitas post remissa sit. §. 1. I. h.) *quibus is, qui interrogatur, daturum factumque se, quod interrogatus est, respondit.* l. 5. §. 1. h.

7. Requirebatur (I) *consensus:* l. 10. C. l. 38. §, 1. l. 137. §. 1. D. h. l. 1. C. de vsur. (II) *verba ore nuncupata.* Nutus non sufficiebat. l. 1. §. 2. h. vid. tamen l. 35. §. 2. h. (III) *Interrogatio præcedens & responsio subsequens.* l. 35. §. 2 h.

8. Responsio debebat esse (α) *continua:* l. 137. pr. h. interuallum modicum non nocebat. l. 1. §. 1. h. (β) *Congrua.* l. 1. §. 3. 6. l. 83. §. 2. h. In quantitate *diuersitas* non attendebatur. l. 1. §. 4. l. 83. §. 3. h. (γ) *Animo stipulandi prolata.* l. 7. §. 12. de pact.

9. (IV) *Vt contineret præcedentem causam debendi.* Accedebat enim aliis negotiis firmandis. l. 35 §. 2. D. l. 2. 5. C h. pr. I. h. Hæc si deficiebat, producebat quidem actionem, sed inefficacem propter oppositam exceptionem *doli* l. 2. §. 3. de dol. mal. except. l. 21. h. ibique GOTHOFR. lit. g. & h.

10. (V) Vt stipulantes essent *habiles* ad paciscendum. l. 6. h. l. 14. §. 1. de nouat. (VI) *Præsentes.* l. 1. pr. h. Visus non requirebatur. STRYK.

de

de iur præsent. c. 3. n. 77. Et hoc requisitum præsumitur, licet in instrumento, quo *stipulatio* probatur, nulla eius facta sit mentio. *l. 1. C. de contr. & committ. stipul. l. 134. §. 2. h. l. 14. C. de contr. & committ. stipul.*

11. (VII) *Quilibet sibi stipulari debebat*, non aliis; *l. 38. pr. §. 17. l. 126. §. 2. h.* filius tamen patri & seruus domino stipulari poterat. *l. 39. l. 40. l. 62. l. 130. h.* Cautelæ igitur gratia olim *pœnam* hoc casu, quo aliis stipulabantur, adiicere solebant. *l. 38. §. 17. h.* Quin & subsistebat, si simul *stipulantis interesse* versabatur. *l. 38. §. 20. 21. h.*

12. Hinc si quis *sibi aut tertio* stipulabatur, hic dicebatur *adiectus*, qui erat instar *procuratoris*, cui quidem solui poterat, etiam inuito stipulatore; *ius* tamen *agendi* soli stipulatori, non ei acquirebatur. *l. 141. §. 3. 5. 6. 7. h. l. 28. pr. de stipul. seru. l. 126. §. 2. h.*

13. (VIII) *Concipi debebat vel de dando vel de faciendo. l. 2. pr. h.* vid. *tit. de pact.* Nam quæ *tit de pactis* in genere de *obiecti* pactorum requisitis sunt dicta, etiam huc spectant, quæ declarantur per textus sequentes in *l. 26. l. 27. l. 132. l. 83. §. 5. inf. l. 38 pr. §. 1. 2. l. 97. §. 1. l. 81. pr. l. 95. l. 115. pr. l. 29. §. 1. l. 87. l. 83. §. 7. l. 103. l. 34. l. 91. §. 1. l. 115. pr. l. 94. pr. l. 74. l. 75. D. l. 8. C. h.*

14. Ex stipulatione ita qualificata obligatur debitor ad id, quod *disertis verbis* in stipulationem est deductum: *l. 99. h.* omissa non veniunt. *l. 78. §. 1. l. 83. §. 3. l. 135. §. f. h.* Si res absque dolo & culpa promissoris non possit præstari, liberatur. *l. 51. h. l.*

h. l. 137. §. 2. 3. h. Aliud si in mora fuerit, *l. 82. §. 1. h.* vel culpa; tunc enim *perpetuatur* obligatio. *l. 91. §. 1 sqq. h.*

15. Quodsi *pœna* adiecta sit, nec præstatur promissum, *pœna* exigi potest. *l. 71. l. 137. §. 7. l. 122. §. f. h.* Hac præstita, *rem debitam* creditor petere nequit & vice versa; *l. 5. §. 1. si quis caut. in iud.* modo (1) certo appareat, contra conuentionem factum fuisse: *l. 132. h.* ibique GOTHOFR. *in not. lit. l.* (2) creditor eam eligat, in cuius fauorem hæc adiecta est. Integrum enim ei est, spreta *pœna* ad implendum contractum agere. Quodsi *interesse* pœnam excedit, hoc, quatenus pœnam excedit, peti potest, quia *pœnam* creditor in sui fauorem adiecit, cui renunciare potest. Ergo, electa pœna, debitor et obiicere nequit, tanti eius non interfuisse. *§. 19. I. de inutil. stipul.* STRYK. *de caut. contr. S. 2. c. 5. §. 8.* STRVV. *dec. Sabb. c. 14. dec. 9.*

16. Præstatio facienda (I) *debito tempore:* ante illud *cessit* quidem dies, sed nondum *venit;* quamuis ante solui possit, *l. 137. §. 2. in f. l 38. §. 16. h.* quia in debitoris fauorem præsumitur tempus adiectum. *l. 41. §. 1. h.*

17. Totum autem tempus præteritum esse debet, antequam cum effectu creditor agere possit, *l. 42. h.* & inde quoque diiudicatur *terminus moræ.* Quod etiam dicendum est, si *tacite* tempus continetur in stipulatione. *l. 2. §. 6. de eo quod cert. loc. l. 126. l. 73. pr. l. 137. §. 2. l. 41. l. 60. h.*

18. Nulla

18. Nulla die adiecta, *statim* debetur, vt tamen *modicus terminus* ad soluendum ex arbitrio iudicis determinandus ei indulgeri debeat. *l. 41. §. 1 h. l. 105. de solut.*

19. (II) *Iusto modo.* Vnde & *conditiones* adiectæ, aliaque non sunt negligenda. vid. *tit. de pact.* Pertinet huc etiam *electio*, quæ in *alternatiuis* debitori competit. *l. 75. §. 8. h.*

20. Oritur ex hoc contractu *actio ex stipulatu*, si *incerta* est stipulatio, h. e. si non continet quantitatem, de qua constet, quid, quale & quantum sit præstandum; atque hoc intuitu *arbitraria* est: vel *condictio certi*, si certa sit dicto modo, quæ est *non-arbitraria*, pœnæ plus petitionis subiecta. *pr. I. h. l. 75. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 3. 4. l. Eadem dicimus 4. §. 1. l. is cui bonis 6. l. si ita stipulatus 12. l qui bis 18. l. si id 22. l generaliter 26 l. si quis 36. l. stipulatio ista 38. pr. §. 17 18 l. eum qu. 141. §. 1. l. si quis arbitratu 43. l. in illa stipulatione 50. l. in conuentionalibus 52 pr l. in stipulationibus 55. l. quæ extrinsecus 65 l. quotiens 80 l inter stipulantem 83. pr §. 1. l. si insulam fieri 84. l. mora 88. l. quicquid 99. l. puberes 101. l. si mihi & Titio 110. l. ita stipulatus sum 115. §. 1. l Decem stipulatus 116. l. qui Romæ 122. §. 4. l. continuus 137. pr. §. 2. f.

Ex Codice l licet 1. l. nuda 5. l. omnes 10 l magnam 12. l. veteris 13. l. optimam 14. *de contrahenda & committenda stipulatione* l. ex eo 4. l. Dolo 5. *de inut. stipul*

Tit.

Tit. II. (*VIII. 40.*)

De duobus reis constituendis.

1. PLures *debitores* in eodem negotio ordinarie *pro rata* tantum obligantur, nisi res (α) in obligationem deducta sit *indiuidua*, vel β) *lex* aut (γ) *pactum* aliud constituat. Etenim consultius pro *creditore* est, si plures debitores *in solidum* obligantur, & pro *debitore*, si pluribus creditoribus se *in solidum* obstringit. Hinc ex *regulis prudentiæ* inuenta est *correalis obligatio*, *stipulatione* olim peragenda, quæ omnibus in negotiis adhiberi potest, vbi plures tantum *pro rata* obligantur, & acquirunt, adeo vt *heredes* etiam a *defuncto* ita obligari possint. *l. 9. pr. h.*

2. Est vero CORREALIS OBLIGATIO, *qua duo pluresue ex vna eademque causa eandem rem vni eidemque eodem tempore in solidum promittunt vel ab vno eodemque sibi stipulantur.*

3. Ad constituendam hanc de *iure Romano* requiritur, (I) *vt duo pluresue stipulentur vel promittant.* Inde dicuntur *rei stipulandi & debendi seu promittendi l. 1. h.* Sint autem (α) omnes habiles; alioquin solus *habilis* obligatur *in solidum. l. 12. h. l. 17. inf. l. 18. ad SC. Vell.* (ℭ) De iure Romano omnes *seorsim* respondeant. *l. 6. h.* Hodie sufficit, quomodocunque suam declarent voluntatem. (γ) Caueatur, ne a pluribus

coniunctim stipuletur creditor; alioquin non sunt correi debendi, sed quilibet tantum *pro sua parte* obligatur. *l. 2. §. 4. de eo quod cert. loc.*

4. (II) *Vt vno eodemque tempore stipulentur vel promittant*, quod *solennitas stipulationis* desiderabat. Modicum interuallum intercedens, quatenus nullus actus contrarius interuenit, non nocet. *l. 3. pr. l. 6. §. 3. l. 12. pr. h.* BRVNNEM. *ad l. 1. de V. O.*

5. (III) *Vt de animo correalem constituendi obligationem constet. l. 3. pr. h.* In dubio non præsumitur. *l. 11. §. 1. 2. h* Vnde vtile est expresse hoc hodie declarare, si alias *dubium* esse possit, vtrum partes se *correaliter* obligauerint. BACHOV. *ad Treutl. V. 2. disp. 27. th. 9. lit. e.* HAHN. *ad W. h. n. 5.* MEV. *6. D. 112.* Alias declaratio hæc, quod obligati velint esse *in solidum*, non videtur necessaria, BRVNNEM. *ad autb. hoc ita C. h.* quam tamen alii ex *dicta auth.* inferunt, HAHN. *c. l.* RITTERSHVS. *ad Nou. P. 3. c. 6. n. 11.* cum verba *æqui pollentia* sufficiant.

6. (IV) *Vt eandem rem vel quantitatem promittant vel stipulentur. l. 2. l. 9. pr. h.* Hinc res ita debet esse comparata, vt vtrique stipulatori possit conuenire. *l. 28. §. 3. de vsufr. l. 15. h.* Diuersitas *in modo* obligandi non nocet. *l. 7. h.*

7. (V) *Ex vna eademque causa:* alioquin *diuersum* esset *debitum.* Qualis causa autem in

in *correalem obligationem* deducatur, perinde est; nam omnibus, vt dictum, contractibus & negotiis accedere potest. *l. 4. C. l. 9. h. l. 38. l. 55. de adm. & peric. tut. l. 11. §. 2. ad L. Aquil.*

8. (VI) *Vt quilibet in solidum & principaliter promittat & stipuletur.* Hinc (α) si reus promittendi correo alteri heres existit, non perimitur obligatio, *l. 13. h. l. 5. de fidei. l. 3. pr. de separat. l. 18. de oblig. & act. l. 50. de fidei.* nec (ε) *debitor & fideiussor* proprie sunt correi.

9. (γ) Singuli *in solidum* recte conueniuntur. *l. 3. §. 1. h.* Iure nouo vtuntur *beneficio diuisionis, N. 99 c. 1. auth. hoc ita. C. h.* HAHN. *ad W. h. n. 5* BA HOV. *ad Treutl. c. l. th. 9. lit. e.* quo ipso tamen *correalis obligatio* non fit otiosa; nam per renunciationem huius beneficii sustinetur, imo etiam tunc, si reliqui non sint soluendo, effectum retinet.

10. (δ) Vno soluente, reliqui correi liberantur, quod etiam contingit, vbi alio modo debitum respectu *vnius* sublatum est, excepto *pacto remissorio; l. 27 pr. de pact. l. 31. §. 1. de nouat.* nisi sint socii, *l. 21. §. f. eod.* vel aliter paciscentis interfit ceterorum obligationem sublatam esse. *l. 21. in f. de pact.*

11. (ε) Alter ex correis solidum soluens, non potest contra correos habere regressum, quia ad *solidum* fuit obligatus, nisi fuerunt socii, *l. 2. C. h.* h. e. *ex causa onerosa* obligati.

12. (ζ) Singuli correi stipulandi recte *in solidum* agunt, & quidem si alter semel egerit, non potest debitor alteri correo debitum amplius offerre, quia agens alterum præuenit. *l. 16. h.* Ante litem motam vero, licet *interpellatio extraiudicialis* interuenerit, locus est gratificationi. Coll. Arg. *h.* §. 24.

13. (η) Non tenetur correus credendi ad communicationem; nisi (a) socii sint: *l. 62. pr. ad L. Falcid. l. 43. pro soc.* (b) aliter inter eos actum sit. *c. l. 62 l. 3. de reb. cred.*

TEXT. NOTAB.

L. cum duo 2. l. in duobus 3. l. duos reos 6. pr. §. f. l. eandem rem 9. l si duo 10. l. reus 11. pr. l. ex duobus 16. l. ex duobus 18.

Ex Codice l. creditor 2. auth. hoc ita l. exprimere 3. l. vlt.

Tit. III.

De stipulatione seruorum.

1. SErui olim ex *persona domini* ius stipulandi habebant, *pr. I. h.* quomodocunque demum stipularentur, sibi, domino, vel impersonaliter. *l. 1. pr. h.*

2. Et quidem *communis* acquirebat singulis pro *virilibus partibus*, si nominatim singulis stipulatus erat; alias pro partibus dominicis, si *nomine collectiuo* dominis stipulatus erat, *l. 37. h.*

h. Si vni *nominatim* tantum stipulabatur, huic tantum acquirebat. *l. 1. §. 6. l. 5. h.*

3. *Fructuarius* seruus vel acquirit vsufructuario, si ex re fructuaria stipulatur, vel proprietario, si aliunde. *l. 18. §. f. l. 22. h.*

4. Seruus *hereditarius* aut futuro heredi *nominatim* stipulatur, & nihil agit: *l. 16. h.* aut simpliciter futuro heredi absque adiecto nomine, tunc valet, *l. 28. §. 4. h.* vel *hereditati*, & itidem valet, *l. 35. eod.* ceditque dies ab adita hereditate. *l. 25. h.*

5. Seruus *alienus b. f. seruiens* acquirit domino, ex quibus causis non solet acquiri b. f. possessori. *l. 31. l. 39. h.* Alias autem b. f. possessori acquirit. *l. 19. h.*

Lib. XLVI. Tit. I. (VIII. 41.)

De fideiussoribus & mandatoribus.

1. FIDEIVSSIO est *contractus verbalis, quo quis alienæ obligationi ita accedit, vt, quod alius debet, se soluturum promittat, saluo manente debito principali.* Erat itaque olim contractus (1) *solennis*, (2) *accessorius. l. 1. h.*

2. Requiritur (1) de iure Romano, *stipulatio*, in quo differebat a *constituto*, quod *nudo pacto* conciliabatur. Hodie non amplius est con-

tractus *solennis*, cum sufficiat *consensus* quolibet modo, inter absentes, & per subscriptionem, hoc nomine factam, declaratus. *l. 6. C. h.* CARPZOV. *P. 2. c. 20. d. 9 n. 1 seqq.* HERING. *de fideiuss. c. 11. n. 26. seqq.* STRYK. *de caut. contr. S. 2. c. 6. §. 1.*

3. (II) *Habilitas fideiubentium.* Inhabilitas cognoscitur, si generalia se obligandi principia seponimus, ex eo, (α) *si ius ciuile ex rationibus specialibus eos ab hoc negotio arceat.* Etenim ab eo arcentur mulieres, milites, *l. 8. §. 1. qui satisd. cog. l. 31. C. locat. l. 15. C. de re milit.* Clerici, quoad *debita publica*; non item *priuata. N. 123. c. 6.* Nec iure canonico aliud statutum, cum in *c. 1. X. h.* illi tantum coerceantur, qui *fideiussoribus conciliandis* nimiam dant operam.

4. (β) *Si securum creditorem reddere nequeunt.* Tales non quidem plane *inhabiles*, *inidonei* tamen sunt. *Idoneitas* autem æstimatur ex duobus: (1) *facilitate conueniendi*: (2) *facultatibus. l. 2. pr. qui satisd. cog.*

5. Hoc intuitu ægre recipiuntur, (1) qui non sunt *de foro* in *negotiis iudicialibus*: MEV. *§. D. 182.* (2) minores, ob beneficium *restitutionis*: *l. 48. §. 1. h.* 3) potentiores: HERING. *c. l. c. 9. n. 132.* (4 pauperes. Interim, qui admisit inidoneum, alium postulare nequit; *l. 3. h. l. 10. §. 1. qui satisd. cog.* nisi *postea* inidoneus fiat, maxime quoad *iudicialia negotia. c. l. 10. l. 4. de stipul. præt.*

6. (III)

6. (III) *Vt fideiussor accedat obligationi principali.* Inde differt a *mandatore*, qui *antecedit* obligationem principalem, *l.* 12. *§.* 14 *mand.* adeoque mandator dicitur *suo nomine* seu *principaliter* teneri, fideiussor vero *nomine alieno*, seu *accessorie*; *l.* 1. *§.* 8. *de O. & A l.* 13. *h.* quamuis hodie in effectu vix amplius adsit differentia, cum etiam mandatores per *Nou.* 4. *c.* 1. gaudeant beneficio *ordinis.* SCHILTER *exerc.* 28. *th.* 75. conf. *l.* 32. *mandat.*

7. Accedit vero fideiussor alterius obligationi vel *simpliciter* vel *certo modo.* Huc refero *fideiussores indemnitatis*, Schadloß-Bürgen, qui se tantum obligant ad id, quod creditor a debitore seruare nequit. Et sic in se continet conditionem: *si quid damni creditori obueniat.* MEV. 7. *D.* 321. *n.* 1. Hinc semper probandum a creditore, si agere velit, se non potuisse debitum seruare a debitore, adeoque, moto concursu, ante omnia se huic immittere creditor tenetur. conf. STRYK. *de caut. contr. S.* 2. *c.* 6. *§.* 24.

8. Ab hoc differt *fideiussor succedaneus*, ein Rück-Bürge, qui datur in *fideiussoris primi gratiam*, vt hic, si soluere cogatur pro debitore, nec ab eo consequi solutum queat, conuenire possit succedaneum. *l.* 8. *§. f. l.* 27. *§.* 2. *f. h.*

9. Hinc fluit, fideiussoriam obligationem se non extendere vltra, quam fuit in obligatione principali, *l.* 1. *§.* 4. *de V. O. §.* 5. *I. h.* & quidem tempore *interpositæ fideiussionis.* Hinc mora principalis non auget *obligationem definitam* fi-

deiussoris, *l. f. h. l. 8. de eo quod cert. loc.* nisi *indefinite* in omnem causam se obligauerit. *l. 54 loc. Efficacius* tamen obligari potest. *l. 16. §. 3. l. 25. h.* STRYK. *c. l. §. 17. 18.* Quamuis vero hodie fideiussio non amplius per *stipulationem* fiat, & ita negotiis *stricti iuris* accenseri non possit, non tamen vltra intentionem suam fideiussor obligari debet.

10. (IV) *Principale debitum sit verum, l. 1 l. 2. l. 8. §. 1. h.* qualecunque fuerit, siue *mixtum* siue *mere naturale, l 16. §. 3. 4. l. 7. h.* etiam ex *delicto*, quatenus agitur ad *pœnam pecuniariam*, vel quæ in talem verti possit. In atrocioribus delictis etiam admittuntur, si reus est *fugitiuus*, & *saluum conductum* petit: sed tantum pro cautione *de iudicio sisti.* HAHN. *ad W. h. n. 4.* BACHOV. *ad Treutl. V. 2. disp. 28. th. 3. lit. a.* Mere *ciuile* autem non admittit fideiussores, sicut & illud, quod a iure ciuili plane *reprobatum* est. *l. 16. §. 1. ad SCt. Vellei. l. 46. l. 16. pr. l. 29. h.*

11. Pro *dote* tamen restituenda a *marito* non recte petuntur fideiussores, *t. t. C. ne fideiuss. dot. dent.* scilicet ne vxor ipsa eos petere queat: alii qui dotem dederunt, petere fideiussores non prohibentur. MEV. *2. D. 367.*

12. (V) *Vt saluum maneat debitum principale.* In hoc differt ab *expromissione*, qua quis ita recipit alterius debitum, vt antiquus debitor plane liberetur, *l. 4. de cond. caus. dat. caus. non sec. l. 53. de contrab. emt.* & ita cessat beneficium. *ordinis.*

12.

12. Obligatur ita constitutus fideiussor, ex ratione *stipulationis*, (quæ *contractus principalis*, æque vt hodie *cambium*, erat, æque vt principalis, adeo (α) vt ante *debitorem principalem* possit conueniri. *l. 2. l. 5. l. 19. C. h.* Si plures fuerint accepti, (β) singuli *in solidum* obstringuntur, quia olim singuli fideiussores *seorsim* respondere debebant, quo ipso *correi debendi* fiebant.

14. Temperarunt vero postea leges hunc rigorem per beneficia quædam. Primum est EXCVSSIONIS seu *ordinis*, quo fideiussor ante debitorem conuentus petit, vt prius excutiatur debitor. *Nou. 4. auth. præsente C. h.*

15. Requiritur tamen, (1) vt debitor adhuc sit soluendo: (2) ita firmiter obligatus, vt actione compelli possit; (3) facilis conuentionis: (4) vt opponatur, neque (5) ei renunciatum sit, neque (6) fideiussor negauerit se fideiussisse. conf. BERLICH. *P. 2. concl. 24.*

16. Hoc tamen beneficio non indiget *fideiussor indemnitatis*, qui demum *ipso iure* in subsidium obligatur, ZOES. *h. n. 24.* adeoque renunciatio huius beneficii hic plane otiosa est. STRYK. *c. l.* §. 24. SCHILTER. *exerc. 48.* §. *28.*

17. Ex quo patet, neque excludi eum debere ab hoc beneficio, qui se obligauit, *vt principalem*, als ein selbst Schuldiger. BACHOV. *ad Treutl. c. l. th. 5. lit. c. d.* COTHMANN. *Vol. 2. resp. 76.* Expressisse enim videtur, quod iam *tacite* in omni fideiussione latitat, non vero renun-

ciasse huic beneficio, cum renunciatio *expresse* fieri debeat, & *in dubio* non præsumatur. ZOES. *h. n.* 22.

18. Alterumest DIVISIONIS inter plures fideiussores locum habens, *vt diuidatur inter eos obligatio, ne in solidum conueniantur. l. 26. h.* Præter illa, quæ iam §. 15. tacta sunt requisita, speciatim requiritur, (α) *vt reuera sint confideiussores;* neque enim locus ei est inter fideiussorem *primum* & *succedaneum. l. 27. §. 4. h.* conf. *l. 43. l. 51. §. 2. h.*

19. (ε) *Vt obiectum fideiussionis recipiat diuisionem.* Si plures se *ad factum*, veluti *de iudicio sisti*, obligarunt, merito cessat beneficium quia obligatio in se est *indiuidua.* HERING. *fideiuss. P. 2. c. 27. n. 92.*

20. Neque excluditur hoc beneficium, licet se obligauerint *in solidum*, vel cum clausula, samt und sonders, cum expressio eorum, quæ tacite insunt, non mutet naturam rei. STRYK. *c. l. §. 25.*

21. Denique vbi fideiussorum alter in solidum soluere cogitur, habet adhuc *beneficium* CEDENDARVM ACTIONVM, vt ad soluendum adstringi antea nequeat, nisi creditor ei cesserit actiones suas aduersus ceteros *confideiussores*, aliquando etiam contra ipsum *debitorem*, veluti si pro inuito fideiusserit; *l. 17. l. 41. §. 1. l. 36. l. 39. h. l. 76. de solut.* quamuis *cessione expressa* non sit opus, sed *vtilis* ex edicto

cto D. Pii competat, si de *voluntate creditoris* constat.

22. Ex hactenus dictis fluit, (1) *quod competat fideiussori ex persona rei principalis exceptio*, adeo, vt si illam non opponens soluat, non habeat regressum; *l 95. §. pen. de solut.* modo sit exceptio (α) realis: (ε) illam debitori competere sciuerit. MEV. *2. D. 289.* Inde vtile est, vt fideiussor litem debitori nunciet. Hanc etiam inuito debitore opponit *l. 32. h.*

23. (2) *Quod liberato principali, liberetur etiam fideiussor, l. 68. §. 1. h.* non ante; nisi ad certum tempus tantum fideiussit. FAB. *in C l. 8. t. 27. d. 25.* Potest tamen aliquando agere, vt liberetur, (α) si diu stetit in obligatione, vel debitor bona sua dilapidare incipiat: *l. 38. §. 1 mandat. l. 10. C. eod.* (ε) si *ratione officii* sese pro alio obligauit: *l. 6. de contrar. tut. act.* (γ) si creditor studio differat exactionem nominis, ipsum prouocare potest ex *l si contendat. 28. h.*

24. (3) *Quod soluto a fideiussore debito, ei detur regressus contra debitorem*, vel actione mandati, si pro *sciente*, *l. 25. h. l. 14. C. h.* vel negotiorum gestorum, si pro *ignorante* fideiussit. Sufficit autem, quomodocunque satisfactum esse a fideiussore. *l. 18. l. 64. l. 72. h l 14. C. h.* Imo vel *condemnatio fideiussoris* sufficit, modo executio immineat. *l. 45. h.* nisi condemnatus *culpa propria* fuerit fideiussor. *l. 67. h. t.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. & commodato 2. l. generaliter 5. l. græce 8. §. 3. 7. 8 l si dubitet 10. l. cum reus 14. l. fideiussoribus 17. l. heres 21. § 1. 2 l. Marcellus 25. l. inter fideiussores 26. l si plures 27. §. 4. l. si contendat 28 l. cum is 36. l. fideiussor 45. l. si Titius 48 l. inter eos 51. § 4. l. si ita 55. l. fideiussores 68. l. Granius 71.

Ex Codice l. creditori 2. l. non recte 3. auth. præsente l. nouatione 4. l. si pater 6. l. etiam 9. l. cum alter 11. l. mandati 14. l liberum fuit 16. l. sicut 21. l. pignoribus 25. l. generaliter 28.

Tit. II. (VIII. 42.)

De nouationibus & delegationibus.

1. NOVATIO est *prioris debiti in aliam obligationem transfusio & translatio, ita vt prior perimatur. l. 1. pr. h.*

2. Alio in sensu dicitur *nouatio*, quæ priori accedit, eique nouas affert qualitates, qualis est (1) *litis contestatio*, quæ priori obligationi omnia commoda conseruat. *l. 29. h. l 8. §. 3. de fideiuss. l. 14. §. 5. de pign.* Has nouas tamen eidem superaddit qualitates, vt obligationes *tempore* & *morte* perituras faciat perpetuas & in heredes transitorias, *l. 139. pr. de R. I.* (2) *iusiurandum extra-*

extraiudiciale. vid. *P. I. tit. de iurei §. 14.* (3) *obligatio pœnalis,* de qua §. 13. agitur. (4) Stipulationes prætoriæ, de quibus agitur infra *tit. de ſtipul. prætor. §. 3.* Sed de hac ſpecie tamen hic potiſſimum non agitur.

3. Requiritur itaque (I) *vt noua obligatio in locum veteris ſubſtituatur.* Ergo (α) *præcedere debet debitum,* ſufficitque *naturale, l. 1. §. 1. h.* vel *conditionale,* modo poſtea conditio exiſtat. *l. 8. §. 2. h.*

4. (β) *Noua obligatio, quæ conſtituitur, debet eſſe vera,* adeo vt *naturalis* ſufficiat, *l. 1. in f. h.* licet creditor nouus nihil exigere poſſit, effectus tamen liberationis, quæ præterea fauorabilis, ſequitur, quod in *pupillo nouante* liquidum eſt. *l. 1. §. 1. h. l. 20. §. 1. h.* Vbi vero ius ciuile *in totum* ſuſtulit effectus naturales obligationis, ibi noua conſtitui nequit, & ita nouatio eſt nullius momenti, vt in *ſeruo* nouante. *l. 8. §. 7. & 8. l. 14. l. 16. §. 1. in f. ad SCt. Vell. l. vlt. h.* Si *mulier* nouat, prior obligatio *ex æquitate* reſtituitur, non æque ſi *pupillus* nouauerit.

5. (γ) *Inter illos nouatio fieri debet, qui de ſua obligatione diſponere poſſunt.* Non facile itaque nouare poteſt procurator, niſi ſit *omnium bonorum, l. 20. in f. h.* vel *in rem ſuam.* Vnde nec *adiectus* nouat, quia eſt inſtar *procuratoris* ſimplicis. *l. 10. h.*

6. Subſtitutio hæc nouæ obligationis in locum *veteris* fit dupliciter: vel manentibus iisdem perſonis,

sonis, inter quas prior obligatio erat constituta, vt tantum *genus obligationis* mutetur, *l. 8. pr. §. 1. l. 28 h. l. 6. C. si cert. petat.* & ita dicitur NOVATIO *in specie dicta;* vel alterius *debitoris* aut *creditoris* consentientis substitutione. *l. 11. h.* & dicitur in specie DELEGATIO.

7. Requiritur tamen in casu *delegationis consensus creditoris delegantis & debitoris substituti & delegati: l. 17 h. l. 1. C. h.* neque enim debitor inuitus delegari potest creditori sui creditoris. *l. 6. C. h.* Pari ratione si debitor mutatur, consensus *creditoris* necessarius est. Hinc delegatio differt ab *expromissione & cessione.*

8 EXPROMISSIO est, quando quis animo nouandi promittit id, quod alter debet, vtut ille nolit; *l. 8. in f. h.* nam vti pro *inuito* solui potest, *l. 23. de solut.* ita etiam hoc casu liberatio *inuiti* contingit. *l. 91. de solut.*

9. CESSIO vero est, qua creditor alteri tantum suum cedit, etiam *ignorante* vel *inuito* debitore, *l. 1. C. h.* quo ipso olim non tollebatur obligatio inter cedentem & debitorem cessum, vti in *expromissione* & *delegatione* contingit. *l. 3. C. h.* vid. *tit. de act. & hered.*

10. Hinc *cessus* debitor omnes exceptiones saluas retinet contra cessionarium, quas poterat opponere cedenti: sed *delegatus* eas remittere censetur, dum se delegari alteri patitur. *l. 22. h.*

11. (II) *Animus nouandi diserte exprimendus*; alioquin manet prior obligatio & noua ei accedit. *§. 3. I. quib. mod. toll. oblig. l. vlt. C. h.* Olim sufficiebat, si modo ex *coniecturis* constabat de animo nouandi, *l. 2. l. 8. §. f. l. 28. h.* quod cum sæpe dubium esse poterat, hoc requisitum nouiter superadditum est.

12. Vnde & in *delegatione* hoc requiri recte asserunt, cum *eadem* imo sæpe *maior* ratio dubitandi hic adesse possit. STRYK. *de caut contr. S. 4. C. 2. §. 2.* CARPZ. *P. 2. c. 19. d. 16.* Dissent. ZOES. *h. n. 16.* MEV. *2. D. 240. & 5 D. 395.*

13. Fluit exinde, per *pœnam* adiectam non videri factam nouationem proprie dictam, vti alias colligunt ex *l. 41. pro soc. l. 44. §. f. de O. & A. l. 24. quand. dies leg.* Nam prior non est sublata, *l. 28. de act. emt. v. l. 71. pro soc. l. 14. C. de pact.* nec animus *nouandi* est expressus. Idem quoque de *transactione* dicendum esse putat STRYK. *in V. M. tit. de transact. §. 4.* nisi expresse priori obligationi renunciatum sit. Verum natura eius peculiaris *euidenter* docet, in hac necessario a priori obligatione, de qua contendebatur, recedi.

14. Effectus nouationis est, quod obligatio pristina tollatur cum omnibus accessionibus, *l. 18. h.* adeo vt nec delegans periculum nominum præstet, nisi reseruatus sit regressus *l. 22. §. 2. l. 45. §. 7. mandat.* Hinc purgatur mora, *l. 8. pr. h.* pœna non committitur, *l. 15. h.* priuilegia prioris obligatio-

gationis tolluntur, *l. 9. l. 29. h.* nisi in specie fuerint reseruata. *l. 3. D. qui pot. in pign. l. 11. §. 1. de pign. act.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 1. l. omnes 2. l. si vsusfructus 4. l. si Stichum 8. in f. l. delegare 10. l. si non debitorem 11. l. si. quis 12. l. delegare 17. l. si nouatione 18. l. aliam causam 29. l. si rem aliquam 31. §. 1.

Ex Codice l. delegatio 1. l. si delegatio 3. l. si pater 5. l. nec creditores 6. l. vlt.

Tit. III. (VIII. 43.)

De solutionibus & liberationibus.

1. QVamuis *solutio* quamcunque liberationem *generaliter* denotet; *l. 54. h. strictissime* tamen solet peculiariter de ea intelligi, quæ fit *pecunia soluta l. 49. h.* Paulo letiori sensu SOLVTIO est *actus, quo naturaliter illud præstatur, quod in obligationem quamcunque ab vtraque parte est deductum. l. 52. l. 54. h.*

2. Vt recte soluatur requiritur, (1) *vt soluant illi, qui rerum suarum administrationem habent liberam*; alias non fit solutum accipientis, *l. 14. §. 8. h.* vt tamen aliquando condicenti obstet exceptio *doli*, si recte præterea solutum sit. *c. l.* Recte itaque soluunt procuratores vniuersales, *l. 87. h.* & tutores. §. *vlt. I. quib.*

quib al. lic. vel non. conf. *l. 5. §. 5. de reb. eor. qui sub tut*

3. Ordinarie quoque soluit, *qui debet;* verum & alius *inscio* & *inuito* debitore soluere potest ad effectum, vt liberetur *l. 23. l. 53. h.* Priori casu tamen ei tantum datur regressus, non posteriori, nisi α) actiones vel *vere* vel *ficte* fuerint cessæ a creditore soluenti, nec β) debitor possit docere, sua interfuisse, ne solueretur *l. 43. de negot gest.* STRYK. *de caut. contr. S. 4. c. 1. §. 4.*

4. II) *Fiat ei, cui debetur, & qui alias disponere de rebus suis potest* Alias liberatio non contingit, quamuis, si pecunia adhuc salua extet penes *pupillum*, petens exceptione *doli* submoueatur. *l. 15. h.* Nec semper secure *tutori* soluitur, nisi his adhibitis cautionibus: (α) ne soluatur tutori, cui administratio interdicta: *l 14 §. 1. h.* (β vt præcedat solutionem *causæ cognitio & sententia iudicialis*, maxime in debitis subvsuris debitori datis. *§. vlt. I. quib al. lic. vel. non.*

5. Perinde autem est, siue soluatur ipsi creditori, siue procuratori speciale mandatum habenti vel omnium negotiorum, *l. 12. pr. h.* quo etiam spectat *adiectus l 12. §. 1. h.* Si alii citra *mandatum* soluitur, quam cui debebat, liberatio non contingit. *l. 58. h.* Caute quoque procedendum, si, pluribus instantibus, debitor vni soluere velit. STRYK. *c. l. §. 10.*

6. (III) *Soluatur, quod debetur, l. 98. §. 6. h.* ob rationem *l. 2. §. 1. de reb. cred. I. P. S. lib. 3. art. 4.* THOMAS *de pret. affect. in res fung. non cad. c. 2. §. 3. 4* Necessitas tamen vel vtilitas publica aliquando *subsidiariam præstationem*, quæ consistit in *æstimatione* rei vel *præstatione eius quod interest* vel *pœna*, admittit, v. c. (α) ob communem *pecuniæ inopiam* ex calamitate bellica ortam: *R. I. de anno 1654. §. 172. l. 4. §. 3. de re iud.* (β) si res non possit amplius ob *culpam* debitoris præstari: *l. 5. §. 4. commod.* THOMAS *c. l. §. 7.* vel (γ) creditori non amplius ob *moram* debitoris integrum sit, illam accipere. vid. *tit. de condict. tritic.*

7. (IV) *Soluatur integrum debitum.* Particularis solutio inuito creditori obtrudi nequit; MEV. *2. D. 208.* ZOES. *h. n. 28.* modo (α) integrum sit liquidum; alias pars liquida solui potest. *l. 21. de reb. cred.* (β) Vnum sit debitum. *l. f. quib. mod. pign. soluit.* (γ) Nulla adsit *necessitatis publicæ* ratio. *R. I. cit. l.* (δ) Obligatio non sit *ipso iure* diuisa. *l. 6. C. fam. herc.* STRYK. *de caut. contr. s. 4. c. 1 §. 5.* MEV. *6. D. 384. 5. D. 103. 3. D. 236.*

8. (V) *Soluatur res propria.* Agitur enim de transferendo dominio, *l. 17. l. 78. l. 94. l. 20. h.* neque enim rem alienam in *specie* debitam soluens liberatur, nisi *completa vsucapione*, vel alio accedente modo acquirendi. *l. 78. h.*

9. (VI)

9. (VI) *In debita qualitate, l. 72. §. 5. h.* h. e. (α) vt res non sit deterior reddita culpa debitoris: (β) vt pecunia soluatur in ea *bonitate*, quæ est tempore *solutionis*, in iis scilicet contractibus, vbi pecunia propter aliam rem est præstanda, v. c. locatione. venditione. *l. 24. §. 1. de pign. act l. 99. h. I. P. S. lib. 3. art. 40.* Nam in *mutuo* & *conditione indebiti* merito respiciendum ad bonitatem illam, in qua pecunia data. *vid. supr. tit. de reb. cred.*

10. (VII) *Debito loco*, vel *conuento*, vel vbi *contractum* est, vel vbi res est. *l. 8. C. h.* Aliquando tamen alibi solui potest, habita æstimatione eius, quod interest illius, qui se inde læsum dicit. *vid. tit. de eo quod cert.* Imo audiendus est creditor, si alibi, quam vbi res est, illam velit sibi restitui. *l. 10. seqq. de rei vindic.*

11. (VIII) *Debito tempore. l. 105. h.* Cuius tamen fauore dies adiectus, ille ei renunciare potest, & sic debitor ordinarie ante diem soluere potest. *l. 29. h.* Præterea vtget solutionem præmaturam *instans periculum debitoris*, quod vel dilapidare incipiat bona, vel de fuga suspectus sit, vel alia iusta causa adsit, hoc effectu, vt vel *soluat*, vel *cautionem* præstet. Vid. tit. *solut. matrim. § 1.*

12. Solutio ita recte facta operatur *liberationem* respectu eius debiti, intuitu cuius facta. Ex pluribus enim causis debitor statuere potest, in quam summam solutum imputare malit.

l. 1. l. 101. l. 102. §. 1. h. Quod nisi fecerit debitor, creditoris est, eligere, cui debito potius acceptum ferat, dummodo in id constituat solutum, in quod ipse, si deberet, esset soluturus, h. e. (1) in illud, quod solui ante omnia solet: (2) quod nimis grauat debitorem. *l. 1. h. l. 5. §. 2. l. 8. h. l. 97. l. 103. h.* STRYK. *cit. l. §. 7.* MEV. *7. D.* 211.

13. Probanda tamen est solutio, *l. vlt. C. h.* quo pertinet (α) productio *apochæ*, *l. 14. C. h.* in qua specifice præcedentis debiti mentio facienda STRYK. *c. l. c. 3. §. 5.* Præsumitur praterea ex (β) *cancellatione* chirographi, *l. 24. de probat.* (γ) ex chirographo existente penes debitorem. *l. 14. 15. C. h.* &c. vid. STRVV. *ex. 47. §. 76.*

14. Altera pars rubricæ agit de LIBERATIONIBVS in genere, quæ comprehendunt alios modos tollendi obligationem. Huc pertinet (1) *solennis debiti oblati iudicialiter facta obsignatio & depositio*, tunc necessaria, 1) si vel tuto creditori solui nequit: 2) hic solutioni contradicit sine causa: 3) ob arrestum. Hæc effectum solutionis plenarium habet, *l. 9. C. h.* modo rite facta fuerit.

15. Requiritur enim in *casu secundo* (1) oblatio *actualis*: *verbalis* ad effectum *liberationis* non sufficit, nisi in rebus immobilibus: (2) totius debiti: *l. 9. C. h.* (3) debito loco: *l. 9. cit. l. 122. pr. de V. O.* (4) debito tempore; RICHTER *decis. 75. n. 19.* (5) in probata moneta, quæ recusari iuste

iuſte nequit: Id *c. l. n. 20.* (6) adhibeantur teſtes melioris probationis gratia. STRYK *de iure præſent. c. 8. n. 64.*

16. Si a creditore pecunia oblata recuſatur, (7) citetur creditor ad *videndum deponi*, vid. RICHT. *c. l. n. 24.* (8) In termino præfixo numeretur, & (9) obſignetur, tandemque (10) deponatur in loco *publico* vel alio *tuto*: vt enim præciſe *in iudicio* deponatur, non eſt neceſſe. Conf. ZANGER. *de except. p. 3. c. 2. n. 1. ſeqq.* SCHÜTZ. *de oblat. conſign. & depoſ. rei debitæ.*

17. (II) CONFVSIO, quando debitum & creditum diuerſarum perſonarum, vel vnum debitum duarum perſonarum in vnam perſonam concurrit, tunc enim hoc vltimo caſu infirmius perimitur; LEONIN. *lib. 1. emend. c. 3.* ſi autem *æqualis roboris* eſt, vtrumque ſuſtinetur in vna perſona. *l. 10. de act. E. V. l. 5. l. 21. §. 1. ſeqq. l. 50. de fideiuſſ. l. 13. de duob. reis. l. 3. pr. de ſeparat. l. 18. de O. & A.* STRAVCH. *ad ius Iuſtin. diſſ. 17. th. 9.*

18. (III) REI INTERITVS in *ſpecie* debitæ, absque *facto debitoris* contingens. vid. *tit. de peric. & comm. rei vend.* Genus non perit. *l. 11. C. ſi cert. pet.*

19. (IV) MVTVVS DISSENSVS vid. *tit. de reſcind. vend.* (V) COMPENSATIO. Vid. *tit. de compenſ.* (VI) CONCVRSVS duarum cauſarum lucratiuarum in eandem perſonam. *l. 17. d. O. & A.* vid. *tit. de legat.* THOMAS.

ad Strauch. diff. 17. th. 15. Aliquando (VII) POENITENTIA vid. *tit. prof. tit. mand. tit. præscr. verb* (VIII) MORS, quatenus obligatio ex *delicto* nascitur, vel ex alia causa actiones ad heredes non sunt transitoriæ. (IX) PRÆSCRIPTIO vel alia *exceptio peremtoria* &c.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. dum in re 2. l. ceterum 3. l. & magis 4. l. nec enim 6. l. quod si forte 14. l. pupillo 15. l. si rem meam 20. l. si debitor 30. l. cum quis 38. l. si solutus 39. l. sed nec illud 42. l. seq. l. si quis aliam 46. l. dispensatori 51. l. satisfactio 52. l. soluere 53. i. qui mandat 56. l. si quis 57. l. is qui alienum 60. l. cum iussu meo 64. l. quod certa 70. l. qui decem 72. pr. § 4. l. Modestinus 76. l. si alieni 78. l. pecuniam 79. l. Hoc iure vtimur 86. l. Stichum 95. § 2. 3. 11. l. cum ex pluribus 97. l. qui res suas 98. pr. §. 3. 8. l. debitorem 99. l. Paulus 101. l. cum ex pluribus 103. l. quod decimus 105.

Ex Codice l. in potestate 1. l. nulla 5. l. si inter 6. l. eius quantitatis 7. l. obsignatione 9. l. inuito 12. l. pecuniæ 14. l. quod debitori 15. l. eum 16. auth. Hoc nisi l. manifest. 17. l. interest 21. l. inductum 22. l. vlt.

Tit. IV.

De acceptilatione.

1. ACCEPTILATIO quoque refertur inter modos tollendi obligationem, dicitur-que *imaginaria solutio, cum verbis contracta obligatio solennibus verbis contrariis tollitur. l. 1. h.*

2. Erat

2. Erat olim acceptilatio *actus legitimus*: *l. 77. de R. I.* hinc fieri non poterat (α) per procuratorem: *l. 3. h.* (β) sub conditione: *l. 4. h.* (γ) in diem. *l. 5. h.* Inutilis tamen acceptilatio habebat vim pacti ob *favorem liberationis*. *l. 8. pr. h.*

3. Erat præterea olim insignis differentia inter *acceptilationem*, & *pactum de non petendo*. Per illam *ipso iure* tollebatur obligatio: per hoc ope *exceptionis*. Hoc soli paciscenti proderat. *l. 3. §. 3. de liberat. legat.* vid. *P. 1. p. 122. §. 24.* Illa etiam aliis ad idem debitum concurrentibus &c. Sed hodie pactum, *in rem* conceptum, vim *acceptilationis* habet, vt *ipso iure* tollat obligationem. *l. 77. §. 5. de pact.*

4. Non aliæ autem obligationes per illam tollebantur, quam *verbis contractæ*: hinc inuenta erat *formula stipulationis Aquilianæ*, mediante qua reliquæ obligationes prius in stipulationem *nouatione* facta transfundebantur, & transfusæ per acceptilationem tollebantur. *l. 18. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. per procuratorem 3. l. an inutilis 8. pr. l. pars stipulationis 9. l. quod in diem 12. l. & per iusiurandum 13. §. 1. l. si accepto 19. §. 1.

Tit. V.

De stipulationibus prætoriis.

1. STipulationes interponebantur vel præcedente *autoritate publica*, vel *nulla*. Hæ dicebantur *conuentionales*, de quibus hactenus actum. Illæ imperabantur vel autoritate *prætoris*, vel *iudicis pedanei*; vnde illæ *prætoriæ*, hæ *iudiciales* vocabantur.

2. PRÆTORIÆ potissimum *hoc tit.* dicuntur, *quæ ex edicto prætoris interponi iubentur, certamque formam a prætore acceperunt.* Huius erant tres species: (1 *iudiciales*, quæ propter *iudicium* interponebantur, vt *ratum* fieret, velvti *iudicatum solui* &c. *l. 1. §. 1. h.*

3. 2) *Cautionales*, quæ instar *actionis* habent, & vt sit noua actio, *cautelæ gratia*, accedunt, *l. 1. §. 2. h.* Inest itaque his stipulationibus *nouatio* quædam *accessoria*, quo pertinent stipulationes de legatis, de tutela, rem ratam haberi, & damni infecti.

4. 3) *Communes*, quæ partim propter *securitatem iudicii*, partim *propter rem* ipsam fiunt, quo pertinent, quæ fiebant *iudicio sistendi causa. l. 1. §. 3. h.* Possunt etiam a *fine* & quatenus propter *cautelas* adhibentur, omnes *cautionales* dici. *l. 1. §. 4. h.*

5. Natura *prætoriarum* in eo consistit, (a) quod ordinarie desiderarent *fideiussorem*: *l. 7. h.*

l. 7. h. perpaucæ nuda *repromissione* fierent; *l. 1. §. 5. sqq.* (β) quod, vbi idoneæ esse desinerent, *de nouo* cautio exigi posset: *l. 4. h.* (γ) quod, quæ interesse alterius continerent, consultius per *pœnam* determinarentur: *l. f h.* (δ) quod ambiguum sermonem prætor interpretaretur. *l. 9. h.* In *conuentionalibus* interpretatio fit contra eum, qui clarius loqui debuisset. *l. 39. de pact.*

TEXT. NOTAB.

L. prætoria 7. l. in eiusmodi fin.

Tit. VI.

Rem pupilli vel adolescentis saluam fore.

1. HAc cautione satisdant tutores vel curatores, *se, vt res pupilli vel minoris salua sit, & incolumis, operam daturos*, ex qua cautione olim demum agebatur *finita tutela, l. 1. l. 4. §. 4. h.* hodie etiam ea durante.

2. Acquiritur hac stipulatione actio ipsi pupillo, & quidem ex æquitate *vtilis; l. 4. pr. h.* licet *alius* exegerit cautionem. *l. 2. 3. h.* In curatore tamen *statim* committitur, atque quid saluum esse desinit, secus ac in tutore. *l. 4. §. 7. h.*

3. Cessat in pluribus fideiussoribus ab *vno tutore* datis hoc in casu beneficium *diuisionis. l. f. h.* Si vero singuli a pluribus tutoribus dati

sunt, *ex persona tutorum* gaudent *diuisionis beneficio.* Zoes. *h. n. 5.* vid. supra *tit. de fideiuss. & nominat.*

TEXT. NO TAB.

L. 1. l. non quasi 4. pr. l. plures vlt.

Tit. VII.

Iudicatum solui.

1. HAnc cautionem subire debebat, qui alium iudicio *sine mandato* defendebat, vel etiam olim ipse reus in reali actione, *pr. I. de satisd.* quod Imper. in §. 2. *eod.* postea mutauit.

2. Præstabatur hæc cautio actori in ipso litis initio, *l. vn. C. de satisd.* & quidem plerumque respectum habebat ad sententiam *certi* alicuius *iudicis pedanei*, qui si non iudicabat, sed alius, non committebatur stipulatio; quia huius sententiæ fideiussores se subdiderant, & præterea negotium *stricti iuris* erat. *l. 3. pr. l. 20. h.*

3. Complectebatur hæc cautio in primo casu tres clausulas: (1) *de re iudicata*: (2) *de re defendenda boni viri arbitratu*: (3) *de dolo malo*, *l. 6. h.* & in tantum committebatur, in quantum iudex pronunciauerat. *l. 9. h.*

4. Hodie hæc cautio, præsertim in *ciuilibus*, rarius exigitur, nequidem a procuratore, quamuis hic aliquando sub cautione *de rato* admittatur. Vtilis tamen esse potest, vbi α) reus de *dilapida-*

datione est supectus: MEV. *1. D. 177* ζ) reus iurisdictionem prorogauit: γ) aliquis *absentem* sine mandato defendit.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. si quis l. iudicatum 9. l. vir bonus 18. l. cum apud 20.

Tit. VIII.

Ratam rem haberi, & de ratihabitione.

1. CAutio DE RATO imprimis tunc locum habet, quando defectus aliquis vel dubium circa mandatum procuratoris, *actoris* vices tenentis, occurrit, vel etiam ipse nullum plane habet *expressum mandatum*, vt tamen *præsumtio* sit pro eo, quod ex mandato agat; de quo *adtit. de procurat.* actum. A parte *rei* indistincte defensor sine mandato sub *hac cautione* admittitur. conf. *l. 1. C. de procurat.*

2. Potest etiam hæc cautio ex voluntate contrahentium *extraiudicialiter* constitui a procuratore, quoties de eius mandato dubitatur, *l. 10. l. 11. l. 12. pr. h.* quia ita ad regulas cauendi spectat.

3. Si ex hac cautione committitur stipulatio, h. e. si dominus non ratihabeat seu agnoscat & comprobet, quod actum est, *l. 12. §. 1. h.* in tantum competit actio aduersus fideiussores, in quan-

quantum alterius interfuit, *l. 2. l. 13. pr. l. 19. h.* id quod ex victoria obtenta æstimandum. Quodsi *pro parte* non ratihabeat dominus, pro *parte* committitur stipulatio. *l. 18. h.* Cum vero probatio eius, quod interest, admodum sæpe difficilis sit, consultius est, per *pœnam adiectam* illud statim determinare.

TEXT. NOTAB.

L. non tantum 5. l. quo enim 12. §. 1. 2. l. amplius 15. l. ne satisdatio 21.

Lib. XLVII. Tit. I.

De delictis priuatis.

1. SEquuntur *duo libri terribiles*, vti appellantur in *l 2. § 8. C. de vet. iur. enucl.* in quibus materia *criminum* & *pœnarum* est exhibita. Est vero DELICTVM *factum contra legum prohibitionem sponte susceptum, quod a lege obligationem ad pœnam accepit.*

2. Requiritur itaque (1) *factum aliquod externum*: cogitationes nullam merentur pœnam in foro humano, *l. 18. de pœn.* quatenus (α) in *sola mentis operatione* subsistunt: (β) nullam reipublicæ iacturam inferunt. Ergo sola *scientia* in *crimine læsæ Maiestatis* aliisque atrocioribus delictum non inuoluit, nisi sciens illud *manifestare* negli-

negligit, quo facto periculum præcaueri potuisset. *l. 5. C. ad L. Iul. Mai.* Imo hoc casu *non factum* inuoluere ipsum *factum*, recte dici potest. Conf. BYNCKERSHOEK *lib. III. obs. c. 10.*

3. Vnde *Conatus* ab omni pœna immunis esse nequit, modo (α) *iniuriam* quandam vel *læsionem* contineat: *l. 1. in f. quod quisque iur.* (ε) præcise ad delinquendum directus; (γ) in *factum externum* eruperit. Respectu pœna interest, vtrum impediatur *pœnitentia* delinquentis, an *externo impedimento:* item vtrum ad *proximum* an vero *remotum actum* demum fuerit deductus? secundum quas circumstantias pœna determinanda est. vid. *Const. Car. crim. art. 178.*

4. Aliquando etiam conatus ad delinquendum in *peculiare delictum*, a lege notatum, transit, quo casu reus secundum pœnam a lege determinatam puniendus est, ceu quædam exempla in *extraordinariis delictis* docent: alias *extraordinaria* regulariter *locum* habet.

5. (ii) *Sponte commissum.* Ad *animum* potissimum respiciendum, qui *distinguit l. 53. pr. de Furt.* & *facit* delicta. *I.P.S. lib. III. art. 37.* Ceterum voluntas delinquendi est duplex: vel *directa*, quando quis præcise aliquod delictum intendit; vel *indirecta*, quando quidem non intenditur ipsum delictum, quod commissum est, sed aliud *factum illicitum*, ex quo tamen *per se* tale delictum facile prouenire potest. *art. 137. C.C.C. l. 38. §. 5. de pœn.* Vnde mandans de vulnerando tenetur de occiso. &c.

6. Qui

6. Qui itaque *dcli* sunt *capaces*, delinquere possunt. Hinc nemo dixerit, (1) a *furiosis* delictum committi posse, *I.P.S. lib. III. art. 3.* quamuis si damnum dederint, curator eorum puniri queat. *l. 14. de offic. præs. cit. c. 3.* Imo furor superueniens impedit pœnam ob delictum ante furorem commmissum infligendam, etiamsi alias capitalis sit. vid. *l. 12. ad l. Cornel. de Sicar. C.C.C. art. 179.* Si *interualla dilucida* habet, executio pœnæ locum habere potest. CARPZ. *Pr. Crim. P. 3 qu. 145. n. 33.* Hinc etiam regulariter nec in *cadauera* mortuorum amplius sæuiendum. ANTON. MATTH. *de crimin. in proleg. c. 2. n. 5. sqq.*

7. De *infantibus* (2) idem dicendum, & impuberibus, *l. 12. ad L. Cornel. de sicar. l. 22. ad L. Cornel. de falsf. I.P.S. lib. II. art. 65.* h. e. infra annum XIV. constitutis sine sexus distinctione; *art. 164. C.C.C.* nisi malitia suppleat ætatem, quamuis extra ordinem puniri soleant. vid. tamen BRVNNEMANN. *4. Decis. 2.* Minores vero regulariter non eximuntur a pœna ordinaria saluo tamen iudicis arbitrio. *l. 9. §. 2. de minor.* CARPZ. *c. l. qu. 143. n. 81.*

8. *Dormientes* (3) itidem non delinquunt in eo, quod in somno fecerunt, *clem. vn. de homicid.* quamuis aliquando (α) somnus possit esse delictum, veluti in milite in stationibus posito: conf. *l. 27. §. 9. ad L. aquil.* (β occasionem præbere delinquendi, quam qui auertere potuit, & non fecit, delinquit. conf. THOMAS. *de iure circa somn.*

somn. & somnia. cap. 5. §. 15. seqq. vbi de *noctambulis* delinquentibus. PVFEND. *de I. N. & G. l. 1. c. 5. §. 11.* ANTON. MATTHAEI *cit. l. n. 13.*

9. *Ebrietas* quoque summa (4) mentem excludit, adeoque in foro *non militari secundum quid* excusat, si prægnantes occurrunt circumstantiæ, hoc est, si (α) talis est, quæ mentis exilium induxerit: (β) si non fuit electa ad delinquendum: (γ) si ignorauit delinquens, se propendere ad eiusmodi delicta: (δ) si *fortuito* & non data opera ad ebrietatem perductus est: (ε) si ad mentem rediens postea grauiter detestatur factum commissum. FARINAC. *in Crim. P. 2 qu. 70 n. 50.* Ab omni culpa tamen non immunis est & hæc merito pro *ratione circumstantiarum* est punienda. BRVNNEM. *2. Dec. 21.*

10. Denique etiam (5) *ira* minuit delictum, si (α) omnem mentis alienationem inducit, (β) & ex *causa probabili* orta est CARPZ. *c. l. P. 1. qu. 6. n. 16.* vid. tamen BRVNN. *4. D. 45.* Proinde pœnæ extraordinariæ locus esse solet. *C. C. C. art. 137.* ANTON. MATTH. *cit. l. inf.*

11. (III) *Factum illicitum* h. e. *contra legum prohibitionem commissum.* Neque enim omnia vitia & næui communes humani generis *delictum ciuile* in foro externo constituunt, saltem in sensu iuridico. Est vero prohibitio legis vel *naturæ* vel *ciuilis.* Vtraque delictum committi potest, quamuis magis in foro externo per *legis ciuilis* prohibitionem, quia sæpe quædam in *republica*

cor-

corrupta atque *ægrotante* permittuntur, quæ *iure naturæ* in classem delictorum sunt referenda. Vnde etiam *facta indecora* non constituunt delictum.

12. (IV) *Factum punibile* h. e. tale, *cui lex addidit obligationem ad pœnam subeundam:* absque hoc requisito nullum est delictum in foro ciuili. Nam in contractibus plura perpetrantur contra *prohibitionem legis*, quæ tamen in classem *delictorum* indistincte referri nequeunt, quod *obligatio pœnalis* facto haud sit indita. Equidem BRVNNEMANN. in der Einleitung zum *Inquisitions Proceſſ. c. 2. §. 5. seqq.* putat, magistratui dandam esse facultatem, etiam inquirendi in alia facta illicita, quæ in classem delictorum vulgo non collocantur; sed hoc ad *nuda consilia* spectat, quæ non semper tuta sunt.

13. Sufficit autem, quod lege tale factum *punibile* declaratum sit, siue directo siue per indirectum, licet *certa pœna* non sit imposita, v. c. si adiecta clausula: bey willkührl. Strafe. Vnde plura facta illicita in iure occurrunt, quæ ad *ordinarias* classes delictorum referri nequeunt, veluti *alienatio rei litigiosæ* &c. quia extantiora delicta tantum illuc relata sunt. Hæc & similia delicta alii vocant *innominata*, extantiora vero *nominata*.

14. Delicta alia sunt *vera*, quæ ex *proæresi* de-

delinquentis committuntur: alia *quasi delicta*, quæ magis *culpa* perpetrantur.

15. Vera sunt vel *priuata*, quæ *ciuili* & *priuata* seu *forensi actione* regulariter ab eo, ad quem res pertinet, vindicantur, & ad *pœnam priuatam* tendunt. *l. 1. §. 1. de incend. ruin. naufr. l. 6. in f. de iniur.* ZOES. *h. n. 2. Publica*, quæ *publica accusatione* ex lege publica expediuntur ad *pœnam criminalem* infligendam. *l. 1. de publ iudic. Extraordinaria* quæ sint, suo loco plenius dicendum. Magis ad *crimina publica* referri debent, quæ sunt vel *ordinaria* vel *extraordinaria*. Ab illis hæc primario ipso *processu* & *poena* distinguuntur, sicuti *publica* a *priuatis* tum *diuerso agendi modo*, tum *pœna* differunt.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 1. l. nunquam 2. pr. l. vlt.

Tit. II. (VI. 2.)

De furtis.

1. AD *priuata delicta* olim referebatur FVRTVM, quod est *contrectatio fraudulosa rei alienæ vt & vsus vel possessionis inuito domino facta lucri faciendi gratia.*

2. Requiritur itaque I) *contrectatio*. Neque enim sola *cogitatio* furem facit *l. 1. §. 1. h.* Hinc (*a*) tantum *res mobiles* furto auferri possunt, §. 2. *I de vsuc. in f.* si *sensum iuridicum* & pœnam furtis impositam spectes; quamuis in *genere morum* aliis multis modis furtum com-

mittatur. vid. IAC. BRVNNEM. *disp. de furt. non agnit.*

3. (β) Sola *inficiatio* rei depositæ non statim *furtum* facit, vt *actio furti* locum habere queat, nisi accedat factum *occultationis*, *intercipiendi causa*, vt *contrectatio* adsit. *l. 1. §. 2. l. 67. pr. h. l. 3. §. 18. d acquir. vel amitt. poss.* ANTON. MATTHAEI *de crim. h. t. c. I. n. 4. sq.*

4. (γ) Qui tantum conclaue ingreditur furandi causa, impeditur vero, quo minus aliquid *auferat*, non tenetur *actione furti*, sed *iniuriarum. l. 21. §. 7. h.* (δ) In tantum furti actio locum habet, in quantum facta contrectatio. *l. 21. h.*

5. Fit hæc contrectatio vel *physice* vel *moraliter*. Hæc fit ab illis, qui ad ipsum actum furandi concurrunt, veluti (α) scienter rem furtiuam emendo, *l. 12. C. h.* (β) celando, *l. 48. §. 1. h.* (γ) opem & auxilium ferendo, *l. 52. §. 19. h. art. 177. C. Car. crim.* (δ) *speciale consilium* dando, ex quo furtum secutum. *l. cit. l 50. §. 3. h. l. 54. §. 4. h.* (ε) aliter colludendo &c. In his speciebus hodie mitior pœna obtinet, si colludentes non participauerint de furto vsque ad statutam *lege Carolina* summam. Conf. *I. P. S. lib. II. art. 13.*

6. (II) *Fraus & dolus. §. 2. I. de vsuc.* Non sufficit, (1) si per *lasciuiam* aliquid factum, vnde furtum postea ortum. *§. 11. I. h.* Merito quoque (2) a reatu furti excusat *necessitas extrema*, *art. 166. C. C. C.* qualem supponere solent commentatores *ad* GROT. *de I. B. & P. l. 2. c. 2.*

§. 6.

§. 6. quæ *fraude* caret. THOMAS *in iurispr. diu. l. 2 c. 2. n. 170. seqq.* Denique (3) *in tenera ætate* constituti merito a furti pœna ordinaria excusantur. *l. 23. h. C. C. C. art. 164.*

7. (III) *Contrectatio alieni*, qualis (1) est *res ipsa*, etiam *minima*, siue iure *dominii*, siue *alio modo* ad aliquem spectet; nam & *falsus procurator* recipiens alienum debitum, *l. 19. C. h.* & administrator intercipiens pecuniam principalis, furtum faciunt. *l. 2. de tut. & rat. distr. l. 33. h. l. 7. C. h.* Neque attenditur quantitas, nisi quæratur de *pœna* infligenda. *l. 14. §. f. 37. h.*

8. Præterea (2) *ius alienum* huc pertinet, quod alteri competebat *circa rem mobilem. l. 14. §. 1. l. 15. h.* Denique (3) *vsus* furtum fit, si ad vsum non concessum *inuito domino* & *lucri faciendi animo* quis rem applicat. *l. 12. §. 2. l. 40. h.* adeo vt *duplum*, quanti alterius interfit, præstandum sit. *C. C. C. art. 170.*

9. (IV) *Lucri faciendi animus.* Ex auaritia enim proxime fluit. Hinc non committit furtum, (*a*) qui rapit ancillam *libidinis gratia*: *l. 39. l. 82. §. 2. h.* (*b*) qui *veritatis tollendæ* gratia tabulas amouet. *l. 16. ad L. Cornel. de falsf.*

10. (V) *Fiat inuito domino.* Eo consentiente non fit furtum, *l. 46. §. 8. h.* modo *vere* consentiat. *§. 8. I. h. l. 20. C. h.* Neque enim *scire* sufficit, si non *sponte* patiatur, *l. 60 §. 5.*

loc. ibi: *inſpiciente colono*, pro quo absque neceſſitate ſubſtituit de WATER. *lib. II. obſ. c 17. inſciente.* Nam etiam *inſpicienti* & *ſcienti* poteſt furtum fieri, vt tamen non conſentiat. Ceterum ſi quis *iuſte* exiſtimat, ſe *volente domino* rem auferre, excuſatur.

11. Hinc quoque eſſe videtur, quod hereditariæ rei, quatenus *hereditas iacens* eſt, & a nemine poſſidetur, non dicatur fieri furtum in *l. 68. h.* niſi res ab alio detineatur, & ab eo auferatur. *c. l. l. 69. ſeqq. h.*

12. Propter furtum ita comparatum de iure Romano datur ACTIO FVRTI *ad duplum vel quadruplum ei, cuius ex iuſta cauſa intereſt aduerſus ipſum furem, non heredes eius.*

13. Reſpectu pœnæ intereſt, vtrum furtum ſit *manifeſtum*, an *nec manifeſtum? Illud* eſt, quando fur deprehenditur cum re, antequam ad locum peruenerit, quo eam illa die deponere deſtinauerat. Sufficit vero *conatus realis* apprehendendi, non vero *ſola viſio. l. 7 §. 1. 2. l. 3. pr. l. 35. h. Hoc* vero, quando fur dicto modo non deprehenditur *l. 4 l. 5. §. 3. l 8. h.* Hic *dupli*, ibi *quadrupli* pœna obtinet. vid. A. GELL. *in N. Attic lib. II. c. 18.* BYNCKERSHOEK. *lib. III. obſ. c. 16.*

14. Res vero ablatæ petuntur vel *vindicatione* vel *conditione furtiua.* Hæc in eo a priori differt, (α) quod detur re etiam exſtincta: *l. 9. C. h.* (β) dominium non ſit probandum: (γ) tan-

(γ) tantum aduersus furem eiusue heredem competat &c. vid. *tit. de condict. furt.*

15. Nouissime *iure Carolino* pœna *criminalis* statuta est, quæ variat pro varietate circumstantiarum. Secundum illud enim distinguendum, vtrum furtum sit *simplex* an *qualificatum?* Hoc dicitur, quod sit *periculoso modo* h. e. admotione scalarum vel effractione vel etiam telo, quo resistenti damnum inferri possit. *art. 159.* Alterutrum sufficere videtur, cum CAROLVS V. (a) ad *directam intentionem furandi* & (b) ad *periculum* respexisse videatur, quamuis CARPZ. *Pr. crim. P. 2. qu. 79. n. 16. seqq.* coniunctim hæc requirat. De apertura, claue adulterina facta, non idem dicendum videtur, nisi aliunde *periculum* adiunctum habeat; TABOR. *in racemat. p. 481. n. 29.* cum *directa* quidem *furandi intentio*, non tamen semper *periculum* concurrat, quod tamen in tali furto desiderat CAROLVS V. h. e. vt sit ein gefährlicher und gefliſſener Diebstahl. In hoc pœna laquei *regulariter* obtinet. *art. cit. 159.*

16. Simplex est vel *magnum* vel *paruum*. *Hoc* dicitur, quod est *infra 5. florenos*, vulgo unter 5. Ducaten des besten feinsten Goldes, sicut *illud* dicitur, quando quis quinque florenos & vltra furatus est. *art. 157.* conf. SCHILT. *ex. 49. §. 11.* In *paruo*, si quidem *primum* sit, pœna iuris ciuilis obtinet pro distinctione, vtrum sit *manifestum* nec ne? *cit. art.* quamuis in *manifesto* personarum ratio habenda, vt

viles quidem fustigatione cum perpetua relegatione puniendi sint: ceteri, in quibus *spes emendationis* supereſt, in quadruplum sint condemnandi. *art. 158.*

17. Si *paruum* sit reiteratum *secunda vice*, itidem extra ordinem punitur; *art. 161.* si vero *tertia vice*, tunc *simpliciter* pœna laquei obtinet; *art. 162.* quamuis alicubi prudenter introductum sit, vt fur ob tertium furtum morte puniri nequeat, nisi *bis ante punitus* sit, vid. *Ord. Polit. Magdeb. c. 71. §. 1.* quæ intentio an etiam *constitutionis criminalis* fuerit, dubium est.

18. In furto vero *magno* pœnæ variant pro varietate circumstantiarum; inprimis vero respiciendum, wie ſchädlich den Beſchädigten der Diebſtahl ſeyn mag, vt dicitur in *art. 160.* & sic pœna vel *corporalis* vel *vltimi supplicii* imponenda.

19. Optime vero in *art. 175.* iudices admonentur: vt omnes circumstantias in pœna dictanda attendant, præsertim ne proni sint ad pœnam patibuli, vtpote satis rigidam, & quæ in magis salutarem conuerti posset, dictandam.

20. Hinc mitiganda pœna variis ex causis: (1) inter *coniuges*, *art. 165.* & inter *parentes* ac *liberos*: (2 in eis, qui res amissas inueniunt, & non restituunt, vel quibus res per inundationem affertur, si illas celant: *I. P. S. lib. 2. art. 29.* (3) piscantibus in alienis riuis

art.

art. 169. (4) si de *quantitate* non satis constat. Vnde est, quod *sacculariі* extra ordinem puniri soleant. vid. STRVV. *ex. 48. §. 25.*

21. Ceterum si plures fures sunt, omnes ad eandem pœnam *priuatam* obligantur, & quidem singuli in solidum. *l. 21. §. 9. h. l. 51. ad L. aquil.* *Pœnam* autem *publicam* singuli patiuntur secundum regulas antea traditas.

22. Neque vero de iure Romano tollitur *repetitio rei furtiuæ* per pœnam patibuli, quam fur sustinuit; sed nihilominus heredes obligantur ad res restituendas, quia *satisfactio publica* priuatam haud tollit. CARPZOV. *P. 2. qu. 80. num. 103. seqq.* id non admittit, cuius sententia *de iure Germanico* vera est, *I. P. S. lib. 3. art. 50.* non de *Romano*, vt contra eum euincit HVBER. *h. §. 6.*

23. Denique in *furto probando* iudex prouidus *indicia furti commissi* ponderare debet, quo pertinet: (1) si alias persona suspecta: (2) si bona ablata possideat, ea celet in *loco suspecto*, vel eadem vendat: (3) auctorem suum non possit ostendere. Hæc si concurrant, tortura dictari potest. Admodum quoque (4) inquisitum grauat, si instrumenta ad furandum apta deprehenduntur penes eum. *art. 38. & 43. conf.* CARPZOV. *Pr. crim. qu. 122. n. 41.* ZANG. *de tort. c. 2. n. 176.* OLDEKOP. *in obs. crim. tit. 4. obs. 27.*

24. Solet proinde quoque decerni *perſcrutatio domeſtica*, die Hausſuchung quæ fit iudicis etiam *inferioris*, auctoritate, modo, ſi contra *certam perſonam* inſtituitur, adſit *iuſta cauſa*, & *probabilia indicia* afferantur. LIPOLT. diſcurſ. *de perſcrut. domeſtica. c. 4.* Apud Romanos olim talis perſcrutatio itidem *auctoritate publica* fiebat, quod dicebant furtum *per lancem & licium* conceptum, de quo genere loquendi vid. *de* WATER *lib. 2. obſ. c. 1.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. Fur eſt manifeſtus 3 l. ſi quis 7. § 1 l. cuius 10. ſqq. l. vulgaris 21. l, impuberem 23 l. Tutor 33 l qui iumenta 40. l. falſus creditor 43 pr. §. 4. 8 ſeqq l qui vas argenteum 48. §. 1, 4 7. l. in furti actione 50 pr. § 1. 3. f. l. ſi pignore 14 §. 1. l. interdum 56 §. 4 l. ſi ſeruus 61 § 1 l. non poterit 63. l. qui ea mente 65. l. inficiando 67 pr l qui re 76. l. vlt

Ex Codice l. in ciuilem 2. l. ciuile 5 l. ſi is 7. l ſubtracto 9. auth. nauigia l. falſus 19. l manifeſtiſſimi 22.

Tit. III.

De tigno iuncto.

1. SPeciatim de *tigno iuncto*, quod *furto* ablatum eſt, introducta eſt *actio* DE TIGNO IVNCTO. Cum enim tigna, quatenus iuncta ſunt ædibus, vindicari *directo* non poſſint, *l. 1. h.* merito in eum, qui iunxiſſe conuictus fuit *dolo malo*, datur actio *in duplum; l. 1. pr. h.* ne-

neque enim parci debet ei, qui sciens rem alienam ædificio inclusit, *l. 1. §. 2. h.*

2. Ceterum vbi tignum non est *furtivum*, vel *dolo malo* non iungitur, cessat pœna dupli, & re soluta, sola vindicatio supereſt ex LL. XII. Tabb. *l. 63. de donat. int. V. & V. l. 23. §. 6. de R. V.* extante vero, *verum pretium* restituendum. *l. 98. §. vlt. de solut.* Neque enim ratio iuris patitur, vt *bonæ fidei possessor* duplum præstet, qui nihil commisit, quod & moribus hodiernis tantum exigitur. conf. THOMAS. *de pret. affect. in res fungib. non cadent. c. 3. §. 59. seqq.*

3. Datur hæc actio contra *dolo malo* iungentem, & sic etiam contra fabrum lignarium, qui *dolo malo* iunxit, licet ædes non possideat; magis enim oritur ex *delicto*. Quamuis vero ille duplum præstiterit, adhuc tamen supereſt extrinsecus *rei vindicatio* contra ædium possessorem, soluto scilicet ædificio *l. f. h.* Quodsi vero idem, qui *dolo malo* iunxit, possideat ædes, præstando duplum videtur immunis esse ab vlteriori rei vindicatione, si *titulatus m. f. possessor* est. *§. 29. in f. de R. diuis.* Fur enim præter duplum etiam tignorum æstimationem persoluere debet.

Tit. IV.

Si is, qui testamento liber esse iussus erit, post mortem domini ante aditam hereditatem subripuisse aut corrupisse quid diceretur.

COntra talem seruum, qui iuxta in rubrica descriptum modum quid surripuerat, dabatur ex *æquitate prætoria* actio in factum intra *annum vtilem* in duplum. *l. 1. pr. h.* Ciuilis enim actio deficiebat, quia neque vt *seruus* coerceri poterat ob imminentem libertatem; neque vt *liber* damnari, quia hereditati furtum fecit, h. e. dominæ; domina autem non potest actionem furti habere cum suo seruo. *l. 1. §. 1. h.*

Tit. V.

Furti aduersus nautas caupones & stabularios.

1. RAtione furti ab iis commissi, quorum ministerio *exercitor* in naui, caupona vel

vel ſtabulo vtitur, datur actio *in factum ad duplum aduerſus exercitorem*, & ſic magis ex *quaſi delicto* quam *vero* naſcitur, *l. vn. pr. h.* vt tamen in poteſtate læſi ſit, malitne agere actione furti cum fure, an vero *hac honoraria* cum exercitore? *l. vn. §. 3. h.*

2. Probandum in hac actione, furtum eſſe commiſſum ab his, (α) *quorum miniſterio vtitur*, vel β) ab *inhabitatoribus*; horum enim factum præſtare debet, non *viatorum*, cum hos eligere non poſſit, bene tamen illos, *l. vn. in f. h.*

Tit. VI.

Si familia furtum feciſſe dicetur.

1. SI a FAMILIA h. e. *vniuerſitate* ſeu *grege ſeruorum* factum erat furtum, de iure ſtricto multiplicanda erat pro numero ſeruorum in dominum actio noxalis ad pœnam: æquitas tamen induxit, vt liberaretur dominus, ſi ſolueret illud, quod ſoluere deberet, ſi vnus furtum commiſiſſet; alias *omnes ſeruos* dedere noxæ debebat.

2. Si vero ſciuerat, furtum fieri a familia, & *ſuo & ſeruorum nomine* conueniri poterat. *l. 1. pr. §. 1. h.* Idem poſt extenſum eſt ad actionem L. aquiliæ, ob rationis identitatem. *l. 32. ad L. Aquil.*

Tit.

Tit. VII.

Arborum furtim cæsarum.

1. ARborum furtim, h. e. *ignorante domino celandique eius causa*, *l. 7. pr. h.* cæsarum nomine datur *ex. LL. XII. Tabb.* actio aduersus cædentem, & si plures cæciderint, aduersus singulos in solidum, *l. 6. pr. h.* ad pœnam *dupli*, *l. 7. §. 7. h.* Et ideo, quia *ciuilis* est, perpetua est. *l. 7. §. 6. h.*

2. Sufficere quidem videbatur *actio legis Aquiliæ*, quæ etiam hoc nomine datur. *l. 1. h.* Sed hæc antiquior est actione *legis Aquiliæ*, & specialem casum continet, adeoque per *generalem legem* postea latam non potest dici sublata, præsertim cum hæc vtplurimum sit pinguior. Neque etiam semper *actio furti* sufficit, quia *sine furto* fieri potest, vt quis arbores furtim cædat. *l. 7. §. 1 h.*

3. Requiritur itaque *cæsio arborum*, vel etiam vt deglabrentur, & subsecentur arbores. *l 5. pr. h.* Neque enim huc pertinet, si quis radicitus eas euellit vel extirpat, quem casum L. Aquilia vindicat. *l. 7. §. 2. h.*

4. Latius *h. l.* vox *arboris* patet, vt apparet ex *l. 3. h.* adeo vt ea *aridæ* comprehendantur, *l. 3. §. 5. h.* TABOR. *in Racemat. p. 411. seqq.*

quod

quod optime contra CARPZOVIVM defendit THOMAS. *ad Strauch. diss. 19. th. 9.*

5. Condemnatio vero *ad duplum* ita ineunda, vt æstimetur, quanti domini interfit, non cædi, deducto ante omnia ipsarum arborum pretio, ad eoque eius, quod supereſt, fit æstimatio. *l. 8. pr. h.*

6. Statuta quoque est *criminalis persecutio* aduersus furtim cædentes in *C. C. C. art. 168.* determinanda secundum cuiusuis loci mores. SCHILT. *ex. 49. §. 17. sqq.* Hoc etiam de iure ciuili verum fuisse videtur per *l. 2. h.* quæ indicat, *criminaliter* in hoc delicto vt in *latrocinio* procedi posse, non tamen inde *capitalis pœna* recte infertur. CLASEN. *ad cit. art. inf.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. sciendum 2 l vitem 3. §. 5. l. si plures 6. pr. §. f. l. si colonus 9.

Tit. VIII. (IX. 33.)

Vi bonorum raptorum & de turba.

1. RAPINA est *delictum priuatum* (de iure Romano) *quo per vim contrectatur alicui dolo malo res mobilis, lucrifaciendi animo.*

2. Re-

2. Requiritur hic singulariter, præter requisita in furto suppositа, (1) *violentia personæ illata*, & quidem (2) *pessimo consilio*. Hinc etiam *manifestus fur* dicitur. *l. 80 §. 3. de furt.* Aliquando sufficit vel *animus rapiendi*, veluti si quis animo rapiendi & vim inferendi ædes alicuius ingressus sit, sed neminem offenderit. *l. 52. §. f. de furt.* Hæc rapina dicitur ex accidenti *non-manifesta*.

3. Differt itaque (α) ab actione *quod metus causa*, quod in ea vis *compulsiua*, hic vero *ablatiua* supponatur. *l. 14. §. 2. quod metus caus.* (β) *A furto qualificato*, quod hic violentia *personæ*, ibi *rei* magis inferatur. (γ) *A furto manifesto*, in quo *ex accidente* fur deprehenditur. (δ) *A spolio*, quod designat deiectionem *de possessione*, ciuiliter persequendam, inprimis rei immobilis, & *bona fide* fieri potest. (ε) *A latrocinio*, quod est *rapina* coniuncta cum *homicidio*.

4. Inde actio VI BONORVM RAPTORVM datur *ei, cuius interest, rem non esse raptam, aduersus raptorem intra annum in quadruplum, post annum in simplum.* Eodem modo competit, vt *actio furti, l. 2. §. 23. h.* vt tamen non detur contra heredes, licet sint locupletiores facti, qui tantum tenentur *condictione furtiua. l. 2. §. 27. h.*

5. Mirandum vero, quod, si christianus iudæo vel pagano aliquid rapiat, tantum detur in duplum, *l. 6. C. de pag.* quod ex odio erga

erga iudæos & paganos contra *regulam* constitutum est.

6. Ante omnia in hac actione probandus *dolus malus*. Qui suam rem rapuit, vel alias lucrifaciendi animum non habet, hac actione non tenetur, sed ex *capite spolii* tenetur atque præterea *priuatione iuris sui* punitur. *l. 2. §. 18. h. §. 1. l. h. l. 13. quod met cauſ.*

7. Concurrit cum hac (I) *actio furti manifesti*, quando contra ipsum *raptorem* agitur. *l. 80. §. 3. l. 88. de furt.* Contra eum vero, cuius *dolo* duntaxat ab alio raptum est, cessat actio furti; *l. 80. §. 4. eod.* neque enim *fur manifestus* dici potest, *l. 34. eod.* & *non manifesti furti actio* non sufficere visa fuit.

8. (II) *Criminalis persecutio* (1) ex *l. Iul. de vi publ. & priuata, l. 2 §. 1. 2. 4. h.* vt in grassatores statuta fuerit *pœna capitalis. l. 28. §. 10. de pœn.*

9. (2) *Iure Carolino art. 126.* pœna capitalis in deprædatores publicos, Räuber, est statuta; quæ etiam locum habet, re etiam minima vi ablata, quod æque lædatur *securitas publica*, CARPZ. *Pr. crim. P. 2. qu. 90. n. 55. seqq.* (3) *Iure Sax.* adhuc corpus rotæ imponitur. ID. *c. l. n. 12 13.*

10. Altera pars rubricæ est de TVBRA, *quæ est tumultus plurium personarum, dolo malo alicuius concitatus. l. 4. §. 13. h.* Inde datur actio aduersus eum, qui *autor turbæ* eiusmodi fuit,

ad

ad damnum restituendum intra annum in duplum, post annum in simplum. *l. 4 pr. h.*

11. Tenetur hac actione, qui quomodocunque, etiam absens, turbam concitauit, *l. 4. §. 4. h.* clamando vel criminando aliquem, vel misericordiam prouocando, licet non habuit *consilium directum* turbæ cogendæ. *l. 4. §. 6. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. prætor ait 2. §. 18. 22. 23. l. 4. §. 6. l. non prodest 5.

Ex Codice l. 1. l. res obligatas 3.

Tit. IX.

De incendio ruina naufragio rate naue expugnata.

1. QVia pœna *priuata* furti *de iure Romano* non adeo rigida erat, ob varias circumstantias merito augenda fuit. Hinc specialem actionem proposuit prætor in eum, qui occasione *incendii*, *ruinæ*, *naufragii* similisue *calamitatis publicæ* quid rapuit, *dolo malo* recepit, damnive quid in his rebus dedit, *simpliciter* in quadruplum intra annum, post annum in simplum. *l. 1. pr. h.*

2. Ceterum qui rem iacentem *ex naufragio*, fluctibus expulsam, aufert, furti tantum tenetur, *l. 5. h.* & ne tale quid fieret, multifariam

riam prospectum est; *l. 7. h.* cum aliud sit, furtum facere *ex naufragio*, & aliud *in naufragio*. Præterea criminalis persecutio etiam aduersus deprædantes naufragos constituta, *l. 4. §. 1. l. 1. §. 1. h.* & quorum fraude factum erat, ne periclitantibus succurreretur. *l. 3. §. 8. h. l. 3. §. 4. ad L. Cornel. de sicar.*

TEXT. NOTAB.

L. quo naufragium. 3. §. f. l. si quis. l. si fortuito. 11. l. vlt.

Tit. X. (IX. 35. 36.)

De iniuriis & famosis libellis.

1. VOx *iniuriæ* ambigua est, *l. 1. h.* Hoc loco INIVRIA est delictum priuatum, *quo quis alterum verbis vel factis alioue modo contemtibilem apud alios reddere intendit.* Oritur ex superbia, dum quis ex inepta opinione se putat maiore honore dignum, & hoc intuitu alterum præ se *contemnit*, eoque ipso *socialitatem* lædit.

2. Requiritur itaque ad iniuriam (1) *alterius contemtus*, h. e *verborum* vel *factum*, quod ex communi hominum opinione *contemtum* parit, quod dici solet, *per se iniuriosum.* Hoc opponitur *factis dubiæ significationis*, quæ non *per*

se contemtum in se continet, *per accidens* tamen in *contemtum* alterius fieri possunt.

3. Communiter vero talis contemtus sese exserit vel *verbis* vel *factis*. *l. 1. §. 1. h.* Verbis, aut *nuncupatis ore*, aut *scriptis*.

4. *Verbalis* iniuria in specie dicitur *conuitium*. *l. 15. §. 3 seqq. h.* Hæc appellatio indicat, iniuriam non esse, saltem *de iure Romano*, si quis *secreto sermone*, remotis arbitris, aliquid tertio, quod vere ad infamiam pertinet, obiecit. HVBER. *h. §. 2.* Sed hodie latius iniuriæ serpunt. *l. 5. §. 8. h. t.*

5. Iniuria *in scriptis* rursus vel dicitur *iniuria scripta*, quando vel *satyrice* aliquis in scriptis traducitur, vel nomina, contemtum citra *crimi-nis* imputationem indicantia, alicui tribuuntur, veluti si vocatur hæreticus, fanaticus &c.

6. Vel *famosus libellus*, quando alicui imputatur certum *famosum crimen*, grauiori pœna dignum, *scriptura, typis, pictura, sculptura, opere fusorio l. 5. §. 10. l. 18. pr. h. R. I. de anno 1530. 1548. 1577. ibi* gemahlet, geschnitzt, gegossen; siue autor nomen suum addiderit siue non; *l. 5. §. 9. h. R. I. de anno 1577. tit.* von Buchdruckern und Schmähschrifften, quamuis vt plurimum omitti soleat. Nec contrarium colligendum ex *Const. crim. art. 110.* quæ ex errore profecta, & correcta per *R. I. cit.* vt legem posteriorem. Nec præsidium dissentientibus præbet *l. 6. h.* quæ de eo, *in quem* famosus libellus factus est, loquitur, si nomen eius non est expressum.

7. Fa-

7. *Facta* etiam *non facta* comprehendunt, veluti si quis contemtus causa non vtitur consueta salutatione &c. Ipsa facta sunt infinita, veluti verberare, pulsare, domum introire inuiti, alapam porrigere, medium digitum aut posteriora ostendere &c.

8. Præterea etiam alter contemni potest gestibus, *l. 15. §. 27. h.* vestimentis, & aliis signis, contemtum ex *more regionis* denotantibus. Nulla enim signa *per se* sunt iniuriosa, sed ex hominum *impositione* talia fiunt.

9. (II) *Animus iniuriandi*, in quo æstimando respiciendum (1 ad *qualitatem verborum & factorum; aliquando* tamen iuramento purgatorio opus est, si facta sint *dubiæ significationis*, CARPZOV. *3. Resp. 44.* Generatim cauendum, ne verba ex sensu nimis delicato interpretemur. MEV. *7. D. 112.*

10. (II) Ad *qualitatem circumstantiarum*. Testi, cui *crimen* obiicitur *verum* a reo ad sui defensionem iniuria non infertur, *l. 6. §. 1 C. de postul.* CARPZ. *p. 4. C. 42. def. 7.* nec contra rescriptum opposita exceptio *mendacii* iniuriam habet. STRYK. *de falsit. prec. princip. obl. c. 4. n. 7. seqq.* Huc etiam pertinet exemplum de *astrologo* in *l. 15. §. 13. h.*

11. Respiciendum (III) *ad personæ qualitatem*. Si enim animo *emendandi* vel *corrigendi* aliquid factum sit, non est iniuria, *l. 15. §. 38. h.* vti a patre, præceptore, aliisque, pueros delin-

quentes verberantibus; *l. 5. in f. ad L. Aquil. I. P. S. lib. II. art. 65.* non semper vero excusantur ministri ecclesiæ, *R. I. de anno 1542. §. damit aber,* nec illi qui in scriptis ex *zelo carnali* se putant gloriam Dei tueri.

12. Quodsi constat de hoc animo, non excusat *in totum* (1) veritas conuitii *l. 18. pr. h. l. 5. C. h. art. 110. in f.* HARPRECHT. *ad §. 1. I. h. n. 166.* nec (2) quod *sub conditione* verba sint prolata, quia etiam hæc contemtum indicant: vel (3) quod iniurians dicat, *se hæc ab aliis audiuisse,* nisi forsan *admonitionis gratia* hæc remotis arbitris alicui obiecerit. Denique (4) nec operatur aliquid *protestatio* in contrarium, nisi ex *iusta causa* iniuriosum quid alicui obiiciatur.

13. Animus autem iniuriandi adest vel *directo,* de quo hactenus; vel *per indirectum,* quo pertinet, quando quis *illicite* quid facit, quod ad alicuius contemtum tendit, licet in hunc finem ab altero factum non fuerit, v. c. attentando pudicitiam, *l. 9. inf. l. 10. h.* virginem semper sequendo contra bonos mores. *l. 15. §. 22. 23. h.* conf. *l. 18. §. 3. l. 3. §. 4. l. 4. h.*

14. Necesse porro est (III) *vt inuito talis iniuria fiat.* In *personam incertam* iniuria facta, non attenditur. *l. 15 §. 9. h. t.* CARPZOV. *2. R. 59. Mev. 7. D. 114.* Sic etiam nec in *volentem* fit, *l. 1. §. 5. h.* quatenus agitur (α) de actione iniuriarum *sibi* competente: (β) de *interesse priuato.* Nam & ad sollicitudinem magistratus spectat, eiusmodi faci-

facinora impunita non relinquere. Hinc (γ) alteri quoque non præiudicatur, quem tangit *mediate* eadem iniuria *c. l. 1. §. 5.*

15. Patiuntur enim iniuriam alii *mediate*, alii *immediate*. Illi per consequentiam, cum illi læduntur, qui vel *potestati nostræ* vel *affectui* subiecti sunt. *l. 1. §. 3. h.* Requiritur tamen, vt *iniurians in genere sciuerit, iniuriatam personam alterum hoc modo attingere. l. 18. §. 5. h.* Ita vero aliquando ex vno facto pluribus competit actio iniuriarum. *l. 1. §. f. h.*

16. Videlicet *pater* per liberos, *maritus* per vxorem, *l. 1. §. 3. h. sponsus* per sponsam, *l. 15. §. 24. h. hæres* per defunctum, dominus per famulum iniuria afficitur; *l. 1. §. 4. h. ius P. S. lib. II. art. 34.* non vero vxor per maritum, nisi *per consequentiam* iniuria eam tangit. *l. 2. h.* ANTON. MATTH. *h. t. c. 1. n. 11. sqq.*

17. Vbi pluribus infertur iniuria, videndum, vtrum in *singulos, qua tales*, sit directa, an vero in eos *collectiue* consideratos, veluti collegium, ministerium? Priori casu *singuli* experiuntur; posteriori vero *integrum collegium* vna actione. HARPRECHT. *ad §. 2. I. h. n. 40.*

18. Vindicantur iniuriæ remediis vel *priuatis*, vel *publicis*. Ibi agitur ad *vindictam* mere *priuatam*, hic vero ad *publicam*. Vnde hæc quatenus *a magistratu* expediuntur *ex officio*, merito approbanda: illa vero omni *pietati* & primis *christianismi principiis* aduersa sunt, imo & *rationi regulisque prudentiæ* repugnant. vid. STRYK.

de iure sens. diss 9. c. 4. n. 33. THOMAS. *de vsu act. pœnal. in for. Germ. in f.* Tr. noster *de iniquit. & iniust. action. iniur.* Hinc & actio *æstimatoria* cum *retorsione* in Ducatu Magdeburg. lege publica prohibita est. vid. *emend. ordin. proc. Magd. c. 50. §. 10.*

19. Spectat huc (I) AESTIMATORIA, de cuius origine vid. GELL. in *N. A. lib. 20. c. 1.* quæ est *actio pœnalis prætoria, qua iniuria affectus æstimat pœnam ob iniuriam sibi illatam eamque in libello determinat, sibique adiudicari petit*, & hoc est *ciuiliter* agere: *criminaliter* enim agitur, quando pœna hæc fisco applicanda vel alia corporis afflictiua petitur. *l. f. h.*

20. Ratio differentiæ consistit in eo, (α) quod vbi *ciuiliter* agitur, *annus* determinatus sit, *l. 5. C. h.* qua de causa etiam *annus* & *mensis* in libello exprimendus & probandus, aliquando etiam *dies.* BRVNNEM. ad *l. 3. D. de accusat.* GAIL. *2. O. 64. n. 11.* Si vero *criminaliter*, 20 annis durat actio, cum omnia *remedia criminalia* ex iure *ciuili* non *prætorio* descendant. LAVTERB. *in comp. h. p. 668.* Diss. CARPZ. *P. IV. C. 46. def. 1.*

21. (ε) Priori casu admittitur *iuramentum*, non posteriori. Sic & (γ) priori casu olim admittebatur *procurator*; non posteriori, quæ ratio differentiæ tamen hodie cessat. *l. f. C. h.* Et tandem (δ) in *pœna ipsa* est differentia, & sufficere videtur, si quis tantum in criminali persecutione *generaliter* petat pœnam *condignam* a iudice reo infligi.

22. Aesti-

22. Aestimatur autem iniuria ex ipsis circumstantiis, *loci, temporis, facti atrocitate, personarum conditione* &c *l. 5. §. 1. l 7. §. 8. l. 17. §. 3. l. 40. ff. l. 4. C. h.* Hanc æstimationem iudex post temperat, & ex peruersa praxi in quibusdam locis, quod a iuris ratione alienum est, tandem iniuria affecto imponitur iuramentum, super taxata summa præstandum. Nam argumentum, quod a *iuramento expensarum* deducunt, non stringit. vid. STRYK. *cit. l.*

23. Tendit itaque hæc *actio prætoria* ad *meram vindictam. l. 2. §. 4. de collat.* Hinc est, (α) quod non transeat ad heredes iniuria affecti, cum ceteræ *actiones pœnales* heredibus actoris competant: *§. 1. l. de perpet. & temp. act. l. 10. §. 2. si quis caut. in iud.* (ε) quod minor contra illam omissam non restituatur: *l. 37. pr. de minor.* (γ) quod bonis non annumeretur, antequam litem contestemur. *l. 28. h. l. 32. pr. ad L. Falc. l. 2. §. 4. de collat.*

24. Imo (δ) inde est, quod fere impediat omnia *officia amoris* inter litigantes, nisi quatenus ex *officii necessitate* hæc fiunt. CARPZ. *pr. Crim. p. 2. q. 97. n. 50. seqq.* Alioquin censetur *remissa* iniuria, quia rancor animi cum amoris integri præstatione consistere nequit. Denique (ε) non aliter quoque competit *actio iniuriarum*, nisi reuocata fuerit ad animum. *l. 11. §. 1. ff. §. f. I. h.*

25. Recte itaque (ζ) asseritur, ægrotantem, qui *publicam deprecationem* per ministrum eccle-

siæ ex cathedra sacra fecit, & iniurias sibi factas remisit, amplius iniuriarum agere, si conualescat, non valere, STRVK. *de iur. sens. diss. 9. c. 4. n. 11.* nec, quod vrget SCHOEPFFER. *in Synops. h. n. 56. seqq.* argumentum a *precatione quotidiana orationis dominicæ* huc trahi posse.

26. (II) EX LEGE CORNELIA vindicantur *iniuriæ reales* in tribus casibus: (1) si quis verberatus: (2) pulsatus: (3) eius domus vi introita est. *l. 5. pr. h.* Et quidem iterum agi potest vel *ciuiliter l. 37. §. 1. h.* intra 30. annos: vel *criminaliter, l. 42. §. 1. de procur.* intra 20. annos, in quo a priori differt.

27. (III) PVBLICO IVDICIO agitur propter *famosum libellum, l. 6. h.* & quidem (1) de *iure digestorum* ad *pœnam extraordinariam*: (2) de iure *Codicis* ad *vltimum supplicium*: *l. vn. C. de fam. lib.* (3) ex *constitutione vero Carolina* pœna *talionis* obtinet. *art. 110.* Typographi & bibliopolæ, eiusmodi libellos diuulgantes, *arbitrarie* puniuntur. *R. I. de anno 1530. §.* Und nach dem durch die unordentl. *& de anno 1541. §.* Ferner haben wir *Ordin. polit. de anno 1577. tit.* von Buchdruckern und Schmähschriften qua pœna arbitraria etiam tenetur, qui famosum libellum aliter diuulgauit, descripsit &c. Denique (4) hodie ipsi autores *famosorum libellorum* tam seuere puniri non solent. Præterea mitigantur pœna in autore criminis, (a) si alter *autor rixæ* fuit:

(b) pro-

(b) probata exceptione *veritatis*. CLASEN. *ad art. 130.*

28. (IV) Moribus corruptis præterea accessit actio RECANTATORIA, seu *ad palinodiam*, per quam agitur, vt iniurians verba iniuriosa reclamet, & iniuste a se prolata profiteatur, quæ approbata est *in R. I. de anno 1530. §. item alle iust. ordin. cam. Imp. p. 2. t. 28.*

29. Vt huic actioni locus sit, requiritur (1) *iniuria atrox:* ob leuiores iniurias. vel ob quas alias non potest locus esse recantationi, solet potius decerni *deprecatio*, ex *iure canonico* orta *c. f. C. 22. q. 1. c. 3. C. 6. q. 1.* vel si adhuc dubium sit, vtrum verba sint iniuriosa? decernitur *declaratio honoris*, eine Ehrenerklärung. LAVTERB. *de act. recant. th. 10.*

30. (II) *Iniuria verbalis*, *quæ* per naturam suam reuocationem admittit. Neque enim obtinet (α) in realibus: (β) in quibus vitium corporis læso obiicitur: (γ) in verbis obscœnis, & denique (δ) obiecta & probata *exceptione veritatis.*

31. Si contumax recantare nolit, per carnificem palinodia fieri nomine iniuriantis, & quandoque *contumacia* relegatione puniri solet. MEV. *2. D. 105.* Estque hæc actio *perpetua*, quamuis alii *annalem* sine ratione eam existiment. MEV. *5. D. 368.*

32. Ceterum per talem recantationem agi ad *persecutionem famæ* quodammodo amissæ, quidam docent; indeque est, quod illam esse *rei*

persecutoriam putent. HAHN. *ad W. h. n. 18.* BACHOV. *ad Treutl. vol. 2. disp 30. th. vlt. lit. a.* Verum (1) fama non amittitur per iniuriam: *l. vn. in f. C. de fam. libell.* (2) si vel maxime amitteretur, non tamen potest dici esse *in patrimonio*, quod tamen supponitur in actione *rei persecutoria*: *l. 35. de O. & A.* CARPZ. *P. 4. C. 46. def. 16. & vlt.* (3) in iure Canonico *censuris* annumeratur, quæ *veram pœnam* continent. Hoc posito cum *æstimatoria* nequit cumulari de *iure ciuili; iure Germanico* tamen iudici soluitur das Gewette, & actori die Busse pro facto iniusto quolibet. *I. P. S lib. I. art. 53. lib. III. art. 53.* Weichbild. *art. 16.* Proinde quoque nec *heredibus* dari debet, cum ad *meram vindictam* tendat. conf. tract. noster *de iniquit. & iniust. act. iniur. c. 3. §. 19. seqq.*

33. Postea (V) mores corrupti etiam indulserunt *remedium extraiudiciale*, sub specie inani *defensionis*, scilicet RETORSIONEM, quam frustra ICti & Theologi quidam ab *impietate*, quæ hic aperta est, vindicare conantur, quo pertinent, quæ inter STRVVIVM, PFANCKVCHIVM & SCHLEVOGTIVM hac de re in lucem prodierunt.

34. Requirunt vero (1) vt fiat *extraiudicialiter*: IO. SAM. STRYK. *de reiect. ab act. c. 4. n. 20. sqq.* (2) *in continenti*: (3) *vt retorsio respondeat iniuriæ illatæ.* Nec itaque aliud crimen obiici potest, nec contra retorsionem noua admittitur. Tollit hæc retorsio tantum *ius priuati*: magistratui

tui itaque integrum manet, *ex officio* iniuriantem punire. CARPZ. *in pr. crim. p. 2. q. 97. n. 41.*

35. Tandem (IV) remedium *ex L. diffamari C. de ingen. manum.* iniuriato concedunt, sed non adeo congrue. MEV. *1. D. 144.* Quatenus tamen moribus in foro admittitur, fatente eodem MEV. *c l. num. 13. sqq.* hunc effectum habebit, α) vt *diffamatio* eo ipso diluatur, quæ ex iniuria prolata alterum grauare poterat; imo cum β) hoc remedium non tollat *actionem iniuriarum*, impediat, ne amplius *exceptio veritatis* opponi queat.

36. Existimat præterea (VII) BODINVS *in disp. de abus. æstim. & moder. iniur.* § *9.* optimum esse, si contra quosuis iniuriantes a magistratu *ex officio* procederetur, & condemnati pro *infamibus* & indignis ad quæuis officia publica secundum dispositionem *iuris ciuilis* haberentur. *l. 40. l. 42. b.* Sic enim facilius coercerentur tot innumeri *processus iniuriarum.*

37. Sed vix *edicta duellica*, grauissimis pœnis munita, & in prouinciis nonnullis introducta, iniuriandi pruritum domare potuere. Quid? quod ad grauiora mala præcauenda, vtplurimum necesse sit, famam, præsertim inter *opifices*, reseruare. Conf. MEV. *6. Dec. 87.*

TEXT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1039
DFG

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. l. illud relatum 3. l. si cum seruo 4. l. lex Cornelia 5. pr. §. 9. l. quod Ctum 6. l. prætor. 7. pr. §. 7. 8. l. non solum 11. pr. §. 3. 7. l. iniuriarum 13. §. 1. 4. l. Idem apud Labeonem 15. §. 1. 5. 13. 15. 21. 24. 33. l. sed si vnius 17. §. 7. l. eum qui nocentem 18. pr. §. 3. f. l. iniuriarum 28. l. nec magistratibus 32. l. quod resp. 33. l. si plures 34. l. si quis 35. l. iudicati 42. l. quia iniuriarum 43. l. vlt.

Ex Codice l. atrocem 4. l. si non conuicii 5. l. siquidem 10. *de iniur.* l. vn. *de famos. libell.*

Tit. XI.

De extraordinariis criminibus.

1. QVemadmodum priuata delicta, *priuata* & *forensi* actione per *pœnam ciuilem* vindicabantur: *l.* 1. §. *1. de incend. naufrag. l. 6. in f. de iniur.* ita *publica* solenni & publico processu expediebantur, quem GOTHOFR. *in not. ad l. 8. de public. iudic.* refert.

2. Publica crimina erant vel *ordinaria*, de quibus *lib. sq.* vel *extraordinaria*. Hæc non ita solenni, vt in *ordinariis*, processu peragebantur, nec tamen etiam per *actionem priuatam*, sed *extra ordinem* magistratus, *criminaliter* tamen, per *accusationem*, processisse videtur, *l. 8. de publ. iudic. l. 13. de pœn.* vt etiam *inscriptio in crimen* esset necessaria: *l. de del. priuat. l. f. de furt.* quod hæc

hæc delicta non tam *enormia*, vti quidem *publica ordinaria* essent. Nam etiam in *ciuilibus* causis eiusmodi *extraordinaria cognitio* in quibusdam causis recepta fuit.

3. Deinde respectu *pœnarum* quoque differebant a *publicis ordinariis iudiciis*, quod hæc *certam & speciali lege publica determinatam pœnam* haberent; *l. 1. §. 4. ad SCt. Turpill.* sed *extraordinaria* fere arbitrio iudicis relinquenda essent, nec *legitimam pœnam* haberent. *l. 3. §. 2. stellion. l. 13. de pœn.* Hoc sensu etiam de *priuatis delictis* asseritur, quod *extra ordinem* criminaliter de iis agi possit. *l. 92. de furt. l. f. de iniur. l. f. de priuat. del. l. 2. de abig.* conf. THOMAS. *diss. Lipsf. de abigeatu. §. 8.*

4. Plura eiusmodi crimina hic recensentur. (I) *Sollicitatio alienarum nuptiarum*, & *matrimoniorum interpellatio*, etsi effectus sceleris non sequatur. *l. 1. pr. h.*

5. (II) *Inquinatio* fimo corrupto facta, *l. 1. §. 1. h.* quæ etiam *ex L. Aquilia* vindicatur. *l. 27. §. 18. ad L. Aquil.* (III) Lacuum vel aquarum publicarum *corruptio*, in quos inquinatores grauiter animaduerti solet. *l. 1. §. 1. h. l. 11. pr. quod vi aut clam.*

6. (IV) *Interpellatio puellæ* de stupro, adeo vt etiam *imperfectum delictum* hic puniatur, & corrupti comites summo supplicio adficiantur. *l. 1. §. 2. h.*

7. (V) *Abactio partus* data opera. *l. 4. h.* olim

non adeo seuere punita, MERILL. *lib. I. obs. c. 16.* NOODT in tr. qui inscribitur *Iulius Paulus*, pedetentim seuerius coercita, adeo vt qui *abortionis poculum* dederint, grauissime puniantur: aliquando etiam *summo supplicio*, si mulier inde periit. *l. 38. §. 5. de pœn.* ANTON. MATTHAEI *de crim. tit. de abact. part. c. 1.* Vltimum supplicium sub distinctione, quam *exod. XXI. 22.* se reperisse credunt, dictatur *iure Carolino*, *art. 133.* quod etiam extensum est ad eos, qui marem vel feminam reddiderunt impotentem ad generandum. Proinde hodie in *crimine abactionis* pœna capitalis non aliter obtinet, nisi *partus* adhuc *vitalis* censeatur, quod *ex motu interno ventris* iudicatur. CARPZ. *p. 1. qu. 11. n. 2. seqq.*

8. (VI) *Dardanariatus crimen*, quod committitur ab iis, qui annonam vexant, vel attemptant, coemtas *merces quascunque* supprimendo, vel alio modo prohibendo, ne fructus vendantur. *l. 6. pr. h.* Interdicitur statim eis negotiationi, si negotiantes sunt; interdum quoque relegari solent. *l. 6. cit.* vid. *ord. pol. de ann. 1577. tit. de monopolio* &c.

9. (VII) *Falsificatio mensurarum* publicarum, veluti qui stateras adulterinas habent, postea relata ad *legem Corneliam de falsis. l. 6. §. 1. h.*

10. (VIII) *Sacculariorum nequitia*, quales dicuntur, qui vetitas in sacculo artes exercentes partem subducunt, partem subtrahunt. *l. 7. pr. h.* Huc hodie referunt illud furum genus, qui callide in turba vel cœtu magno spoliant crumenas hominum.

11. (IX)

11 (IX) *Crimen directariatus.* Dicuntur autem *directarii*, qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, qui grauiter puniuntur. *l. 7. h.*

12. (X) *Scopelismus*, seu *lapidum positio* in Arabia fieri solita ab inimicis instar indicii, vt si quis agrum illum coluisset, malo letho periturus esset insidiis eorum, qui scopulos posuissent. Erat itaque species cuiusdam *dissidationis l. 9. h.*

13. (XI) *Disruptio aggerum*, qui solebant aquam Niloticam aliamque continere; *l. 10. h.* in hos delinquentes postea pœna *ignis* est constituta in *l. vn. C. de Nil. agg. non rump.* (XII) *Circulatorum nequitia*, qui serpentes circumferunt, & ita ob eorum metum damnum dare solent *l. f. h.*

TEXT. NOTAB.

L. annonam 6. l. sacculariі 7. l. sunt quaedam 9.

Tit. XII. (IX. 19.)

De sepulchro violato.

1. (XIII) *Violatio sepulchri*; ex quo delicto (1) datur *actio priuata in factum a prætore ei, ad quem res pertinet, vt violans condemnetur, quanti ob eam rem iudici æquum videbitur.* Ceterum nemine interesse proprium vindicante, dabatur cuilibet ad *centum aureos*, & contra dolosum inhabitatorem ad ducentos. *l. 3. pr. h.* (2) *Extra ordinem* etiam criminaliter proceditur. *l. f. h.* quod crimen habitum fuit grauissimum tum ob

ob *violationem religionis* sepulchris attributæ: tum ob *turbationem imaginarium manium*.

2. Committunt hoc crimen, (1) qui contra voluntatem testatoris inferunt: *l. 3. §. 3. h.* (2) qui cadauera spoliant, grauissime puniendi: *l. 3. §. 7. h.* (3) qui corpora eruunt & extrahunt priuata auctoritate: *l. f. h. l. 8. de relig.* (4) qui ipsum sepulchrum destruunt; *l. 4. l. 5. C. h.* modo non sit *hostile*, quod Romanis non erat religiosum: *l. 4. h.* (5) qui dolo impediunt sepulturam: *l. 8. h.* (6) qui ossuarium deiiciunt: *l. f. h.* &c.

3. Cautum præterea, (α) ne quis *in ciuitate* sepeliretur sub pœna 40. aureorum, *l. 3. §. 5. h.* quod & *LL. XII. Tabb.* iam erat prohibitum; cic. *lib. 2. de LL.* (ε) ne corpora detinerentur, & vexarentur aut prohiberentur per territoria oppidorum transferri, si *permissu principis* id fieret: *l. 3. 4. h.* carpz. *P. 1. c. 30. def. 22.* (γ) vt monumentum reficere liceret, non *contactis corporibus*; *l. 7. h.* inprimis vero (δ) ne sub *prætextu debiti* corpora arrestarentur. *l. 6. C. h.*

4. Hodie huc pertinent, qui cadauera mortuorum spoliant, aut vltimo supplicio affectos auferunt ex patibulo, vel in vsus magicos adhibent. *vid. const. elect. P. 4. C. Sax. 34.*

TEXT. NOTAB.

L. prætor ait 3, §. 4. 5. 7. vlt.
Ex Cod. l. cum sit iniustum 6. auth. item qui auth. sed neque.

Tit.

Tit. XIII.

De concussione.

1. (XIV) CONCVSSIO, quæ est *terror alicui ob potentiam vel alio modo incussus pecuniæ vel alius rei extorquendæ causa l. 1. 2. h.* Huius pœna est arbitraria; aliquando *pœna ignis* obtinebat. *l. 1. C. Th. de actor. l. 9. C. vbi caus. fiscal.* conf. *ord. polit. Magd. c. 73.*

2. Adeoque incidere possunt in hoc crimen, qui alioquin ob minorem metum non possunt conueniri actione *quod metus causa. l. 1. §. 2. de calumn. l. 6. §. 3. & 5. de offic. præs. l. pen. C. de his quæ vi met. caus.* Ibi enim magis *vi externa* terror alio modo, veluti *ob potentiam*, *denegatum auxilium*, &c. iniicitur, qui tamen in causa esse potest, vt aliquid fiat vel non fiat, quod alias non fieret.

Tit. XIV. (IX. 37.)

De abigeis.

1. (XV) GRauiori pœna afficiendi videbantur ABIGEI, quam *poena ordinaria* furum, quo magis publica securitas hic lædebatur. Cum vero hodierna pœna satis dura sit, *ordinaria* hodie sufficere videtur.

2. Sunt autem *abigei*, qui *pecora ex pascuis vel armentis subtrahunt & quodammodo deprædantur*, veluti equos de *gregibus* vel boues de *armentis* abducendo. *l. 1. §. 1. h.*

3. Non omne autem furtum pecudum incidit in crimen *abigeatus*, sed Romani olim imprimis solebant respicere *ad numerum*. Nam qui vnam suem subripuit, *simplex fur* dicitur; *l. 16. §. 7. de pœn.* contra in *maioribus animalibus*, vel animal vnum abduxisse sufficiebat. *l. 3. pr. h.* conf. THOMAS. *de abigeatu. §. 41. seqq.* ANTON. MATTH. *de crimin. tit. de abig. c. 1.*

4. Pœna abigeorum varia erat: (1) gladius: *l. 1. pr. h.* (2) ad metallum: *l. 1. §. 3. h.* (3) relegatio: *l. 1. §. 3. h.* (4) obiectio bestiis facta. *l. 1. §. 3. h.* &c. vid. THOMAS. *cit. l. n. 76. seqq.*

Tit. XV.

De præuaricatione.

1. (XVI) PRAEVARICATOR dicitur, qui *publico iudicio* aliquem accusauit, & tamen reum, *corruptione facta*, adiuuat prodita causa sua. *l. 1. h. l. 212. D. de V. S.* Hic in *pœnam talionis* aliquando incidebat, *l. 6. h.* nec postea ex lege publica accusare poterat; *l. 5. h.* accusatus autem corrumpens delatorem extra *causas sanguinis* (de quibus *suo modo* h. e. *b f.* & *palam* transactio erat permissa *l. 18. C. de transact.*) pro *conuicto* habetur.

2. Improprie etiam *aduocati præuaricatores* dicuntur, qui vel in *priuato* vel *publico* iudicio

cio corrupti causam produnt, cum aduersario colludunt, & merita causæ *in facto* consistentia alteri parti reuelant, qui (α) *iure Rom. extra ordinem* puniuntur: *l. 1. in f. h.* (β) *iure nouo Carolino* in *art. 115.* condemnantur ad omne damnum restituendum, imo etiam *fustigatione* cum *perpetua relegatione* plectuntur.

Tit. XVI. (IX. 39.)

De receptatoribus.

1. (XVII) PEssimum genus est RECEPTATORVM, sine quibus nemo delinquens diu latere potest *l. 1. h.* Puniuntur eadem cum *dolo malo* receptis pœna *l. 1. h.* Declaratur hoc in *l. vn. C. de rapt. virg.* vbi in *raptorum receptatores* etiam *pœna capitalis* statuta, quod & ius Saxon. seruat in furum receptatoribus; SCHILT. *ex. 49. §. 40.* conf. *l. 9. C. ad I. Iul. de vi. l. vn. C. de crim. pecul.* modo (α) *societatem criminis* cum iis contraxerint; alias mitius puniuntur. *l. f. §. vlt. de abig.*

2. Præterea (β) *ratio recipientium personarum habenda.* Non enim est æquale delictum, qui nihil ad se pertinentes latrones, & qui adfines vel cognatos latrones recipiunt *misericordia* vel *intimo affectu* ducti, qui lenius puniuntur. *l. 2. h.* GELLIVS *in N. A. lib. I. c. 3.*

3. Denique receptio latronum aliorumque facinorosorum graue indicium præbet contra

receptatorem de ipso *delicto principali*, adeo vt torturæ subiici possit. *C. C. C. ad 40.* Non eadem pœna, nisi delicta sint *atrocissima*, obtinet in eis, qui scientes delictum aliquod *non reuelant*; *l. 48. §. 1. de furtis*, cum etiam in genere morum *recipientes* & *non reuelantes* distingui debeant. Qui tamen ex *officii necessitate* delictum commissum non reuelarunt, cum ad hoc tenerentur, quales sunt *delatores publici*, die Rüge-meister, merito puniendi sunt.

Tit. XVII.

De furibus balneariis.

(XVIII) GRauius animaduerti debuit in *fures balnearios*, quo facilius vestes eorum, qui in balneis erant, poterant aufferri, maxime a capsariis. *l. 3. inf. de offic. præf. vigil.* Sed cum hodie fures sat grauiter puniantur, quis diceret, *fures balnearios* hodie amplius singulariter esse plectendos?

Tit. XVIII.

De effractoribus & expilatoribus.

1. (XIX EFFRACTIO committitur per *violentiam rei alienæ adhibitam, si effringuntur ædes vel horrea.* Finis, propter quem

quem suscipitur, varius esse potest; hinc ipsum delictum variat.

2. Datur (I) effractio *furti faciendi causa*, quæ relegatione ad certum tempus olim puniebatur: *l. 1. §. 2. h.* in nocturnos effractores grauior pœna statuta erat. *l. f. h.* Quodsi tamen effectum sortiri non possit *effractio violentior*, sed ad *conatum* accessit *proximum*, fustigatio vel relegatio aliquando pro varietate circumstantiarum dictari solet. SCHILT. *ex. 49. §. 42.*

3. Deinde (II) datur effractio *carceris*, quæ fit (α) vel ab ipso *incarcerato*, qui si *innocens* postea repertus est ob crimen, ob quod incarceratus, extra ordinem puniri potest. *l. 13. de custod. & exhib. reor.* nisi iudex *de facto* processerit. Si *nocens*, pœna *non-capitalis* propterea crescere potest, *c l.* ad capitis supplicium. *l. 1. pr. h.* Circumstantiæ tamen hic probe sunt perpendendæ, veluti si iudex *in modo incarcerandi* peccauit. CARPZ. *pr. crim. p. 3. qu. III. n. 96.*

4. (β) Vel *ab aliis* carcer violenter effringitur, quo casu locum habet *vltimum supplicium.* ID. *c. l. qu 35. n. 39.* Vel (γ) a *commentariensi*, si *dolo* eiusdem incarceratus liberatur, qui subit supplicium, quod incarceratus sustinere debuisset: *I. S. P. lib. 3. art. 9.* si *culpa*, extra ordinem pro modo *culpæ* coercetur. *C. C. C. art. 180.* ibique CLASEN.

5. Vlterius (III) effractio fieri potest *stupri vel adulterii causa*, quem in finem præiudicia ad-

ducit SCHILT. *ex 49. §. 44.* & quia de *animo* non constat, *torturæ* locus esse potest.

6. (XX EXPILATIO; quam committunt furas nocturni, obuios pileis, palliis, vestimentis aliisque rebus spoliantes. CVIAC. *lib. XV. obs. 31.* In hos olim eo grauior quam dupli aut quadrupli pœna statuenda erat, *l. 1. §. 1. h.* quod Romæ olim nocturno tempore nulla securitas esset. IVVENAL. *lib. I. sat. 3. v. 303. sq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. §. vlt. in f. l. fin.

Tit. XIX. (IX. 32.)

Expilatæ hereditatis.

1. (XXI) *Hereditatis* furtum non fieri, supra *tit. de furt.* dictum. vid. *l. 68. de furt.* Ne tamen facinus hoc impunitum maneret, ad *extraordinaria crimina* relatum, & speciali nomine notatum, *expilatæ hereditatis. l. 2. pr. §. 1. h. Similiter* etiam *hereditatis petitione* tenetur expilator, tanquam *pro possessore* possidens. *l. 3. h.*

2. Vindicant hoc crimen, ad quos res hereditariæ spectant, ita vt factum vnius heredis reliquis prosit. *l. 4. h.* Datur contra nefarios rerum hereditariarum expilatores, excepta *vxore, l. 5. h. l. 4. C. h.* & *herede; l. 1. C. h. l. 3. C. fam. herc.* quamuis *iure Carolino art. 165.* pœna

pœna arbitraria non videatur ex iustis circumstantiis excluſa, modo heredes mariti egerint; nam magiſtratus contra vxorem *ex officio* inquirere hoc caſu nequit.

3. Ceterum hoc crimen hodie non eſſe ſeparatum aliquod delictum, non inepte iudicat BRVNNEM. *ad l. 2. h.* vt adeoque hodie ad proprie dicta furta referri debeat. conf. SCHILT. *ex. 49. §. 48.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. ſi expilatæ §. 1. l. res hereditarias 4. l. vxor 5.
Ex Codice l. expilatæ 2. l. aduerſus vxorem 4. l. obtentu.

Tit. XX. (IX. 34.)

Stellionatus.

1. (XXII) CRimen *vulpinatum*, ſeu STELLIONATVS, a *ſtellione* verſutiſſimo lacertæ genere dictus, eſt *crimen extraordinarium, quod committitur ab iis, qui per varias impoſturas & machinationes improbiores & nequitias alios in contractibus decipiunt, vt tamen impoſtura talis in aliud crimen nominatum non cadat.* Quod enim in priuatis iudiciis eſt de *dolo* actio, hoc in criminibus eſt *ſtellionatus* perſecutio. *l. 3. §. 1. h.*

2. Eiusmodi impoſturæ variæ dari poſſunt, veluti qui rem alii obligatam, diſſimulata oppignoratione, per calliditatem diſtrahit: *l. 3. §. 1. h.* qui rem alienam vel falſam vel alteri iam oppigno-

ratam, *l. 36. §. f. de pign. act.* pignori supponit: *l. 16. §. 1. de pign. act. l. 2. C. h.* qui diuitem se dixit, vt eo magis alios decipiat: *l. 43. §. 3. de furt.* qui alicui nunciat tristia, vt prædium vilius vendat, & qui in genere in *contractibus* improbissimam fraudem committit. Etenim quis omnes fraudes impostorum recenseret, quæ infinitis modis variare possunt? Est itaque hic titulus *commune receptaculum* omnis *improbioris fraudis.* CLASEN. *ad constit. crim. Car. c. 3. p. 14. seqq.*

3. Pœnam nullam *legitimam* habet, sed *extraordinariam*, ex *grauitate doli* determinandam. *l. 3. §. 2. h.* Infamiam per se non irrogat, nisi ex ea conuentione fiat, quæ etiam in priuato iudicio *infamia* condemnatum notat. *l. 7. de publ. iudic. l. 2. h. l. 13. §. f. de his qui not. infam.*

4. Ceterum cessat hæc pœna, (α) si ex *mera ignorantia* peccatum: *l. 4. C. h.* (β) si quis alias *bona fide* egit: *l. 15. §. 2. de pign.* (γ) si non læditur alter, v. c. si offertur debitum, *l. 1. C. h.* vel res duobus obligata vtrique sufficit. *l. 36. §. 1. de pign. act.*

TEXT. NOTAB.

L. Stelionatus 2. l. 3. §. 1. 2.
Ex Codice l. Improbum 1. l. si pater 2. l. ignorantia 4.

Tit. XXI.

De termino moto.

1. (XXIII) CRimen TERMINORVM MOTORVM, vel *auulsorum* commit-

mittunt illi, qui terminos distinguendorum agrorum causa positos, qui veteribus sacri erant, (OBRECHT. *dissert. de sacris terminis*) *auellunt, vel alias dolose fines obscurant. l. f. h.* Pœna pro qualitate *causæ* & *personarum* varia fuit constituta, *l. 1. 2. 3. h. C. C. C. art. 114. l. 1. C. de accus.* & iure Mosaico hoc crimen itidem *abominabile* Deus iudicauit, *Deuter. XXII. 17.*

2. Etiam qui per *ignorantiam* lapides finales furatur, verberibus coercetur *l. 2. in f. h.* Sufficit, quod secundum principia *Theologiæ gentilis* facile scire potuerit & debuerit, lapides hos *sacros* esse.

Tit. XXII.

De collegiis & corporibus.

1. DEnique (XXIV.) inter hæc crimina quoque refertur *coactio collegii publice non probati.* COLLEGIVM est *collectio & associatio plurium personarum ad vnum eundemque finem perpetuum in republica.* In se nihil mali continet; quia tamen in republ. præsertim *popularí*, ad seditiones aliaue varia facinora vergere potest, lege ciuili cautum, vt pro *illicito* haberetur, & in *crimen* incideret, *l. 1. in f. de offic. præf. vrb.* nisi accesserit *approbatio imperantis. l. 1. pr. l. 3. §. 1. h.*

2. Religionis *non-interdictæ* & pietatis causa etiam olim coire non prohibitum fuit,

l.1. §.1.h. l.1. 2. 4. 11. 12. 13. 14. f. C. de iudæis. quod plenius *illustrat* BYNCKERSHOEK *de relig. peregrin. c. 11.* Gentiles tamen *conuentus Christianorum* sub nomine *illicitorum collegiorum* traducere sueuerunt, quod *noua*, *peregrina*, & *antelucana sacra* colerent. (vid. TERTVLL. *in libr. de ieiun. aduerſ. Pſychic.*) vt quoad effectus iuris pro *illicitis* collegiis habiti fuerint. *l.1. C. de SS. eccleſ.* HVBER. *de iur ciuit. lib. II. S.3. c.4. §.7 ſeqq.* Atque inde ortum traxere *perſecutiones chriſtianorum.* Vid. *diſſ. iur. eccleſ. antiq. ad Plin. diſſ. VI. nou. edit.*

3. Pœna illicita collegia conſtituentium eſt diiudicanda ex *fine*: aliquando incidit in ſpeciem criminis læſæ maieſtatis: *l.1. 4. ad L. Iul. Mai.* aliquando ſimplex diſſolutio iniungitur & permittitur membris collegii, vt res communes poſſint diuidere. *l.3. pr.h.*

Tit. XXIII.

De popularibus actionibus.

1. ACTIONES POPVLARES ſunt *variæ perſecutiones, quæ cuilibet ex populo dantur, ad illa, quæ ius populi vel cauſam omnium communem ſpectant, tuenda, l.1.h.* & ſic ad *ſtatum popularem* erant conuenientiſſima. Sed in noſtris foris *vt plurimum* in his cauſis iudex ex *officio* procedit, vel *fiſci nomine* agitur; aliquando etiam ſinguli agere poſſunt, vt in caſu *l. 46. §. 6. C. de epiſc.*

2. In

2. In effectu nihil aliud sunt, quam *qualitates* peculiares *actionibus* quibusdam cohærentes; sunt enim (α) de causis *ciuilibus*, qualia exempla supra, vbi *de interdictis* actum, notata sunt: (β) de *ecclesiasticis*: *l. 46. §. 6. de episc. & cler.* (γ) de *delictis*.

3. Habent præterea has singulares proprietates, quibus ab aliis secernuntur: (1) quod dentur cuilibet *ex populo*, alias habili. *l. 4. 6. h.* Inter plures concurrentes prætor eligit idoneiorem, *l. 2. h.* vel cuius præ aliis interest: *l. 3. §. 1. h.* (2) quod non sint *in bonis*, nisi lite contestata: *arg. l. 12. de V. S. l. 7. §. 1. h.* (3) quod nec procuratorem, *l. 5. h.* (4) nec arbitrum, *l. 32. §. 7. de except. qui arbitr.* (5) nec fideiussorem admittant: *l. 56. §. f. de fideic.* (6) quod ordinarie pœna in *delictis popularibus* cedat lucro actoris. *l. 5. §. 5. & f. de his qui effud. vel. deiec.* THOMAS. *disp. Lipsi. de abigeat. §. 9.*

Lib. XLVIII. Tit. I.

De publicis iudiciis.

1. PVBLICA IVDICIA ORDINARIA comparata *sunt de criminibus, publica lege notatis, vi cuius quilibet ex populo ordinarie agit ad pœnam legitimam & publicam per viam accusationis.*

2. Di-

2. Dicuntur hæc iudicia *publica*, (1) quod singula vindicentur ex *L. publica: l. 1. h.* (2) *publico* & solenni *processu* accusationis, *l. 8. h.* olim coram populo peragendæ: *l. 2. § 16. 23. de orig. iur.* postea coram iis, qui capitalibus delictis præpositi sunt. Hunc ex antiquitate eruit BARNAB. BRISSON. 2. *select. antiq. c. 1.* (3) Ad *pœnam publicam*, seu reipubl. soluendam, *certa lege* statutam. *l 3. § 2 stellion.* (4) Quod ordinarie *quilibet ex populo* accuset. *l. 43. §. 10. de rit. nupt.*

3. Suntque vel *capitalia* vel *non capitalia*. Ibi agitur ad caput *naturale* vel *ciuile* tollendum; (vid. art. *10.* & *101. C. crimin. Carol.*) hic ad pecuniariam vel aliam corporis afflictiuam pœnam infligendam, *l. 2. h.* De his non tam facile transigitur, quam de illis. *l. 18. C. de transact.* Hinc in his facilius *fideiussores* admittuntur, vt & hodie *procuratores*, quam in illis. vid. *tit. de procur.* In *capitalibus* olim condemnatio post se trahebat *confiscationem* bonorum, non vero in *non-capitalibus*.

4. Differebant *publica* iudicia variis modis a *priuatis*. Præter illa, quæ §. 2. iam dicta, hæc singularia erant: (1) inscriptio in crimen: (2) accusator non potest desistere ab accusando absque venia impetrata: (3) biennium his erat præscriptum, priuatis triennium: *l. 13. C. de iudic.* (4) hic requiruntur probationes *luce meridiana* clariores, *l. vlt. C. de prob.* & *torturæ* locus esse potest. (5) Hic condemnatum sequitur indistincte infamia, non vero in priuatis. *l. 7. h.*

(6) Ibi

(6) Ibi non recipiuntur teſtes ad perpetuam rei memoriam, bene vero hic. *c. 5. X. vt lite non conteſt.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. de præiudicio 4. l. Si quis reus 5. l. infamem 7. l. in accuſatore 13.

Tit. II. (*IX. 1. 2.*)

De accuſationibus & inſcriptionibus.

1. PRoceditur in *publicis criminibus* hodie duplici via, vel *ſolenni accuſatione*, vel *inquiſitione*. ACCVSATIO eſt *criminis ad iudicem competentem per libellum delatio & exſecutio a priuato ſuſcepta, vt debito modo iuxta leges coerceatur.*

2. Requiritur itaque (l) *legitimus accuſator.* Intereſt Reip. ne paſſim quilibet *priuatus* admittatur. Hinc arcentur (α) alii *propter ſexum*, vt mulieres; *l. 1. 2 8. 11. 13. h.* niſi ſuam ſuorumque iniuriam perſequantur.

3. (ξ) Alii *propter ætatem*, veluti pupilli; *l. 8. h.* vt tamen ex *conſilio tutorum* poſſint iniuriam ſuorum vindicare. *l. 2. §. 1. h.* Minores in certis tantum caſibus admittuntur. *l. 4. C. de aut. præſtanda.*

4. (γ) Alii *propter ſuſpicionem*, veluti infames, *l. 4. h.* & qui falſum teſtimonium ſubornа-

ornati dixere, *l. 9. h.* vt & pauperes, qui minus quam 50. aureos habent, *l. 10. h.* & qui turpi quæstu ad accusandum ducuntur, *l. 8. h.* item inimici. *c. 7. X. h.*

5. Alii ob *singularem respectum* vel *conditionem*, veluti liberi & liberti, *l. 11. §. 1. l. 8. inf. l. f. C. qui accus. non poss.* vasalli, 2. *F. 33. §. similiter.* milites, *l. 8. C. h.* magistratus maiores &c. *l. 8. h.*

6. Inhabiles tamen etiam admittuntur (1) in *criminibus atrocioribus*, veluti perduellionis, annonæ; *l. 13. h. l. 4. C. de hæret. l. 10. l. 31. C. de episc. & cler.* (2) vbi *suorum* vindicant iniurias *l. 11. pr. h.*

7. Ne vero singuli ex odio vel dolo ad accusandum temere procederent, receptum erat *vinculum inscriptionis in crimen*, quo *accusator voluntarius* se obligabat ad identitatem supplicii, si postea constaret, accusationem esse friuole susceptam. *l. 7. pr. h. l. 13. C. h.* Equidem *iure canonico* quoque hoc vinculum approbatum est; hodie vero non obtinet, quin potius in eius locum *iure Carolino* substituta est *cautio pro iniuriis & expensis*, *art. 12. C. C. C.* quam si accusator præstare nolit pro *arbitrio iudicis*, incarcerandus est *art. 14. c. loc.* Ceterum etiam *accusatores necessarii* ab hoc vinculo immunes erant, vt *irenarchæ*, *stationarii* &c. Vid. *l. 6. tit. seq.*

8. (II) *Accusandus criminis publici reus*, modo (α) sit *præsens*: *l. 6. C. h.* nisi possit irrogari absenti pœna. *l. 5. pr. de pœn.* Interim bona horum *annotantur*, ne illis aliquid ex iis subministretur: *l. 6. C. h.* (β) non iam ab aliis

aliis accusatus sit. *l. 11. §. 2. h.* Idem est, si ab alio accusatus iam absolutus est, nisi *noua* adsint *indicia*, *l. 7. §. 2. h.* vel tantum absolutus sit *ab instantia*, vel *colluſio* cum priori accusatore detegatur. *l. 9 C. h.* (γ) *Alius reſpectus* non obstet, qualis est in legatis, *l. 12. pr. h.* magistratibus maioribus, & omnibus superiorem non recognoscentibus: (δ) adhuc *viuat l. 20. h.* Mortui non accusantur, excepto crimine repetundarum & maiestatis, *l. 20. h.* quod ad *hæresin* male extendit *ius canonicum*.

9. (III) *Coram competente iudice.* *Iure Romano* coram eo, cui ex speciali lege *merum imperium* competebat. *Iure Germanico* coram eo, cui competit *iurisdictio ſuperior*. Ceterum quisnam iudex in delictis sit *competens*, dictum *ad tit. de iudic.* Conf. ANTON. MATTH. *de crimin. lib. 48. tit. 13. c. 5.*

10. (IV) *Legitimo modo.* Eodem fere modo hodie hic proceditur, vt in *proceſſu ciuili*. Etenim requiritur (ι) *libellus*, de cuius conceptione vid. *l. 3. h.* Videlicet continere debet (α) nomen *accuſatoris*, (β) *accuſati*, (γ) *iudicis* ipsius, (δ) *crimen ipſum* cum indiciis, *articulatim* propositis, CARPZ. *pr. crim. p. 3. qu. 106. n. 19. ſeqq.* (ε) *locum*, (ζ) *tempus*, (aliquando etiam *hora* postea docenda est, si in eo inquisitus suam defensionem collocare velit, GAIL. *l. O. 64. n. 11.* CARPZ. *c. l. n. 35.*) (η) *medium concludendi*, (θ) *concluſionem*, ſuffi-

sufficitque *qualis qualis petitio*, adeo vt ne quidem præcise necessaria sit. GAIL. *l. O. 61. n. 19.* BOER. *decis. 42. n. 23.*

11. (2) *Accusator satisdare debet de sumtibus litis & iniuria*, C. C. C. *art. 13.* de cuius cautionis sufficientia iudex arbitratur. Hanc si non possit præstare; incarcerandus est accusator. *art. 12. cit.* Aliquando tantum cauet de *prosequenda accusatione. l. 7. §. 1. h. art. 15. C.C.C.*

12. (3) *Responsio inquisiti ad libellum*, singulosque eius *articulos*. Hæc subit vicem *litis contestationis*, cui subiungi possunt *exceptiones* inquisiti, ad defensionem facientes. CARPZ. *cit. l. n. 68.* Omissæ postea semper opponi queunt.

13. (4) *Probatio accusatoris*, quæ luce meridiana clarior esse debet, *l. f. C. de probat.* vt tamen ad *subtilitates & apices iuris* non sit adstricta. Probatio perficitur (α) per *testes* omni exceptione maiores: *art. 66.* (ϐ) per *instrumenta*; non vero indistincte, nisi delictum sit tale, vt non aliter, quam ex instrumentis probari possit. *cit. l. f.* CLASSEN. *ad constit. crim. art. 62.* Huc quoque (γ) pertinet *confrontatio testium* vel *sociorum criminis* cum delinquentibus, de qua vid. TABOR. tr. *de confront.* *In subsidium*, (δ) plena probatione deficiente, ob *vrgentissima indicia* tortura dictatur, & sic ab eo tempore hodie processus mere *inquisitorius* est.

14. (5) De-

14. (5) *Defensio rei*, de qua iudex omnino *ex officio* laborare debet. *art. 47. C.C.C. l. 6. de appell.* Consistit hæc in *reprobatione*, quæ eodem, vt probatio, modo peragitur, *art. 74. & 151. C.C.C.* eaque finita super *probatione & reprobatione* disputatur, *art. 73. C.C.C.*

15. (6) Tandem *sententia* ferenda, de cuius requisitis supra actum, Hæc tunc demum ferenda, vbi omnia legitime satis discussa. *C.C.C. art. 78.*

16. INQVISITIO fit a magistratu competente *ex officio* ad legitimam *denunciationem*, vel *famam publicam*, quæ via hodie frequentior, & ex *iure canonico* in forum tracta est.

17. Estque duplex, vel *generalis* vel *specialis*. Generalis (1) tum de *corpore delicti*, de quo ante omnia constare debet: *l. 1. §. 24. ad SCt. Syllan.* tum *de persona delinquentis* suscipitur. Imo (2) etsi delictum certum, *persona* tamen lateat; & denique (3) si etiam *persona certa*, adhuc tamen *generaliter* de *circumstantiis* inquirendum, antequam ad *specialem* deueniatur. Proinde citari possunt, qui probabilem rei notitiam habent, neque quisquam hoc examen, quod *summarie* expeditur, declinare potest; si modo iudex moneat, ipsum non vt *suspectum*, sed vt *testem* examinandum esse.

18. *Specialis* suscipitur contra *certam personam* indiciis grauatam, & orditur a *captura*, ceteris paribus conf. *tit. seqq. C. C. C. art. 14. pr.* Subsequitur *examen inquisiti ad articulos inquisitionales*,

nales, nisi petat, vt admittatur ad *defensionem pro auertenda*. vid. *Ordin. polit. Magd. c. 15. §. 17.* CARPZ. *pr. crim. qu. 115. n. 24.* MEV. *6. D. 253.* Quodsi respondere nolit, per *torturam* ad hoc adigitur.

19. Si negat crimen, *probatio* suscipienda, salua *defensione* rei; qua finita, super *tortura* vel alio *medio eruendi veritatem* decernitur. Vbique *summariter* proceditur, omissis processus solennibus.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. certis. 2. l. libellorum. 3. l leuia. 6. l. qui accusare 8. l. Hi tamen l. omnes. 11. l si plures. 16. l. ex iudiciorum 20.

Ex Codice l. prius. 1. l vxor. 3. l. accusationem. 6. l. non prohibentur. 8 l. non ignorat 9. l. de crimine. 12. l. si magnum. 13. l propter. 14. l. iniquum 17. l. neganda. 19. *de his qui accusare non possunt.* l. eos. 1. l. reos 3. l. si accusatoribus 4 l. absentem. 6. l. qui de crimine. 9. l. si quis homicidii. 11.

Tit. III. (*IX. 3. 4.*)

De custodia & exhibitione reorum.

1. AD *custodiam* reorum receptus est *carcer* in quem coniiciendi sunt. Ex fine itaque proposito apparet, (α) *carcerem debere esse tolerabilem*, ne in *pœnæ* genus degeneret: *l. 8. §. 9. de pœn. C. C. C. art. 11.* (β) *ad custodiam apta-*

aptatum. Hinc merito iudices deberent tales habere carceres, vt nullis custodibus esset opus, nec inquisiti aut subditi sumtibus grauarentur.

2. Ceterum incarceratio rei facienda 1) *ab eo, qui ius incarcerandi habet.* Ordinarie cohæret *iurisdictioni*, *l. f. C. de custod. reor.* etiam *inferiori*, quatenus vel *mixti imperii* actus est, vel ad *leuiora crimina* coercenda spectat. Priuati incarcerare nequeunt sub pœna criminis læsæ maiestatis, *l. 1. C. de priu. carcer.* nisi quatenus certis personis pro emendatione suorum *ius cogendi* datum. *l. 3. 4. C. de P. potest. l. vn. de emend. serv.*

3. (II) *Facienda intra fines cuiusuis iurisdictionis.* Neque enim deprehensum in *territorio alieno* extraneus magistratus ad carcerem abducere, bene tamen *persequi*, & iudici loci *sistere* potest. Olim deprehensus a magistratu territorii transmitti debebat ad iudicem loci, vbi deliquerat; *l. 7. h. N. 134. c. 5.* quod antiquo statui Romani imperii congruebat. Verum hodie talis necessitas remittendi reos ob statum diuersum cessat, adeoque ex mera fit *ciuilitate*, nisi vterque magistratus sub *eodem principe* constitutus, *l. 9. h.* vel *pacto* inter vicinos magistratus aliter prouisum sit.

4. (III) *Habenda est ratio in ipsa incarceratione personarum.* Viliores carceri traduntur; *honestiores* vero & *debiles* in conclaui sub custodia militum asseruari solent. CARPZ. *pr. crim. P. 3. qu. 111. n. 42. sqq.* Praterea etiam feminæ olim in-

carcerari non solebant, (vid. *N.134.c.9.*) quod hodie vtplurimum non attenditur.

5. Merito tamen separandæ sunt feminæ a masculis, *l. 3. C. de custod. reor.* imo ipsi *delictorum socii* a semet ipsis, ne alter alterum ad negandum instruere possit. Cauendum præterea, ne nimis duris constringantur catenis. *l. 1. C. eod. l. 5. D. h. l. 2. C. de exhib. reor.*

6. Fugitiuis quandoque ex iusta causa remitti solet carcer, concesso iis *saluo conductu speciali. In specie autem* (α) *petendus & a iudice præstandus.* Periculosa assertio est pro inquisitis, omnem citationem in dorso habere saluum conductum. COLER. *de Proc. exec. P. 4. C. 1. n. 194.* CARPZ. *P. 3. q. 112. n. 16.* (β) *Cautio* a reo præstanda *de se sistendo*, cuius quantitatem iudex determinat. (γ) *Ex iusta causa concedenda*, veluti si adhuc dubium sit, vtrum & quatenus fugitiuus delictum commiserit. CARPZ. *c. l. n. 33 sqq.*

7. (IV) *Eiusmodi delicti reus incarcerandus postuletur, quod ad minimum pœnam corporis afflictiuam meretur*, ne modus inquirendi sit durior ipsa pœna, nisi persona sit *vilis* vel *suspecta de fuga.*

8. (V) *Legitima contra incarcerandum adsint indicia.* Neque enim fieri debet (α) periculo solius petentis, aut (β) ad nudam inculpationem, STRVV. *ad l. 5. decret. c. 2. obs. 8.* conf. *C. C. C. art. 6.* vel (γ) ad missam schedulam. vid. *l. 6. h.* De *indiciis* ipsis iudex arbitrabitur. *l. 1. h. art. 18.*

Tutius

Tutius omnino procedit, si *in dubio* informationem ICtorum extraneorum desuper requirit, ne actionem iniuriarum incurrat.

9. (VI) *Constare debet de corpore delicti.* GOMEZ *l. 2. var. resol. c. 9. de capt reor. pr.* Prout autem delictum est, vel *facti permanentis* vel *transeuntis*, vel *apertum* vel *occultum*, eatenus de existentia delicti iudicandum. Frustra enim contra personam instituitur inquisitio, si non constat, delictum vel *vere* vel *præsumtiue* esse comissum.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l diuus Pius 3. l. si quis reum 5. l. si confessus 6. l. in cos 13

Ex Cod. l. nullus 2. *de exhibendis & transmittendis reis* l. in quacunque 1 l. quoniam 3. auth. hodie l. de his 5. *de custodia reorum.*

Tit. IV. (*IX. 8.*)

Ad legem Iuliam maiestatis.

1. OBiectum *iudiciorum publicorum* sunt *crimina publica*, quæ proinde in sequentibus explicantur. Primo occurrit loco CRIMEN MAIESTATIS in genere sic dictum, quod aduer-

sus *principem, eius dignitatm*, vel *reipublicæ securitatem* committitur. *l. 1. §. 1. h.* Distinctius consideratum abit in duas species, quarum altera *perduellionis*, altera crimen *læsæ maiestatis in specie* dicitur. *l. f. h.*

2. *Perduellionis* crimen committitur ab iis, *qui hostili animo aduersus rempubl. vel principem aliquid directo moliuntur*, *l. f. h.* veluti qui cogunt armatos contra rempublicam: ciues ad seditionem incitant: hostes imperii fouent iisque assistunt: rempublicam eis produnt. *l. 1. §. 1. h.*

3. Pertinent huc etiam, qui iniussu principis bellum gerunt: exercitum comparant: qui ad hostes transfugiunt: *l. 2. 3 4. h.* exercitum *hostili animo* deserunt; *l. 3. h.* qui *dolo malo* arcem non tenent, *l. 1. l. 4. l. 10. h. &c.*

4. Requiritur ergo in hoc crimine, (I) *vt reus perduellionis sit subditus vel incola*; *clem. pastoralis 2. de re iudic.* quia hic maiorem perfidiam ob nexum subiectionis admittit, quam *extraneus*, (veluti *legatus*, qui extra rempublicam constitutus censetur) qui tantum vt *hostis* rempubl. lædit. ZIEGL. *de iurib. Maiest. l. 1. c. 2. §. 44.* ANTON. MATTHAEI *de crimin. lib. 48. tit. 2. c. 1 n, 9.* Vnde & pœna hic uariat, quoad bona & alia. Præsertim vero hic *ciuitates integræ* delinquere possunt, a principe suo deficientes.

5. (II) *Vt directo contra maiestatem & statum reipublicæ committatur.* Vnde sine dubio (α) contra *imperatorem* committitur, imo (β) con-

contra regem Romanorum, viuo Imperatore electum, & denique (γ) hoc extensum est ad *consiliarios intimos primarios* imperatoris in *l. 5. C. h.* inprimis quando propterea e medio tolluntur, vt reus eo tutius possit statum reipubl. euertere; nam sic *per eorum latus* maiestas ipsa Imperatoris læditur. *l. 1. §. 1. D. h. t.*

6. Quod de *consiliariis primariis* dictum, in *A. B. c. 24. electoribus* applicatum est; sed de *reliquis statibus* altum silentium. Ratio hæc videtur fuisse, quia autor A. B. Electores comparauit cum *consiliariis imperatoris primariis* secundum *l. 5. C. h.* cum reliquis statibus denegetur hoc prædicatum in LL. publicis, quod imperitiæ autoris, qui A B. concepit, adscribendum.

7. Hodie, omnium statuum potestate *territoriali* intimius cognita perspectaque, non quidem negatur, hoc crimen committi in *omnes principes*, mansit tamen ex supra dicta ratione hæc differentia, quod in *electores* commissum *confiscationis* pœnam extendat per totum imperium, quod simul etiam in *imperatorum* commissum sit *mediate;* in *status reliquos* commissum vero se contineat intra cuiusuis status territorium.

8. Reus huius delicti non tantum is est, qui aliquid dicto modo molitur, sed & qui *scientiam criminis* habet, illudque non reuelat. *l. 5. C. h.* Imo & *conatus* quoque sufficit. ZIEGL. *cit. l. §. 47. 48.*

9. Ad accusandum in hoc crimine 1) quilibet admittitur etiam alias inhabilis: *l. 7. §. l. 2. l. 8. h.* 2) accusatio non tantum contra *viuum*, sed etiam iam *mortuum* adhuc institui potest. *l. f. D. l. 6. C. h.* 3) Nulli præterea *aduocati* admittuntur; alias infames fiunt, si sua sponte interuenerint: *l. 5. §. 2. C. h.* 4) tota causa *summariter* tractanda, per *constit.* HENRICI VII. *extrau. quom. in crim. læs. mai. proced.* præsertim si *seditio vlterior* metuenda, *l. 2. C. quand. lic. vnic. sin. iud.* quæ aliter sedari nequit. *l. 6. §. 9. de ini. rupt. & irrit. fact. test.* Vnde 5) & testes admittuntur alias inhabiles, *l. 7. §. 1. C. h.* nec 6) excusantur rei a tortura ob *immunitatem*, quam alias habent. *l. 4. C. h.* &c.

10. Ceterum cum cognitio huius criminis hodie ordinaria ad ipsum *imperantem* spectet, hic vero legibus eiusmodi alligatus haud sit, pro conditione *temporis* aliarumque *circumstantiarum* ipse ex regulis prudentiæ optime iudicabit, quomodo cum eiusmodi inquisitis procedendum sit; modo ita procedatur, ne innocens ad hoc supplicium trahatur, quod facile fieri posset, si quælibet tradita interpretum admitterentur. OLDEKOP. *l. 4. obs. crim. 48. n. 12.*

11. Pœna huius atrocissimi criminis satis atrox est. (1) Bona applicantur fisco, etiam feudalia quoad ius, quod vasallus eiusque descendentes habuerunt, *Ord. cam. P. 2. t. 9.* §. So iemands. *ordin. pac. publ. de anno 1548.*

sub

sub. rubr. pœn. der Fried-Brecher. *Cap. Leop.* §. 27.

12. (2) Reus in quatuor partes dissecandus; *C. C. C. art. 124.* quandoque gladio puniendus, *§. 3. I. de publ. iud. l. 5. C. h.* vel alia pœna, quam is, qui τὸ κύριον habet, determinabit. (3) Si in fuga est, a quolibet *impune* occidi potest: *l. 35. de relig. l. 3. §. f. ad L. Cornel. d. sicar.*

13. (4) Memoria *post mortem* damnatur, vt nomen eius cum omni nobilitate in perpetuum deleatur. *l. 6. l. 8. C. h.* Vnde & in nonnullis locis arma & insignia destrui, domusque dirui solent. CARPZ. *pr. Crim. qu. 41. n. 12. sq.*

14. (5) Liberis quoque ex paterno delicto perpetua inhæret infamia, *l. 5. §. 1. C. h.* quod durum, adeoque ad *vlteriores gradus liberos* aut *adoptiuos* non extendendum. HVBER. *h. §. 7.* ENGELBR. *ad D. h. §. 20.* Filiabus tamen *ex materna hereditate* assignatur falcidia, seu *legitima*, & vxori dos salua manet. *l. 5. §. 3. C. h.*

15 CRIMEN LAESAE MAIESTATIS in specie dictum est, quod committitur aduersus *iura*, *dignitatem*, & *existimationem* principis, saluo de cetero statu reipublicæ. *l. f. h.*

16. Prout principes in republ. Romana ad sæuitatem inclinarunt, leuissima interdum ad hoc crimen relata fuerunt, vbi sæpe tantum contra *decorum* citra *dolum* aliquid factum, quod merito prohibitum. *l. 7. §. 1. l. 1. C. h.* Exempla nonnulla hanc in rem congessit ZIEGL. *c. l. §. 13. sqq.* Ap-

plicatum quoque postea ad statuas principum violatas, *l. 5. l. 6. h.* quod ex *superstitiosa consecratione* earum proueniſſe videtur.

17. Propius huc pertinent, qui proprio ausu *iura maiestatica* exercent, v. c. carceres priuatos habendo, monetam cudendo, *l. 2. C. de falſ. mon.* vectigalia noua imponendo, emittendo confeſſum & conuictum ex carcere, *l. 4. h.* maledicendo doloſe principi. *l. vn. C ſi quis imper. maledix. l. 7. §. 3. h.* CARPZ. *pr. Crim. qu. 41. n. 112.*

18. Leuior pœna ſtatuta eſt in huiusmodi delinquentes, determinanda ex grauitate criminis, quæ hic mirum in modum variare poteſt. *l. 24. l. 40. de pœn.* Neque vlla hic permiſſa in mortuum accuſatio, *l. f. inf. h.* nec bona confiſcantur, imo etiam *iudex inferior* de hoc crimine cognoſcit.

19. Conſtituunt etiam *læſæ maiestatis diuinæ crimen*, quod communiter ſupponunt in BLASPHEMIA, quæ *iure Carolino art. 106.* vltimo ſupplicio plectitur, & publicis legibus Imperii itidem ſeuere prohibita. *R. I. de anno 1530. & anno 1548. tit.* **von GOttes Schweren und Fluchen** *de anno 1512. tit.* **von GOttes Läſtern.**

20. Requiritur autem (1) *vt maleuolo animo blasphema verba in Deum ſint prolata.* Ignoſcendum (1) melancholicis & in ſummis tentationibus conſtitutis. Quin & (2) mitigandam pœnam cenſent, ſi ex praua conſuetudine eiusmodi verba prolata ſint. GILHAVS *ad art. cit.*

21 (2)

21. (2) *Vt verba vel facta directo ad conculcandum Dei honorem eiusque contemtum tendant.* Ergo in *sanctos* proprie non committitur, quamuis nec impunita esse debeant talia verba maleuola. Imo qui *bona fide* errant, ab hoc crimine in *foro ciuili* immunes sunt.

22. (3) *Vt blasphemus verum Deum agnoscat.* Hinc Christiani proprie hoc crimen in CHRISTVM committunt. De Iudæis & aliis, qui Christum non agnoscunt, dubitant quoad forum externum: interim grauissime sunt coercendi, cum ea conditione recipiantur, ne blasphema verba in saluatorem euomant. vid. *diss. de cauta iud. tolerant.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. quiue de prouincia 2. l. lex duodecim. 3. l famosi. 7 § 3. l. f.

Ex Codice. l. etiam 1. l. si quis 3. l. quisquis 5. l. maiestatis 6. l vlt.

Tit. V. (IX. 9.)

Ad legem Iuliam de adulteriis coercendis.

1. EX *lege Iulia* seu AVGVSTI *l. 1. h.* vindicantur *delicta carnis*, quæ in varias abeunt species. (1) ADVLTERIVM, quod de iure ciuili perpetrabatur per *concubitum cum aliena vxore*,

vxore. l. 6. §. 1. l. 13. §. 1. 2. l. 34. §. 1. h. Maritus cum *soluta* concumbens *simplex stuprum* committebat. ANTON. MATTH. *de crimin. tit. de adult. c. 1. n. 12.* HVBER. *h. §. 1. 2. & ad instit. de publ. iud. §. 5.*

2. Verum cum fides coniugalis sit reciproca, iure hodierno ex iure *canonico* & *Carolino* alia definitio est facienda; secundum hæc enim est *violatio fidei coniugalis per concubitum cum alia persona dolose perpetrata. C. C. C. art. 120.*

3. Hoc intuitu vel committitur inter *vtrinque coniugatas personas*, diciturque *duplicatum*: vel inter *solutum* cum *coniugata* & vice versa, dicitur *simplex*. Huius vsus inprimis attenditur in *pœna* atque *intercessione*.

4. Ante omnia requiritur (1) *dolus*. Neque enim (α) huius delicti reus est, qui putat se cum sua vxore concumbere, *c. 5. C. 34. q. 1.* imo (ℭ qui qualitatem personæ ignorat, putans eandem esse innuptam, stupri tantum reus est. *l. pen. h. l. 18. C. eod.*

5. (2) *Desiderantur coniuges.* Sufficit autem aliquam esse *desponsatam*, cum nec spem matrimonii violare liceat; *l. 13. §. 3. h.* vt tamen *ordinaria pœna* hodie cesset. CARPZ. *pr. crim. qu. 56. n. 33. sqq.* Imo & *iniusta vxor* ab hoc crimine non immunis est. *l. 13. §. 5. h.*

6. Agitur propter adulterium commissum vel *ciuiliter*, vel *criminaliter*. Ibi ad diuortium, hic vero ad pœnam. *Ibi* coram consistorio res deci-

decidenda; *hic* coram iudice criminalem iurisdictionem habente, ita vt criminalis inquisitio præmitti soleat. *Ibi* iudex ex *officio* non procedit; bene tamen *hic*. *Ibi* non tam plena requiritur probatio adulterii; *c. 12 de præsumt.* hic præcise probanda consummatio adulterii. *Ibi* perpetuo agitur; *hic* vero intra quinquennium.

7. Præterea si *ciuiliter* agitur, maritus ad *dotis & portionis statutariæ* priuationem; vxor vero ad *donationis p. n.* priuationem agit. *c. 4. X. de donat. int. vir. & vxor.* STRYK. *ad Brunn. ius eccl. l. 2. c. 18. §. 30.* Sic etiam cetera lucra perdit vxor adultera, veluti *dotalitium* & *lucrum donationis* propter nuptias, imo in Saxonia etiam *paraphernalia*. Alibi, vbi communio bonorum obtinet, *portionem statutariam c. 10. X. de consuet.* De iure ciuili *paraphernalia* retinet. Nulla dote constituta, maritus capit *quartam* partem ex ipsius bonis. *l. 11. §. 1. C. de repud.* ANTON. MATTH. *de crimin. tit. de adult. c. 3.*

8. Vbi *criminaliter* agitur requiritur (1) *legitima accusatio*. Hæc *iure priuilegiato* olim instituit poterat (α) a marito intra 60. dies, vbi aliis præferebatur; *l. 14. §. 2. h. l. 6. C. h.* (β) *a patre* intra eosdem dies: *c. l. 14.* (γ) post a *fratre, auunculo. l. 30. C. h.* Præter hos alii *iure codicis* haud admittuntur, *l. 30. C. h.* qui *iure digestorum* olim admittebantur. *l. 4. h.* Iure *Carolino* itidem hæc facultas concessa vxori, accusandi maritum. *art. 120.*

9. (II)

9. (II) *Suscepta intra legitimum tempus*, scilicet intra *quinquennium*, computandum a tempore *delicti perpetrati* vsque ad initium iudicii. *l. 29. §. 6. 7. h.* nisi concurrat aliud delictum, cui longius tempus præfinitum. *l. cit. § f.* Hic terminus ad omnia carnis delicta *regulariter* pertinet. *l. 29. §. 6. h.*

10. (III) *Legitima probatio*: non sufficit probasse *actus proximos*, nisi etiam de *immissione seminis* constet, ZANGER. *de tort. c. 2. n. 220.* quæ proinde ex *confessione vtriusque partis*, vel *sponte* vel *tortura* elicienda CARPZ. *pr. crim. qu. 60. n. 22.* Quod si alterius confessio haberi non possit, quod forsan adulter mortuus (vid. tamen *l. 19. pr. l f. h.*) vel in fuga sit, non sufficere putant ad *pœnam mortis ordinariam* dictandam confessionem adulteræ. ID. *cit. l. n. 28.* Hoc tamen (1) *sano sensu* merito accipiendum, si adulterium per se aliunde non sit certum: (2) non attenditur, si pœna *non-capitalis* dictatur. De *iure ciuili* tamen etiam *vrgentissimæ coniecturæ* sufficiunt; *l. 34. C. h. auth. si quis C. h.* non *Carolino* per *art. 22. C. C. C.*

11. (IV) *Iudex omnes circumstantias prudenter ponderet.* Ex variis enim causis *pœna ordinaria* mitiganda, quæ proinde diligenter ponderandæ. Quo pertinet, si (1) maritus in eodem sit reatu, *l. 13. § 5. h.* CONT. *lib. I. lect. subcef. c. 7.* vel (2) deseruerit malitiose vxorem, siue *localiter* siue *non localiter*, vel (3) coniux morbo laboret,

aut

aut impotentia; CARPZ. *qu. 61. n. 16. seqq.* quod admitti potest, si alias vxor semper honeste vixit.

12. Sic & (4) ad *occasionem* respiciendum, veluti si masculus illecebris assiduis a luxuriosa femina vel in ebrietate ad hoc sit adductus; neutiquam vero approbanda illa excusatio, quam aliqui fingunt, si vxor allegat, se ex *misericordia* masculum admisisse; sic enim omnes adulteræ eluderent pœnam ordinariam.

13. Mitigandam quoque (5) pœnam in *adultero*, volunt imperatores, si vxor in *tabernis* meretricio more vixit, *l. 22. l. 29. C. h.* quod castitati nostrorum temporum, vbi *lupanaria* non tolerantur, haud est conueniens, quibus etiam *fornicatio simplex* haud impunita est.

14. Denique multum (6) ad mitigandam pœnam tribuitur *intercessioni* & remissioni *innocentis*, licet *duplicatum adulterium* sit: *N. 134. c. 10.* si vterque in *pari reatu* est, nihil operatur. BRVNN. *in proc. inquis. c. 9. n. 34.* Siue autem remissio *præsumtiue*, siue *tacite* siue *expresse* fiat, nihil interest. Denique si maritus pro vxore aduitera intercedit, id ipsum quoque extra *Electoratum Saxoniæ* adultero *soluto* prodest. Conuertitur hoc casu pœna in *relegationem*, ita vt pars innocens nocentem sequi teneatur; CARPZ. *P. 2. qu. 55.* dubium tamen non est, quin lege matrimonii soluta, reuerti possit.

15 Pœna ordinaria ex L. Iulia non fuit capitalis. *l. 11. pr. l. 29. §. 1. h. l. 5. de quæst. l. 18. de testibus.* BARN. BRISS. *lib. singul. de adult. c. 2.* TACIT.

2. an-

II. annal. c. 50. & III. c. 24. Sed ANTONINVS CARACALLA eam primus pœnam introduxit, vt constat ex *fragm.* DIONIS ab H. VALESIO editis *p. 775.* quæ lege CONSTANTINI repetita est, *l. 30. C. h.* STRVV. *ex. 48. §. 32.* ZOES. *h. n. 23.* rursus correcta a IVSTINIANO in *N. 134. c. 10. & auth. sed hodie. C. h. t.*

16. Ad eandem pœnam prouocat CAROLVS V. in *art. 120.* quam tamen admittere nolunt in casu, si *maritus* cum *soluta* rem habet, quia itidem Imperator prouocat ad constitutiones Cæsareas, secundum quas maritus *pœna stupri*, quod tantum committebat, coercetur.

17. Sed hodie in plurimis locis recessum est a vetere rigore, si exceperis Saxoniam, vbi adhuc *capitalis pœna* obtinet, *I. P. S. lib. II. art. 13.* vt tamen *soluta* cum *marito* concumbens tantum fustigetur. *constit. elect. 19. c. 4.*

18. Iure *Romano* præterea *priuata vindicta* permissa erat *marito* & *patri* adulteram occidendi. *l. 24. pr. l. 25. h. N. 117. c. 15. inf.* Quoad PATREM tamen requiritur (1) vt delinquentes in *ipso actu* deprehendat: *l. 25. pr. l. 29. inf. h.* (2) in sua vel generi domo: *l. 22. §. 2. l. 23. §. 2. h.* (3) vno ictu & adulterum & filiam interficiat. *l. 23. pr. l. 32. h.*

19. Quoad MARITVM requiritur (1) vt eos deprehendat *in domo sua: l. 24. pr. h.* (2) adulter sit *vilioris conditionis: l. 24 pr. h.* (3) vt tantum *adulterum* non *vxorem* occidat. *l. 24. §. 1. l. 38. §. 8. h.* Ratio diuersitatis eleganter exponitur in

in *l. 22. §. vlt, h.* Si aliquid ex his omissum, *extraordinariæ* pœnæ locus est. *l. 4. C. h.* Dubito autem, vtrum hodie ab *omni pœna* hæc priuata vindicta immunis sit, præsertim cum *iure canonico*, quod fora criminalia admodum reformauit, hæc *poenitentia ecclesiastica* coerceatur in *c. 6. 8. 9. C. 33. qu. 2.* Conf. ANTON. MATTH. *de crim. tit. de adult. c. 3. n. 13. seqq.*

20. (II) BIGAMIA, ad quam requiritur: (1) vt *coniugatus* sit, qui alteram ducit: (2) vt *scienter* altera superinducatur: *error* excusat bigamum: HERT. *de putat. matrim. §. 13.* posterius coniugium tamen nullum est; STRYK. *de diss. sponsal. sect. 5. §. 30.* (3) vt matrimonium consummatum sit per ἱερολογίαν, & *copulam carnalem*, in qua *formalem rationem* criminis videtur posuisse CAROLVS V. in *art. 121.* conf. THOMAS. *disp. Lips. de crimin. bigam. § 52. seqq.* CARPZ. *pr. crim. q. 66. n. 89.*

21. Inde hoc crimen grauius iudicatum fuit ipso adulterio, statuta *simpliciter* pœna *vltimi supplicii*, forsan ex principio iuris canonici de *sacramento matrimonii*, quod ita violatum est. Intercessioni tamen *innocentis* non denegandus effectus, vt in *adulterio*. Præscribitur crimen hoc *quinquennio*. THOMAS. *de præscr. Bigam. §. 48.*

22. (III) SODOMIA, quæ vel cum *bestiis*, vel cum *cadavere hominis*, vel aliis hominibus *eiusdem sexus* committitur. *art. 116.* Posterior species nefanda eleganter describitur in *l. 31. C. h.*

& *iure Diuino* Mosaico etiam acriter vindicatum fuit.

23. *Iure ciuili* pœna capitis obtinuit. *c. l. 31. l. 1. §. 2. de extraord. crim. Iure Carolino* autem statuta est *poena ignis*, vt brutum quoque, in abominationem criminis, e medio tollendum sit, dummodo constet de *corpore delicti* eiusque *consummatione*. CARPZOV. *p. 2. q. 76. n. 50. seqq.*

24. (IV) Incestvs, qui est *commixtio carnalis scienter facta cum persona, cum qua lege prohibitum est matrimonium ob nimiam propinquitatem.* Eine Blutschande. Ignorans hoc crimen non committit, nec liberi ex hoc procreati illegitimi dicendi. *I. P. S. lib. 3. art. 27.* Committitur itaque vel ratione *consanguinitatis* vel *affinitatis quomodocunque contractæ. art. 117.*

25. (I) Inter *consanguineos*, si de *corpore delicti* constat, vltimum supplicium olim non obtinuit. *l. 5. de quæst.* Verum hodie (α) inter *ascendentes* & *descendentes* pœna *gladii* statuta est adeo, vt remissio coniugis innocentis nihil operetur. HARTM. PISTOR. *l. 2. qu. 13. n. 35.* Requiruntur autem *ascendentes* & *descendentes* proprie dicti; neque enim cum *filia adoptiua*, aut *nutrice* commissum, quamuis seuerius puniendum, BERL. 4. *concl. 32. n. 22.* aut cum *susceptore* ex baptismo perpetratum huc pertinet.

26. Inter *collaterales* (β) pro diuersitate graduum punitur vel *fustigatione* vel *relegatione*,

CAR-

CARPZOV. *P. 2. qu. 73.* nisi concurrat *adulterium:* sic enim ad mortis pœnam extendi potest. Similiter (II) in *affinitate* pro diuersitate graduum obtinet pœna *fustigationis* vel *relegationis* vel alia, non vero *capitalis.* ID. *qu. 74.* HAHN. *ad W. h. n. 21. verb. qui incestu.*

27. De *præscriptione* huius criminis admodum variant. In eo latitat neruus controuersiæ, vtrum *lege Iulia* simul comprehensum fuerit? quod negant quidam ob *l. 4. D. de quæst.* THOMAS. *diss. Lipsf. de præscr. bigam. §. 30. sqq.* conf. *pr. s. de seruili. cognat.* Alii tamen *vicennium* obtinere censent in casu *incestuosi adulterii. l. 39. §. 5. h.* CARPZ. *pr. crim. p. 2. q. 74. n. 99. seqq.*

28. (V) LENOCINIVM *l. 2. §. 2. seqq. h.* quod committitur ab his, qui *mercales* habent *vxores*, vel *filias*, vt dicitur in *l. 5. de condict. ob turp. caus.* Hinc requiritur (1) prostitutio coniugis vel filiarum: (2) lucri causa; *l. 29. §. 4. h.* (3) exercitium reale turpium actuum. MENAGIVS *amœnit. iur. c. x.*

29. Pœna est (α) infamia, *l. 4. §. 2. de his qui not. infam. C. C. C. art. 122.* (β) alia corporis afflictiua in eis, qui *personas extraneas* exponunt; *N. 14.* HAHN. *ad W. h. n. 16.* (γ) vltimum supplicium, quoad *maritum* & *parentes. l. 2. §. 2. l. 8. l. 29. pr. h. N. 134. c. 10. pr.*

30. Pertinent huc etiam, quorum ope, consilio auxilioue *adulteria* & *stupra* conciliantur, & qui ædes ad talia crimina concedunt. *l. 8. pr. h.* Hi pro varietate circumstantiarum pu-

niuntur, *art. 123* ac itidem respiciendum, vtrum *quæstum* fecerint, nec ne? *l. 29. §. 2. h.*

31. (VI) STVPRVM, quod consistit *in carnali & illicita coniunctione cum virgine vel vidua, alias honeste viuente. l. 6. §. 1. h. l. 101. de V. S.* Huius pœna olim erat *publicatio dimidiæ partis bonorum* in *honestiori:* in *humili* vero coercitio corporis coniuncta cum relegatione. *§. 4. I. de publ. iud.* Nondum commissum, sed tantum *attentatum*, incidit in *crimen extraordinarium l. 1. in f. de extr. crim.*

32. Præterea hodie *stupratæ* satisfaciendum, de *iure Mosaico* & *Canonico* quidem *ducendo* & *dotando* eandem, *Ex. XXII. 16. Deut. XXII. 28.* sed *in praxi alterutrum* sufficit. Proinde si ducere illam nolit, dos constituenda stupratæ tanta, quanta opus habet, si maritum conuenientem inuenire velit, quod iudicis arbitrio relinquitur: est enim magis *satisfactio priuata* quam *dos*, BRVNNEMANN. *de iure eccl. l. 2. c. 18. §. 28.* ibique STRYK. Proinde statim debetur, nec restituitur, licet nunquam matrimonium contrahat. STRYK. *cit. l.* Præterea *alimenta* partui sunt constituenda, de quibus actum *tit. de agnosc. & al. lib.*

33. Ceterum ipsum delictum hodie mitius punitur pœna *carceris* vel *pecuniaria* vel aliquando *fustigationis*, si vilioris conditionis homo seduxit honestioris viri filiam. Stupratæ porro nonnullis locis indici solet *poenitentia*

eccle

ecclesiastica, quæ tamen in plerisque locis vix pœnitentia amplius est, cum etiam pecunia redimi soleat. Vnde non congrue dictatur, si iam carcere punita est. Ita discessimus a veteri disciplina ecclesiastica.

34. Grauius punitur STVPRVM VIOLENTVM. In hoc requiritur, (1) vt femina stuprum passa sit honesta & bonæ famæ: *l. 29. in f. C. h.* (2) vis externa accedat; vel (3) ad minimum femina nullo modo consentiat. Hoc vltimum sufficit, si vel maxime *nulla vis externa* accesserit, vtpote si quis comprimit eam, quam hoc fine inebriauit, vel medicamentis vsu rationis priuauit, Pœna est capitalis, *C. C. C. art. 119. I. P. S. lib. 2. art. 13. l. 1. §. 2. de extr. crim. l. 29. §. f. h.* præscribenda vicennio. *cit. l. 29. Iure Germanico* olim quoque vis quædam ædibus inferebatur, in quibus hoc delictum perpetratum *I. P. S. lib. 3. art. 1.*

35. In probando hoc crimine multum interest, vtrum in *vrbe* an vero *in agro vel locis remotis* stuprum violentum illatum? ibi enim *clamor* simul probandus. *Deut. XXII. 23. 24.* conf. CARPZ. *p. 2. qu. 75. n. 87.* Stuprata ab omni poena immunis est, quamuis *fertum virginitatis*, vtpote signum *externæ virginitatis* illibatæ, ei denegetur. CARPZ. *c. l. n. 80. seqq.*

36. (VII) FORNICATIO, quæ consistit in concubitu illicito cum femina vulgo se prostituente. *l. 43. pr. §. 3. de R. Nupt.* De iure Romano extra L. Iuliæ pœnam erat. *l. 13. §. 2. D.*

l. 22. C. h. l. 4. §. 3. de cond. ob. turp. cauſ. TACIT. *2. annal. 58.* Verum hodie *arbitrarie* punitur.

TEXT. NOTAB.

L. ex L. Iulia 2. §. 2. l. ſi maritus 4. l. nuptam 5. l. qui domum ſuam 8. l. miles 11. §. 9. l. ſi vxor 13. §. 4. 5. f. l. denunciaſſe 17. §. pen. l. adulter 19. pr. l. patri 20 l. nec in ea lege 22. §. f. l. quod ait lex 23. l. marito 24. l. mariti lenocinium 29 pr. §. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 9. l. ſi adulterium 38 §. 2. 4. 8. pen. l. vim paſſam 39 pr. §. 5. l vlt.

Ex Codice l. publico 1. l. crimen 2. l. adulter 3. l. iure mariti 6. l caſtitati 9. auth. ſi vero l. eum qui 18. l. ſi ea 22. l. etſi libidine 25. l. commiſſum 27. l. quæ adulterium 29 l. quamuis 30. auth. ſi quis ei l. cum vir nubit. 31. l. ſi qui adulteri 34.

Tit. VI. (IX. 12. 13.)

Ad legem Iuliam de vi publica.

1. VIS PVBLICA variis modis ſeſe exerit. Species eius ſunt vel *primariæ* vel *ſecundariæ*. Ad illas pertinet, (I) quæ fit *armis l. 3. §. 6. h.* vel alio inſtrumento, quod nocere poteſt: *l. 9. h.* vel ſaltim, quando armati homines hunc in finem comparantur. *l. 1. l. 3. pr. h.* Atque hæc ſpecies κατ' ἐξοχὴν dicitur *vis publica*. (II) *Stuprum violentum*, de quo *tit. præced.* & (III) *raptus*, de quo §. *8. ſeqq.* agendum.

2. Se-

2. Secundariæ ſpecies committuntur (I) *reſpectu perſonæ delinquentis;* vt quæ ſit a perſona publica, *publicæ poteſtatis* intuitu. *l. 7. h.*

3. (II) *Reſpectu perſonæ, cui infertur;* vt quæ perſonæ publicæ, dum publicam ſuam exercet poteſtatem, infertur; *l. 10. pr. h.* modo *publicam poteſtatem* legitime exerceat, alias magiſtratui de facto procedenti, de facto licite reſiſti poteſt. vid. STRYK. *diſp. de facto iudic. de fact.* *Iure Germanico* olim peculiariter illarum perſonarum ratio habebatur, qui ſingulariter *pace publica* vel *ſanctitate* gaudebant. *I. P. S. lib. 2. art. 66.*

4. (III) *Reſpectu loci;* vt ſi vis infertur in loco publico, *l. 3. §. 1. h.* maxime hodie in tali loco cui ſingularis *ſanctitas* & *ſecuritas* tributa, quo pertinent inprimis *eccleſiæ* & *reſidentiæ principum.* IO. SAM. STRYK. *diſp. de ſanctit. reſident. I. P. S. lib. 2. art. 66.* Item diſſ. noſtra de *ſanctitate eccleſ.*

5. Damnato ex hac lege, inprimis in *prima ſpecie* nobiliori, aqua & igni interdicebatur; *l. 10. in f. h.* ſerui vero capite plectebantur. *l. 8 l. 6. C. h.* Hæc pœna etiam in eis locum habebat, qui cum *armis ædes* alienas vel villas expilauerant. *l. 11. pr. h.*

6. Hodie huc etiam pertinet *crimen fractæ pacis publicæ* iuxta conſtitutiones imperii *de pace publica de anno 1500. 1521. 1594.*

7. Hoc crimine tenentur, qui congregatis hominibus de facto alios, qui ſibi haud ſunt

subiecti, *dolo malo* aggrediuntur, & ita *pacem publicam* in Imperio, post tot publicas diffidationes reductam, violant & turbant. In hos delinquentes *bannum* cum *pœna capitis* & *confiscatione bonorum* statutum *R. I. d. a. 1548. §. poen.* der Friedebrecher. De ipso processu, contra *pacem publicam* frangentes plenius egit GAIL. *de pace publica.*

8. Dictum ex *§. 4. inf.*, etiam in hoc crimen incidere, qui committunt RAPTVM MVLIERVM *l. 5. §. 2. l. 6. h.* *Est vero delictum publicum, quo quis feminam honeste viuentem libidinis gratia rapit seu vi abducit. art. 118.*

9. Requiritur itaque (I) *vt persona rapta honeste viuat. art. 118.* Qui *meretricem* rapit, in hoc crimen quidem non incidit, quamuis non sit extra pœnam, sed lege Iulia de *priuata vi* teneatur, quæ *pœna capitali* non plectitur. FARIN. *P. 5. qu. 45. num. 135.*

10. (II) *Vt abducatur ex vno loco in alium.* Neque enim raptum committit, qui mulierem ex vno conclaui in aliud deducit, vt commodius cum ea possit libidinem exercere. CLASEN. *ad art. cit. 119.*

11. (III) *Adhibita vi; rapere* enim est *per vim auferre vel abducere.* Sed paulo latius vox *violentiæ* hic accipitur. Neque enim tantum intelligitur rapta, quæ *inuita* abducta est, sed etiam, quæ *persuasionibus* inducta in raptum consensit, *l. vn. C. de rapt. virg.* vel, quia supposita est adhuc alterius *directioni*, consentire non potuit. FARIN. *P. 5. qu. 145. n. 120.*

12. (IV)

12. (IV) *Vt fiat libidinis gratia.* Alias *pœnæ extraordinariæ* locus est. Idem delictum quoque committi puto, si fœmina rapiat masculum. Est enim idem delictum, mutatis saltem personis, & *l. vn. C. de rapt virg.* loquitur de casu, qui vt plurimum contingit. ANTON. MATTHAEI *de crimin. h. t. c. 2. n. 2.* Diss. ZOES. *h. n. 15.*

13. Raptor *capite* punitur *cum affectis*, *l. vn. cit. art. 118. l. 54. C. de Episc. & Cler.* nec præscriptione quinquennii liberatur. *cit. l. vn.* Mitigatur tamen *ordinaria poena*, secundum ius canonicum, (1) si quis sponsam rapiat; (2) si non violauerit raptam, quam tamen violare potuisset, & rapta postea in matrimonium consentiat: (3) si femina ipsa masculum ad raptum induxit. CLASEN. *ad cit. art. in f.* De *iure ciuili* quidem pœna hisce casibus haud mitigabatur, vt ostendit ANTON. MATTH. *cit. l. n. 6. seqq.* sed ex *iure canonico* hæ causæ mitigandi pœnam in praxin deductæ sunt, *c. f. X. de raptor.* excepto *tertio casu*, in quo iuxta *art. 118. C. C. C.* pœna ordinaria locum habet.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. in eadem causa 3. lege Iulia 7. l. qui dolo malo 10. pr. §. 1. l. hi qui ædes 11.

Ex Codice l. si confidis 3. l. in possessionem 5. l. quoniam 6. l. crimen 9. *ad L. Iul. de vi publ. vel priuata.* l. vn. de rapt. virg.

Tit. VII. (*IX. 9.*)

Ad legem Iuliam de vi priuata.

1. Vis privata quæ sit, optime colligitur ex iis, quæ *tit. antec.* sunt dicta. Cum enim *vi publicæ* opponatur, omnes ceteræ *violentiæ* species huc reduci possunt, quæ in *vim publicam* incidere nequeunt.

2. Huc itaque refertur, si quid *ex naufragio* dolo malo direptum: *l. 1. §. 1. 2 h. l. 9. D. ad l. Rhod. de iactu* si quis per vim, sed absque armis, ingreditur possessionem, licet sub *prætextu creditiː l. 5. C. h. l. 5. l. 7. l. 8. h.* si quis per vim debitori suo debitum, sed sine armis, extorquere conatus est. *l. pen. h.*

3. Vindicabatur hoc crimen publicatione tertiæ partis bonorum. *l. 1. l. f. h. l. 2. C. h.* Qui vero sibi ipsi ius ita dicere volebat, ius suum, vel rem in quam ius habebat, amittebat. *l. 12. §. f. l. 13. quod met. caus. l. 7. C. Vnd. vi. l. 7. D. h.* Conf. disp. *de poena sibi ius dicentis sine iudice.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. l. creditores 7.

Tit.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1086
DFG

Tit. VIII. (IX. 16. 18.)

Ad legem Corneliam de sicariis & veneficiis.

1. LEge Cornelia vindicantur variæ *cædes hominum*, quæ in varias ſpecies abeunt. HOMICIDIVM in genere eſt *cædes hominum doloſa contra ius facta*, *l. 1. 7. h.* quod regulariter pœna gladii punitur.

2. Requiritur vero, vt pœna ordinaria homicidii locum habeat, (I) *ipſa cædes*. De iure Romano vero non tantum *L. Corneliæ* reus erat, qui occiderat, ſed etiam qui cum *telo ambulauerat hominis occidendi gratia*, vel alio modo inſidias *qualificatas* alteri ſtruxerat, effectu licet non ſecuto, *l. 1. §. 1. 3. h. l. 3. pr. §. 1. h.* Tales proprie *ſicarii* dicuntur, latronibus haud abſimiles, quibus Roma abundabat. IVVENAL. *lib. I. ſat. 3. v. 305.* In his ſola *vulneratio* ſufficiebat, ſi *animo directo* occidendi erat facta, licet mors inde non fuerit ſecuta. *l. 1. §. 3. l. 14. h.* Proinde hi cum *ſimplicibus homicidis* non ſunt conferendi, nec ad hoc illud trahendum.

3. Ceterum latius extenderunt hoc crimen iura Romana, vt etiam ſub *ſicariis* comprehenderent, qui *virilitatem* alteri adimunt, vel *thlibias* faciunt, vt & qui volentes hoc patiuntur, in quos *poena capitalis* eſt conſtituta. *l. 4. §. 2. l. 5. h.* Hæc pœna etiam in eo locum habebat, qui non iudæum circumciderat. *l. 11. pr. h.*

4. (II)

4. (II) *Dolus occidentis*, cui hic non æquiparatur *culpa lata l. 7. h* Hinc homicidium *dolosum* separandum ab aliis cædibus, quæ *culpa*, *casu*, vel *iure* fiunt. *Culposum* extra ordinem punitur pro modo *culpæ admissæ*, quo etiam pertinent medicorum homicidia culposa *C. C. C. art. 134.*

5. *Casuale* ab omni pœna immune est, *l. 1. C. h.* quod diiudicandum ex eo, (α) si quis sit versatus in re licita: (ε) licito modo: (γ) licito loco: (δ) licito tempore. *art. 146* Si vna ex his circumstantiis deficiat, est potius *culposum.*

6. Iure permisso denique fit *necessarium*, quod *defensionem naturalem* continet. *l. 3. de I. & I. l. 4. ad L. Aquil.* Præsupponitur autem (α) *iniusta offensio*, tum quoad *vitam*, tum quoad *pudicitiam*, tum quoad *integritatem membrorum. l. 1. §. 4. h. l. 8. §. 2. quod met. caus.* Ceterum qui *autor rixæ* est, offensionem sibi ipsi attrahit, adeoque ad moderamen inculpatæ tutelæ simpliciter prouocare nequit. GAIL. *de pac. publ. l. 1. c. 16. n. 17.*

7. (ε) *Offensio talis, per quam alter in discrimen vitæ, pudicitiæ, vel integritatis membrorum deducitur l. 1. §. 4 h. C. C. C art 140.* (γ) *Vt non aliter possit offensus vitam suam, membra, vel pudicitiam conseruare, quam cæde offendentis.* Qui itaque vbi commode fugere potuit, non aufugit, iniuste offendentem occidit, nisi *saluo honore & statu suo* aufugere nequeat, vti colligunt ex *art 140.*

C.

C.C.C. De hoc periculo si probabiliter constat, offensus nec primum ictum exspectare, *cit. art. l. 2. C. h.* nec differre sui defensionem, ob defectum parium armorum tenetur.

8. Hæc requisita legitime ab occisore sunt probanda, quod si plene non præstet, vel *iuramentum purgatorium* vel *territio* vel *tortura pro re nata* dictatur vbi multum respiciendum ad *vitam ante actam l. 5. §. 6. de re milit. art. 143 C.C.C.* Denique si hoc modo innocentiam non probat, punitur *ordinaria* pœna, vel etiam *extraordinaria*, si tantum *defensionis limites* transgressus fuit. *C.C.C. art. 141.* Ceterum si constat de inuasione, accusator vero asserat, illam ex *iusta causa* factam fuisse, id ipsum probabit. *art. 142.*

9. Probato plene moderamine inculpatæ tutelæ, ab omni pœna inquisitus immunis est, adeo vt etiam idem obtineat, si præterea innocentem *casu fortuito* occiderit; versatus enim est in re licita. *art. 145.*

10. *Dolus* itaque supponitur, vt ordinariæ pœnæ possit esse locus, qui ex *animo* occidendi colligitur. Est vero hic animus vel *directus* vel *indirectus*. In *directo* præcise *intenditur* homicidium, & ita ob varias circumstantias *malitia*, & sic etiam *pœna* augetur, vnde *qualificata homicidia* nascuntur.

11. Pertinet huc (1) *latrocinium*, quo ex improuiso quis alterum aggreditur, & occidit, *depræ dationis* causa. Talis latro pœna rotæ afficitur, *I. P. S. lib. II. art. 13.* & candentibus forcipi-

bus

bus quandoque simul vritur; *art. 137.* non tamen vltra sex vices.

12. (2) *Proditorium homicidium*, quod *sub specie amicitiæ* vel *per insidias* committitur, quod vt *latrocinium* merito puniendum. vid. CARPZ. *pr. crim. P. 1. qu. 7 n. 22. sqq. art. 137. C.C.C.*

13. (3) *Assassinium* seu homicidium *mandatum* & *conductitium*, (quamuis hæc alii rectius distinguant,) & eo grauius est, quando quis aliquem ad mandatum alterius, *accepta pecunia*, occidit, qui latroni non absimilis, & sic rota puniendus: mandans vero vt plurimum ordinaria homicidii pœna plectitur. CARPZOV. *pr. crim. P. 1. q. 19.*

14. (4) *Veneficium simplex*, quo veneno aliquis occiditur, quod homicidium eo grauius est, quo minus euitari potest. *l. 1. C. de malef. & mathem.* Nam etiam talis homicida instar *latronis* punitur, *art. 130.* si vel maxime tantum *corpori* datum damnum sit. *per cit. art.* ibi: an Leib oder Leben, quamuis CARPZ. *pr. crim. qu. 21. n. 27.* dissentiat. Probandum tamen, ex veneno *propinato* aliquem fuisse mortuum: nam & *connatum* datur, quem in finem indicia ex palato desumere solent.

15. Indicia veneficii sunt, (α) si inquisitus venenum emit vel præparauit: (β) si iustam allegare non potest rationem, quare illud emerit: (γ) si veneni illius vestigia in cadauere deprehendantur: (δ) si aliæ accedunt coniecturæ v. c. spes lucri, odium &c. vid. *art. 137.*

16. Datur etiam (5) qualificatum VENEFICIVM. quod *magicis susurris* committitur. Ma-

Magia varii generis constitui solet. Quædam enim (α) *coniuncta esse creditur cum pacto inito cum diabolo*, quamuis de *corpore delicti* merito dubitandum: quædam (β) cum *fœda commixtione cum diabolo*, quæ si probata recte est, (dummodo probari queat) obtinere solet ignis pœna, vtut nemini nocuerint: hæc etiam (γ) obtinet, si absque his circumstantiis *magicis susurris* hominibus, iumentis &c. nocitum. *art. 109.* Primario hæc pœna originem traxit ex iure canonico, quo hæretici & apostatæ igni traduntur. *I. P. S. lib. II. art. 13.*

17. Quædam denique (δ) *nudas incantationes pessimas continet, absque vllo damno illato hominibus*, nec pacto aliquo accedente, quo casu extraordinaria locum habet. *cit. art. 109.* conf. *l. 5. C. de malef.*

18. Quid vero sint *susurri magici?* definiri accurate vix potest. Multa pro talibus habentur, quæ naturales causas habent, quas forsan alii ignorant. Vnde caute in inquisitione procedendum esse monent prudentiores, in quo maiores nostri aberrarunt, quod vel inde colligitur, quia hodie hoc monstrum criminis incognitum fere est. v. Nic. Brand *de legit. in maleficos & sagas inuestigandi & conuincendi ratione.*

19. Inprimis cauendum, ne fallamur indiciis fallacibus, v. c. si saga asserat, se aliquem vidisse in monte Bructerorum: si suspecta torvum adspiciat: si nullos in tortura sentiat dolores: si stigmata in corpore appareant. &c. vid.

BODIN. *de fallac. mag. indic.* Dn. BRVNN. von bettieglichen Kennzeichen der Hexerey.

20. Illæ vero circumstantiæ plurimum huc faciunt, si saga se obtulerit ad docendas incantationes: si minæ de incantando antecesserint, & cum *euentu malo* coniunctæ fuerint: si quis frequenter cum suspectis de magia versatus sit; si apud eum deprehendantur herbæ malignæ, & alia incantationibus inseruientia. *art. 45.*

21. Denique (6) ad *qualificata homicidia* suo modo referri debet *scelus* INCENDIARIORVM, qui dolo malo alterius ædes exurunt, idque (α) vel *occidendorum hominum* aut *prædæ causa*, Mord-Brenner, vel (β) vt *damnum* tantum inferant, & capite de iure Romano plectuntur. *l. 10. h.* Habebatur tamen simul ratio *personarum*, & *loci*, & ipsius *damni* dati. *l. 9. l. f. §. 1. de incend. ruin. nauf. l. 28. §. 12. de pœn.* Sed iuxta *constitutionem Carolinam* igne concremantur. *art. 125.* Iure Saxon. prouinc. crurifragio puniuntur. *lib. 2. art. 13.*

22. Requiritur autem in hoc delicto *dolus*: si enim incendium *culpa* alicuius oritur, tenetur, tum *ex L. Aquilia* ad restitutionem damni: tum *pœna arbitraria* pro gradu culpæ admissæ. *l. 3. §. 1. d. offic. præf. vigil. l. f. eod.* CARPZ. *pr. crim. qu. 39. n. 33. seqq.*

23. In *doloso* autem *incendio* hodie non amplius attenditur, ad damnum datum, nec an damnum re-

resarcire incendiarius velit? cum sufficiat, quod ciuitas tota in ambiguum discrimen sit deducta. *Loci* tamen habenda ratio.

24. Facit eadem ratio, vt *conatus*, quatenus ad *actum proximum* deuenit, (veluti si materia ad incendium *dolose* posita ab alio mature tollatur) poena ordinaria plectatur; ZIERIZ. *ad c. art. 125.* quamuis si incendiarius *poenitentia* ductus ipse eam auferat, mitiganda merito sit.

25. Ad *indicia* circa hoc delictum imprimis refertur, (α) si quis igneas faces, vel alia fomenta facile succendentia præparauit: (ε) si minæ de incendio antecesserint &c. *art. 41.* Superest (7) vltima species qualificati homicidii, *parricidium*, de quo *tit. sqq.* agendum.

26. Pergo ad *simplex homicidium*, quod *voluntate indirecta* committitur. *art. 137. C. C. C.* Animus *indirectus* occidendi colligitur exinde, si quis alteri iniuste *vim* infert, non quidem hoc animo, vt occidatur, vt tamen ex circumstantiis facile colligere possit, mortem se alteri facile eo ipso conciliare posse.

27. Hoc intuitu ad tria respiciendum; (α) *ad genus armorum. l. 1. §. 3. h.* Qui talia arma adhibuit, quibus facile homo occidi potest, *ceteris paribus*, animus occidendi inde inducitur, conf. *l. 38. §. 5. de pœn.* Si arma ita non sunt comparata, & nihilominus quis occisus est, *culposum* censetur *homicidium*, atque extraordinaria obtinet poena. *l. 5. C. h.*

28. (ε) *Ad lethalitatem vulneris;* quem in finem periti medici iuramento antea obstricti adhibendi, qui in *qualitatem vulneris* inquirant, & relationem de *qualitate vulneris* exhibeant, *art. 147. 149.* quorum testimonio standum. De iudicio autem super *lethalitate* vulnerum STAHL. *diss. de lethal. vuln.* consulendus.

29. De iure Romano quoad *sicarios* ad hanc non respiciebatur; *l. 15. h.* quamuis in *L. Aquilia* aliquando ratio eius haberi debebat, vt constaret, vtrum occidens de *occiso*, & sic *ex primo capite*, an vero de *vulnerato*, & sic *ex secundo*, conueniri posset? Indistincte itaque ad L. Corneliam trahi nequit. *l. 6. C. ad L. Iul. de vi publ.* Sic enim fieret, vt homicida pessimus mitius puniretur, qui *destinato consilio* & *voluntate directa* alteri vulnus lethale iufligere voluit, quam ille, qui ex animi præcipitantia alterum occidit. conf. BODINI *diss. de non inquir. lethal. vuln.*

30. (γ) *Ad illa, quæ ad sui defensionem adducit inquisitus*, veluti si allegat *iustam iram*, quam occisus excitauit: *ebrietatem; art. 137.* vel etiam *alias circumstantias*, de quibus vid. *art. 150.* quæ tamen legitime ab inquisito deducendæ. *art. 151.*

31. Denique (III) requiritur, *vt inquisitus legitime conuictus sit* tum de ipsa *cæde*, tum de *animo occidendi.* Quem in finem, si cædes negatur ab inquisito, recurrendum ad indicia, qua-

qualia sunt: (α) si suspectus visus sit in *loco* commissi homicidii, (β) *tempore* perpetrati homicidii (γ) cum *gladio* vel vestimentis sanguinolentis, *art. 33.* quæ *torturæ* locum faciunt.

32. Probato homicidio voluntario, pœna de iure Romano non simpliciter erat *gladii*, sed *ratio personarum* habebatur. *l 3. §. 5. h.* Hodie non habita personarum distinctione est vltimum supplicium, *art. 137.* quam pœnam *indispensabilem* esse communiter aiunt. Sed nondum satis probari potuit, pœnam hanc esse ex *lege morali vniuersali diuina*, præsertim cum etiam *primæ ui christiani* homicidas non occidendos esse putauerint. Interim merito *parcius* in dispensando princeps procedere debet, cum hæc quæstio in vtramque partem prægnantibus nitatur fundamentis, & Deus ipse inter Iudæos hoc crimen *morte* puniri voluerit.

33. Ceterum hac poena etiam tenentur homicidis auxilium præstantes, modo *dolose* cum eis *conspirauerint. art. 148.* Sed qui non ita destinato consilio in *rixa* vel *tumultu* alicui assistunt, vt homicidium secutum sit, si quidem de *vero auctore* cædis constat is ordinaria plectendus poena: si *plures vulnerauerunt* lethaliter, nec constat, ex cuius vulnere primario mortuus sit, omnes capite plectuntur: si plane non constat de auctore vulneris, omnes *extraordinaria* afficiuntur poena; *art. 148.* merito tamen *auctor rixæ* ordinaria poena esset plectendus. CARPZ. *qu. 25. n. 50.*

34. Ex quo colligo, si alter alicui vulnus lethale inflixit, ex quo necessario mori debuisset, & postea alius superueniat, qui vno ictu ipsum occidat, vtrumque poena ordinaria teneri; Zoes. *h. n. 10.* neque enim hic exacte constare potest, ex cuius vulnere primario mortuus sit, & latrocinio non videtur absimile, inermem & morti vicinum aggredi.

TEXT. NOTAB.

L. 1. § 2. 3. 4. l. Eiusdem 3. §. 2. 4. l. lege Cornelia 4. §. 1. l. in lege Cornelia 7. l. furem nocturnum 9. l. si quis 10. l. Diuus Hadrianus 14. l. nihil interest 15. l. vlt.

Ex Codice l. 1. l. is qui aggressorem 2 l. cum qui 5. l. si quis 8. *ad L. Cornel. de sicar.* l. plus est 1. l. eorum. 4. l. culpa similis 8. *de malef. & mathem.*

Tit. XI. (IX. 7.)

De lege Pompeia de parricidiis,

1. Parricidium in genere est *cædes dolose commissa inter eos, qui coniuncti inter se sanguine vel affinitate sunt. l. 1. h.* Proprie autem *cædem inter ascendentes & descendentes* quoscunque, etiam *naturales*, denotat. conf.

CARPZ.

CARPZ. *pr. crim. qu. 131.* ANTON. MATTH. *de crimin. h. t. c. 1. n. 2.*

2. Sic itaque in ſpecie huc pertinet *infanticidium*, quod in liberos committitur, & quidem ſi de *dolo* conſtat, olim *pœna culei* obtinuit, *l. 9. pr. h.* quæ tamen diuerſa eſt ab hodierna *ſuffocatione* in aquis, decreta in *art. 131.* De ratione antiquæ poenæ ediſſerunt GVTHERIVS *de iure manium lib. I. c. 9.* PETRVS DE LA SENA *de his qui in aqu. perierunt.* In defectu aquæ, rota ſubſtituta eſt. *cit. art. 131.* Exaſperatur hæc poena, ſi mater aliquoties eiusmodi *infanticidium* perpetrauerit. Conf. FRANC. RAMOS *de pœn. parricid.*

3. Neque vbique extra Saxoniam animalia conſueta addi ſolent, & præterea loco *ſimiæ* adhibetur *felis.* CARPZ. *pr. crim. P. 1. qu. 9. n. 26.*

4. Debet tamen de *infanticidio* ſatis eſſe conuicta, quo & *coniecturæ* ſequentes faciunt ad torturam ſufficientes, v. c. ſi vterum celauit, & clam peperit; ſi appareant indicia violentiæ infanti illatæ &c. *art. 35. 36. 131. C. C. C.*

5. Committitur præterea infanticidium *infantis expoſitione*, qua mediante periit, ſi modo mater *periculoſe* ita infantem expoſuit, vt facile perire potuerit, quia ſic per *indirectum* voluntatem necandi habuit. *art. 132. inf.* CARPZ. *P. 1. qu. 10. n. 8. ſeq.* Si infans incolumis repertus fuerit, extra ordinem punitur. *art. cit.* Non eadem fuit olim Romanorum philoſophia circa *expoſitionem infantum*, vt docent NOODT. *in tr.*

quem inscribit *Iulius Paulus*, & BYNKERSHOEK in opusculo *de iure occidendi liberos.*

6. Idem in casu inuerso dicendum, quando liberi *ascendentes* occidunt; in quos itidem poena culei statuta in *l. 9. pr. h.* adeo vt etiam *conscii* extranei, qui promouerunt parricidium, eadem poena teneantur. *l. 6. 7. h.* Qui tantum scit, patri intentari parricidium, & non reuelat, mitius punitur. *l. 2. h.* conf. *l. vn. C. de his qui parent. vel lib. occid.* ANTON. MATTH. *de crim. h. 6. 1. in f.*

7. Inter *coniuges* parricidii poenam quoque obtinuisse dicendum videtur ex *l. vn. cit.* HAHN. *ad W. h.* non vero inter *sponsum & sponsam*, vbi non tanta est coniunctio. In Saxonia electorali idem obtinet. vid. *constit. elect. P. 7. constit. 3.* Quin & *iure Carolino* poena ordinaria homicidii exasperata est. *art. 137.*

8. Cæteræ personæ *affinitate* vel *consanguinitate* iunctæ vel ipsis verbis vel sententia legis Pompeiæ comprehenduntur; *l. 1. & l. 3. h.* BYNKERSHOEK. *lib. I. obs. 4.* interim ordinaria homicidarum poena puniuntur, *l. 9. §. 1. h.* Quandoque tamen hodie exasperatur. *art. cit. 137.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. diuus Hadrianus 5. l. vtrum 6. l. pœna 9. l. f. *Ex Codice* l. vn.

Tit.

Tit. X. (IX. 22. 23. 24. 25.)

De lege Cornelia, de falsis & de SCto Liboniano.

1. LEge Cornelia vindicatur crimen FALSI quod est *dolosa veritatis immutatio in fraudem tertii facta, & speciali lege tanquam falsum notata.*

2. Hinc requiritur (I) *veritatis immutatio*, sive facta fuerit per *mendacium*, sive per *reticentiam veri. l. 1. §. 2. l. 29. h.* ANTON. MATTH. *de crimin. h. t. c. 1. n. 12.*

3. (II) *Fraude facta*; quæ ex *errore* fit, in hoc crimen non incidit, *l. 31. h.* quod potius etiam in *dubio* præsumendum. In errante adest quidem *falsum*, sed non *crimen falsi*. *Dolus* ergo manifeste probandus, *l. 6. C. de dol. mal. l. 19. §. 1. de prob.* adeoque & tum *dolus* requiritur, vbi quis sibi ipsi legatum adscribit. *l. 4. §. 6. h.*

4. (III) *Vt tendat in præiudicium tertii: l. 16. §. 2. l. 23. h.* crimen falsi enim non committit, qui testamentum, quod ipso iure *nullum* est, supprimit; *l. 38. §. 6. de pœn.* quamuis falsarius nocere cupiens, *pœna extraordinaria* puniendus. CARPZ. *P. 2. qu. 93. n. 12. 13.*

5. (IV.) *Vt factum eiusmodi expresse a lege notatum sit*, quo ipso differt a crimine *stellionatus* extraordinario, *l. 3. §. 1. stellionat.* ad quod re-

liquæ ſpecies, legibus non notatæ, referri debent. Coercetur autem vel *lege Cornelia* vel *SCtis & Principum conſtitutionibus l. 29. h.*

6. Primario (1) committitur circa *teſtamenta*, intuitu quorum *lex Cornelia* primario lata, poſtea tamen interpretatione prudentum ad quæuis *inſtrumenta* producta. *l. 1. pr. l. 2. 4. 5. D. h.* Committitur ea delendo, celando, reſignando, *l. 2. h.* vel falſum ſcribendo. *l. 1. §. 4. l. 4. 5. h. l. 23. h. &c.*

7. (2) In *iudicio* committitur *a iudice* dolo malo contra leges iudicando: *l. 1. §. 3. h. a teſtibus* falſum teſtimonium deponendo; *l. 1. pr. h. a litigantibus* corrumpendo iudicem vel teſtes: *l. 1. §. 2. h.* ſcienter falſos teſtes producendo: ſcienter vtendo falſi teſtis depoſitione, falſo reſcripto vel conſtitutione. *l. 29. l. f. h. l. 20. C. eod. &c.*

8. (3) In *contractibus* committitur, eandem rem doloſe duobus vendendo: *l. 21. h.* MERILL. *lib. II. obſ. c. 29.* falſas & adulterinas menſuras & pondera adhibendo: *l. 32. §. 1. h. C. C. C. art. 113.* prælato die obligationem pignoris mentiendo. *l. 3. de fid. inſt. l. 28. h.* (4) Circa *ſtatum* committitur ab iis, qui partum alienum ſupponunt: *l. 30. §. 1. h. l. 10. C. eod.* qui ſe pro ingenuis gerunt: *l. 1. C. ſi ſeru. aut. lib ad decur.* qui falſa nomina *ad decipiendum alterum* ſibi arrogant. *l. 13. pr. h.*

9. (5) Inprimis circa *pecuniam* hoc crimen committitur, *l. 8. & 9. l. 19. h.* (α) falſum ſignum ei imponendo: (β) materiam corrumpendo: quan-

(γ) quantitatem detrahendo, vel (δ) alias radendo: (ε) expendendo, vel aliter *societatem criminis* ineundo, sine qua nec *scienter expendentes* falsam monetam pœna ordinaria plectuntur, sed tantum fustigatione. In ipsos monetæ adulteratores pœna *ignis* statuta *in art. III.* ædibus fisco adiudicatis. Qui vero monetam maiorem in minorem conuertit, arbitrarie punitur, & si iussu Domini territorii fiat, ille priuatur iure monetandi, *dict. art. III.*

10. In ceteris casibus pro varietate circumstantiarum pœna *fustigationis* vt plurimum obtinet, quæ aliquando etiam ad *mortem* extendi potest, *l. 22. C. h.* BLVMLACHER. *ad art. 112. const. crim.* læso quoque quoad damnum perpessum succurrendum. vid. *l. 33. de re iudic.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. qui testamentum 2. l. qui ignorans 3. l. quicunque 8. l. lege Cornelia 9. l. si pater 11. l. falsi nominis 13 pr. l. filius 14. pr l. instrumentorum 16. §. 2. l qui falsum 19. pr. l. qui duobus 21. l. quid si falsum 23. l. eos 27. l. si quis obrepserit 29. l. lege Cornelia 30. l. hodie 32.

Ex Codice l. satis 2. l. maiorem 4. l. si iis 11. l querela 12. l. eum 14. l. si creditor 15. l. nec exemplum 20. l. vbi falsi 22. l. Damus 23 l. vlt. *ad l. Cornel. de falsi* l. si testatur 2. l. SCto 3. l. quæ in testamento 4 l. quod adhibitus 5. *de his qui adscribunt in testamento* l. quoniam 1. l. si quis 2. *de falsa moneta* l. vn. *de mutatione nominis.*

Tit. XI. (IX. 27.)

De lege Iulia repetundarum.

1. Lege Iulia REPETVNDARVM tenentur *magistratus vel alii in officio publico constituti, qui pecuniam acceperunt, quo minus vel magis ex officio suo aliquid faciant, l. 1. 3. 4. 6. h.* licet per alios veluti *liberos vxoremue* acceperint. *l. fin. C. h.*

2. Requiritur itaque inprimis *dolus*. Si publicæ personæ citra *corruptionem* accipiunt pecuniam (α) a cognatis vel vxore, *l. 1. §. 1. l. 7. §. 1. h.* vel (ϛ) xenia modica, esculenta & poculenta *publicæ gratulationis* ergo, *l. 6. §. 3. de offic. proconſ. l. 18. de offic. præſid.* hac lege non tenentur. conf. FELTMAN. *in comment. ad cit. l. 18.*

3. Pœna est extraordinaria, quæ aliquando ad mortem extendi potest; *l. 7. §. vlt. h.* imo si extorta sit pecunia, agi poterat in quadruplum, *l. 1. C. h.* quæ pœna etiam in venditores munerum publicorum statuta. *l. vlt. in fin. C. h.*

4. Præterea hac lege Iulia etiam coercentur aliæ species delictorum notatæ in *l. 7. §. 2. h. l. 3. de vocat. & excuſ. mun. l. 10. §. fin. de off. proconſ.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. lege Iulia 3. 4. l. eadem lege 6. §. 1. f. l. lex Iulia 7. §. 3. l. vlt.
Ex Codice l. sciant 2. l. omnes 3. l. iubemus 4.

Tit. XII.

Ad legem Iuliam de annona.

1. QVamuis *Dardanariatus* crimen extraordinarium sit, tamen & lege publica *speciatim* coercentur, *qui illicitis mediis annonam vexant, & defraudant*, in quos pœna 20. aureorum statuta. *l. 2. §. 2. h.* Grauior statuta est *in art. 113. C.C.C.* imo *confiscationis* pœna dictanda secundum *R. I. de ann. 1512. tit. 8. §. 16.*

2. Faciunt quoque contra hanc legem, qui societatem ineunt ad inducendam omnium rerum caritatem. *l. 2. §. 1 h.* Huc speciatim pertinent *monopolia* publicis legibus prohibita, *l. vnic. C. de monop. reform. polit. de anno 1548. & 1577. tit. 18.* contra quæ decernuntur statim mandata S. C. Interim princeps ex *iusta causa* hæc concedere potest. STRVV. *de annona §. 19.*

Tit. XIII.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1103
DFG

Tit. XIII. (*IX. 28. 29.*)

Ad legem Iuliam peculatus, & de sacrilegiis & de residuis.

1. TRia hac lege coercentur crimina. (I) CRIMEN PECVLATVS, quod est *furtum pecuniæ publicæ, ab alio quam eo, cuius custodiæ est commissa, factum. l. 9. §. 2 h. l. 45. §. 13. de iure fisc. l. 1. C de his qui ex publ. rat. l. 8. C. de iur. fisci.* Huius poena erat *aquæ & ignis* interdictio *l 3. h.*

2. Idem quoque dicendum erat, si quid de re ciuitatis subripiatur, *l. 4. §. f. h.* quanquam PAPINIANVS in *l. 81. de furt.* disertis verbis id neget, & *simplex furtum* subesse decidat. vid. BYNKERSH. *lib. IV. obs. c. 3.*

3. Sed hodie hæc controuersia parum nos tangit. Videlicet ideo hæc furti species in *crimen publicum* abiit, quod de iure Romano poena ordinaria furti non adeo dura erat, & sic non videbatur quadrare ad hunc casum. Cum vero hodie fures satis grauiter puniantur, sufficit *ordinaria* furti *pœna.*

4. (II) SACRILEGIVM, quod proprie loquendo est *furtum rei sacræ, l. 9. §. 1. h.* & committitur iuxta *C. C. C. art. 171.* tribus modis (1) *surripiendo rem sacram ex loco sacro:* (2) *rem sacram in loco profano:* (3) *rem profanam in loco sacro.* Poena huius criminis, præsertim quoad primam speciem, exasperata est *in art. 172.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1104
DFG

172. in aliis poena ordinaria dictari solet, *art. 174.* quod eo magis hodie in nostris ecclesiis obtinebit, in quibus res sacræ, in sensu *legum ciuilium* & *iuris canonici*, non dantur. Iure tamen Saxonico poena *rotæ* obtinet ex antiqua hypothesi de *sanctitate interna* rerum sacrarum, quam protestantes tamen non agnoscunt. *Ius prov. Sax. lib. II. art. 13.*

5. Generalius *sacrilegium* prædicatur quoque de iis, qui quoduis sacrum violant, quales sunt contemtores diuini verbi, *l. 1. C. de crim. sacrileg.* hæretici, & blasphema verba eructantes. *l. 4. C. de hæret. l. 3. 4. C. de apostat.* Quin *iure canonico* sacrilegium quoque dicitur, quando sacra coena sub vna specie præbetur. *c. 12. D. 2. de consecrat.* Denique datur etiam *sacrilegium politicum. l. 3. C. de crim. sacril. l. 2. C. de mand. princ.*

6 (III) Crimen DE RESIDVIS, quod committunt hi, quorum fidei pecunia in vsus publicos conuertenda vel alias administranda commissa est, vt tamen dolose ab iis retineatur vel intercipiatur. *l. 2. l. 4 §. 4. h.* Hac lege damnatus amplius tertia parte, quam debet, punitur. *l. 4 §. 5. h.* Ceterum si quis se ærarii publici vel fisci debitorem profitetur, non tenetur hac lege, nisi *post annum* adhuc retinuerit pecuniam. *l. 9. inf. h.*

7. Vtrumque iudicium & *peculatus* & *de residuis* exercetur etiam *aduersus heredem*, sed tamen tantum intra annum, *l. 2. ad L. Iul. repet.* cum in his quæstio principalis ablatæ pecuniæ mo-

moueatur. *l. f. h.* Hodie in tales fisci defraudatores vbique locorum fere speciales poenæ constitutæ sunt. vid. STRYK. *in V. M. h. t. §. 4*

TEXT. NOTAB.

L. lege Iulia 4. l. peculatus 7. l. sacrilegi 9. §. f. 1 vlt. *Ex Codice.* l. qui diuinæ 1. l. disputare 3. *de crim. sacrileg.*

Tit. XIV. (IX. 26.)

De lege Iulia ambitus.

1. AMbire munera in crimen non incidit, maxime si *palam* fiat: sed *clam & furtim collectis & corruptis ciuium votis* munus publicum ambire, in crimen huius legis incidebat; quamuis autor legis toties quoties eundem ambitum in populo exercuerat.

2. Maxime itaque tunc locum habet, vbi votis ciuium *decisuis* munus confertur. Hinc est, quod in *l. 1. h. t.* ICtus dicat, *in vrbe* hoc crimen cessare, vbi ad *curam principis* spectabat, munera conferre; non in *municipiis*, in quibus adhuc votis ciuium munera conferebantur.

3. Neque etiam committitur, si quis aulicis quid promittit, vt votis suis *consultatiuis* vel *commendatione* principem inducant ad munus sibi conferendum; quin ex seculi corruptione in peculiare negotium obligatorium hoc transiit. *l. vn. C. de suffrag.*

4. Poena

4. Pœna huius legis est deportatio. *l. vn. C. h.* In municipiis autem per SCtum crimen hoc puniebatur centum aureis cum infamia. *l. 1. §. 1. h.* conf. præterea *Nou. 8.*

5. Committebatur quoque olim *ambitus crimen*, si quis per corruptionem vel aliis illicitis mediis sacerdotium petebat, *l. 1. §. 1. h.* quod crimen egregie depingitur in *l. 31. C. de episc. & cler.* Canonistæ vero peculiari nomine *Simoniæ* id appellant.

6. Præterea Simonia latius quoque sese extendit, & in genere committitur, *quando pro re temporali rei spiritualis, vel quæ pro tali vulgo habetur, comparatur vel quasi comparatur. Dona* enim *spiritualia* vere talia pecunia comparari nequeunt: ergo delictum præcipue in eo positum est, quod quis ea, quæ vulgo *spiritualia* dicuntur, *interueniente pecunia* sibi acquirere tentat.

7. Pœnæ in iure Can. sunt variæ constitutæ. Inprimis remotio *ab officio sacro* cum infamia dictata est in *l. 31. inf. cit.* quæ etiam in variis ecclesiarum ordinationibus recte est retenta.

Tit. XV. (*IX. 20.*)

De lege Fabia de plagiariis.

1. PLAGIVM est *crimen publicum, quod committitur ab his, qui liberum hominem scien-*

scienter emunt venduntque l. 1. h. vel alio modo alienant, *l. 4. h.* inuitum celant, vinctumque habent libertatis opprimendæ gratia; *l. 6. §. 2. h.* quin etiam intuitu *seruorum* committebatur. *cit. l. 6.*

2. Hoc delictum dicitur capitale; *l. 1. h.* aliquando tamen pro delicti modo coercitum fuit. *l. f. h.* Iure codicis *pœna gladii* dictata est. *l. f. C. h.* Imo & iure diuino. *Deut. XXIV. 7.*

3. Referunt huc quidam *plagium literarium*, saltem vt extra ordinem illud coerceri possit. Verum id admitti nequit; neque etiam definitio criminis huic applicari potest. *Decorum scholasticum* violat talis plagiarius, non publicum commodum.

Tit. XVI. (*IX. 45.*)

AdSCtum Turpillianum, & de abolitionibus criminum.

1. OBiecto *accusationis* absoluto, ad cetera eius capita fit progressus. Inprimis præcauendum erat, ne accusatores *perfide* agerent. Accusatorum enim *temeritas* tribus modis contingere olim solebat. Nam quidam (1) *calumniabantur*, quando falsa crimina *dolose* intendebant, qui præter infamiam *pœna talionis* aflicie-

afficiebantur. *l. 7. & fin. C. de calumn.* Olim *pœna legis Remmiæ* obtinebat, *l. 1. §. 2. h.* per *pœnam talionis* sublata conf. *l. 17. C. de pœn.* BRENCMANN *de L. Remm. exitu.*

2. Quidam (II) *prævaricabantur*, quando vera crimina abscondebant, & partem aduersam adiuuabant, prodita causa, de quibus supra iam actum. *lib. XLVII. tit. 15.* conf. CIC. *lib. I. ad Attic. ep. 2.*

3. Denique quidam (III) *tergiuersabantur*, qui in vniuersum ab accusatione incepta desistebant, citra *abolitionem*, *l. 1. §. 1. & 7. l. 13. h.* quod *SCto Turpilliano* prohibitum erat, sub poena *infamiæ*, & alia extraordinaria. *l. 3. h.*

4. Erat autem ABOLITIO, *legitima potestas desistendi ab accusatione incepta*, quæ fiebat aut (α) *publice*, ob diem insignem aut publicam gratulationem *l. 8. 9. h l. 1. 2. 3. C. de gener. abolit.* Poterat tamen accusator intra *triginta dies* accusationem repetere, alioquin eximebatur accusatus reorum numero. *l. 12. h.* conf. STRYK. *in V. M. h. §. 2.*

5. (β) *Magistratus decreto*, actore postulante, ex iusta causa, *l. 10. pr. h.* quod præsides prouinciæ concedere solebant. *l. 1. §. 8. h.* Aliquando (γ) etiam *ipso iure, ex lege*, fiebat abolitio, accusatore mortuo, vel ex iusta causa impedito, *l. 10. pr. h.* quæ nullum *decretum iudicis* requirebat.

6. Verum hoc sensu *abolitiones* in nostris foris nunquam receptæ sunt, ideoque ad accusationem

continuandam nemo adstringitur, sed iudex, cessante accusatore, *ex officio* inquirere potest. Notior est in nonnullis locis *abolitio diuersi generis*, quæ est *exemtio rei a processu criminali ante definitiuam sententiam autoritate principis & interueniente pretio facta, hoc effectu, quasi nunquam inquisitio mota fuisset*, IO. SAM. STRYK. *disput. de abolit. princip. c. 1 n. 30.*

7. Magnopere hæc differt a *Romana*. Nam (1) tantum *reum*, non *accusatorem* respicit: (2) fluit ex iure *dispensandi* & *aggratiandi*, vt adeoque magistratus subalterni *regulariter* eam concedere nequeant, quippe in quorum arbitrio pœnæ persecutio non est posita. *l. 1. §. 4. h.* Proinde quæ delicta admittunt dispensationem, illa etiam abolitionem. *cit. disp. c. 3.*

8. In eo tamen ab *aggratiatione* stricte dicta differt, quod hæc concedatur post *condemnationem; abolitio* vero ante; vnde etiam in *abolitione* salua manet fama, quæ in *aggratiatione* præsupponitur iam amissa, nec semper restituitur. *l. 7. C. de sent. pass. & restit. & l. f. C. de gener. abolit.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 3. 4. 5. fin. l. ab accusatione 6. pr. § 3. l. abolitio. 8. seqq. l. destitisse 13. l. Lucius Titius 17.

Tit. XVII. (IX. 40.)

De requirendis vel absentibus damnandis

1. Rei in fuga deprehensi non sunt inaudita causa damnandi, *l. 1. pr. h.* sed legitime *requirendi*, vel etiam *conquirendi l. 15. de off. præs.* vel *edictaliter citandi*, vt iis potestas fiat, se purgandi. *l. 1. §. 1. 2. D. l. 1. C. h.*

2. Interim olim bona requirendorum intra annum legitime *obsignabantur*, vt si redirent atque se purgarent, integram rem suam haberent; alias *post annum* bona in fiscum cogebantur. *l. 5. pr. h.* Curandum quoque erat, ne quomodocunque fuga eorum instrueretur. *l. cit. 5. in fin.* Ipsa tamen *defensio* nullo tempore præscribi potest. *l. 4. h.*

3. Eadem *annotatio bonorum* approbata est *iure Carolino*, *art. 206.* magis tamen in hunc finem, (1) ne fugitiui fuga instruatur, & (2) expensæ in inquisitionem faciendæ inde capi queant; non vero (3) iudex vltra eas sibi aliquid ex illis vindicare potest. Vid. *cit. art. 206. in fin.* vbi etiam *modus annotandi* bona fugitiui describitur.

4. In aliis delictis, in quibus pœna ex *bonis* solui vel alias *absens* condemnari potest, hac *annotatione* non absolute est opus, sed mox ad *sententiam definitiuam* proceditur. In grauioribus criminibus in Saxonia *processus banni* locum ha-

bet. Extra eam *trina edictali citatione* proceditur, tandemque contumax, si pœnam in absentem exequi licet, pro *confesso* & *conuicto* habetur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. annus 4. l. vlt.

Tit. XVIII. (*IX. 41.*)

De quæstionibus.

1. REus si negat crimen, legitime conuincendus. Id quod si fieri nequit, interim tamen *valde suspectus* est, de medio asperiori eruendi veritatem cogitandum. Etenim modus, extorquendi veritatem delicti a reo, contumaciter negante, fit per *quæstiones* seu *torturam*. Sunt QVAESTIONES *modus extraordinarius, mediante quo inquisitus admodum grauatus per varios cruciatus adigitur ad confessionem faciendam delicti eius, quod ad minimum meretur pœnam corporis afflictiuam.*

2. A plurimis ob rationes non spernendas tortura reprobatur, quibus hoc patrocinari videtur, quod in *l. 1. §. 23. h. res fragilis, periculosa, & quæ veritatem fallere possit*, dicatur. Sed (1) id primario intelligendum de *tortura Romana*, quæ *seruis* sine *debita inquisitione* infligebatur. (2) Hæc ratio ostendit, iudicem *summa præcautione* in imponenda tortura vti debere, vt multum

tum iudicis arbitrio, humanitati & prudentiæ addicto, sit relinquendum. Neque enim in totum, stante *processu criminali*, quo hodie vtimur, eliminari e republica potest, cum dentur homines nequissimi, qui omnem sensum humanitatis deponentes, vix per extrema tormenta ad confessionem faciendam adigi possunt, quod notissimum exemplum de colluuie furum & latronum, in ducatu Cellensi punitorum, probat.

3. Ante omnia iudex in tortura dictanda (1) *rationem personæ habere debet;* quædam enim (α) ob *priuilegium* torqueri nequeunt, quo pertinent in dignitate summa constituti, vt episcopi & presbyteri, *l. 8. C. de episc. & cleric.* milites, *l. 8. pr. C. h. l. 3. §. 1. de re milit.* nobiles, & eorum liberi, *l. 11. C. h.* decuriones, *l. 11. 17. C. h. l. 33. C. de decur.* doctores & professores, *l. 6. C. de prof. & medic.* exceptis criminibus atrocissimis. *l. 3. 4. C. ad l. Iul. mai. l. 10. §. 1. h. l. 11. 16. C. h. l. 4 §. 4. C. de hæret. l. 10. C. de dignit. l. 7. C. de malef. & mathem. l. 21. C ad L. Cornel. de falsf.*

4. Verum hodie hæc priuilegia vix attenduntur in criminosis, cum *ius Carolinum* neminem a tortura excipiat, quod tunc imprimis dicendum, si *princeps* cognoscit de delicto: inferiori magistratui consensum principis prius implorandum esse censet BRVNNEM *proceff. inquis. cap. 8. membr. 5. n. 24.* quod vtique tutius est.

5. Quidam torqueri prohibentur (e) ob *corporis infirmitatem* vel aliam conditionem, vt prægnantes vxores, *l. 3. de pœn.* decrepiti, & alii valetudinarii. Ita enim reus torquendus, vt saluus vel *innocentiæ*, vel *supplicio* seruetur. *l. 7. h. C. C. C. art. 59.*

6. (II) *Rationem habere debet delicti imputati.* Neque enim ob aliud crimen imponi potest, quam cui vel *mortis* vel *afflictiua* corporis pœna imponenda, *art. 8.* CARPZ. *pr. crim. p. 3. qu. 119. n. 11.* ne modus procedendi sit durior ipsa pœna. Territio etiam ob *leuiora crimina* dictari solet.

7. (III) *Certus sit iudex de corpore delicti. art. 6. l. 1. §. 24. ad SCtum Silan.* In delictis tamen *facti transeuntis* & *occultis* sufficit de eo constare per *vrgentes coniecturas.*

8. (IV) *Sollicitus sit, an alia ratione de crimine commisso constare possit.* Est enim tortura *modus extraordinarius. l. 1. pr. l. 8. h. l. 12. C. eodem.* Si aliter conuictus sit, reus vlterius torquendus non est, licet delictum pertinaciter neget, sed statim condemnandus. *art. 22. & 69. 78. l. 16. C. de pœn.* ZOES. *h. n. 5.*

9. (V) *Rationem habeat indiciorum*, quorum grauitatem prudenter perpendat. Debent vero esse (1) talia, *quæ ratione humana iudex assequi potest.* Ideoque cruentatio, impositio suspectæ de magia in aquam &c. merito reprobantur. CARPZ. *pr. crim. p. 3. q. 122. n. 28. & 69.* ZOES. *h. n. 37. 39.*

10. (2)

10. (ε) *Legitima*, *art. 20.* seu *iure approbata*, vel quæ alias *reum* valde *grauant* atque *semiplenam* ad minimum constituunt probationem. Sic itaque nemo torqueri potest ob diffamationes nudas fagarum; alias iudex eo nomine tenetur. *art. 20.*

11. Sunt autem legitima indicia, vel singulis delictis *propria*, quæ conuenientibus locis adducta sunt: vel *communia*. Hæc vel ita comparata sunt, vt singula non sufficiant, & *remota* dicuntur: vel vt sufficiant, & *proxima* vocantur.

12. Ad *remota* pertinet (α) *fama* seu diffamatio, quando reus est homo suspectus, & fama ortum traxit a viris fide dignis. *art. 25.* Plura huc requirunt COTHMANN. *vol. 1. respons. 12. n. 167. sqq.* STEPHAN. *ad art. 25. n. 2.* quæ tamen raro coniunctim adsunt.

13. (ζ) *Fuga*, modo absentiæ non possit dari ratio, & fugitiuus sit suspectus. Eo magis vero grauat, si *modo* & *tempore insolito* facta est. (γ) *Conuersatio cum malis*; modo non possit legitimas allegare causas. (δ) *Deprehensio in loco suspecto*, vbi crimen commissum. *art. 25.*

14. (ε) *Antecedentes inimicitiæ capitales*, *art 25.* cuius exemplum refertur in *art. 26.* (ζ) *Præcedentes minæ*; *art. 25.* modo factæ sint ab eo, (a) qui illas exequi consueuit: (b) respiciant certam speciem delicti, illudque subsecutum sit. *art. 32. & 44.*

15. (η) *Inculpatio moribundi*, *art. 25.* modo ex iusta causa facta, quæ tamen *per se* non sufficit ad torturam, saluo tamen iudicis arbitrio. CARPZ. *part. 3. q. 120. n. 54. seqq.* KLEIN. *de in- & exculpatione moribundi.*

16. Ad *proxima* indicia, quorum singula ad torturam sufficiunt, pertinent sequentia: (a) *quando res inquisiti, deperdita in ipso actu criminis, inuenta est in loco, vbi crimen commissum*, simulque constat, inquisitum ibidem adfuisse. *art. 29.* (b) *si crimen ipsum semiplene probatum. art 30.*

17. (c) *Si socius criminis de torquendo legitime confessus sit*, vbi supponendum iuxta *art. 31.* (α) vt interrogatio de sociis *generaliter*, (ε) in *tortura* facta sit: (γ) de omnibus circumstantiis: (δ) vt nullas simultates socius cum altero foueat: (ε) vt nominatus a socio criminis sit homo suspectus: (ζ) vt nominans in nominatione socii perseueret. conf. TABOR. *de confrontat. P. 4. c. 2. §. 9.*

18. (d) *Confessio extraiudicialis*, modo (α) constet de delicto perpetrato: (β) quo animo prolata fuerit? (γ) spontanea sit: (δ) specialis: (ε) confitens suspectus sit. *art. 32.*

19. Hæc vero indicia (3) debent esse *legitime probata*, *art. 20.* per duos testes, nec (4) a reo elisa. *art. 28.* Etenim in *art. 47.* iudicibus iniunctum est, vt ante torturam reos admoneant, vtrum suam innocentiam deducere velint? cum pro hac iudex *ex officio* sollicitus esse debeat.

20. (VI)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1116
DFG

20. (VI) His accurate perpensis, *iudex tandem pronunciare debet interloquendo*, de *tortura* vel *territione* inquisito applicanda. *Hæc* quidem decernenda, si indicia ad torturam non sufficiunt, & persona tamen *quodammodo* suspecta sit: *illa* vero, si legitima adsint indicia, vbi quoque in sententia *gradus torturæ* exprimendus. Si ab *extraneis ICtis* sententia fertur, adduntur interrogationes, super quibus examinandus.

21. Non tamen *præcise* necessarium est, desuper *ICtos extraneos* consulere, vti nec eo casu, quando *sententia definitiua* ferenda est. Quamuis enim in *Carolina sanctione quinquagies septies* hoc inculcetur; id tamen pro ratione temporis intelligendum, vbi *criminalia iudicia* tot assessoribus & eruditis viris non erant stipata, vti hodie tribunalia principum. Ceterum, vbi adhuc assessorum copia deficit, vti in plerisque nobilium iudiciis, transmissio necessaria est.

22. (VII) Vbi, facta *publicatione*, torquendus reus, *certus dies ei præfigendus*, *art. 45.* & plerumque *vespertinum* vel *matutinum* eligitur. Hoc adueniente, secundum *art. 46.* placide in *loco iudicii consueto* inquisitus compellandus est ad confitendum crimen, & tandem comminatio de torquendo adiungenda.

23. (VIII) Reus in *negatione* præfracte subsistens, ad locum torturæ deducendus, atque præsente *iudice*, *scabinis* & *actuario* iudicii torquendus eo modo, qui in sententia expressus. Vulgo

enim tres gradus ſtatuuntur, qui variant tamen in quibusdam locis.

24. (IX) In ipſa tortura (α) rationem habeat *membrorum inquiſiti*, ne torqueatur in ea parte corporis, quæ non eſt ſana: *art. 59 l. 7. h.* (ε) *humanitatis:* (γ) *tormentorum:* inuſitata enim (quorſum refero *inſtrumentum megapolitanum*) adhiberi nequeunt: conf. HVBER *h. §. 6.* (δ) *temporis*, vltra horæ ſpatium extendi regulariter non debet: (ε) *modi*, ne diuidatur, ſed vno contextu applicetur. Interim multum committendum *arbitrio* iudicis prudentis. *art. 58.* WILDVOGEL. *diſſ. de arbitr. iudicis circa tortur.*

25. (X) Pendente in tortura inquiſito, *interrogandus eſt generaliter, vtrum confiteri velit nec ne?* Ceterum, ſi vel maxime ſub ipſa tortura delictum confiteatur, ab actuario confeſſio talis non eſt protocollo inſerenda, ſed prius ei relaxanda ſunt tormenta. *art. 58.*

26. (XI) Relaxatis tormentis, ſi confiteri promittit, *rite examen faciendum;* vbi cauendum, (a) *ne inquiſito ſuggerantur a iudice circumſtantiæ*, ſed *generaliter* interrogatio inſtituatur: *l. 1. §. 21. h. art. 56.* confeſſio ad *ſuggeſtionem* elicita non grauat inquiſitum.

27. (b) *Vt de omnibus cauſæ circumſtantiis interrogetur*, quod exemplis declarat CAROLVS V. in *art. 48 ſqq.* Generaliter de iis interrogandus, *quæ innocens nec fateri nec ſcire poteſt. art. 53.* (c) *Vt ordine annotentur iuxta confeſſionem*

nem inquisiti, *art. 53. inf.* (d) Postea iudex in veritatem circumstantiarum, confessione manifestatarum, inquirat. *art. 55. 56.*

28. (XII) Tandem *ratificari confessio debet*, quod fit, si comprobantur & repetuntur ab inquisito ea, quæ antea confessus est, quod & in territione necessarium est. Fiat autem ratificatio (α) *extra locum torturæ*, *art. 56.* seu in iudicio: (β) *ex interuallo, cit. art.* quod ex tormentorum perpessorum qualitate æstimandum: (γ) rite & exacte ratificatio *consignanda. cit. art.* Hac ratificatione facta ad condemnationem properandum. *art. 60.*

29. Ratificatione non facta, reiteratur etiam *tertia vice* tortura, vel potius *plene* iudex eam exequitur, si iustas suæ reuocationis causas allegare nequit. *art. 57.* Quod si in ipso *articulo executionis* retractat confessionem, executio non statim facienda, vti putat CARPZ. *pr. crim. qu. 126. n. 62.* sed potius iuxta *art. 91. C.C.C.* illa differenda, & acta denuo transmittenda.

30. (XIII) Si reus sub tortura persistit in negando, eo ipso purgata sunt indicia, & *definitiue* regulariter absoluendus, *l. 9. de calumn. art. 61.* nisi tales prægnantes adsint circumstantiæ, quæ diuersum suadeant ob *vtilitatem publicam*, cuius rei exemplum sistit BODIN. *diss. de vs. & abus. tort. §. 20.* Hoc casu etiam iudex sportulas pro carnifice, ministris & custode carceris sustinere debet. *art. 61.* Sed in *processu inquisitorio* hodie tortus

tortus expensas processus soluere tenetur, STRYK. *in V. M h. t. §. 15.* vel eo interim defuncto, eius heredes, vt pronunciauit Facultas iurid. huius loci *mens. Nou 1714.* Conf. diss. *de expens. criminal. c. 8. X. de iuiur. & damn. dat.*

31. Aliquando tamen etiam hoc casu repeti potest *inquisitio* & *tortura* propter *noua* reperta *indicia*; *l. 18. §. 1. h.* modo (α) ad illa non iam ante fuerit examinatus: (β) illa genere differant a prioribus: (γ) & quidem talia sint, quæ per se ad torturam sufficiunt. *art. 61.*

TEXT. NOTAB.

L. in criminibus 1. pr. §. 1. 2. 7. 10. 17. 21. 23. f. l. quæstionis modum 7. l. Edictum 8. l. Diuus 9. l. de minore 10. §. pœn. l. vnius 18. pr §. 1. pen. l maritus 20.

Ex Codice l. sicuti 4. l. milites 8. l. Diuo Marco 11. l. decuriones 16. l. nihil. 17.

Tit. XIX. (IX. 47.)

De pœnis.

1. POENA, definiente GROTIO, est *malum passionis, quod infligitur ob malum actionis.* Vel plenius: *est propositio mali seu dolor, quem propter delictum commissum infert superior inferiori inuito, in emendationem tum delinquentis tum totius Reipubl.* THOMAS. *iurispr. diu. l. 3. c. 7. n. 28.* Eatenus differt (α) a *vindicta*, quæ non

non intendit *emendationem*, & a *pari* exercetur, atque in *statu ciuili* regulariter reprobata est. *l. 14. C. d. iudæis:* (β) a pœna *conuentionali*, quæ magis *interesse pecuniarum* tangit: (γ) *a correptione amica*, quæ solam emendationem alterius, & quidem proprie dictam, pro scopo habet, & ex mero amore proficiscitur. (δ) *Correptio iudicis*, eine Weisung, magis pœnæ species est. *l. 20. de his qui not. infam.*

2. Finis pœnarum est tum *salus & tranquillitas publica*, tum *ipsius delinquentis* correctio. *l. 20. h.* Illa *semper* intenditur. Hæc *sæpe*, scilicet quoad pœnas non-capitales: vnde & morte delinquentis pœna cessat ordinarie *c. l.* In *capitalibus* finis vnice tendit ad *tranquillitatem reipubl. conseruandam*, vt alii hoc deterreantur exemplo, adeoque medium cogendi est, detinendi ciues in officio. *l. 1. D. de iust. & iur.* Inde formula: Ihm zur wohlverdienten Strafe, andern aber zum Exempel ꝛc.

3. Ex varietate delictorum varia oriuntur pœnarum genera. Generatim (α) *de iure Romano* pœna est vel *ciuilis*, qua actor ad pœnam sibi applicandam agit, consistitque in *præstatione pecuniaria;* vel *criminalis*, qua fiscus eandem irrogat, sibique & reipubl. inde satisfacit. (β) De *iure Germanico* pœna *ciuilis* est, quam magistratus inferiori iurisdictione munitus decernit: *criminalis*, quam iurisdictione superiori præditus imponit.

4. Hoc

4. Hoc respectu iterum est vel *capitalis* vel *non capitalis*. Illa vita *naturalis* vel *ciuilis* adimitur. *l. 2. h. l. 103. in f. de V. S.* Huius sunt variæ species: (α) *legibus probatæ:* gladius, laqueus, rota, culeus, seu hodie suffocatio, ignis, dissectio in quatuor partes, condemnatio ad metallum, exilium, bannum imperii &c. (β) *Legibus reprobatæ*, relatæ in *l. 8. §. 3. 9. l. 25. §. 1. h. l. 10. de interdict.* ANTON. MATTH. *de crim. h. t. c. 1. n. 4.* (γ) Per *desuetudinem* abolitæ. CARPZ. *pr. crim. qu. 128. n. 15. sqq.*

5. *Non capitalis* meram coercitionem *corporis* vel *famæ* defectum vel *bonorum* diminutionem &c. continet. Huc præter alias refero (1) *recantationem* in iniuriis atrocibus imponi solitam: (2) *carcerem*, qui de *iure ciuili* non obtinuit, *l. 8. §. 9. l. 35. ff. l. 6. C. h.* sed *iure canonico* clericis immorigeris dictatur, der Priesterl. Gehorsam, postea ad *iudicia secularia* tractus, & quidem vel *cum* vel *sine carena. c. 3. de pœn. in 6.* Præterea huc refero (3) *pœnitentiam ecclesiasticam*, quæ hodie magis *pœna*, quam *pœnitentia* est: (4) *impositionem cœlibatus* &c.

6. In pœnis infligendis ratio est habenda (I) *iudicis*. Prout enim hodie iurisdictio est vel *alta* vel *bassa*, eatenus etiam pœnas infligendi ius variat. Qui hanc habet, certas species tantum potest dictare, *carcerem*, *mulctam*, item das Halseisen. Mores tamen vbique non sunt

iidem. Qui *illam*, omnes ſpecies pœnarum, *ordinarias* tamen, imponere poteſt. Iudex *eccleſiaſticus* pœnas tantum *eccleſiaſticas*, iure canonico determinatas, imponit, non *criminales*; ſed vbi hæ infligendæ, delinquentes brachio ſeculari traduntur.

7. (II) *Pœna infligenda ipſi delinquenti*, non aliis: *l. 22. C. h. l. 2. quod quiſque iur.* vnde ne quidem liberi maculam exinde ſentire debent. *l. 26. h. l. 20. C. h. J. P. S. lib. II. art. 17.* Ceterum quod in *crimine maieſtatis* aliud obtineat, *l. 5. C. ad L. Iul. mai.* id exorbitans eſt, nec in conſequentiam trahendum. vid. tamen *l. 4. §. 2. de offic. proc.*

8. Vnde (α) *morte* tollitur pœna, *l. 20. inf. h.* niſi crimen ſit atrociſſimum, vbi aliquando, in deteſtationem nefandi facinoris, adhuc in cadauera ſæuitur, quale exemplum in *crimine perduellionis* occurrit.

9. (β) Heres alieni criminis ſucceſſor non conſtituitur. *l. 26. h.* COCCEI. *de oblig. hered. ex delict. def. S. 4. §. 1. ſqq.* Res tamen diſtinctione indiget. In *ciuilibus* pœnis heres *poſt litem conteſtatam* tenetur in ſolidum; *l. 26. l 33. l. 58. de O. & A. l. 29. de nouat.* non vero ſi ante eam mortuus ſit, vt ne quidem ad *reparationem damni* de *iure ciuili* teneatur, niſi *locupletior* factus ſit. De *iure canonico* tamen indiſtincte tenetur. *c. f. X. de ſepult. c. 2. X. de pignor.*

10. In *criminalibus* aut reus iam condemnatus est, aut non. Priori casu, si quidem pœna ex *bonis defuncti* soluenda fuit, heres tenetur. *l. 20. de accus. l. pen. C. si reus vel accus.* MEV. *5. D. 393.* COCCEI. *cit. l. §. 30. sqq.* Si in aliam pœnam corporis afflictiuam vel vltimi supplicii condemnatio facta, heredes non tenentur. *l. 3. l. seqq. C. si reus vel accus. mort. l. 26. de pœn.* Si non est condemnatus, itidem pœna heredes grauare nequit. COCCEI. *cit. loc.*

11. Ceterum si reus sibi mortem conscíuit conscientia criminis eiusmodi, quod *publicationem bonorum* meretur, itidem heredes tenentur, ac si defunctus iam esset condemnatus, *l. pen. C. si reus vel accus.* quo & alia specialia crimina spectant. *l. f. ad L. Iul. Mai. l. 4. §. 4. C. de hæret. l. 2. ad L. Iul. repet. l. f. ad L. Iul. pecul.*

12. (III) *Pœna proportionata delicto infligenda.* Iudex enim (α) inprimis rationem habere debet circumstantiarum, *causæ, loci, personæ, temporis, qualitatis, quantitatis, euentus &c.* ex quibus *delicti quantitas* recte æstimari potest. *l. 16. §. 1. sqq. h.* (ℭ) Aequilibrium in *pœnis inprimis arbitrariis* seruare debet, *ne quid aut durius aut remissius constituat. l. 11. pr. l. 13. l. 30. h.* Hinc pœnam legibus statutam mitigare non potest, nisi quatenus *mitigatio* lege speciatim concessa. conf. *l. 8. in f. C. ad L. Iul. de vi.* ZOES. *h. n. 9. 10.* Huc pertinet, si diutino tempo-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1124
DFG

pore quis *carcere* detentus fuit: *l. 23. C de pœn.* si innocens pro adultera *interceſſit*, quia ſic pœna mitiganda eſt; *l. 25. pr. h. numerus liberorum. l. 7. §. 3. de bon. damn.*

13. (IV) Tandem *pœna dictata legitime exequenda*, in quo actu pro diuerſitate pœnarum peculiaria adhuc requiſita ſunt obſeruanda. Inprimis in vltimis ſuppliciis (1) *mature condemnato mortis ſupplicium indicandum*, vt ad mortem ſe præparare poſſit, *C. C. C. art. 79.* imo alia ſcitu neceſſaria iuxta *art. cit.* obſeruanda.

14. (2) *Non diu differendum ſupplicium; l. 5. C. de cuſtod. reor. l. 18. C. h.* licet ſubterfugia quærat; *l 6. pr. h.* quo ipſo tamen neceſſarium ad *pœnitentiam* tempus, quod ad *triduum* non præciſe reſtringendum, ipſi non auferendum. Aliquando tamen ex iuſtis cauſis differendum ſupplicium, veluti (α) ſi mulier ſit prægnans: *l. 22. l. 3. h* MENAG. *in amœn. iur. c. 22.* (β) ſi princeps ſeueriorem pœnam ex iracundia ſine *debita cauſæ cognitione*, & ſic per *nudum præceptum*, dictauit: *l. 20. C. h.* cuius notabilem applicationem in *laniena pariſienſi* refert ANTON. MATTH. *de iure gladii c. 38 p. 655.* (γ) ſi ob *ſocios criminis conuincendos* vtile videatur, vt differatur ſupplicium. Denique (δ) huc referunt, ſi ſingulari artificio inſtructus ſit reus per *l. 31. pr. h.* Verum hic textus potius loquitur de remittendo Romam *condemnato ad beſtias*, vt populo Romano ſpectaculum præbere poſſit &c. ENGELBR. *ad D. h. §. 96.*

15. Quæ alias in ipsa executionis die solennia attendi debeant, non sunt vnius eiusdemque naturæ, sed maxime variant. Plerumque de nouo instituitur *imaginarium iudicium criminale*, das hochnothpeinl. Halsgericht, necessarias partes iudicii antea peracti continens, cuius requisita in qualibet regione in vulgus nota sunt. vid. Keyser *in praxi crimin. P. 1. p. 889. sqq.*

16. Atque hæc obtinent, si præsens sit delinquens. *Absens* ordinarie condemnari non debet, *l. 5. pr. h.* nisi talis pœna infligenda, quæ & *absenti* infligi possit, veluti, pecuniaria, infamia, relegatio, in effigie. *c. l. 5.* vid. STRVV *de execut. in effigie.* Si *capitalis*, processus suspenditur: alicubi tamen tandem pro *confesso & conuicto* habetur, pronunciaturque, eum *dignum* esse, qui capitis supplicium luat.

TEXT. NOTAB.

L. 1. prægnantis 3 l. relegati 4 l. absentem 5. l si quis 6. pr l. aut damnum 8 §. 1 6. 7 9. l. moris 9 pr. §. 4. 5. 9. 10. l. in seruorum 10. § 2 l. perspiciendum 11. l. hodie 13. l. quædam 14. l. cogitationis 8. l si non defendantur 19. l si diutino 25. l. crimen 26. l. diui 27. pr. l. capitalium 28. pr. §. 10. l. ad bestias 31. l mandatis 35. l. in dardanarios 37. l. si quis 38. §. 1. 5. f. l. Cicero 39. l. Metrodorum 40. l. pen.

Ex Codice. l. incredibile 6. l. impunitas 7. l. decurionum 12. §. 1. l. pœnam 15 l. qui sententiam 16. l. siquis 17. l. cum rei 18. l. si vindicari 20. l. sancimus 22.

Tit.

Tit. XX. (IX. 49.)

De Bonis damnatorum.

1. BOna *condemnatorum* olim publicabantur, vt tamen aliquando ex ratione *miserationis* liberis relinquenda esset *legitima. l. 7. h.*

2. *Iure nouellarum* hoc eatenus immutatum, vt *descendentes* quidem in infinitum; *ascendentes* vero & ex *latere* venientes vsque ad tertium, gradum *succedant*, *N. 134. c. vlt. auth. bona damnatorum. C. h.* excepto crimine *læsæ maiestatis*. *Iure* vero *Carolino art. 218.* successio heredibus reseruata videtur, exceptis iis casibus, vbi *specialim* & *principaliter* quoque pœna confiscationis est statuta. vid *Policey-Ordnung de anno 1548. & 1557.* BRVNN. *ad cit. auth.*

3. Ceterum vbi confiscationis pœna dictatur, tantum illa bona fisco cedunt, quæ ad *heredem extraneum* transire possunt. Neque enim comprehenduntur feudalia, fideicommissaria, peculium filii, *l. 3. C. h.* bona emphiteuticaria ecclesiastica &c. nec *postea acquisita; l. 22. §. 5. mand.* nisi condemnatus *proscriptus* sit. *l. 2. C. de bon. deport.*

TEXT. NOTAB.

L. cum ratio naturalis 7. pr. §. 3.
Ex Codice. si filius tuus 3. auth. bona damnatorum.

Tit. XX. (*IX. 52.*)

De bonis eorum, qui ante sententiam mortem sibi consciuerunt, vel accusatorem corruperunt.

1. QVi ante sententiam manus violentas sibi inferebant, tum etiam qui accusatorem corruperant, pro *confessis* & *condemnatis* habebantur, adeoque horum quoque bona *nonnunquam* publicabantur. *l. 3. pr. h. l. 1. 2. C. h.* Primo casu necesse erat, (I) *vt talis delicti reus esset, ob quod morte naturali vel ciuili plecti debebat. l. 3. §. 3. h.*

2. (II) *Vt constaret, eum criminis conscientia sibi manus intulisse.* Qui vel tædio vitæ vel impatientia doloris mortem sibi consciuerat, ex *Stoicæ philosophiæ* principiis non peccauerat. *l. 3. §. 6. h.* MERILLIVS *lib. I. obs. c. 23.*

3. (III) *Vt heredes innocentiam defuncti defendere non possent.* Audiendi enim erant, si poterant eius innocentiam probare. *l. 3. §. f. h.* Alias bona fisco cedebant, quod etiam *iure Carolino* repetitum ad *art. 135.* eo in casu, quo *pœna capi-*

capitalis cum confiscatione bonorum est constituta conf. *J. S. P. lib. II. art 31*

4. Ceterum αὐτοχειρίαν *attentatam* apud Romanos non plane impunitam fuisse, si *sine causa* fieret, satis apparet ex *l. 3. §. 6. h.* Qui enim sibi non pepercit, nec aliis parcet. conf. BYNKERSHOEK. *lib. IV obs. c. 4.*

5. Sed repudiatis *sectæ Stoicæ* principiis, inter Christianos αὐτοχειρία merito reprobatur; vnde etiam hodie cadauera eorum *ecclesiastica* priuantur *sepultura*, consideratis tamen circumstantiis, quas suggessit CAROLVS *in cit. art.* Videndum enim, vtrum quis sibi mortem conscinerit ex *magna melancholia*, *impotentia animi*, morbi rigore, an vero ex *pessimis* & *friuolis causis?* nam his tantum propria est *sepultura ignominiosa* Ceterum in dubio (1) nemo præsumitur sibi mortem violentam attraxisse: (2) multo minus *studio & destinato consilio.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. qui rei postulati 8. §. 4. 6. vlt.

Tit. XXII.

De interdictis & relegatis & deportatis.

1. INTERDICTIO varium in finem fieri potest. (α) Interdicitur alicui *aduocationi* vel in tempus vel in perpetuum: *l. 9. pr. de pœn.* (β *foro*, si interdictus ab omnibus forensibus negotiis abstinere debet: *l. 9. §. 4. cit.* (γ) *negotiationibus*: *l. c. §. 9. 10.* (δ) *ordini*: *l. 7. §. 20. h.* (ε) *adspirationi ad dignitates*: *c. l. §. 21. h.* (ζ) *loco*, *l. 7. §. 10. seqq. h.* vel ne *ex certo loco* in publicum procedat. *l. 9. h.* &c.

2. Inde originem traxit *interdictum ecclesiasticum* in *iure canonico*, vbi sistuntur ad certum tempus omnia ad cultum diuinum publicum pertinentia, præter illa, quæ speciatim excepta sunt.

3. RELEGATIO est *species cuiusdam interdictionis*, quia relegatis reuera certus locus vel prouincia interdicitur, ex qua exire iubentur, vel etiam certo loco egredi prohibentur, *l. 7. §. 17. h.* quæ species *confinatio* dicitur. *l. 4. h.*

4. Ab hac relegatione differt *exilium* seu DEPORTATIO. Nam (α) hæc aufert *vitam ciuilem* & sic omnia iura, non *relegatio*. *l. 4. l. 7. §. 3. h. l. 17. §. 1. de pœn.* (ϐ) Hæc semper fit *in perpe-*

perpetuum; sed non *relegatio*, quæ etiam ad tempus fieri potest, *l. 7. §. 2. h.* (γ) Hæc bonorum amissionem post se trahit, non *relegatio*, *l. 4. h. l. 7. inf. de cap. minut.* Iura tamen gentium deportato salua manebant. *l. 15. h.* Denique (δ) exul ab omnibus Romani orbis finibus exclusus erat, non *relegatus*, qui certo tantum excludebatur loco.

5. Pœna *exilii* rarior est, relegationis frequentior, quæ tamen hodie ab *emigratione* discernenda. Illa iterum vel ad *tempus* vel in *perpetuum* infligi solet. Obstringuntur præterea relegati communiter *vrpheda*, qua iurato promittunt, se *intra tempus relegationis* reuersuros non esse. Hanc si violauerint, absciſſione digitorum puniuntur. *C. C. C. art. 108.*

6. Extendit se ordinarie relegatio ad *districtum relegantis*, *l. 7. §. 10. h.* adeoque nobiles vltra suum districtum relegare nequeunt: nomine principis autem relegantes, veluti præfecti, ex *tota prouincia* condemnatum eiicere possunt. CARPZ. *pr. crim. qu. 130. n. 26.* Interim quod *directo* facere non licet, *per indirectum* fieri potest, postquam eiiciendi obstringi possunt iuramento, ne intra certa milliaria commorentur, quamuis illa territorii limites excedant.

7. Qui *sententiæ* parere & *vrphedam* præstare recusat, durioribus carceribus ad hoc adigitur, imo tandem, continuata contumacia, per lictores deduci solet ad limites loci, ex quo re-

legandus, vbi simul carnifex in animam iurare nolentis *vrphedam* præstat, & relegatio per *publicum proclama* omnibus manifestatur, constituiturque, eum in posterum pro relegato habendum & ab omnibus eo in loco vitandum esse. CARPZ. *cit. l. n. 38 sqq*

TEXT. NOTAB.

L. Exilium. 5. l. Relegatorum. 7. §. 10 l. potest præses. 9. Reliqui textus, qui sequuntur & literis, vt vocant, *versalibus* expressi sunt, non sunt authentici.

Tit. XXIII. (IX.51.)

De sententiam passis & restitutis.

1. EXules & relegati sæpe *ex causa* restituuntur. RESTITVTIO est *indulgentia principis, qua hi, qui sententiam exilii similemue passi sunt, & reuera pœnam promeritam adhuc sustinent, in priorem statum restituuntur. l. 13. in f. C. h.* Habet itaque locum (1) *in pœnis tractum successiuum temporis habentibus;* vt exilii, relegationis, carceris perpetui, vel (2) vbi *alias res potest redintegrari*, vt in confiscatione bonorum.

2. *A simplici pœnæ infligendæ remissione* in eo differt, quod hæc locum habeat in pœnis quibuscunque omnem restitutionem excludentibus,

bus, vt mortis, & sic pœnæ *executionem* antecedere debeat.

3. Restitutio (I) *a principe concedenda.* Est enim species *iuris aggratiandi*, soli principi competentis, adeoque ab *inferiori* magistratu, qui *iure territoriali* destituitur, fieri nequit. Imo & si ex capite *innocentiæ* damnatus restituendus, olim ex *principis decreto* sententiam suam præses demum mutare poterat, *l. 1. §. f. de quæst.* ne *actum gratiæ* sub specie *restitutionis iustitiæ* exerceret. Hæc tamen *hodie* facilius magistratibus, criminali iurisdictione gaudentibus, tribui potest, actis ad extranea collegia transmissis.

4. (II) *Ex iusta causa*, cum *spes impunitatis nutrire soleat pestilentiam in subditis. clem. 1. de celebr. miss.* (III) *Absque præiudicio tertii*, cui ius suum, in quo læsus est, non auferendum.

5. Restitutio *gratiæ*, prout a principe facta, ita etiam sententiam passis prodest. Alia enim est *plena*, quæ priorem *statum*, *honores* & *bona* plene restituit, *l. 2. 7. 9. C. h.* præter α) fructus perceptos, & β) bona a fisco alienata, ne tertio noceat. *l. 2. §. 10. ne quid in loco publ.* ZOES. *h. n. 7.* Alia *minus plena*, quæ *solius pœnæ remissionem* indulget, ad iura autem amissa non dat regressum, *l. 2. C. h.* quæ *in dubio* intelligitur facta. *c. l. 2.*

6. In *plena* itaque (1) testamentum, deportatione irritum redditum, reuiuiscit: (2) redit patria potestas in liberos, *l. 6. C. h.* vt tamen a liberis interim gesta rata sint: *l. 13. §. 1. C. h.* (3) ius

succedendi reuiuiscit, adeo vt si interim occasione pœnæ alteri hereditas tantum sit *delata*, non vero per *additionem* acquisita, quæ condemnato debuisset deferri, illam quoque restitutus adire possit, quia adhuc res est integra. ZOES. *h. n. 11.*

7. Verum restitutio *ex capite iustitiæ* omnia restituit cum *omnibus fructibus* & *rebus* iam *alienatis* ceterisque iuribus, quia cum pœnam passus non deliquerit, nullo modo etiam pœnam aliquam sustinere debet.

TEXT. NOTAB.

L. si deportatus 2
Ex Codice. l. cum patrem 2. l. si ademtus. 5. l. in insulam. 6. l. in quæstione. 13. pr. §. 14.

Tit. XXIV.

De cadaueribus punitorum.

1. CAdauera *punitorum* de iure Romano non solebant sepeliri, teste SVETON *in Aug. c. 13.* nisi (α) sepultura *petita*, & (β) *permissa*; denegari enim aliquando poterat ob criminis atrocitatem. *l. 1. h.* Inprimis autem agnatis petentibus corpora non erant neganda, imo etiam ex *humanitate* aliis, *l. f. h.* quod exemplo *Iosephi ab Arimathia* declaratur.

2. Ple-

2. Plerumque hodie denegari solet sepultura his, qui *rotis* imponuntur, vel *patibulis* suspenduntur *extra vrbem*; neque, si grauitas criminis subsit, hoc quandam iniquitatem continet, cum etiam Deus in pœnam atrocitatis aliquando hoc constituit.

3. Aliquando etiam ad *anatomiam publicam* cadauera concedi solent, non aliter tamen, quam auctoritate principis, vel *speciali*, HAHN. *ad W. b.* vel *generali* sanctione, vti in Saxonia Electorali per speciale decretum de Anno 1662. factum. vid. HOFFMANN. *diss. de Anatom. publ.*

Lib. XLIX. Tit. I. (VII. 61. 62. 70.)

De appellationibus & relationibus.

1. DVo sunt capita huius tituli. Agitur enim primo de RELATIONIBVS, quæ erant *remissiones causarum ad principem, vt princeps, quid pronunciandum esset, statueret, l. 1. 2. 3. C. b.* vid. MERILL. *lib. II. obs. c. 7.* Olim enim ob *sectas ICtorum* ius admodum *incertum* erat: inde recurrendum ad principes, qui *suis rescriptis* controversias decidebant, ad quas in LL. ICti vbique prouocant. Enimuero post *compilationem*

nem Iustinianeam hæ *iure Nouellarum* prohibitæ sunt. *Nov. 125. c. 1.* Hodie ex *iure canonico* rursus receptæ, inprimis autem tunc permissæ, quando de puncto iuris dubio *authentica interpretatio* principis desideratur.

2. Altera pars agit de appellationibus. APPELLATIO est *prouocatio a sententia iudicis inferioris ob grauamen parti litiganti illatum huc in finem facta, vt sententia iniqua inferioris per superiorem corrigatur.*

3. Ille itaque recte (1) *appellat, qui* (α) *per sententiam est grauatus*, siue condemnatus sit, siue alio modo eius *interfit*, sententiam non transire in rem iudicatam, MEV. *8. D. 61. n. 3. 4.* quod *interesse speciale* ante omnia demonstrandum. HILLIG *ad Donell. lib. 28. c. 6. lit. q.* Sic itaque legatarii a sententia contra heredem scriptum lata appellant: *l. 29. pr. de inoff. test. l. 14. pr. h.* fideiussores, debitore condemnato: *l 5. pr. h.* venditor, condemnato emtore: dominus, condemnatis subditis, MEV. *1. D. 61.* vel seruis. *l. 11. d. publ. iud. l. 2. C. de accus.*

4. Admittitur etiam appellatio eorum, quorum interest *ex causa communi.* Etenim pro *condemnato ad mortem* quilibet recte appellat, etiam inuito & reclamante condemnato, *l. 6. h. l. 23. §. 6. h.* quia singulorum interest, ne innocens ad mortem rapiatur.

5. Pluribus *consortibus litis* condemnatis vel

vel *vnius* appellatio sufficit, quæ omnibus prodest, vt victoria vnius omnibus prosit *l. 1. C. si vnus ex plurib. l. 3. §. 1. h.* MEV. *1. D. 88. & 8. D. 105.* Attamen requiritur: (1) *vt omnes ex vna eademque causa sint condemnati;* secus est, si diuersa omnium sit causa defensionis: *l. 10. §. f. h.* (2) *omnes vna sententia sint condemnati;* si quilibet separatim est condemnatus, singuli appellare debent; *l. 10. pr. h.* (3) *omnibus adhuc salua sit appellatio;* secus si vnus alterue sententiam agnouerit.

6. (ε) *Qui se non indignum reddidit hoc beneficio*, quo pertinent *vere* contumaces, quatenus *de dolo* constat; modo (α) fuerint legitime & peremtorie citati: (β) plane non comparuerint. *l. 23. §. f. h.* MEV. *5. D 180.* In casu *præsumtiuæ contumaciæ* adhuc locus est appellationi *l. f. §. 1. h.* Quidam distinguunt inter contumaciam in *non-comparendo* & *non-respondendo*, quod discrimen haud est fundatum, vt ostendi in *diss. de contumacia non respondentis.*

7. (γ) *Qui appellationi non renunciauit*, quod etiam *tacite* fieri potest, v. c. qui petit dilationem ad soluendum: *l. 5. C. de re iud.* qui super iudicato transigit: *l. 40. §. 1. de pact.* qui a iudice inferiore petit, vt grauamen remoueat. MEV. *7. D. 93. &c.* BLVM. *in proc. Cam. tit. 44. n. 19. seqq.* STRYK. *intr. in prax. for. c. 23. §. 12.*

8. His-

8. Hisce concurrentibus vterque appellare potest & *actor* & *reus*. Altero appellante, alteri quoque appellatio proficit, vt, hoc inuito, appellans ei rursus post *insinuationem citationis* renunciare nequeat, cum sit *commune beneficium*, *l. f. C. b.* modo a *tota sententia* appellatum sit. Si *plura capita* continet, & ab vno vel altero appellatum est ab actore, reus vero in aliis se grauatum sciat, necessum est, vt expresse intra *fatale* adhæreat appellationi, cui tunc actor in præiudicium alterius amplius renunciare nequit. STRYK. *cit. l. §. 19. 20. & in diss. de commun. appellat.*

9. Idem quoque de *tertio* dicendum, qui iti-dem pro suo interesse appellationi *actoris* vel *rei* adhærere potest, & quidem si pro *suo interesse principaliter* interuenit, intra decendium; si vero saltem *accessorie assistere* vult appellanti, quandocunque, quamdiu adhuc salua est defensio, comparere potest. MEV. *l. D. 158.*

10. Facienda (II) appellatio *a sententia grauante*, modo (α) sit *clara*; si *ambiguum sensum* admittit, partes antea *declarationem* petere debent; MEV. *3. D. 127.* quamuis *euentualis appellatio* intra decendium petitæ declarationi tutius adiungatur.

11. (β) *Definitiua*; de *iure ciu.* enim ab *interlocutoria* appellare regulariter non licuit. *l. 2. de appell. recip. l. 2. C. de episc. aud.* HILLIG. *ad Donell. lib. XXVIII. c. 6. lit. LL.* Sed *iure canonico* appellatio etiam ab *interlocutoria grauante* quacun-

cunque tam *mera* quam *mixta* admissa est. *c. 12. 54. 61. h. clem. 5. h.* Hoc tamen in *concil. Trident. sess. 13. de ref. c. 1. & sess. 24. de ref. c. 20.* limitatum, si vel *vim definitiuæ* habeat, præsertim si totam causam determinet, vel *grauamen irreparabile* contineat. Conf. *ius eccles. protest. lib. II. tit. 28. §. 7. seqq.*

12. Ceterum in appellatione ab *interlocutione mera* speciatim requiritur: (α) vt fiat *in scriptis*: *c. 1. h. in 6.* (β) *causa grauaminis exprimatur*: *c 59. X. h.* (γ) vt appellatio *iustificetur ex actis prioris instantiæ*, *clem. 5. h.* quod vltimum etiam in *mixta* obtinet. Hac reformata, tota causa deuoluitur ad superiorem iudicem. *c. 59. in f. X. h. t.*

13. Præterea vero admissa etiam de *iure canonico* est appellatio ab *actibus extraiudicialibus*, vnde dicitur *extraiudicialis*. *Extraiudiciales* autem *actus* varie dicuntur: (1) quando iudex citra omnem, vel saltem sufficientem causæ cognitionem procedit, & partem grauat: (2) quando *ante L. C.* grauat: (3) quando grauamen non a iudice, sed a *parte* h. e. aduersario infertur, quod alicui præiudicium ingens affert. Verum hoc vltimo casu magis est *simplex querela*, non proprie dicta appellatio, *c. 5. X. h.* adeoque apud iudicem inferiorem interponitur; conf. LYNCKER. *de grauam. extraiud.* interim tamen habet *effectum suspensiuum*, ne actus absque nullitate fieri possit.

14. (γ)

14. (γ) Vt sit sententia *prima vel secunda*, a qua appellatur. Contra *tertiam* enim sententiam *prioribus conformem* non permittitur appellatio; *l. vn. C. ne lic. in vn. ead.* modo omnimoda adsit conformitas *trium sententiarum* ratione (α) identitatis causæ, (β) qualitatis, (γ) personarum, MEV. *t. D. 18.* & (δ) sententiæ omnes subsistant, ID. *6. D. 114.* Denique (ε) *tertia prouocatio* accedat. ID. *t. D. 63. n. 2.* GAIL. *t. O. 72. n. 3.* LVDOVICI *de trib. conform. sentent.*

15. (δ) *Sententia sit lata in causa ciuili*, saltem hodie: de *iure* enim *ciuili* appellatio in *processu accusatorio* admittebatur, *l. 6. D. t. 19. C. h.* exceptis quibusdam criminibus atrocissimis. *l. 16. h. l. 6. C. ad L. Iul. de vi publ. c. 18. de hæret. in 6. t. t. C. de rapt. virg. l. vlt. C. ad L. Iul. Mai.* Moribus plerorumque locorum apppellatio in *processu inquisitorio* denegatur, & loco eius *noua* adhuc permittitur *defensio*; CARPZ. *pr. crim. qu. 139. n. 13.* MYNS. *Cent. 2. O. 98. & 4. O. 41. 42.* nisi (α) ex *capite nullitatis* vel *denegatæ iustitiæ* querela moueatur: (β) per viam *accusationis* procedatur.

16. (ε) *Sententia lata sit in causa moram ferente.* Alias appellatio non admittenda, *l. f. de appell. recip.* MEV. *3. D. 163. n. 2.* veluti in causa damni infecti, sepulturæ, aggerum, CARPZ. *iurispr. eccl. l. 2. tit. 24. def. 395.* causisque summariis aliis, scilicet, quoad *effectum suspensiuum*, *l. vn. C. si de moment. poss.*

17. (ζ)

17. (ζ) *Sententia sit iudicis inferioris.* A sententia eius, qui *superiorem* non agnoscit, non datur appellatio. Hinc reprobata est appellatio ab *imperatore* ad *pontificem* sub grauissima *banni* pœna *R. I. de Anno. 1654. §. 164.*

18. (η) Denique *sententia sit grauatoria.* Grauamen enim causam constituit appellationis. *c. 59. X. h.* Sufficit etiam *grauamen futurum*, si ex eo, quod pronunciatum est, certo sit exstiturum. MEV. *t. D. 164.*

19. (III) Appellatio *interponenda legitimo modo.* Interponitur vel *viua voce*, *l. 2. h.* vel *in scriptis.* Illa in appellatione a *definitiua*, non *interlocutoria mera*, admittitur. *In scriptis* fit (1) per *schedulam appellationis* iudici inferiori oblatam, quæ continere debet nomen appellantis, appellati, & sententiæ. *l. 1. in f. h.* Cauendum quoque, ne quis *limites modestiæ* transgrediatur, *l. 8. h.* hinc *protestatio* ab aduocatis communiter addi solet.

20. (2) *Coram Notario & testibus*, cum petitione, vt *instrumentum solenne*, quod loco *Apostolorum* est, desuper conficiat, quod in camera *pergameno* produci debet. *R. I. de Anno 1512* von *Notarien §. 19.* Sufficit autem illud exhiberi in *termino reproductionis.* De *modo appellandi* coram Notario vid. STRYK. *introd. in prax. c. 23. §. 10.*

21. (3) *Potest etiam coram honestis personis protestatio interponi*, si forsan Notarius defici-

at, & iudex copiam sui facere nolit, *c. vlt. X. h.* vbi quatuor personas exigere solent, vt duæ quasi repræsentent personam Notarii, id quod tamen ex *cit. text.* colligi nequit. conf. *l. f. C. de his, qui per met. iud. non appell.* Hæc *protestatio* conseruat *fatalia*, ne labantur, simulque protestanti viam aperit, interponendi, facultate data, eam apud superiorem.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. f. l. Scio quæsitum 3. f. l. ab executore 4 §. 1. 2. l. a sententia 5. l. non tantum 6. l. illud sciendum est 8. l. appellanti 13. l. constitutiones 16. l. eam in vna 17. pr.

Ex Codice auth nouo iure l. si quando 3. *de relat* l. nouum 2. l appellatione 3. l. præses. 5. l eos 6 § 1. 2 5. auth hodie l. minime 12. l litigatoribus 14. l ne causas 15 l. & in maioribus 20. l. quoniam 21. l iudicibus 24. l. si quis 28 l. addictos 29. l. si quis 30. l. oportet 36. *de appellat.* l. vn. *ne lic. in vna eademque causa.*

Tit. II. (VII. 42.)

A quibus appellare non licet.

1. PORro interponenda (IV) appellatio *a sententia iudicis subalterni, a quo appellare non est prohibitum.* Olim appellari non poterat a senatu, *l. 1. §. 1. 2. h.* a sententia præfecti prætorio. *l. vn. §. 1. de offic. præf. prætor.* &c.

2. Hodie appellatio interdicta est (1) *ob iudi-*

iudicis pronunciantis priuilegium, & quidem *in totum* quoad Electores, quibus datum est priuilegium *de non appellando*; vid. *A. B. tit. 11.* cum vero ab omnibus ex æquo non esset vsurpatum, de nouo per *R. I. de Anno 1654.* omnibus indultum est. Idem concessum Archiducibus Austriæ, Ducibus Burgundiæ, Saxoniæ, Wurtembergicis, & nouissime Regi Sueciæ, ratione Ducatuum ad imperium pertinentium, *I. P. art. 10. §. 12* cui tamen necessum fuit constituere tribunal *intra fines Germaniæ.*

3. *In tantum* principes reliqui & ciuitates hoc priuilegio gaudent, scil. *quoad certam summam.* In genere quoad omnes requiritur *summa appellabilis* ad 400. thaleros, *R. I. de Anno 1654. §. 112.* si ad *tribunalia Imperii* appellatio instituenda. Speciatim vero plures priuilegia ad peculiarem summam habent, quæ refert BLVM. *in proc. cam. tit 47.* Dn. de LVDOLPH. *in catal. priuileg. elect. princ. & stat. de non appell.* LVDOVICI *de summa appellabili.*

4. In attendenda *summa appellabili*, (1) *grauaminis* duntaxat, non *actionis institutæ* summa respicienda. BLVM. *c. l. c. 46. §. 9.* (2) Possunt etiam coaceruari diuersæ summæ, si ab vno vel pluribus creditoribus *vna in causa* petuntur. *arg. l. 11. §. 2. de iurisdict.* ID. *c. l. §. 11.* (3 Non attenditur illa summa, vbi agitur de re *certam æstimationem* non recipiente, veluti in causis iniuriarum, status, existimationis, aliorumque iurium magni pretii. ID. *c. l. §. 44 sqq.* (4) *Vsu-*

ræ in hanc ſummam non computantur. *R. I. de Anno 1654. §. 112.* ibi: *400.* Rthlr. *Capital.*

5 (II) *Ob ſpecialem prohibitionem eius, qui iudicem delegatum dedit, l. 1. §. 4. h.* veluti ſi reſcripto inſerta clauſula: *remota appellatione.* Hoc ius remouendi appellationem æque *principibus* noſtris aſſerendum eſt, ſi *iuſta cauſa* adſit. vid. IAC. BRVNNEM. *diſp. de appell. per reſcript. remot.* Non tamen cenſetur (1) remota appellatio a ſententia notorie iniqua, *c. 53. X. h. t. c. 9. d. ſent. & interl.* nec (2) alia remedia excluſa ſunt. GAIL. *obſ. 35. n. 5.*

6. A laudo *arbitrorum* itidem appellare non eſt permiſſum, *l. 1. C. de recept. arb.* niſi ſint *arbitri iuris*, quo etiam pertinent *Auſtregæ. l. 9. qui ſatisd. cog.*

Tit. III.

Quis a quo appelletur.

1. PRæterea (V) *appellatio ad proxime ſuperiorem interponenda.* Hinc per *gradum*, non *ſaltum*, fieri debet, *l. 1. §. 3. l. 21. de appell. l. 1. 2. 3. h.* quod etiam iure Germanico proviſum, *I. P. S. lib. II. art. 12.* niſi (α) *intermedius iudex* ſit *ſuſpectus:* (ϐ) adſit impedimentum, ob quod iudicare in illa cauſa nequeat. MARTIN. *in proc. Sax. tit. 10 §. 5. n. 536.* Si per *ſaltum* facta, remittenda cauſa ad intermedium iudicem.

c. 66.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1144
DFG

c. 66. X. de appell. l. 1. §. 3. l. 21. pr. §. 1. eod. MEV. *5. D. 204.*

2. Sic itaque a *delegato* principis appellatur ad *delegantem. l. 1. h.* Non idem dicendum est, si inferior iudex alicui totam iurisdictionem mandauerit, quia sic appellatur ad *mandantis superiorem*, cum *mandantis* & *mandatarii* idem tribunal sit. *l. 1. inf. h.*

3. Vbi iurisdictiones plurium, ad quos appellari potest, concurrentes sunt, *electiue* appellari potest, ne quidem intra *decendium* electo certo iudice appellationis. ZIEGL. *de iur. Mai. l. 1. c. 30 n. 4.* Et inde est, quod *iure canonico* appellatio semper ad pontificem sit permissa, tanquam concurrentem cum quouis inferiore.

4. Si vterque litigantium appellat, & quidem alter hunc, alter illum eligit, *prima appellatio*, quæ ex *litispendentia* iudicanda, trahit ad se *secundam* in *causis connexis*, quæ diuelli non debent. *l. 10. C de iudic.* In causis vero *non-connexis* in vtroque foro appellatio peragenda.

5. Ceterum in *iudice superiori*, ad quem appellatur, adesse debet *facultas iudicandi* de illa causa, de qua appellatur. Hinc (1) in plurimis causis solus Imperator cognoscit, in quibus *Cameræ* iurisdictio non est fundata. Huc etiam pertinent (2) in genere *causæ* ecclesiasticæ & *matrimoniales*, & tandem (3) *criminales*, in quibus ob *defectum iurisdictionis eccle-*

ſiaſticæ & *criminalis* non licita eſt prouocatio ad tribunalia ſumma imperii. BODIN. *diſp. de illicita a princip. proteſt. prouoc. in cauſ. eccleſ.*

Tit. IV. (*VII. 63.*)

Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora.

1. VLterius appellatio (VI) *legitimo tempore interponenda.* Olim *fatale interponendæ* breuiori ſpatio erat incluſum. *l. 1. §. 5. 15. h. l. 20. §. 1. de appell.* Poſtea *decendium* conſtitutum, *N. 23. c. 1. auth. hodie C. de appellat.* quod hodie indiſtincte obtinet. *c. 15. de ſent. & re iud. c. 8. h. t. in 6.*

2. Currere incipit hoc fatale, & quidem (1) *ſcienti* a momento *publicationis* factæ; *l. 1. §. 9. h.* (2) *ignoranti* vero, v. c. *tertio*, ad *publicationem* non citato a tempore ſcientiæ, *c. 8. de appell. in 6.* quæ debet eſſe *ſpecifica*; hinc tenorem ſententiæ ſcire debet. MEV. *3. D. 269. 7.* Ei vero, qui ſcire *potuit* & *debuit*, ſtatim currit, v. c. qui ad publicationem citatus, nec tamen comparuit. MEV. 2. *D. 270.*

3. Currit de *momento in momentum* omni, etiam *pauperi*, nec vllam admittit *prorogationem*, nequidem *conuentionalem*, (vtut MEV. *3. D. 410.* eam admittat,) adeoque, illo præterlapſo, cenſetur

setur renunciatum appellationi, modo (α) *facultatem* habuerit appellandi: *l 1. §. 7. h.* (β) sententia sit *certa*, nec vllam adhuc requirat declarationem: alioquin ante declarationem non currit. FRIDER. *de proceſſ. c. 8. n. 34.* MEV. *3. D. 127.* (γ) Grauamen illatum sit *transiens*; secus si *ſucceſſiuum* & *continuum*. MEV. *8. D. 472.* BLVM. *in proc. Cam. tit. 49. n. 14.*

TEXT. NOTAB.

Ex Codice l. tempora 2. auth. ei qui appellat. l. per hanc 4.

Tit. V. (VII. 65.)

De appellationibus recipiendis vel non.

1. INterposita intra *fatale decendii* appellatio *regulariter* recipienda est a iudice *a quo*, quod sub *certa pœna* ipsis iniunctum; *l. 21. C. de appell.* ZIEGL. *in dicaſt. concl. 51. §. 2.* cum ad iudicem *ad quem* demum cognitio spectet, an & quatenus illa sit reiicienda nec ne? ID. *cit. l. §. 7.* MEV. *6. D 13.* Si itaque reiicitur appellatio, appellari potest a *reiectione* appellationis. STRYK. *introd. in pr. for. cit. loc.*

2. Hoc tamen sine dubio intelligi debet, quatenus *dubium* est, vtrum appellationi possit esse locus? Alia ratio itaque est causarum *notorie non-appellabilium*, veluti (1) ob notorium *defectum ſummæ appellabilis*, (2) ob iudicis su-

perioris notoriam inhabilitatem, & (3) ob alias causas, de quibus hinc inde actum. conf. *l. 2. 4. 5. 6. vlt. C. h.*

3. Iudicis itaque *ad quem* in *casu dubio* est cognoscere, vtrum sit recipienda, nec ne? qui antequam decernat citationem, grauamina ponderare, MEV. *1. Dec. 7.* & statuere debet, vtrum sit recipienda an reiicienda? friuolam enim admittere nequit. IO. SAM. STRYK. *de reiect. ab act. c. 5.* Inde sæpe a *iudice inferiori* desideratur relatio.

TEXT. NOTAB.

L. sciendum 6. l. si res vlt.
Ex Codice l. eius 1. l. obseruare 2. l. abstinendum 4 l. ab executione 5. l. quisquis 6.

Tit. VI.

De libellis dimissoriis, qui apostoli dicuntur.

1. VT vero iudex *ad quem* recipere possit appellationem interpositam, porro desideratur, (VII) *vt petantur legitime* APOSTOLI, qui sunt *literæ emanatæ ab eo, a quo appellatum, ad iudicem ad quem, quibus negotium appellationis ei denunciatur. l. vn. h.* Sunt itaque instar *testimonii publici*, quo declaratur *formaliter* appellatum fuisse.

2. Spe-

2 Species harum literarum sunt sequentes. (1) *Dimissoriales*, quibus declarat iudex, appellatum fuisse, atque omnino deferendum esse appellationi, & inprimis locum habent, si *extraneus iudex* pronunciauit. (2) *Reuerentiales*, vbi testatur, se detulisse appellationi in *honorem iudicis superioris ad quem. c. 1. de appell. in 6.* (3) *Conuentionales*, quando in appellationem consentit aduersarius, quæ minus frequentantur, imo a iuris ratione alienæ sunt. (4) *Testimoniales*, quæ a Notario *testimonii causa* per *instrumentum solenne* expediuntur, vel ab *honestis viris*, coram quibus *protestatio* interposita. (5) *Refutatoriæ*, quibus iudici ad quem rationes exponuntur, quare non sit recipienda appellatio, qui tamen non obstantibus his illam recipere potest. MEV. *3. D. 386.* & *6. D. 13.*

3. Ante omnia vero (1) *legitime apostoli petendi*, quod fit cum clausula: *instanter*, *instantius*, & *instantissime*, quod deducunt ex *l. vn.* §. *2. h.* confirmatum est in *clem. 2. h.*

4. (2) *Intra tempora legitima* h. e. intra 30. dies, *l. 24. C. de app. c. 8. h. t. in 6.* a tempore latæ sententiæ computandos, quamuis communiter hodie in *schedula* ipsa *interpositæ appellationis* peti soleant. His non petitis, appellationi censetur renunciatum esse, *clem. 2. h.* id quod tamen in camera non attenditur, vtpote cui *instrumentum Notarii* loco apostolorum exhibetur. GAIL. *1. Obs. 139. n. vlt.*

5. Acceptis apostolis (VIII) *legitime introducenda appellatio*, quod fit exhibitis iudici ad quem apostolis, mediante *supplicatione pro decernenda appellatione*, *citatione partis aduersæ*, *inhibitorialibus & compulsorialibus ad iudicem a quo dirigendis*. Huic supplicationi adiungitur *libellus appellationis*, quo (1) *causæ series* enarratur, (2) *grauamina* referuntur, & (3) *reformatio sententiæ* petitur. In camera & alibi præterea & appellans & aduocatus se offerre ad iuramentum *de non friuole appellando*, &, vt terminus ad iuramentum præfigatur, petere debent.

6. *Compulsoriales* vero sunt literæ, quibus compellitur iudex *a quo* ad edenda acta prioris instantiæ, sicuti *inhibitoriales*, quibus ei interdicitur, ne quid in causa attentet, quamuis hæc in *appellatione* a *definitiua* vel *interlocutoria mixta* superfluæ sint.

7. Iniunctum enim in *R. I. de an. 1654. §. 61.* iudici *a quo*, vt statim intra 30. dies, non expectatis compulsorialibus, acta prioris instantiæ edat, & quidem obsignata, & legitime inrotulata sub pœna arbitraria §. *62.* Quin & appellans in *reproductionis termino*, quo *grauamina* repetuntur, vel acta exhibere, vel legitime docere debet, se requisiuisse *debito modo* intra dictos dies editionem actorum, in quibus edendis si iudex moras nectat, petuntur *artiora mandata* & decernuntur.

8. In-

8. Introducenda autem appellatio *intra legitimum tempus*, quod variat. De *iure communi* enim nullum introductioni tempus præfinitum est. Si nullum *lege prouinciali* tempus præfixum, iudex inferior *in apostolis* illud determinat. In *R I. de an. 1654. §. 67. quatuor menses* insinuandæ appellationi in tribunalibus superioribus præfixi sunt, quibus alii *duo menses* superadduntur, intra quos a citatione insinuata se præparare possit appellatus ad productionem *exceptionum*, vt ita *integrum fatale* in camera sit 6. mensium. BLVM. in *Proc. Cam. t. 49. §. 20.* Hoc *fatale* tamen est prorogabile *cit. §. 67. inf.*

9. Tandem (IX) *legitime appellatio iustificanda*, quod iure *Romano* & *canonico intra annum* fieri debebat. *l. f. §. 4. C. de temp. appell. clem. 3. h. t.* Verum hodie fere appellationes in plurimis iudiciis sunt perpetuæ. In ducatu Magdeburgico celerius proceditur; præfigitur scilicet partibus terminus, **daß sie von 3. Tagen zu 3. Tagen verfahren sollen**, simulque terminus ad *publicandum decretum* adiicitur, quo ipso intra breue spatium temporis grauamina iustificantur.

10. Termino itaque ad iustificandum præfixo, iustificantur (1) *formalia* appellationis: (2) eiusdem *materialia*, quo facto simpliciter appellatus submittit ad *acta prioris instantiæ*, si causæ suæ confidat: vel vlteriores *deductiones* eodem modo, vt in prima instantia, fiunt.

11. Re-

11. Reducit videlicet appellatio causam ad statum *litis contestationis* in *prima instantia*, adeoque quæ in prima instantia *post eam* adhuc admitti poterant, in appellatione etiam admittuntur: hinc nondum probata adhuc probari, & nondum deducta deduci possunt, *l. per hanc. 4. C. de tempor. appell.* quod non sine ratione reprobat Ludolph. Hugo *in tr. de abusu appellat. toll.*

12. Iustificatione peracta, iudex *ad quem* sententiam fert, vel *confirmando* sententiam prioris instantiæ, quo casu *remittitur* causa ad iudicem prioris instantiæ, *c. 61. in f. X. h. t.* refusis ab appellante expensis: *c. 59. X. h. t. I. P. S. lib. II. art. 12.* vel *reformando*, & sic ipse executionem decernit.

Tit. VII.

Nihil innouari appellatione interposita.

1. Appellatione interposita, nihil innouandum a iudice *a quo l. vn. h.* modo legitime hoc ei sit denunciatum: alias tuto ad executionem procedere potest. Mev. *4. D. 362. n. 8.* in appellatione autem ab *interlocutoria mera* interposita tam diu procedere potest, donec a superiori *inhibitio* decreta fuerit. *c 7. de appell. in 6.* Ziegler. *ad Lancell. lib. III. t. 18. §. 17.*

2. Si

2. Si vero nihilominus vlterius procedit, *attentatum* facere dicitur, quod *in continenti* reuocatur. *c. 56. X. h. t. c. 7. in 6. eod. R. I. de anno 1654. §. 59.* MEV. *4. D. 288* Iudex enim attentans *spoliare* dicitur, vid. BLVM. *de Proc. cam. tit. 53.* & sic absque omni processu, interueniente mandato S. C., spoliatus restituendus MEV. *4. D. 222.*

3. Præterea attentans tanquam *spoliator* tenetur de damnis, fructibus perceptis, & percipiendis, LANCELL. *de attent. p. 3. c. 31. n. 19.* & expensis; MEV. *3 D. 66.* modo (α) appellatio sit deuoluta, & (β) sententia habeat *effectum suspensiuum*, vid. *diss. de execut. pend. appell. faciendа.*

Tit. VIII. (*VII. 64.*)

Quæ sententiæ sine appellatione rescindantur.

1. AD *affinia appellationis* spectant varia remedia. (I) REMEDIVM NVLLITATIS, per quod sententiæ *sine appellatione* rescinduntur, vel infirmantur, *l. 1. §. 1. de fer.* siue per modum *querelæ*, siue *exceptionis in termino executionis* a reo condemnato proponatur. Huc in genere pertinet, si sententia sit contra solitum pro-

procedendi ordinem lata. *l. 4. C. de sentent. & interl.* conf. BLAS. ALTIMAR. *de nullit. sentent.*

2. Speciatim huc refertur, quando est aperte contra leges lata; *l. 1. §. 2. h.* contra non citatum, *l. 1. §. 3. h.* contra rem iudicatam, *l. 1. C. h.* die feriato, *l. 1. §. 1. de feriis.* si impossibile quid contineat. *l. f. h. &c.*

3. Potest vero hoc remedium de *iure ciuili* intra 30. annos, tam coram *superiore* quam *inferiore* proponi: GAIL. *l. O. 127. R. I. de anno 1654. §. 121.* imo etiam iungi *appellationi*, quo casu per modum *accessorii* se habet, si *principaliter* appellatum est, & sic deserta appellatione, deserta etiam est nullitas. MYNS. *2. O. 77. n 2.*

4. Verum in *R. I. cit. §. 122. & 123.* distinguitur, vtrum nullitas sit *sanabilis* an *insanabilis?* hæc *intra 30. annos*, illa vero *intra 10. dies* proponenda. BRVNN. *c. 25. n. 108.* Dicitur autem nullitas *insanabilis*, (1) si defectus est in *iudice:* (2) *in personis litigantibus:* (3) si *defectus substantialium* in ipso processu ostendi queat. *Sanabilis* potissimum æstimatur ex defectu *solennium*, quæ tamen ipsam processus substantiam non tangunt, adeoque *variare* solent & possunt.

5. SVPPLICATIO, quæ locum olim habebat, vbi appellatio non amplius poterat admitti ob *personæ qualitatem*, quæ sententiam tulerat. *auth. quæ supplicatio. C. de prec. imp. off* Inde (α) non erat remedium *deuolutiuum*, (ϐ) nec semper

per *suspensuum*. nisi *intra decendium* interpositum STRYK. *intr. in prax. forens. cap. 23. §. 28.* Inde in *iudicio imperiali aulico* hoc remedium intra *quadrimestre spatium* quoque admissum, & publica lege probatum est. *art. V. I. P. §. 55.*

6. Quamquam vero olim sufficeret, intra *biennium* eam interponere, & vt sententiam suam iudex corrigeret, petere; hodie tamen in plurimis locis tam in *superiori* quam *inferiori* iudicio, vt aliud *remedium suspensuum*, intra *decem dies* proponenda, adeo vt & noua quandoque producere permissum sit, de quo plenius edisserit ENGELBR. *ad D. h. §. 21.*

7. (III) In Saxonia frequentantur LEVTERATIONES & OBERLEVTERATIONES. Quæ in eo conueniunt, quod (α *suspendunt* quidem, sed non *deuoluant* causam: β) intra *decendium* sint proponendæ: (γ quod *ex iisdem actis* fieri debeant. De ipso processu rite peragendo vid. MARTIN. *in pr. Sax. tit. 35.*

8. *Oberleuterationes* rarius admittuntur, & quidem *in Saxonia electorali* tantum locum habent in *supremis iudiciis*, si causa in *prima instantia* ibi ventilata fuit, ita vt loco *appellationum*, & in effectu *leuteratio leuterationis* sint. Proinde haud admittendæ, si causæ per modum *appellationis* eo reductæ sunt. CARPZ. *in process. tit. 17. art. 5. n. 19.* MARTIN. *cit. l. §. 1. n. 65.* In *ducatu Magdeburgico* admittitur, si quis renunciare velit appellationi ad suprema imperii tribunalia.

9. (IV)

9. (IV) REVISIO, quæ est *disceptatio inter eum, qui sententia camerali se læsum dicit, & aduersarium eius apud Cæsaris & statuum, ad id lectorum, consiliarios, adiunctis cameræ imperialis Assessoribus, hunc in finem rite instituta, vt acta adhuc semel reuideantur, tandemque lis finem accipiat.* HERT. *de iudic. reuis. in Cam. Imper.* §. 2.

10. Requiritur, (1) vt causa in reuisionem deducenda ad 2000. thaleros ascendat: *R. I. de anno 1654.* §. *127.* (2) vt alias causa sit appellabilis: *R. I. cit.* §. *127.* (3) petenda reuisio ordinarie a Moguntino intra *quatuor menses* sub *pœna desertionis: R. I. cit.* §. *124.* (4) Cameræ legitime denuntianda: (5) Supplicans certam summam in casum succumbentiæ deponere debet, *R. I. cit. l.* §. *126.* & tandem a commissariis ad *reuisionem* deputatis causa denuo cognoscitur. Hoc ipso tamen non suspenditur executio. STRYK. *c. l.* §. *31. in fin.*

11. (5) RESTITVTIO IN INTEGRVM. Hæc inprimis contra *rem iudicatam* de *iure communi* vsum præbere potest, & quidem ex clausula generali prætoria, *in l. 26.* §. *vlt. ex quib. causis maior.* adeoque intra *quadriennium* ab eodem iudice petenda ex *nouis causis* MEV. *2. D. 152.* Alibi tamen, vt in Pomerania, instar remedii *ordinarii* obtinet, & intra sex septimanas proponenda, adductis grauaminibus, super quibus, an admittenda sit? ante omnia decernendum. ID. *5. D. 205.* Sed praxis hodie variat.

TEXT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1156
DFG

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 2. 3. l. Paulus respondit. 3.
Ex Codice. l. latam 1. l. si cum inter l. venales 7. l. vlt.

Tit. IX.

An per alium causæ appellationis reddi possint.

QVæ causa per *procuratorem* in *prima instantia* agi nequit, illa nec in *appellatione procuratorem* admittit *l. 1. h.* Quia vero in prima instantia procurator legitime datus semel *dominus litis* factus est, per *substitutum* appellare potest. *l. f. in fin. de appell.* Imo regulariter de *iure Romano* procurator tenetur interponere & prosequi appellationem, *l. 31. §. 2. de negot. gest.* quia *dominus litis* erat: ast de *iure canonico* & *moribus* prosequi eam non tenetur. *c. 14. X. de procur.* FRANZK. *de procur. n. 33.* HAHN. *ad W. eod. tit. num. 11.*

Tit. X.

Si tutor vel curator magistratus creatus appellauerit.

QVi iniuste appellant a vocatione ad *munus publicum*, seu a *reiecta excusatione*, tenen-

tur reſarcire damnum, quod per moram appellationis rei publicæ vel pupillis contigit.

Tit. XI.

Eum qui appellauit in prouincia defendi.

ILli, qui *rei publicæ cauſa* abſentes ſunt, hoc priuilegium habent, vt interim, dum abſunt, non teneantur *domi* ſe per *procuratorem* defendere: ſecus eſt in iis, qui ob *priuatas negotiationes* peregrinantur. *l. 1. 2. h.*

Tit. XII.

Apud eum, a quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum.

QVi appellauit, non poteſt iudicem *a quo* tanquam ſuſpectum recuſare, ſi *ex diuerſis cauſis* coram eodem conueniatur vel agere velit. *l. vn. h.* Quod tamen admittit *ius canonicum*, ſi *extra ordinem* iudex ſuſpectus videatur. *c. 6. & 24. X. de appell.*

Tit.

Tit. XIII. (VII. 66.)

Si pendente appellatione mors interuenerit.

MOrte appellantis non euaneſcit appellatio pendens, quatenus heredum intereſt, illam non euaneſcere. *l. vn. pr. h.* Quod & in tutoris herede, ante redditas rationes, verum eſt. *c. l. §. 1.* Heredi tamen a tempore appellationis adhuc *quatuor menſes* indulgentur. *l. vlt. C. h.*

Tit. XIV. (VII. 73. X. 1.)

De iure fiſci.

1. FIſcus h. l. eſt *vniuerſitas quædam ſeu patrimonium ipſius Principis, ſeu qui ſummam habet maieſtatem in republica, comprehendens varias vtilitates & iura principi, qua tali, ob ſummum imperium competentia.* Vnde dicuntur res fiſcales quaſi *propriæ* & *priuatæ ipſius principis*, qua talis, *l. 2. §. 4 ne quid in loco publico*, & adhuc diſtinguuntur (1) a *bonis patrimonialibus*, quæ princeps, vt *priuatus*, poſſidet; (2) a domanialibus, quæ hodie non vt *propria* ſed *iure vſufructuario* magis poſſidet (3) a *publicis. cit. l. 2.*

2. *Ius fiſci* habet *ſummus princeps*, ob ſupremam in republica poteſtatem, & ſic etiam

Status *imperii*, & *ciuitates immediatæ*. *I. P. art. 8. §. 4* Idem conceſſum eſt *nobilibus immediatis* ex priuilegio Imperatorio. *cap. Leop. art. 23.* Quin & *ciuitates municipales* nonnullæ iure fiſci fruuntur in *certis caſibus*, ſed non *in vniuerſum*, ex immemoriali præſcriptione.

3. Iura & priuilegia fiſci varia ſunt. Quædam (I) *ad eum augendum* comparata ſunt. Huc pertinent bona *vacantia*, quibus æquiparantur *deſerta*, & *inculta*, *l. 1. C. de bon. vac. ereptitia*, *commiſſa*, *confiſcationi obnoxia*, *mulctæ fiſcales*, & *nullius*, quatenus hodie principes hæc ſuo fiſco adſcripſerunt, vt ſunt *alluuiones*, *inſulæ*, *res inanimatæ* &c. Sic & vindicat fiſcus, in genere, quod *ſcelere* acquiſitum eſt. *l. 9. in fin. h.* Sunt præterea varia *onerum publicorum* genera, quæ potiſſimum ad fiſcum augendum ſpectant.

4. (II Vel tendunt *ad conſeruanda bona & iura fiſcalia*. Huc pertinent (1) tacita hypotheca, quam habet in bonis ſui debitoris. *l. 46. §. 3. h.* (2) Contra eum non ſemper admittitur compenſatio. *l. cit. §. 5.* conf. *tit de compenſat.*

5. (3) Poteſt contra debitorem debitoris ſui agere nulla nominis ceſſione facta, *l. 3. 4. C. quando fiſc. vel priu.* vt tamen maneant debitori eæ exceptiones, quæ contra creditorem competebant. MEV. *§. D. 240.* Aliis non idem conceſſum, niſi *actione hypothecaria* nomen debitoris ſui perſequi queant. BERGER. *in oecon. iur. p. 645. ſq.* BORN. *diſſ de actione quæ credit. adv. debit. debitorem competit.*

6. (4)

6. (4) Fiscus pro suo interesse interueniens, causam coram alio iudice cœptam deuoluit ad superius iudicium. *l. 35 h. 1 D. 4 D. 185.* (5 Habet ius prælationis in quibusdam casibus. (6 Hereditate vendita a fisco, emtor tantummodo conueniri potest a creditoribus. *l. 41. h.*

7. (7) Non cauet. (8) De rebus a fisco venditis tantum datur actio contra eum intra *quadriennium.* (9) Cogere potest *reos* ad edenda instrumenta. *l. 2. §. 2. h.* (10) Reuocat etiam, quæ in *fraudem fisci* non sunt acquisita *l. 45. pr. h.* (11) Locatio rerum fiscalium facienda *sub hasta. l. 9. pr. d. publican.* (12) Emtor rei fiscalis stare tenetur locationi a fisco contractæ. *l. f. h.* &c.

8. Ceterum vbi fisci *iura singularia* non possunt doceri, regulariter vtitur iure communi in *causis priuatis*, in quibus ad instar *priuati* agit. *l. 10. h. l. 25. de pign. l. 12. de compens.* Et optimi est principis, ob solum *interesse fisci* nemini suum detrahere, nec audire eos, qui pro fisco augendo *impia* consilia subministrant.

TEXT. NOTAB.

L. 1. l. non intelligitur 3. §. 10. 11. l. Lucius 9. in f. l non puto 10. l. possunt 11. l. in summa 17. l. deferre 18. l. si quis mihi 28. l. fraudem 45. l. Moschis 47.

Ex Codice l. bona 1. l. quamuis 2. l. si cum pecuniam 3. l. pecunia 5. l. vlt. *de priuil. fisci.* l. si minori 3. l. omnis 11. *de iure fisci.*

Tit. XV. (*VIII. 51.*)

De captiuis & de postliminio & redemtis ab hostibus.

1. SEquuntur *iura militaria* & quidem primo loco de *iure belli* agitur. Status inter gentes ad duo summa capita redigitur, qui vel *pacis* vel *belli* est. In statu *belli* quilibet hostem (α) cogere, eique *media resistendi* adimere studet, & (ϐ) iustam bellandi causam sibi tribuit; hinc introductum est inter gentes (1) ius in *captiuitatem* hostes ducendi: (2) resistentes occidendi, (3) *occupandi* res hostium.

2. Ante omnia autem supponitur *iustum bellum*, quod geritur inter eos, qui superiorem non recognoscunt. Capti *bello ciuili* vel a *latronibus* manent liberi. *l. 19. §. 2. l. 21. §. 1. h.* Et quia quilibet ex belligerantibus se *iure* absoluisse contendit, & *in re sua iudex* est, hoc iudicium, cum aliud deficiat, pro *iure perfecto*, ad instar *iudicati* in statu ciuili, *inter gentes* alias valet. COCCEII *de amnest. & postlim. in pac. S. 1. c. 3. & S. 2. §. 4. sqq.*

3. Mo-

3. Modus acquirendi res hostiles consistit (α) in *reali occupatione* rerum hostilium, & quia *violenta* est, præterea requiritur, (β) vt in *securum locum* sint deductæ, vt omnis spes illas recuperandi sit deposita, quod fit, si *intra præsidia* deductæ fuerint. *l. 5. §. 1. h.* *In fuga* rursus hostibus ereptæ pristinis restituendæ sunt dominis.

4. In *personis* bello captis iure gentium erat introductum, vt essent *serui hostium*, pro quibus tamen apud Romanos non reputabantur, sed 1) vel iure *postliminii* fruebantur, si redirent: *l. 19. pr. h.* vel 2) *ex lege Cornelia* mortui fingebantur, antequam in captiuitatem essent traductæ, vbi non redibant. COCCEI. *c. l. S. 2. §. 9. sq.* Inde fluit decisio *l. 25. h.* Qui vero a populo hostibus deditus erat, is reuersus non recipiebat ius ciuitatis, quia ciuitas contra factum suum venire non poterat. *l. 4. in f. h.* IDEM §. 22.

5. POSTLIMINIVM vero est *ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo* (seu hoste) *& in statum pristinum restituendæ inter belligerantes obtinens. l. 19. pr. h.*

6. Obtinebat hoc olim aut in *bello* aut in *pace*. In *bello* si captus, non facta pace, rediret ad suos vel ad gentis suæ amicos, *l. 5. pr. §. 1. h.* cui omnia iura integra restituebantur,

tur. In *pace* vero, (1) si populus Romanus cum gente aliqua neque *amicitiam*, neque *hospitium*, neque *fœdus* amicitiæ causa factum habebat. Hoc casu etiam capti ab his gentibus extra *statum belli ordinarium* illorum fiebant, redeuntes autem pristina iura accipiebant. *c. l.* §. 2. Conf. CAESAR. *lib. VI. de bell. gallico c. 23.* Item *observ. ad rem liter. spect. tom. VII. obs. 6.* Inprimis autem (2) huc pertinebant, qui in pace *simpliciter* facta non erant comprehensi, & ita bello capti apud hostes manebant. *l. 12. pr. h.* Sed hodie clausula *amnestiæ* paci adiecta eos simul comprehendit, de COCCEI. *c. l.* §. *29. seqq.* eamque virtutem habet, vt captiui dimitti debeant.

7. Gaudent itaque iure postliminii, *qui iniuria detenti* sunt, *l. 19. pr. h.* vel saltem ita iudicantur; in hoc enim se fundat *ius postliminii*. Proinde ab hoc iure excludebantur (α) transfugæ: *l. 19.* §. *4. h.* (ϐ) qui hosti se dederant, *l. 17. h.* ob fidem hosti datam: (γ) qui sua voluntate apud hostes manebant: *l. 20. pr. h.* (δ) qui a populo *dediti* erant ex propria sponsione. *l. 4. h.* Exempla habet THOMAS. *duplici disp. de sponsione Caudina & Numantina.*

8. Præterea quoque *res immobiles* iure *postliminii* fruuntur, vt, hostibus expulsis, ad priores dominos redeant. *l. 20.* §. *1. h.* Secus obtinet in *rebus mobilibus*, quatenus plene captæ

captæ sunt, quia in præda sunt, *l. 28. h.* exceptis rebus, quæ in bello vsum præbebant. *l. 2. h.*

9. Poterant captiui etiam *redimi*, quod opus *redemtionis* piis causis adscribitur; HERT. *de lytro S. 2. §. 1.* & multis præterea *priuilegiis specialibus* gaudet, *l. 20. 21. C. de SS. eccl.* adeo vt etiam donatio ad redemtionem captiuorum absque insinuatione valeat, si vel maxime 500. solidos excedat. *l. 23. eod.* Et quidem pretium redemtionis, si ea *animo donandi* haud est facta, a redemto restituendum est, quem in finem redemtori datur *ius retentionis* personæ redemtæ. *l. 2. l. 11. C. h.* Alia, quæ ad *redimendos captiuos* spectant, hinc inde tacta sunt. conf. HERT. *cit. loc.*

10. Hodie præsertim redemtio hæc obtinet, quando inter duces belli *pactum speciale* desuper interceſſit, quod vocant *Cartell*, quale in bello, per *pacem Riſwicenſem* sedato, obtinuit inter regem Galliæ & confœderatos, & exhibentur ab HERT. *c. l. S. 3.* Neque etiam in captiuis ius postliminii amplius videtur obtinere, cum hi *domi* apud suos pro seruis non habeantur.

TEXT. NOTAB.

1. postliminii 5. §. 1. 2. l. non dubito 7. § 1. l. in bello 12. 11. l. postliminium 19. pr. §. 4. 7. l. si quis ingenuam 21 §. 1 l. hostes 24. *l.* Diuus Seuerus 25.

Ex Codice l. ex duobus 1. l. ab hostibus 2. l. cum cognatos 3. l. cum & postliminii 6. l. præses 8. l. si is 13. l. is qui liber 15. l. liber captus 17. l. f.

Tit. XVI. (*XII. 36.*)

De re militari.

1. MIles dicitur, *qui auctoritate eius, qui belli ius habet, lectus, & in numerum relatus est, vt esset huius vel illius cohortis.* vid. *l. 1. l. 42. de milit. testam.* BRISSON. *2. antiq. lect. c. 6.* In eo consistebat α) *militum titulus*, sine quo esse non poterant, vnde & *clerici* sine *titulo* haud ordinati: MERILL. *lib. III. obs. c. 2.* quin etiam ϛ) *characterem* iis impressum fuisse, docet AVGVSTINVS in *c. 97. C. 1. qu. 1.* vnde rursus clericorum *character indelebilis* ortus.

2. Leguntur milites ex *auctoritate imperantis*, adeo vt crimen perduellionis incurrat, qui iniussu eius exercitum comparauerit, *l. 3. ad L. Iul. Mai.* quia fluit ex *iure belligerandi.* Hinc varia militia in imperio obtinet, pro statu vario: datur *imperatoris*: datur *imperii*: datur *circularis.* De duabus posterioribus speciebus peculiaribus differt. agit. STRYK. Datur etiam *prouincialis*, & *statuum imperii.*

3. Leguntur milites ad militiam idonei, iustaque

que ſtatura præditi: hinc plures olim excludebantur. *l. 4. §. 1. 4. 7. 8. l. 8. l. 11. l. 13. §. 3. l. f. h.* In quo hodie iura militaria, cuiuis prouinciæ propria, attendenda.

4. Olim plerumque *miles domeſticus* ex *ciuibus* legebatur, & ſic hi ad inſtar *muneris publici* ad militiam cogi poterant. Sed poſt, *milite extraneo* aſſumto, voluntario milite numeri ſuppleti ſunt, *l. 4. §. 10. h.* conf. LIPS. *de milit. Rom.*

5. Veruntamen, ingruente neceſſitate, cogi adhuc poſſunt ciues, vt imperantem ſequantur, eique, bellum gerenti, aſſiſtant, quod eſt *ius* illud decantatum *ſequelæ*, der allgemeine Auffboth. MYL. ab EHRENB. *de princip. & ſtat. Imper. c. 76.*

6. Iura militum ſunt varia. Habent ſuum ordinarium iudicem, & quidem ſi delictum militibus tantum *proprium* commiſerint, propria eſt perſecutio eius apud belli præfectum: in communibus perſecutio quoque communis eſt. *l. 2. pr. h.* Adeoque poſſunt vel a proprio vel iudice loci ordinario puniri, CARPZ. *P. 4. c. 9. D. 11.* quæ tamen etiam hodie variant, Vid. LVDOVICI im Kriegs-Proceß.

7. Priuilegia varia hinc inde tetigimus. Sic gaudent iure ſingulari circa tutelas, teſtamenta, torturam, ignorantiam iuris, gaudent beneficio competentiæ. *l. 18. de re iudic.* &c.

8. Ad

8. Ad rem militarem etiam pertinet *prouisio militaris*, quæ omnia subsidia militiæ comprehendit, & plenius de ea ediſſeritur in *diſp. pecul.* STRYK. Habent etiam peculiaria *iura eccleſiaſtica*, tradita in opuſculo filii mei de *iure milit. eccleſiaſt.*

TEXT. NOTAB.

L. militum 2. pr. l. deſertorem 3. §. 9. 12. 15. l. qui cum vno 4. §. 10. l. non omnes 5. pr. §. 6. l. milites 13. §. f l. f.

Ex Codice l. ſtipendia 1. l. milites 3. l. nemo 13. l. contra 14. l. milites 15.

Tit. XVII. (*XII. 31. 37.*)

De caſtrenſi peculio.

Milites filiifamilias gaudent *caſtrenſi peculio*, de quo ſupra *tit. de pecul.* actum, adeoque illa repetere hic otioſum duco.

TEXT. NOTAB.

L. ſi filiusfam. 2. l. miles 4. l. miles filiusfam. 5. l. ex nota 10. l caſtrenſe 11. l. dotem 16 §. 1.

Ex Codice. l. ſi in poteſtate 1. l. erat 3. l. cum allegas 4. *de caſtrenſ. pecul. mil.*

Tit.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1168
DFG

Tit. XVIII. (XII. 47.)

De veteranis.

1. VETERANI sunt, *qui exacto legitimo militiæ tempore* (quod erat spatium *viginti annorum*, *l. f. C. de his qui non implen. stip.*) *honeste sunt missi*, quæ *missio* dicebatur *honesta*. Ab hac differt *causaria*, cum quis *vitio animi* vel *corporis* minus idoneus militiæ renunciatur, & ante tempus dimittitur. *Ignominiosa* vero, cum quis *propter delictum* sacramento soluitur. *l. 13 §. 3. de re milit.* Differentia maxime occurrebat circa excusationem a tutelis. *l. 8. de excus.*

2. Gaudent præterea veterani α) immunitate ab oneribus *personalibus*, non *realibus*; *l. 2. h.* speciatim β) vero ab *inhospitatione* immunes erant: *l. 10 §. 2. de vacat. & excusat. muner.* γ) eximebantur a certis generibus pœnarum: *l. 1. h.* δ) eisdem fere cum *decurionibus* iuribus fruebantur. *l. 3. h. l. 1. 3. C. h.* Causarie missi hodie in quibusdam prouinciis *iure valetudinariorum* gaudent, de quo speciatim agit Dn. a LVDEWIG. *diss. de iure valetudin.* quorum conditio hodie pinguior est, ac quidem apud Romanos. Veterani vero in sensu iuris Romani non amplius supersunt.

Lib.

Lib. L. Tit. I. (X. 38. 39.)

Ad municipalem & de incolis.

1. SEquuntur IVRA MVNICIPALIA, quæ municipes in municipiis concernebant. Erant autem MVNICIPES, *ciues vrbium liberarum imperio Romano subditarum, legibus suis & iure suo vtentes, & muneris cum populo Romano participes.* Abusiue deinde dicuntur ita cuiusque ciuitatis ciues. *l. 1. §. 1. h.* conf. GELLIVS *in N. A. l. 16. c. 13.* EVERHARD OTTO. *de ædil. colon. & municip. cap. 1.*

2. Facit municipem legitime natum (I) *origo paterna:* aliquando ex priuilegio *materna*, *l. 1. §. 2. h.* & magis respicitur ad illum locum, vbi quis nasci debuit, licet *casu* alibi natus sit. CARPZOV. *l. D. 1.* Weichb. *art. IV.*

3. (II) *Allectio*, *l. 7. C. de incol.* qua in ciuitatem *extranei* recipiuntur, & *iura municipum* consequuntur. Hodie in his respiciendum (1) an sint idonei ciuitati, an magis noxii? *vid. Nouell. 80. c. 1. & 5. A. B. c. 16.* proinde in mores, originem & vitam inquirendum. vid. ENGELBR. *ad D. §. 40.* (2) an ob aliam conditionem assumi prohibeantur? quales sunt *banniti*, *iudæi*, & *hæretici*,

tici, sola principis territorii gratia, per *modum dispensationis* hodie recipiuntur. (3) Soluenda certa pecunia, cum iuramenti præstatione. HAHN. *ad W h. n. 4.*

4. Fruebantur municipes iure *suffragii* & *munerum publicorum*, quin & subiiciebantur *iurisdictioni municipali. l. 29. h.* Quamuis hoc hodie in plerisque locis ad illos applicari non possit, qui iurisdictioni alii *priuilegiatæ* subsunt, qui tantum respectu *bonorum suorum iurisdictioni oppidanæ* subiiciuntur.

5. Ab his differebant *incolæ*, qui in aliquam ciuitatem *domicilium suum* contulerant, etsi aliunde orti. *l. 239. §. 2. de V. S.* A municipibus tamen in eo differebant, quod *ciues* eius municipii non fierent. Interim parere magistratibus debebant, apud quos *incolæ* erant, & illis, apud quos *ciues l. 29. h.* Verum hodie, mutato domicilio, liberantur iurisdictione fori originarii. Quamuis non vbique ius ciuitatis pristinæ amittant, pro quo conseruando, alicubi quotannis quid soluendum est.

6. In vxore aliud obtinebat, quippe quæ, quamdiu nupta est, incola eiusdem ciuitatis videtur, cuius maritus eius est; ibi autem, vnde originem trahit, non cogebatur muneribus fungi. *l. 38. §. 3.*

TEXT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1171
DFG

TEXT. NOTAB.

L. §. 2. l. adsumtio 6. §. 2. l. eius 9. l. simile 10. l. imperator 11. l. ordine. 15 §. 12. l. libertus. 17. §. 12. 13. l. quod maior 19. l. domicilium. 20. l. municeps 23. §. 1. l. eius. 27. §. 2. l. nihil est. 31. l. ea. quæ desponsata est 32. l. incola. 34.

Ex Codice l. filios. 3. l. origine. 4. l. vlt. *de municipibus.* l. nec ipsi. 2. l. cum neque. 4. l. ciues 7. l. vlt. *de incolis.*

Tit. II.

De decurionibus & filiis eorum.

1. REguntur municipes per *duum-viros* & *decuriones* ad exemplum *consulum* & *senatorum vrbis Romæ*, consilii publici gratia constitutos. *l. 239. §. 5. de. V. S.*

2. Per *decuriones* hosce *munera publica* explicabantur, tributa, census, & quæ in vniuersum ad administrationem ciuitatis pertinebant, procurabantur. Ex iis *duum-viri* aliique *magistratus* municipales adscribebantur, *l. 7. §. 2. h.* quamuis ipsi *decuriones magistratus* h. e. iuri dicundo præpositi non essent.

3. Non alii in horum ordinem assumebantur, quam honestiores, & sic quamuis spurii non

non absolute reiicerentur, *l. 6. pr. h.* tamen, si habebant competitorem legitime natum, hic eis præferebatur. *l. 3. §. 2. h.*

4. Priuilegia horum varia erant, quæ eo magis eis indulgenda, quod plurimis oneribus, imprimis *edendis spectaculis*, grauarentur, de quibus BRISSON. *l. 4. select. antiq. c. 13.* agit: hinc etiam inuiti ad hoc munus subeundum cogi poterant.

5. Inprimis in eo priuilegiati erant, quod nec ipsi nec liberi eorum torqueri possent, etiam post depositum officium, *l. 2. §. 2. l. fin. h.* & quod ad paupertatem redactis alimenta ex publico decernerentur; *l. 8. h.* cum *gratis* reipubl. inseruire, & ita sæpe maximam bonorum partem in officio hoc publico absumere cogerentur. Denique ad tempus relegati & reuersi famam recipiebant. vid. supra *tit. de his qui not. infam.*

TEXT. NOTAB.

L. quia tempus 2 pr. l. Decurio 4 l. ad tempus 5. l. Spurii 6. l. Decurionibus 8. l. vlt.

Ex Codice l. obseruare 2. l. cum decurionatus 3. l. filios 5. l. expertes 6. l. si vltra 10. l. nec infames 12. l. nemo iudex 14. l. vacuatis 19. l. curiales 21. l. prouidendum 23. l. quidam 26. l. nullus 28. l. exemplo 36. l. quotiescunque 37. l. ad subeunda 46. l. omnes 49. l. si quos 59. l. nullus 60. l. curialibus 66.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1173
DFG

Tit. III.

De albo scribendo.

Albvm erat *tabula publica, in qua nomina duum-virorum atque decurionum secundum cuiusque ordinem scribebantur.* Scribebantur vero vel ex prærogatiua *honoris*, vel prout quisque in *ordinem* venerat, & hic ordo quoque in sententiis ferendis obseruabatur. *l. 1. 2. h.*

Tit. IV.

De muneribus & honoribus.

1. Mvnicipes erant *munerum publicorum* participes. Munus vero est *publicum priuati hominis officium*, (Tertvll. *de spectac. c. 12.*) *quod necessario obeundum est, ex quo commodum ad singulos vniuersosque ciues remque eorum, imperio magistratus extraordinario, peruenit. l. 214. pr. l. 239. §. 3. de V. S.*

2. Munus hoc est vel *personale*, vel *reale*, vel *mixtum*. *Personale* est, quod vel *animi prouisione* vel *corporalis laboris intentione*, sine aliquo gerentis detrimento, geritur, *l. 1. §. 3. l. 18. §. 1. h.* quod iterum vel *publicum* vel *priuatum est.*

3. Pu-

3. *Publicum* vel coniunctum habet *dignitatis gradum*, diciturque speciatim *honor. l. 14. pr. h.* In hoc inprimis consideranda eius persona, cui is defertur, item *origo natalium* & *facultates*, an sufficere iniuncto muneri possit? Denique statuta locorum. *l. 14. §. 3 h.*

4. Vel est *absque dignitate*, & potissimum *corporis ministerio* expeditur, vt excubias agere *l. 12. C. de excus. muner.*

5. *Priuatum* est, quod immediate non respicit reipublicæ administrationem, veluti tutela & curatela, quamuis diuerso respectu etiam *publicum* dici queat. *l. 18. §. 1. h.*

6. *Patrimoniale* est, quod *possessionibus* & *patrimoniis* indicitur, & in quo sumtus maxime postulantur, adeoque hoc ipso quis *bonis suis* reipublicæ inseruit. *l. 1. §. 3. l. 18. §. 21 h.* Denique *mixtum* & curam seu laborem, & sumtus simul requirit. *l. 18. §. 26. h.*

7. Vsus huius distinctionis in eo consistit, quod *personalia* supponant *personæ habilitatem; realia* simpliciter possessionem bonorum, adeoque hæc etiam agnoscere teneatur, qui a personalibus immunis est. *l. 18. §. 22. h. l. 6. §. 4. h.*

8. Sed tamen & *patrimonialia* munera duplicia sunt: quædam simpliciter *possessoribus* iunguntur; quædam non nisi *municipibus* & *incolis*, vbi ratio personarum tunc quoque habenda. *l. 6. §. vlt.*

9. Hæc onera, quæ *realia* dicuntur, olim dependebant a *magistratus municipalis* dispositione. Hodie vero indicuntur a summo imperante, & a quibuslibet statibus imperii, qui tamen aliquando ad consensum *statuum provincialium* adhibendum obstricti sunt. Magistratus subalterni idem ius non habent, nisi quod *ius subcollectandi* quoddam, seu *distribuendi* onus simpliciter a principe ciuitati impositum, habeant. IO. SAM. STRYK. *de iure subcollect.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. § 3. l. rescripto 6. §. 4. 5. l. ad rempublicam 8. l. vt gradatim 11. l. honor 14. l. æstimationem 16. l. munerum 18. §. 21. 26.

Tit. V. (X. 45. 47. 48. 49. 50. 51. 52.)

De vacatione & excusatione munerum.

1. AD munera publica quilibet cogi potest, nisi vel *immunitate* gaudeat, vel *vacationem* habeat. VACATIO dicitur stricte, *ad aliquod temporis spatium liberatio a muneribus publicis.* §. 2. *I. de excus. tutel. l. 4. h.* IMMVNITAS *totalem liberationem innuit.* Modus

dus vero proponendi *vacationem* vel *immunitatem, dicitur* EXCVSATIO, quæ est *allegatio causſæ iuſtæ & legibus probatæ, ob quam quis neceſſitatem ſubeundorum munerum publicorum a ſe declinare intendit.*

2. Quoad *perſonalia* munera cauſæ hæ ſunt probatæ: (1) ſexus, *l. 3. §. 3. de muneribus* (2) ætas, *l. 2. h.* (3) ſenectus, *l. 3. 5. pr. de iur. immunit.* (4) morbus, *l. 2. §. 7. h.* (5) militia, *l. 7. h.* (6) numerus liberorum, *l. 2. §. 1. h.* (7) nobilitas & clericatus quoad *munera ſordida. l. 12. C. h. l. 2. C. de epiſc.*

3. Quoad *patrimonialia* probatæ ſunt cauſæ ſequentes: (1) paupertas: *l. 10. §. 3. h.* (2) fauor *eccleſiæ* & *piorum locorum*, maxime quoad onera nouiter impoſita: *vid. ius parochial. ſect. 5. c. 3.* (3) priuilegium in ſpecie indultum. *l. 10. pr. h.*

4. Quædam excuſatio immunitatem præbet a certis tantum muneribus, veluti ab *inhoſpitatione.* Hac immunitate gaudent (1) clerici quoad ædes, quas inhabitant. *l. 1. C. de epiſcop. & cleric.* (2) Aduocati fiſci. *l. 3. §. 2. l. 5. §. 2. C. de aduocat. diuerſ. iudicum.* (3) Profeſſores. *l. vlt. §. vlt. C. de Profeſſ. & medic.* (4) milites & veterani. *l. 10. §. 2. h.* conf. ENGELBR. *ad D. h. n. 50.*

5. Excusatio a muneribus realibus cessat propter *extremam necessitatem*, adeo vt nequidem clerici & ecclesiæ exemtæ sint. *l. 11. C. de S. S. Eccles. R. I. de anno 1555.* §. und nemlich sollen *&c.* & §. und zu diesen *&c. item de anno 1518.* & *1582.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. l. sextum decimum 2. §. 1. 3. 4. 7. l. tempus 4. l. in honoribus pr. §. 4. 5. l. ab his oneribus 10. pr. §. 2. l. sunt munera 11.

Ex Codice l. tutelæ 3. l. placet 8. l. priuatæ 10. l. sordidorum 13. l. euidentes 15. *de excusationibus munerum.*

Tit. VI. (X. 25.)

De iure immunitatis.

1. IMMVNITAS est *exemtio singularis a necessitate subeundorum munerum publicorum, alicui ex iusta causa a superiore concessa, ob quam datur ius se excusandi*, de quo tit. anteced.

2. Requiritur itaque (1) *imperantis concessio*; fluit enim ex *iure dispensandi*, adeoque inferiores magistratus, & qui *superioritate territoriali* non gaudent, eam indulgere nequeunt, ni-

nisi forsan supponamus *pactum* aliquod cum ciuibus initum, vt reliqui ciues onus exemti in se recipere velint.

3. Concedit vero eam princeps vel per *legem generalem* & *consuetudinem* certo collegio vel ordini personarum, & dici solet *priuilegium in corpore iuris clausum:* vel *per rescriptum* certo alicui indiuiduo, & *priuilegium* simpliciter appellatur, quo etiam pertinet *immemorialis praescriptio*, quae *vim priuilegii taciti* habet.

4. (II) *Iusta causa;* neque enim princeps facilis esse debet in concedendis priuilegiis, praesertim si inde reliqui ciues onerentur; hinc saepe opponitur eiusmodi priuilegiis *sub-& obreptionis* exceptio. Vid. *l. 2. C. de quibus muneribus vel praestat. nemin. lic. se excus.*

5. Immunitas ita concessa vel *personalis* est vel *realis*. Illa cum persona exspirat, nisi ad *posteros* quoque extensa sit; *l. 4. h.* tunc enim omnibus succedentibus ex *masculis* prodest, *l. 1. §. 2. h.* sed non *simpliciter* possessori. Huc etiam pertinet immunitas *collegio* concessa, quae *perpetua* est, quia collegium perpetuam personam sustinet, interim *realis* propterea dici nequit. MEV. *2. D. 273.* Realis vero ad *omnem possessorem* extenditur.

6 In dubio magis pro *personali* præsumendum, vt tamen hæc quoque ad familiam & defuncti viduam porrigi debeat, *l. 6. C. de Prof. & med. l. 8. & vlt. de senator.* nisi immunitas *titulo oneroso* quæsita sit. Quæ vero per *præscriptionem* acquisita est, ibi respiciendum ad quasi possessionem, & tantum præscriptum est, quantum possessum.

7. Amittitur immunitas, (1) cessante *qualitate personæ vel rei*, ob quam indulta est. Sic bona ecclesiastica alienata rerum secularium naturam induunt, & sic immunitatem amittunt. (2) Aliis modis, quibus alias amittitur priuilegium, de quibus *P. 1. de constit. princip.* plenius actum.

TEXT. NOTAB.

L. 1. § 1. 2. l. maiores 3. l. immunitates 4. l. semper 5. §. 10. 12

Tit. VII. (X. 63.)

De legationibus.

1. LEGATI *erant nuncii municipales a municipiis ad principem vel populum missi, negotii publici causa*, & sic legatio ad *munera personalia* referebatur.

2. Plu-

2. Plures quam tres mitti non poterant, *l. 4. §. fin. h.* nisi *dignitas legationis* aliud postularet. *l. 4. sit.* Poterant missi filios suos *vicarios* dare, non alios; *l. 4. §. 4. h.* nisi absenti iniuncta esset legatio, eamque *gratuitam* suscepisset. *l. 11. pr. h.*

3. Non poterant mitti *debitores reipublicæ*, nec *infames*, qui ius postulandi non habebant; *l. 4. pr. §. 1. h. debitores* autem *fisci* non prohibebantur. *l. 4. §. 2. h.*

4. Suscepta legatione *in rem suam* nihil agere poterat, *l. 10. pr. h.* nec *alienis negotiis* se interponere, *l. 8. §. 2. l. 17. h.* nec etiam Romæ conueniri: *l. 3. h.* ibidem conuenti habebant ius reuocandi domum, *l. 8. de iudic.* & redeuntes *biennii vacationem. l. 7. h.*

5. Sumtus ex *ærario publico*, qui *legatiui* nomine veniebant, recipiebant, quos heredes restituere non tenebantur, si vel maxime in munere legationis decessissent. *l. 10. §. . h.*

6. Ab his longe differunt legati missi a summo imperante, ceu ostendit ZIEGL. *de iur. mai. l. 1. c. 32. §. 3.* Quia vero missio hæc ex *summo imperio* dependet, hinc etiam ius legatos mittendi competit *statibus imperii*, tum quatenus legatos mittunt, pro *proprio suo interesse:* CVLPISIVS *de legat. stat. Imperii*, IVSTINVS PRESBEVTA *de iur. legat. stat. imper.* tum pro *communibus negotiis imperii*,

nomine totius imperii cum Cæsare expediendis, diciturque *adlegatio*, de qua vid. Dn. a Lvdewig. *de iur. adlegandi.*

7. Commune omnium horum legatorum ius consistit in *inuiolabilitate*, *l. vlt. h.* quæ tamen vlterius extendi nequit, quam quatenus illam haberet mittens, si præsens esset, cuius characterem gerit. conf. *diss. nostra de priuat. legat. sacris cap. 1.* Cetera legatorum iura ex *iure publico* & *gentium* sunt desumenda, nec huc proprie spectant.

TEXT. NOTAB.

L. legatus 2. fin. l. sciendum 4. §. penult. l. legatus 10. l. eundem 16. l. vlt.

Tit. VIII.

De administratione rerum ad ciuitates pertinentium.

QVemadmodum ciuitates & collegia in negotiis iudicialibus suos habent *syndicos*, ita in aliis extraiudicialibus *administratores* suos habent, qui res ad ciuitatem pertinentes

tes administrant, quæ administratio erat *munus personale. l. 18. §. 5. de munerib.*

2. Quale est officium *administratorum* in genere, idem quoque hi administratores facere debent. Quia vero *inuiti* hoc munus subire coguntur, tenentur tantum de *leui culpa*, *l. 6. h.* & si plures constituti, singuli *in solidum* obligantur, vt tamen prius excutiendus sit, qui gessit. *l. 3. pr. h.*

3. Ex administratione fluit necessitas *reddendarum rationum*, secundum fidem acceptorum ac datorum. *l. 2. §. 2. h.* Hinc tenentur de *residuis*, eorumque nomine *vsuras* soluunt *l. 9. pr. h.* *Erroris calculi retractatio* etiam post vicennium admittitur, nisi rationes diligenter expunctæ sunt, *l. 8. h.* quo facto tantum ad 10. vel 20. annos retractatio restricta est. *l. 13. in f. de diu. & temp. præscr.*

4. Hodie plerumque ad senatum oppidanum administratio rerum ad ciuitatem pertinentium spectat, hinc & ille quoque ad rationes reddendas obligatur, & quidem principi ex suprema potestate, quam in ciuitate habet, quæcunque consuetudo etiam in contrarium allegetur. vid. STRYK. *de iur. princip. circa ration. ciuit. c. 2.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. non vtique 2. §. 1. 7. 8. 12. l. curatores 3. pr. l. legatum 4. l. magistratus 6. l. calculi 8.

Tit. IX. (X. 46.)

De decretis ab ordine faciendis.

1. DEcreta (quæ hodie *statuta* vocamus,) ab *ordine decurionum* in vsum reipublicæ constitui poterant, in quibus requirebatur (I) *vt legitimo numero decurionum coacto facta essent*, *l. 2. h.* adhibitis ad minimum *duabus tertiis*: *l. 3. h.* alias non valebant.

2. (II) *Vt concernerent salutem ciuitatis*, & hinc ob *vtilitatem publicam* rescissio prioris decreti fieri poterat. *l. 5. h.* Pertinet huc constitutio medicorum, vt eligant de probitate morum & peritia artis conspicuos, quibus se liberosque suos in ægritudine corporum committant. *l. 1. h.*

3. (III) *Ne essent ambitiosa*, h. e. hunc in finem facta, vt homines sibi conciliarent, quorum

rum fauore deinceps in alios vterentur *l. 4. h.* Talia enim prorsus *saluti ciuitatum* repugnabant, & ex *priuatis affectibus* facta erant.

TEXT. NOTAB.

L. illa decreta 2. l. ambitiosa 4. l. quod semel 5. l. vlt.

Tit. X. (VIII. 12. 15.)

De operibus publicis.

1. AD munera publica quoque pertinebat *cura operum publicorum*, quæ *curatoribus* committi solebat, qui si exstruendum opus publicum *redemtoribus* concesserant, inde obligabantur; alias respublica, si ipsa operi efficiendo aliquos præfecerat, *l. 2. §. 1. h.* imo curatores quoque de vitio operis intra *annos quindecim* tenebantur. *l. 8. C. h.*

2. Nouum opus facere priuato licuit, etiam sine principis auctoritate, præterquam si *ad æmulationem* alterius ciuitatis pertineret, vt *materiam seditionis* præbere posset. *l. 3. pr. h.* Pecuniæ tamen in opera noua legatæ potius in tute-

tutelam eorum operum, quæ sunt, conuertendæ, quam ad inchoandum opus erogandæ. *l. 7. pr. h.*

3. *Publico* vero *sumtu* opus nouum sine *Principis auctoritate* fieri non poterat, *l. 3. §. 1. h.* cuius *nomen* etiam operi inscribendum, aut etiam eius, cuius pecunia id factum. *l. 3. §. 1. l. 6. h.* Impendia ordinanda sunt pro viribus singulorum. *l. 12. C. h.* Cauendum præterea in exstructione noui operis, ne contra ornatum & decoram faciem ciuitatis exstruatur. *l. 6. C. h.*

TEXT. NOTAB.

L. qui libertate 2. pr. l. opus nouum 3. l. de operibus 6. l. pecuniam 7. pr.

Ex Codice. l. plurimi 1. l. neque 3. l. præscriptio 6. l. omnes 8. l. si quando 9. l. omnes 12. l. ædificia 14. l. vlt.

Tit. XI. (IV. 60)

De nundinis.

1. NVNDINAE, ita dictæ, quod nonus quisque dies mercatui destinatus esset apud Romanos, *sunt mercatus solennes certis temporibus haberi soliti.*

2. In

2. In iis constituendis requiritur *auctoritas imperantis, l. 1. D. l. vn. C. h.* si exceperis hebdomadales, quæ etiam a *magistratu municipali* constituuntur sine domini superioris consensu. ZIEGLER. *de iur. maiest. lib. 1. c. 42. §. 2.*

3. Hinc in imperio nostro *ius nundinarum* concedit tum *Imperator*, tum ipsi *principes* in suis territoriis; hac tamen cum differentia, quod (1) quilibet status in suo territorio *libere* possit nundinas instituere; Imperator vero non aliter, nisi auditis prius illis, quorum interest. GAIL. *2. O. 69. n. 25.*

4. (2) Amplior est concessio nundinarum ab *Imperatore* facta, quippe per totum imperium vires suas quoad *priuilegia nundinarum* extendens: cum statuum concessio territorio inclusa sit.

5. Priuilegium *nundinarum solennium* præcipuum est, die Marckt-Freyheit, scil. quod mercatores toto eo tempore pro debitis ciuilibus conueniri aut arrestari nequeant, *l. vn. C. h.* nisi priuilegio nundinarum fuerit renunciatum.

6. Ius nundinarum olim etiam priuatis in *prædiis privatis* concedi solebat a senatu vel principe, testibus SVETON. *in Claud. c. 12. §. 3.* PLINIO *lib. 5. ep. 4.* CICER. *philipp. 2. c. 36.* atque hoc

hoc ipsum amittebatur non vtendo per *decem* annos, *l. 1. h.* suppositis tamen requisitis, quæ alias in amissione per non-vsum exiguntur. vid. *P. 1. de constit. princ. in f.* Hoc vero ad *ciuitatum* vel ecclesiarum *priuilegia* applicari nequit.

TEXT. NOTAB.

L. nundinis 1.
Ex Codice. l. vn.

Tit. XII.

De pollicitationibus.

1. POLLICITATIO est *spontanea solius offerentis promissio reipublicæ facta, absque acceptatione hominis*, in quo differt a pacto. *l. 3. pr. h.*

2. Vt obliget, requiritur (1) *vt sit facta ex iusta causa*, quales recensentur in *l. 4. & 7. h.* Si enim quis *sine causa* promiserit, non erit obligatus, *l. 1. §. 1. h.* quia sine hac de *seria* & *deliberata voluntate* non constat, nisi ceperit iam facere. *l. 1. §. 2. 3. 4. h.*

3. (2) *Vt contineat factum licitum*; alias inde non obligatur. *l. 12. §. 1. h.* Hisce concurrentibus, oritur inde obligatio *personæ*: *res ipsa* non afficitur; *l. 2. pr. h.* merito tamen cum donatore ad paupertatem redacto indul-

indulgentius agendum. Sic & *heredes* tenentur, vt tamen, si hereditas non sufficiat, *extraneus* quidem in *quartam* partem patrimonii defuncti, *liberi* in *decimam* teneantur. *l. 9. h.* Quod vero a defuncto ob honorem speratum promissum, ad id heredes non obligantur, nisi forte eo viuo opus fuerit inchoatum. *l. 11. h.*

4. Differt a pollicitatione VOTVM, quod est, *promissio Deo vel ecclesiæ facta*, in quo requiritur, (1) vt factum sit eorum consensu, in cuius potestate est vouens: *l. 2. § 1. h.* (2) vt promissio sit deliberata: (3) facta de opere bono, & in potestate vouentis existente: (4) absit opinio meriti, vid STRYK. *ad Brunneman. ius eccles. lib. 2. cap. 7. §. 1.* LYNCK. *ad decretal. de voto & voti redemt. §. 2.* conf. *ius eccl. protest. tit. de vot. & voti redemt.* Si votum vires patrimonii respicit, etiam effectus suos in foro ciuili habet.

TEXT. NOTAB.

L. si quis rem 2. pr. §. 1. l. propter 4. l. toties 6. §. 1. 2. l. ex pollicitatione 9. l. imperatores 3. l. si quis 14.

Tit. XIII.

De extraordinariis cognitionibus, & si iudex litem suam feciſſe diceretur.

1. QVia de *muneribus publicis*, vbi contentiones interueniebant, extra ordinem procedebatur, de hoc procedendi modo hic agitur. Videlicet modus procedendi apud Romanos, erat vel *ordinarius*, quando interueniebat *formula* cum dato iudice pedaneo: vel *extraordinarius*, quando magiſtratus ipſi cognoſcebant, *ſine formula*, non dato iudice pedaneo, quod vtplurimum in *quæſtionibus iuris* fiebat, & in hoc conſiſtebant *extraordinariæ cognitiones*.

2. Diuiduntur ſecundum *l. 5. pr. h.* in quatuor genera. (1) Si agitur de *honoribus* ſeu muneribus gerendis: (2) ſi de *exiſtimatione* cognoſcitur: (3) Si de *capitali crimine* quæritur; nam in hac cognitione *iudex pedaneus* haud interueniebat: (4) ſi de re pecuniaria diſceptatur. Sed in *l. 2. C. de iudic. pedan.* ma-

ior

ior libertas, extra ordinem cognoscendi, magistratui data est.

3. Ad vltimam classem pertinent non quæuis *causæ pecuniariæ*, sed *honorariorum & salariorum*, quæ aduocatis & medicis debentur, & studiorum liberalium præceptoribus; *l. 1. pr. §. 1. 2. 3. 11. 12. philosophis* tamen & *iuris ciuilis professoribus* ius de salario non dicebatur, quæ res hodie aliter sese habet.

4. Altera pars tituli agit de *iudice litem suam faciente*, per *imperitiam* male iudicando, qui tenetur ad id, quod iudici æquum videbitur, & parti læsæ ad interesse. *l. vlt. h.* Si dolose vero hoc fecerit, ad solidam rei æstimationem obligatur, non heres *l. 16. de iudic.* BRVNNEM. *ad l. cit.* Atque huius causæ cognitio *extra ordinem* peragebatur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 3. 4. 5. 10. 11. 12. 13. l. cognitionum 5. §. 1. 2. final.

Tit. XIV.

De proxeneticis.

1. AD *honoraria*, de quibus *extra ordinem* procedebatur, pertinebant etiam *pro-*

xenetica. Proxenetæ, ἀπὸ τῦ προξενεῖν a *conciliando* dicti, sunt *conciliatores negotiorum*, quibus promitti solent *proxenetica*, quæ licito iure petuntur, vt tamen in his modus seruandus sit. *l. 3. h.*

2. Inspiciendum tamen negotium, in quibus adhibentur. Sic enim sordide accipiuntur (a) propter *contrahenda sponsalia*, *l. fin. C. de sponsal.* (b) ob *sacerdotium. Nou. 123. cap. 2. §. 1.* &c. Res ex seculi decoro variat.

3. Non tamen proprie obligantur ex *mandato*, licet negotium laudauerint, quin potius nullus proprie cum *proxenetis* contractus geritur, sed per hos ipsi principales contrahunt: Si tamen *dolose* & *callide* versati sunt, tenentur de *dolo l. 2. h.* Imo hodie in plurimis ciuitatibus auctoritate publica sunt constituti, qui, accepta certa mercede, negotia conciliant, atque ex *locato* tenentur.

Tit. XV. (XI. 57.)

De censibus.

1. Censvs est *solennis & publica authoritate facta æstimatio & descriptio ciuium, eorum-*

eorumque patrimonii. BRISSONIVS *lib. I. Select. antiq. cap. 5.* GELLIVS *in N. A. lib. 16. c. 10.*

2. Moris enim fuit apud Romanos, singulos patresfamilias, in *sua* quemque *tribu* nomina tum sua, tum totius familiæ, itemque bona mobilia & immobilia profiteri, vt reipublicæ exacta *capitum* & *bonorum* ratio, & quantum eo nomine ærario præstandum esset, constaret. CORNEL. *van* ECK *h. §. 1.* Vnde etiam olim *ætas* ex *libris censualibus* probabatur. *l. 3. pr. l. 4. §. 5. h.*

3. Hinc census duplex erat: alius *personæ*, qui per singula *capita* imperabatur, & inprimis *colonis*: *l. 1. C. ne rustic.* alius *rerum*, qui pro modo bonorum imponebatur iis rebus, ex quibus fructus percipiuntur. *l. 7. §. 2. de vsufruct.*

4. Vt descriptio & æstimatio recte ineatur, requiritur: (1) *censitoris constitutio*, qui æstimationi bonorum vacabat, *l. 4. §. 1. h.* coram quo olim etiam insinuabantur & aperiebantur testamenta. *l. 23. C. de testam.* SCHILTER. *ex. 38. §. 172.* (2) *Professio bonorum*, quæ fieri debebat sub pœna. *l. 4. §. 8. h. l. 53. de iud* (3) Aestimatio facienda *ratione fructuum. l. 4. §. 1. h.* (4) *Descriptio bonorum in librum censualem*, qui publicam fidem habet. vid *supra tit. de fide instrum.* (5) *Assignatio census in singulas personas* & bona, conf. ENGELBR. *§. 65. h.*

5. Soluitur census ab ipsis *dominis* vel simile ius in re habentibus, quod conuenientibus locis vbique est expositum. Quocirca semel impositus census *pactis priuatorum* mutari nequit in *præiudicium fisci. t. t. C. sine censu & reliq.* quamuis tale pactum hunc effectum habeat, vt is, qui censum sibi reseruauit. ad indemnitatem teneatur.

TEXT. NOTAB.

L. forma 4. l. cum possessor 5.
Ex Codice l. omne 4. l. quia grauatos 5.



TITVLVS

TITVLVS
DE
VERBORVM
SIGNIFICATIONE
IN ORDINEM
IVXTA SERIEM ALPHABETICAM
REDACTVS.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1195
DFG



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1767182139/phys_1196
DFG

Tit.
De verborum significatione.

1.

COntinentur in hoc titulo & sequenti, subsidia quædam generalia, quæ ad intellectum legum faciunt. Inprimis in hoc titulo Romanæ linguæ & formularum verborumque ciuilium vsus practicus ostenditur, quibus non recte intellectis, sæpe interpretatio legum Romanarum euertitur.

2. *Regulæ* vero *iuris* antiqui sunt generales propositiones, circa quas tamen obseruandum, non semper easdem ita generaliter, prout iacent, accipi posse, præsertim cum sæpe sint regulæ particulares, vsum in certis materiis tantum præstantes, imo *iuris antiqui*, quæ nouo iure sæpissime immutatæ sunt. Semper itaque attendendum, in quanam materia a iurisconsultis adhibitæ fuerint, quem in finem Labitti *indices legum* vtiliter adhiberi possunt.

3. Quia vero materiæ vtriusque Tituli absque iusto ordine sparsi collectæ sunt, hinc, vt eo facilius ad illas recurri possit, eas referre secundum seriem alphabeticam placuit in sequentibus:

A.

Abesse.

13. VLPIANVS lib. 79. ad edictum.

§. 1. *Res abesse* videntur (vt Sabinus ait, & Pedius probat) etiam hæ, quarum corpus manet, forma mutata est, & ita, si corruptæ redditæ sunt, vel transfiguratæ, videri abesse: quoniam plerumque plus est in manus pretio, quam in re.

§. 2. Desinere autem abesse res tunc videtur, cum sic redit in potestatem, ne amittere eius possessionem possimus,

§. 3. Ob hoc, quod furto pridem subtracta est, abest & ea res, quæ in rebus humanis non est.

Abrogare.

102. MODESTINVS lib. 7. Regularum.

Derogatur legi & abrogatur. *Derogatur* legi cum pars detrahitur: *Abrogatur* legi, cum prorsus tollitur.

Actio.

8. PAVLVS lib. 3. ad edictum.

§. 1. Actionis verbo non continetur exceptio.

34. Idem lib. 24. ad edictum.

Actionis verbo etiam persecutio continetur.

178. VLPIANVS lib. 4. ad Sabinum.

§. 2. *Actionis* verbum & speciale est & generale: nam omnis actio dicitur, siue in personam siue in rem sit petitio: sed plerumque actiones personales solemus dicere: *Petitionis* autem verbo in rem actiones significari videntur; *persecutionis* verbo extraordinarias persecutiones puto contineri, vt puta fideicommissorum, & si quæ aliæ sunt, quæ non habent iuris ordinarii executionem.

Accidere.

162. POMPONIVS lib. 2. ad Sabinum.

§. 1. Si quis ita in testamento scripserit, *si quid filio meo acciderit, Damas seruus meus liber esto:* mortuo filio, Damas liber erit: licet enim accidant & viuis, sed vulgi sermone etiam mors significatur.

Accipere.

71. VLPIANVS lib. 70. ad edictum.

Aliud est capere, aliud accipere. *Capere* cum effectu accipitur. *Accipere* est, si quis non accepit, vt habeat, ideoque non videtur quis capere, quod erit restituturus, sicut *peruenisse* proprie illud dicitur, quod est remansurum.

Adulterium vide *Stuprum.*

Aduena.

226. POMPONIVS libro singular. Enchiridii.

§. 4. *Aduena* est, quem Græci ἄποικον, id est, *domo profugum, colonum, aduenientem* appellant.

Ædes.

243. IAVOLENVS lib. 2. ex posterioribus Labeonis.

§. 4. Straturam loci alicuius ex talibus factis, quæ æstate tollerentur, & hieme ponerentur, ædium esse, ait Labeo: quoniam perpetui vsus gratia paratæ essent: neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur.

245. POMPONIVS lib. 10. epistol.

Statuæ affixæ basibus structilibus, aut tabulæ religatæ catenis, aut erga parietem affixæ, aut si similiter cohærent lychni, non sunt ædium: ornatus enim ædium causa parantur, non quo ædes perficiantur.

§. 1. Idem Labeo ait: prothyrum, quod in ædibus (interim qui) fieri solet, ædium est. vid. *fundus.*

Æs.

159. VLPIANVS lib. 1. ad Sabinum.

Etiam aureos nummos æs dicimus.

Æs alienum.

213. VLPIANVS lib. 1. regularum.

§. 1. Æs alienum est, quod nos aliis debemus: æs suum est, quod alii nobis debent.

Ager.

27. Idem lib. 17. ad edictum.

pr. *Ager* est locus, qui sine villa est. vid. *fundus.*

Agere.

19. Idem lib. 11. ad edictum.

Labeo libro I. prætoris vrbani definit, quod quæ-

quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. Et *actum* quidem generale verbum esse, sive verbis, sive re quid agatur: vt in stipulationibus vel numeratione. Contractum autem vltro citroque obligationem, quod Græci συνάλλαγμα vocant; veluti emtionem venditionem, locationem, conductionem, societatem. *Gestum* rem significare sine verbis factam.

58. GAIVS lib. 24. ad Edictum prouinciale.

pr. Licet inter gesta & facta videtur esse quædam subtilis differentia, attamen καταχρησικῶς, id est *abusiue*, nihil inter factum & gestum interest. vid. *ferre* pr.

Alienatio.

28. PAVLVS lib. 21. ad Edictum.

pr. *Alienationis* verbum etiam vsucapionem continet. Vix est enim, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi. Eum quoque alienare, dicitur, qui non vtendo amisit seruitutes. Qui occasione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare, veluti qui hereditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur.

76. VLPIANVS lib. 76. ad edictum.

Alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet. Venditum tamen recte dicetur.

Amicus.

223. PAVLVS lib. 2. Sententiarum.

§. 1. *Amicos* appellare debemus non leui

notitia coniunctos, sed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæsita rationibus.

Amittere.

14. PAVLVS lib. 7. ad edictum.

§. 1. Rem *amisisse* videtur, qui aduersus nullum eius persequendæ actionem habet.

Amplius.

82. Idem lib. 14. ad Plautium.

Verbum *amplius* ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur. Sicuti ex contrario minus solutum videtur, etiamsi nihil esset exactum.

Angiportum vid. *Portus.*

Anniculus.

132. Idem lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

pr. Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur: & consuetudo loquendi, id ita esse, declarat, *ante diem decimum calendarum post diem calendarum*: neque vtro enim sermone vndecim dies significantur.

134. Idem lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.

Anniculus non statim vt natus est, sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente plane non exacto die, quia annum ciuiliter, non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

Annus vid. *maior pars anni.*

Apostoli.

106. MODESTINVS lib. singulari de præscriptoribus.

Dimissoriæ literæ dicuntur, quæ vulgo Apostoli

ſtoli dicuntur. Dimiſſoriæ autem dictæ, quod cauſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittitur.

Apud vid. *penes.*

Arma.

41. GAIVS lib. 21. ad edictum prouinciale.

Armorum appellatio non vtique ſcuta & gladios, & galeas ſignificat, ſed & fuſtes & lapides.

Arbitratu fieri.

68. VLPIANVS lib 77. ad edictum

Illa verba, *arbitratu Lucii Titii fieri*, ius ſignificant, & in ſeruum non cadunt.

Area vid. *fundus.*

Aſſignare libertum.

107. MODESTINVS lib. 3. Pandectarum.

Aſſignare libertum, hoc eſt teſtificari, cuius ex liberis libertum eius eſſe voluit.

B.

Biſſextum.

98. CELSVS lib. 39. digeſtorum.

pr. Cum *Biſſextum* calendis eſt: nihil refert, vtrum priore an poſteriore die quis natus ſit, & deinceps ſextum calendas eius natalis dies eſt. Nam id biduum pro vno die habetur: ſed poſterior dies intercalatu, non prior: ideo quo anno intercalatum non eſt, ſextum calendas natus, cum Biſſextum calendis eſt, priorem diem natalem habet.

Bona.

21. PAVLVS lib. 11 ad edictum.

Princeps bonis accedendo videtur etiam obligationes concedere.

39. Idem lib. 53. ad edictum.

§. 1. *Bona* intelliguntur cuiusque, quæ deducto ære alieno superſunt.

49. VLPIANVS lib. 59. ad edictum.

Bonorum appellatio aut naturalis aut ciuilis eſt: naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc eſt, beatos faciunt, beare eſt prodeſſe. In bonis autem noſtris computari ſciendum eſt, non ſolum, quæ dominii noſtri ſunt, ſed ſi bona fide a nobis poſſideantur vel ſuperficiaria ſint. Æque bonis annumerabitur, etiam ſi quid eſt in actionibus, petitionibus, perſecutionibus, nam hæc omnia in bonis eſſe videntur.

83. IAVOLENVS lib. 5. ex Plautio.

Proprie bona dici non poſſunt, quæ plus incommodi quam commodi habent. vid. *peculium.*

Bonorum poſſeſſio.

119. POMPONIVS lib. 3. ad Quint. Mucium.

Hereditatis appellatio ſine dubio continet etiam damnoſam hereditatem. Iuris enim nomen eſt, ſicuti bonorum poſſeſſio.

Bos.

89. Idem lib. 6. ad Sabinum.

pr. Boues magis armentorum, quam iumentorum generis appellantur.

C.

C.

Calendæ Ianuarii.

233. Gaius lib. 1. ad legem XII. Tabularum.

§. 1. Post Calendas Ianuarii die tertio pro salute principis vota suscipiuntur.

Calumniatio.

233. Idem lib. 1. ad legem XII. Tabularum.

pr. *Si caluitur, & moretur, & frustretur.* Inde & *calumniatores* appellati sunt, qui per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus, inde & cauillatio dicta est.

Capere.

140. PAVLVS lib. 6. ad legem Iuliam & Papiam.

Cepisse quis intelligitur, quamuis alii acquisiuit. vid. *accipere.*

Capitalis.

105. MODESTINVS lib. 8. regularum.

Licet capitalis latine loquentibus omnis causa existimationis videatur: tamen appellatio *capitalis* mortis, vel amissionis ciuitatis intelligenda est.

Carbones.

169. VLPIANVS lib. 25. ad Sabinum.

Carbonum appellatione materiam non contineri: sed an lignorum? & fortassis quis dicet, nec lignorum, non enim lignorum gratia habuit. Sed & *Titiones* & alia ligna cocta ne fumum faciant, vtrum ligno an carboni, an suo generi annumerabimus? Et magis est, vt proprium genus habeatur. *Sulphurata* quoque

de

de ligno æque eandem habebunt definitionem. Ad faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa, nisi hæc fuit voluntas. Idem de nucleis oliuarum, sed & de balanis est, vel si qui alii nuclei. De pino autem integri strobili ligni appellatione continebuntur.

Cauere.

188. PAVLVS lib. 33. ad edictum.

§. 1. *Cautum* intelligitur, siue personis, siue rebus cautum est.

Cauillati. Σωρίτης.

177. VLPIANVS lib. 47. ad Sabinum.

Natura cauillationis, quam Græci Σωρίτην (id est *aceruatem syllogisinum*) appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes, disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur.

Cedere diem.

213. VLPIANVS lib. 1. regularum.

Cedere diem significat incipere deberi pecuniam: *venire* diem significat, eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Vbi pure quis stipulatus fuerit, & cessit & venit dies: vbi in diem, cessit dies, sed nondum venit; vbi sub conditione, neque cessit neque venit dies, pendente adhuc conditione.

Censere.

111. IAVOLENVS lib. 6. ex Cassio.

Censere est constituere & percipere, vnde etiam dicere solemus, *censeo hoc facias* & semet ali-

aliquid censuisse, inde censoris nomen videtur esse tractum.

Ceteri.

160. VLPIANVS lib. 2. ad Sabinum.

Ceterorum & reliquorum appellatione etiam omnes continentur, vt Marcellus dixit circa eum, cui optio serui legata est, ceteri Sempronio; nam tentat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

Cognoscere instrumenta.

56. VLPIANVS lib. 62. ad edictum.

pr. Cognoscere instrumenta est relegere & recognoscere: dispungere est conferre accepta & data.

Collega.

173. VLPIANVS lib. 39. ad Sabinum.

Collegarum appellatione hi continentur, qui sunt eiusdem potestatis.

Collegium.

85. MARCELLVS lib. 1. digestorum.

Neratius Priscus tres facere existimat collegium, & hoc magis sequendum est.

Commodare.

186. VLPIANVS lib 30. ad edictum.

Commodare nihil aliud est quam deponere.

Commodum esse.

125. PROCVLVS lib. 5. epistol.

Nepos Proculo suo salutem: ab eo, qui ita dotem promisit; *cum commodum erit, dotis filiæ meæ tibi erunt aurei centum*, putasne protinus nuptiis factis dotem peti posse? quid si ita promi-

misisset, *cum potuero, doti erunt?* quod si aliquam vim habeat posterior obligatio, *possit*, verbum quomodo interpretaris? vtrum ære alieno deducto, an extante? Proculus: cum dotem quis ita promisit, *cum potuero, doti tibi erunt centum:* existimo, ad id, quod actum est, interpretationem redigendam esse: nam qui ambigue loquitur, id loquitur, quod ex his, quæ significantur, sensit: propius est tamen, vt hoc eum sensisse existimem, deducto ære alieno potero, potest etiam illa accipi significatio, cum salua dignitate mea potero; quæ interpretatio eo magis accipienda est, si ita promissum est, *cum commodum erit*, hoc est, cum sine incommodo meo potero.

Conditionalis creditor.

52. VLPIANVS lib. 62. ad edictum.

Conditionales creditores dicuntur & hi, quibus nondum competit actio, est autem competitura: vel qui spem habent, vt competat.

Coniunctus.

53. PAVLVS lib. 59. ad edictum.

Sæpe ita comparatum est, vt coniuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta pro coniunctis, interdum soluta pro separatis. Nam cum dicitur apud veteres *agnatorum gentiliumque*, pro separatione accipitur. At cum dicitur, *superior pecunia tutelaue sua*, tutor separatim sine pecunia dari non potest. Et cum dicimus: *quod dedi & donaui*, vtraque continemus. Cum vero dicimus, *quod cum dare facere* opor-

oportet, quoduis eorum sufficit probare. Cum vero dicit prætor: si donum, munus, operas redemerit: si omnia imposita sunt, certum est, omnia redimenda esse. Ex re ergo pro coniunctis haberentur, si quædam imposita sunt, cetera non desiderabuntur.

Coniunctio.

29. PAVLVS lib. 66. ad edictum.

Coniunctionem enim nonnumquam pro disiunctione accipi, Labeo ait, vt in illa stipulatione, *mihi heredique meo, te heredemque tuum.*

142. Idem lib. 6. ad legem Iuliam & Papiam.

Triplici modo coniunctio intelligitur: aut enim re per se coniunctio contingit, aut re & verbis, aut verbis tantum? Nec dubium est, quin coniuncti sint, quos & nominum & rei complexus iungit: veluti *Titius & Meuius ex parte dimidia heredes sunto:* vel ita: *Titius Meiusque heredes sunto:* vel: *Titius cum Meuio ex parte dimidia heredes sunto:* Videamus autem, ne, etiamsi hos articulos detrahas, *& que, cum:* interdum tamen coniunctos accipi oporteat: veluti *Lucius Titius, Publius Meuius*, ex parte dimidiæ *heredes sunto:* vel ita: Publius Meuius, Lucius Titius, heredes sunto, *Sempronius ex parte dimidia heres esto:* vt Titius & Meuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur. *Lucius Titius ex parte dimidia heres esto. Seius ex parte, qua Lucium Titium instituit, heres esto. Sempronius ex parte dimidia heres esto.* Iulianus dubitari posse, tres semisses facti sint, an

Ti-

Titius in eundem semissem cum Caio Seio institutus sit: sed eo, quod Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verisimilius esse, in eundem semissem duos coactos & coniunctim heredes scriptos esse.

Consilium.

53. PAVLVS lib. 59. ad edictum.

§. 1. Item dubitatum, illa verba, *ope, consilio*, quemadmodum accipienda sunt, sententiæ coniungentium aut separantium? Sed verius est, quod & Labeo ait: separatim accipienda: quia aliud factum est eius, qui ope, aliud eius, qui consilio furtum facit. Sic enim alii condici potest, alii non potest. Et sane post veterum auctoritatem eo peruentum est, vt nemo ope videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit: nec consilium habuisse noceat, nisi & factum secutum fuerit.

Continentes Prouinciæ.

99. VLPIANVS lib. 3. de officio Consulis.

§. 1. *Continentes prouincias* accipere debemus eas, quæ Italiæ iunctæ sunt: vt puta Galliam. Sed & prouinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto Italia diuiditur.

Contrahere. vid. *agere.*

Coram.

209. FLORENTINVS lib. 1c. institutionum.

Coram Titio aliquid facere iussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat: itaque si furiosus aut infans sit, aut dormiat, non videtur

tur coram eo feciſſe, ſcire autem, non etiam velle is debet: nam & inuito eo recte fit, quod iuſſum eſt.

Creditor.

10. VLPIANVS lib. 6. ad edictum.

Creditores accipiendos eſſe conſtat eos, quibus debetur ex quacunque actione, vel perſecutione, vel iure ciuili ſine exceptionis perpetuæ remotione vel honorario vel extraordinario, ſiue pure, ſiue in diem, vel ſub conditione. Quod ſi natura debeatur, non ſunt loco creditorum; ſed ſi non ſit mutua pecunia, ſed contractus, creditores accipiuntur.

11. GAIVS lib. 1. ad edictum prouinciale.

Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt: ſed omnes, quibus ex qualibet cauſa debetur

12. VLPIANVS lib 6. ad edictum.

Vt ſi cui ex emto vel ex locato vel ex alio vllo debetur. Sed & ſi ex delicto debeatur, mihi videtur poſſe creditoris loco accipi. Quod ſi ex populari cauſa, ante litis conteſtationem, recte dicetur, creditoris loco non eſſe, poſtea eſſe.

55. PAVLVS lib. 16 breuis edicti.

Creditor autem is eſt, qui exceptione perpetua ſummoueri non poteſt, qui autem temporalem exceptionem timet, ſimilis eſt conditionali creditori.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1211
DFG

Culpa lata.

213. VLPIANVS lib. 1. regularum.

§. 2. *Lata culpa* est nimia negligentia, id est non intelligere, quod omnes intelligunt.

223. PAVLVS lib. 2. sententiarum.

Latæ culpæ finis est, non intelligere id, quod omnes intelligunt.

226. Idem lib. 1. manualium.

Magna negligentia culpa est, magna culpa dolus est.

Cum.

217. IAVOLENVS lib. 1. ex posterioribus Labeonis.

pr. Inter illam conditionem *cum fari potuerit & postquam fari potuerit*, multum interest: nam posteriorem scripturam vberiorem esse constat; at *cum fari potuerit*, arctiorem: & id tantummodo tempus significari, quo primum fari possit.

Custodia vid. *vincula.*

D.

Dare.

76. PAVLVS lib 51. ad edictum.

Dedisse intelligendus est etiam is, qui permutauit vel compensauit.

Debuit.

178. VLPIANVS lib. 49. ad Sabinum.

§. 3. Hoc verbum *debuit*, omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissi fuerit persecutio.

De-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1212
DFG

Debitor.

108. MODESTINVS lib. 4. pandectarum.

Debitor intelligitur is, a quo inuito exigi pecunia potest.

Decurio.

239. POMPONIVS lib. singulari enchiridii.

§. 5. *Decuriones* quidam dictos putant ex eo, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducerentur, consilii publici gratia conscribi solita sit.

Derogare vid. *abrogare.*

Detestari.

39. PAVLVS lib. 53. ad edictum.

§. 2. *Detestari* est absenti denunciare.

40. VLPIANVS lib. 56. ad edictum.

pr. *Detestatio* est denunciatio facta cum testatione.

238. GAIVS lib. 6. ad legem XII. tabul.

§. 1. *Detestatum* est testatione denunciatum.

Dies.

2. PAVLVS lib. 1 ad edictum.

§. 1. Cuiusque diei maior pars est horarum septem primarum diei, non supremarum.

133. VLPIANVS lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.

Si quis sic dixerit, vt intrà diem mortis eius aliquid fiat: ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur.

217. IAVOLENVS lib. 1. ex posterioribus Labeonis.

§. 1. Item ita data conditione, *illud facito in diebus*, si præterea fuisset adiectum, in biduo conditionem impleri oportet.

Dimissoriæ litteræ. vid. *Apostoli.*
Disiunctus vid. *coniunctus.*
Dispungere.

56. VLPIANVS lib. 60. secundo ad edictum, pr. Dispungere est conferre accepta & data.

Diuortium.

101. MODESTINVS lib. 9. differentiarum.

§. 1. Diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur.

191. PAVLVS lib. 35. ad edictum.

Inter diuortium & repudium hoc interest, quod repudiari etiam futurum matrimonium potest: non recte autem sponsa diuortisse dicitur: quod diuortium ex eo dictum sit, quod in diuersas partes eunt, qui discedunt.

Doli clausula.

69. VLPIANVS lib. 78 ad edictum.

Hæc verba, *cui rei dolus malus aberit, abfuerit;* generaliter comprehendunt omnem dolum, quicunque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.

Dolus.

226. PAVLVS lib. 1. manualium.

Magna negligentia culpa est, magna culpa dolus est.

Do-

Domus.

203. ALFENVS VARVS lib. 7. digestor.

In lege Censoria portus Siciliæ ita scriptum erat; *seruos, quos domo quis ducet, suo vsu, pro his portorium ne dato.* Quærebatur, si quis a Sicilia seruos Romam mitteret fundi instruendi causa, vtrum pro his omnibus portorium dare deberet, nec ne: Respondit, duas esse in hac scriptura quæstiones: primam, quid esset, *domum* ducere, alteram, quid esset, *suo vsu* ducere. Igitur quæri soleret, vtrum vbi quisque habitaret, siue in prouincia, siue in Italia, an duntaxat in sua cuiusque patria *domus* esse recte dicitur? Sed ea re constitutum esse, eam domum vnicuique nostrum debere existimari, vbi quisque sedes & tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. Quid autem esset *vsu suo*, magnam habuisse dubitationem: & magis placet, quod victus sui causa paratum est, tantum contineri. Itemque, de seruis eadem ratione quæri, qui eorum vsus sui causa parati essent: vtrum dispensatores, insularii, villici atrienses, textores, operarii quoque rustici, qui agrorum colendorum causa haberentur, ex quibus (agris) paterfamilias fructus caperet, quibus se toleraret, omnes denique seruos, quos quisque emisset, vt ipse haberet, (atque eis ad aliquam rem vteretur) neque ideo emisset, vt venderet. Et sibi videri, eos demum *vsus sui causa* patremfamilias habere, qui

ad eius corpus tuendum, atque ipsius cultum propositi destinatique essent: quo in genere, unctores cubicularii, coci, ministratores, alii, qui ad eiusmodi usum parati essent, numerarentur.

Donatio.

67. VLPIANVS lib. 76. ad edictum.

§. 1. Donationis verbum simpliciter loquendo omnem donationem comprehendisse videtur, siue mortis causa siue non mortis causa fuerit.

Donum vid. *munus.*

E.

Emtor bonæ fidei.

109. MODESTINVS lib. 5 pandectarum.

Bonæ fidei emtor esse videtur, qui ignorauit eam rem alienam esse: aut putauit eum, qui vendidit, ius vendendi habere, puta, procuratorem, aut tutorem esse.

Est, erit.

123. POMPONIVS lib. 26. ad Quintum Mucium.

Verbum *erit*, interdum etiam præteritum nec futurum tempus solum demonstrat: quod est nobis necessarium scire, & cum codicilli ita confirmati testamento fuerint, *quod in codicillis scriptum erit*: vtrumne futuri temporis demonstratio fiat, an etiam præteriti, si ante scriptos codicillos quis relinquat: quod quidem

dem ex voluntate scribentis interpretandum. Quemadmodum autem hoc verbum: *est*, non solum præsens, sed & præteritum tempus significat; ita & hoc verbum *erit*, non solum futurum, sed interdum etiam præteritum tempus demonstrat: nam cum dicimus: *Lucius Titius solutus est ab obligatione:* & præteritum & præsens significamus: sicut hoc *Lucius Titius allegatus:* & idem fit, cum ita loquimur: *Troia capta est.* Non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad præteritum.

Exhibere. Restituere.

22. GAIVS lib. 4. ad edictum prouinciale.

Plus est in restitutione quam in exhibitione. Nam *exhibere* est præsentiam corporis præbere. *Restituere* est possessorem facere fructusque reddere. Pleraque præterea restitutionis verbo continentur.

POMPONIVS lib. 16. epistol.

Apud Labeonem Pithanon ita scriptum est: *exhibet* qui præstat eius, de quo agitur, præsentiam; nam etiam, qui sistit, præstat eius, de quo agitur, præsentiam: nec tamen eum exhibet, & qui mutum aut furiosum, aut infantem exhibet: non potest videri eius præstare præsentiam: nemo enim ex eo genere præsens satis apte appellari potest.

Exigere.

178. VLPIANVS lib. 32. ad edictum.

Verbum *exactæ pecuniæ*, non solum ad solutionem referendum est: verum etiam delegationem.

F.

Fabri tignarii.

235. GAIVS lib. 3. ad legem XII. tabularum.

§. 1. Fabros tignarios dicimus non eos duntaxat, qui tigna dolarent, sed omnes qui ædificarent.

Facere Oportere.

157. POMPONIVS lib. 22. ad Sabinum.

Faciendi verbo, reddendi etiam causa continetur.

186. PAVLVS lib. 34. ad edictum.

Facere oportere, & hanc significationem habet, vt abstineat quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret, & caueret, ne fiat

218. PAPINIANVS lib. 27. quæstion.

Verbum *facere* omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

Falsus.

221. PAVLVS lib. 10. Responsorum.

Paulus respondit, *falsum tutorem* eum vere dici, qui tutor non est, siue habenti tutor datus est, siue non. Sicut *falsum testamentum*, quod testamentum non est: *& modius iniquus*, qui modius non est.

Fa-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1218
DFG

Familia.

40. VLPIANVS lib. 56.

§. 2. Familiæ appellatione liberi quoque continentur.

§. 3 Vnicus seruus familiæ appellatione non continetur, ne duo quidem familiam faciunt.

195. Idem lib. 46. ad edictum.

§. 1. Familiæ appellatio qualiter accipiatur videamus. Et quidem varie accepta est: nam & in res, & in personas deducitur. In res, vt puta in leg. XII. tabularum his verbis: *Agnatus proximus familiam habeto.* Ad personas autem refertur familiæ significatio, ita vt cum de patrono & liberto loquitur lex: *ex ea familia* inquit *in eam familiam*, & hic de singularibus personis legem loqui constat.

§. 2. Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio ipsorum aut communi vniuersæ cognationis continetur. Iure proprio familiam dicimus plures personas, quæ sunt sub vnius potestate, aut natura, aut iure subiectæ, vt puta patrem familias, matrem familias, filium familias, filiamfam. quique deinceps vicem eorum sequuntur, vt puta nepotes & neptes & deinceps. Pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet: rectèque hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat: non enim solam personam eius, sed &

ius demonstramus. Denique & pupillum patrem familias appellamus, cum paterfam. moritur, quotquot capita ei subiecta fuerint, singulas familias incipiunt habere; singuli enim patrumfamiliarum nomine subeunt: nam & hic sui iuris effectus, propriam familiam habet. Communi iure familiam dicimus omnium agnatorum; nam etsi patrefamilias mortuo, singuli singulas familias habent, tamen omnes, qui sub vnius potestate fuere, recte eiusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt.

§. 3. Seruitium quoque solemus appellare familias, vt in edicto prætoris ostendimus sub titulo de furtis, vbi prætor loquitur de familia publicanorum; sed ibi non omnes serui sed corpus quoddam seruorum demonstratur, huius rei causa paratum, hoc est, vectigalis causa: alia autem parte edicti omnes serui continentur, vt de hominibus coactis, & vi bonorum raptorum: item redhibitoria, si deterior res reddatur emtoris opera, & familiæ eius, & interdicto vnde vi, familiæ appellatio omnes seruos comprehendit, sed & filii continentur.

§. 4. Item appellatur familia plurium personarum, quæ ab eiusdem vltimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi a fonte quodam memoriæ.

§. 5.

§. 5. Mulier autem familiæ ſuæ & caput & finis eſt.

169. GAIVS lib. 16. ad edictum provinciale.

Familiæ appellatione, & ipſe princeps familiæ continetur.

§. 1. Fœminarum liberos in familia earum non eſſe palam eſt: quia qui naſcuntur, patris non matris familiam ſequuntur.

Ferri.

235. Idem lib. 3. ad legem XII. tabul.

Ferri proprie dicimus, quæ quis ſuo corpore baiulat. *Portari* ea, quæ quis iumento ſecum ducit. *Agi* ea, quæ animalia ſunt.

Filia poſthuma.

164. VLPIANVS lib. 15. ad Sabinum.

Nomen filiarum & in poſthumam cadere quæſtionis non eſt, quamuis poſthumæ non cadere in eam, quæ iam in rebus humanis ſit, certum ſit.

Filius.

84. PAVLVS lib. 2. ad Vitellium.

Filii appellatione omnes liberos intelligimus.

116. IAVOLENVS lib. 7. epiſtol.

Quisquis mihi alius filii filiusque heres ſit, Labeo, non videri filiam contineri: Proculus contra, mihi Labeo videtur verborum figuram ſequi, Proculus mentem teſtantis, reſpondit: non

Non dubito, quin Labeonis sententia vera non sit.

122. POMPONIVS lib. 8. ad Quintum Mutium.

Seruius ait: si ita scriptum sit, *filio filiisque meis hosce tutores do:* de masculis duntaxat tutores datos, quoniam singulari casu hoc, *filio*, ad pluralem videtur transisse, continentem eundem sexum, quem singularis prior positus habuisset, sed hoc facti, non iuris habet quæstionem: potest enim fieri, vt singulari casu de filio censuerit, deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit, quod magis rationabile esse videtur.

141. VLPIANVS lib. 8. ad legem Iuliam & Papiam.

Etiam ea mulier, cum moreretur, creditur filium habere, quæ exciso vtero edere possit: nec non etiam alio casu mulier potest habere filium, quem mortis tempore non habuit, vt puta eum, qui ab hostibus remeauit.

Filius. Pater.

201. IVLIANVS lib. 81. digestorum.

Iusta interpretatione recipiendum est, vt appellatione filii, sicut filiam familias contineri sæpe respondebimus, ita & nepos videatur comprehendi. Et *patris* nomine auus quoque demonstrari intelligatur. vid. *liberi.*

Finita vid. *Transacta.*

Fraus

Fraus.

131. VLPIANVS lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

Aliud fraus est, aliud pœna. Fraus enim sine pœna esse potest: pœna sine fraude esse non potest. Pœna est noxæ vindicta: fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio.

Fundus. Locus.

60. Idem lib. 99. ad edictum.

Locus est non fundus, sed portio aliqua fundi. Fundus autem integrum aliquid est, & plerumque sine villa locum accipimus. Ceterum adeo opinio nostra, & constitutio locum a fundo separat, vt & modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eum habuimus. Non etiam magnitudo locum a fundo separat, sed nostra affectio. Et quælibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus. Nec non & fundus locus constitui potest. Nam si eum alii adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur.

§. 1. Loci appellationem non solum ad rustica, verum ad vrbana quoque prædia pertinere, Labeo scribit.

§. 2. Sed fundus quidem suos habet fines, locus vero latere potest, quatenus determinetur & definiatur.

115. IAVOLENVS lib. 4. epistolarum.

Quæstio est, fundus a possessione vel agro, vel

vel prædio quid distet. *Fundus est*, omne quicquid solo tenetur. *Ager* est, si species fundi ad vsum hominis comparatur. *Possessio* ab agro iuris proprietate distat. Quicquid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. Possessio ergo vsus, ager proprietas loci est. Prædium vtriusque supra scriptæ nomen generale est: nam & ager & possessio huius appellationis species sunt.

211. FLORENTINVS lib. 8. institutionum.

Fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur; sed in vsu vrbana ædificia, ædes rusticæ, villæ dicuntur. *Locus* vero sine ædificio, in vrbe area; rure autem ager appellatur. Idemque ager cum ædificio fundus dicitur.

Fruges Frumentum.

77. PAVLVS lib. 49 ad edictum.

Frugem pro reditu appellari, non solum quod frumentis, aut leguminibus, verum & quod ex vino, syluis cæduis, cretifodinis, lapicidinis capitur. Iulianus scribit, *fruges* omnes esse, quibus homo vescatur, falsum esse: non enim carnem, aut aues, ferasue, aut poma fruges dici, frumentum autem id esse, quod arista se teneat, recte Gallum definisse: Lupinum vero & fabam frugem potius dici: quia non arista, sed siliqua continentur, quæ Ser-

Seruius ad Alfenum in frumento contineri putat.

Fugitiuus

225. TRIPHONINVS lib. 1. disputationum.

Fugitiuus est non is, qui solum consilium fugiendi a domino suscepit, licet id se facturum iactauerit, sed qui ipso facto fugæ initium mente deduxerit: nam & furem, adulterum, aleatorem, quanquam aliqua significatione ex animi propensione cuiusque sola quis dicere posset, vt etiam is, qui nunquam alienam rem initio domino subtraxerit, nunquam alienam matremfamilias corruperit, sed modo eius mentis, vt occasione data id commissurus sit: tamen oportere eadem hæc crimina assumendo actu intelligi; & ideo fugitiuum quoque & erronem non solum secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat.

Fur.

174. VLPIANVS lib 42. ad Sabinum.

Aliud est promittere, *furem non esse*, aliud, *furto noxaque solutum esse*: qui enim dicit, furem non esse, de hominis proposito loquitur: qui furtis noxaque solutum, nemini esse furti obligatum promittit.

G.

Gener.

136. Idem lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam *Generi* appellatione & neptis & proneptis tam

tam ex filio, quam ex filia editarum, ceterarumque maritos contineri, manifestum est.

Gerere.

20. Idem lib. 12. ad edictum.

Verba *contraxerunt*, *gesserunt*, non pertinent ad testandi ius.

58. GAIVS lib. 24. ad edictum prouinciale.

Licet inter gesta & facta videtur esse quædam subtilis differentia, attamen καταχρηστικῶς, id est, abusiue, nihil inter factum & gestum interest.

Glans Caduca.

30. Idem lib. 7. ad edictum prouinciale.

§. 4. Glans caduca est, quæ ex arbore cecidit.

§. 1. *Glandis* appellatione omnis fructus continetur, vt Iauolenus ait: exemplo sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα, (id est, extremitates arborum) appellantur.

H.

Habere.

143. VLPIANVS lib. 9. ad legem Iuliam & Papiam.

Id apud se quis *habere* videtur, de quo habet actionem: habetur enim, quod peti potest.

164. Idem lib. 15. ad Sabinum.

§. 2. *Habere*, sicut peruenire, cum effectu accipiendum.

188.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1226
DFG

188. PAVLVS lib. 33. ad edictum.

pr. *Habere* duobus modis accipitur, altero iure dominii, altero, obtinere sine interpellatione id, quod quis emerit.

Hereditas.

3. VLPIANVS lib. 2. ad edictum.

§. 1. Eius, qui apud hostes decessit, dici hereditas non potest, qui seruus decessit.

24. GAIVS lib. 6. ad edictum. prouinciale.

Nihil aliud est hereditas, quam successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit.

65. VLPIANVS lib. 72. ad edictum.

Heredis appellatio non solum ad proximum heredem, sed ad vlteriores refertur. Nam & heredis heres, & deinde, heredis appellatione continetur.

70. PAVLVS lib. 73. ad edictum.

pr. Sciendum est, heredem etiam per multas successiones accipi. Nam paucis speciebus heredis appellatio proximum continet, veluti in substitutione impuberis, *quisquis mihi heres erit, idem filio heres esto.* Item in lege Aelia Sentia filius heres proximus potest libertum paternum vt ingratum accusare, non etiam si heredi heres extiterit. Idem dicitur in operarum exactione, vt filius heres exigere possit, non ex successione effectus.

119. POMPONIVS lib. 3. ad Quintum Mucium.

Hereditatis appellatio sine dubio continet

etiam damnosam hereditatem. Iuris enim nomen est, sicut bonorum possessio.

130. VLPIANVS lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.

Lege obuenire hereditatem, non improprie quis dixerit & eam, quæ ex testamento defertur: quia lege XII. Tabularum testamentariæ hereditates confirmantur.

138. PAVLVS lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.

Hereditatis appellatione bonorum quoque possessio continetur.

151. TERENTIVS CLEMENS lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam.

Delata hereditas intelligitur, quamuis possit adeundo consequi.

170. VLPIANVS lib. 33. ad Sabinum.

Heredis appellatione omnes significari successores, credendum est, etsi verbis non sint expressi.

178. Idem lib. 49. ad Sabinum.

§. 1. *Hereditas* iuris nomen est, quod & accessionem & decessionem in se recipit: hereditas autem vel maxime fructibus augetur.

219. PAPINIANVS lib. 2. Responsorum.

In conuentionibus contrahentium voluntatem potius quam verba spectari placuit Cum igitur ea lege fundum vectigalem municipes locauerint, *vt ad heredem eius, qui susceperit, perti-*

ne-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1228
DFG

neret: ius heredum ad legatarium quoque transferri potuit.

227. PAVLVS lib. 2. manualium.

Ex illa parte edicti, *Tum quem ei heredem esse oportet*, heredis heredibus bonorum possessio non defertur.

§. 1. Item in substitutione his verbis: *Quisquis mihi heres erit*, proximus heres tantum significatur, imo non tantum proximus heres, sed etiam scriptus.

Homo.

142. GAIVS lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.

Hominis appellatione tam feminam, quam masculum contineri non dubitatur.

Hostis.

118. POMPONIVS lib. 2. ad Quintum Mucium.

Hostes hi sunt, qui nobis aut quibus nos publice bellum decreuimus. Ceteri latrones aut prædones sunt.

234. GAIVS lib. 3. ad legem XII. tabularum.

pr. Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset.

I.

Immissum vid. *Proiectum.*

Impensæ.

79. PAVLVS lib. 6. ad Plautium.

Impensæ necessariæ sunt, quæ si factæ non sunt, res aut peritura, aut deterior futura sit.

§. 1. *Vtiles* impensas esse, Fulcinius ait: quæ meliorem dotem faciant, deteriorem esse non sinant, ex quibus reditus mulieri acquiratur, sicut arbusti pastinatione, vltra quam necesse fuerat. Idem doctrinam puerorum: quorum nomine onerari mulierem ignorantem, vel inuitam non oportet: ne cogatur fundo, aut mancipiis carere. In his impensis & pistrinum, & horreum insulæ dotali adiectum plerumque dicemus.

§. 2. *Voluptariæ* sunt, quæ speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent, vt sunt viridia, & aquæ salientes, incrustationes, loricationes, & picturæ.

Incertus.

39. PAVLVS lib. 53. ad Edictum.

§. 3. *Incertus possessor est*, quem ignoramus.

Incola.

239. POMPONIVS libro singular. Enchiridii.

§. 2. *Incola est*, qui aliqua regione domicilium suum contulit, quem Græci παροικον, (id est, *iuxta habitantem*) appellant. Nec tantum hi,

hi, qui in oppido morantur, incolæ sunt: sed etiam, qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum se, quasi aliquam sedem, recipiant.

Indicasse.

197. VLPIANVS lib. 50. ad edictum.

Indicasse est detulisse, arguisse, accusasse & conuiciisse.

Instrumentum.

99. Idem lib. 3. de officio Consulis.

§. 1. *Instrumentorum appellatione*, quæ comprehendantur, perquam difficile erit separare, quæ enim proprie sint instrumenta, propter quæ dilatio danda sit, vnde dignoscemus, si in præsentiam personæ, quæ instruere possit, dilatio petatur: puta qui actum gessit, licet in seruitute, vel qui actor fuit constitutus, putem videri instrumentorum causa peti dilationem.

Integra terra.

30. GAIVS lib. 7. ad edictum prouinciale.

§. 3. *Integra* autem est, in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit.

Intercalaris mensis.

98. CELSVS lib. 39. digestorum.

§. 1. Cato putat, mensem *intercalarem* additicium esse, omnesque eius dies pro momento temporis obseruat, extremoque

die mensis februarii, attribuit Quintus Mucius.

§. 2. Mensis autem *Intercalaris* constat ex diebus viginti octo.

Inteſtatus.

64. PAVLVS lib. 67. ad edictum.

Inteſtatus eſt, non tantum, qui teſtamentum non fecit, ſed etiam, cuius ex teſtamento hereditas adita non eſt.

Iter.

3. VLPIANVS lib. 2. ad edictum.

Itinere faciendo *viginti millia* paſſuum in dies ſingulos peragenda, ſic ſunt accipienda, vt ſi poſt hanc dinumerationem minus quam viginti millia ſuperſint, integrum diem occupent, veluti viginti vnum millia ſunt paſſus; biduum eis attribuetur, quæ dinumeratio ita demum facienda erit, ſi de die non conueniat.

L.

Legatum.

80. PAVLVS lib. 9. ad Plautium.

In generali repetitione legatorum etiam datæ libertates continentur, ex mente legis XII. Tabularum.

120. POMPONIVS lib. 5. ad Quintum Mucium.

Verbis legis duodecim tabularum his, *vti legaſſit*

gassit suæ rei, ita ius esto, latissima potestas tributa videtur, & heredis instituendi & legata, & libertates dandi, tutelas quoque constituendi. Sed id interpretatione coangustatum est vel legum, vel autoritate iura constituentium.

Lex.

6. VLPIANVS lib. 3. ad edictum.

§. 1. Verbum *ex legibus* sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quam ex verbis.

Liberatio.

47. PAVLVS lib. 56. ad edictum.

Liberationis verbum eandem vim habet, quam solutionis.

Liberi.

56. VLPIANVS lib 62. ad edictum.

§. 1. *Liberorum* appellatione continentur non tantum, qui sunt in potestate: sed omnes, qui sui iuris sunt, siue virilis siue feminini sexus sunt, exue feminini sexus descendentes.

148. GAIVS lib. 8. ad legem Iuliam & Papiam.

Non est sine liberis, cui vel vnus filius vnaue filia est: hæc enim enunciatio: *habet liberos* (*non habet liberos*) semper pluratiuo numero profertur: sicut & pupillares & Codicilli.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1233
DFG

149. Idem lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.

Nam quem *sine liberis esse*, dicere non possumus: hunc necesse est dicamus liberos habere.

220. CALLISTRATVS lib. 2. Quæstion.

Liberorum appellatione, nepotes & pronepotes ceterique, qui ex his descendunt, continentur: hos enim omnes suorum appellatione Lex XII. Tabularum comprehendit: toties enim leges necessarium ducunt, cognationum singularum nominibus vti, veluti, *filii, nepotis, pronepotis*, ceterorumue, qui ex his descendant, quoties non omnibus, qui post eos sunt, præstitum voluerint: sed solis his succurrerent, quos nominatim enumerent. At vbi non personis certis, non quibusdam gradibus præstatur, sed omnibus, ex eodem genere qui orti sunt, liberorum appellatione comprehenduntur.

§. 1. Sed & Papirius Fronto lib. 3. responsorum ait, prædio cum villico & contubernali eius & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri, nisi voluntas testatoris aliter habeat: filii enim appellatione sæpe & nepotes accipi, multifariam placere.

§. 2. Diuus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem reliquit.

§. 3.

§. 3. Præter hæc omnia natura nos quoque docet, parentes pios, *qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt*, *filiorum* adpellatione omnes, qui ex nobis descendunt, continere: nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros, quam *filii* appellare: etenim idcirco filios, filiasue concipimus atque edimus, vt ex prole eorum, earumue, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.

Lis.

36. VLPIANVS lib. 23. ad edictum.

Litis nomen omnem actionem significat, siue in rem, siue in personam sit.

Libertis, libertabusque meis.

105. MODESTINVS lib. 11. Responsorum.

Modestinus respondit, his verbis *libertis, libertabusque meis*, liberum libertæ testatoris non contineri.

172. VLPIANVS lib. 38. ad Sabinum.

Liberti appellatione etiam libertam contineri placuit.

243. SCÆVOLA lib. 18. digestorum.

Scæuola respondit: semper acceptum est, vt libertorum appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem testamento, vel posteriore loco manumitterentur, nisi manifeste is, a quo peteretur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

Lignum vide *Carbo.*

Littus.

69. CELSVS lib. 25. digestor.

Littus est, quousque maximus fluctus a mari peruenit. Idque Marcum Tullium aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse.

Locuples.

234. GAIVS lib. 2. ad legem XII. Tabular.

§. 1. *Locuples* est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit.

Locus vid. *fundus.*

M.

Magistratus vid. *Magister.*

Maior pars anni.

156. LICINIVS RVFINVS lib. 10. Regularum.

Maiore parte anni possedisse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit, si modo aduersarius eius, aut paucioribus diebus aut nullis possederit.

Magister.

57. PAVLVS lib. 59. ad edictum.

Cui præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quam ceteri diligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præsunt, adhibent, hi magistri appellantur. Quin etiam ipsi Magistratus per deriuationem a magistris cognominantur.

tur. Vnde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores, magistros appellari a monendo, vel monstrando.

Mangones vide *Merx*.

Mater familias.

46. VLPIANVS lib. 59. ad edictum,

§. 1. *Matremfamilias* accipere debemus eam, quæ non inhoneste vixit. Matrem enim familias a ceteris feminis mores discernunt atque separant. Proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua: ingenua sit, an libertina, nam neque nuptiæ neque natales faciunt matresfamilias, sed boni mores.

Meum.

25. PAVLVS lib. 21. ad edictum.

Recte dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cum vsusfructus alienus est: quia vsusfructus non dominii pars, sed seruitutis sit, vt via & iter. Nec falso dici totum meum esse, cuius non potest vlla pars dici alterius esse. Hoc & Iulianus, & est verius.

91. Idem lib. 2. Fideicommissorum.

Meorum & tuorum appellatione, actiones quoque contineri dicendum est.

Merx.

66. VLPIANVS lib. 64. ad edictum.

Mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinet.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1237
DFG

207. AFRICANVS lib. 3. quæstion.

Mercis appellatione homines non contineri, Mela ait: & ob eam rem mangones non mercatores, sed venaliciarios appellari ait, & recte.

Minus vid. *Amplius.*

Morbus.

101. MODESTINVS lib. 9. Differentiar.

§. 2. Verum est, *morbum* esse temporalem corporis imbecillitatem, *vitium* vero perpetuum corporis impedimentum. Veluti si talum excussit, nam & luscus vtique vitiosus est.

113. IAVOLENVS lib. 14. ex Cassio.

Morbus sonticus est, qui cuique rei nocet.

Mouentia, mobilia.

39. CELSVS lib. 19. digestorum.

Mouentium, item mobilium appellatione idem significamus, si tamen apparet, defunctum animalia duntaxat, quia seipsa mouerent, mouentia vocasse, quod verum est.

Monstrum vid. *portentum.*

Mulcta.

131. VLPIANVS lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

Aliud fraus est, aliud pœna. Fraus enim sine pœna esse potest; pœna sine fraude esse non potest; pœna est noxæ vindicta: fraus

&

& ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio.

§. 1. Inter mulctam autem & pœnam multum interest: cum pœna generale sit nomen, omnium delictorum coercitio: mulcta speciale peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est: pœna autem non tantum pecuniaria, verum capitis & existimationis irrogari solet: & mulcta quidem ex arbitrio venit, qui mulctam dicit; pœna non irrogatur, nisi quæ quaque lege, vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est: quinimo mulcta ibi dicitur, vbi specialis pœna non est imposita. Item mulctam is dicere potest, cui iudicatio data est. Magistratus solos & præsides prouinciarum posse mulctam dicere, mandatis permissum est: pœnam autem vnusquisque irrogare potest, cui huius criminis siue delicti executio competit. vid. *etiam pœna.*

Mulier.

13. VLPIANVS lib. 7. ad edictum.

Mulieris appellatione virgo viripotens continetur.

Municeps.

18. PAVLVS lib. 9. ad edictum.

Igitur municipes dici, quod munera ciuilia capiant.

228. Idem lib. singulari de cognitionibus.

Municipes intelligendi sunt, & qui in eodem municipio nati sunt.

Mu-

Munus.

18. Idem lib. 9. ad edictum.

Munus tribus modis dicitur: vno *Donum*, & inde munera dici, dari, mittiue; altero *onus*, quod cum remittatur, vacationem militiæ, munerisque præstat, inde immunitatem appellari. Tertio *officium*: vnde munera militaria, & quosdam milites munificos vocari.

194. VLPIANVS lib. 41. ad edictum

Inter donum & munus hoc interest, quod inter genus & speciem, nam genus esse donum, Labeo a donando dictum, munus speciem, nam munus esse donum cum causa, vt puta natalitium, nuptalitium.

214. MARCIANVS lib. 1. publicorum iudiciorum.

Munus proprie est, quod necessarie obimus lege, more, imperioue eius, qui iubendi habet potestatem. Dona autem proprie sunt, quæ nulla necessitate iuris, officii, sed sponte præstantur; quæ si non præstentur, nulla reprehensio est; & si præstentur, plerumque laus inest: sed in summa in hoc ventum est, vt non quodcunque munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus recte dicatur.

239. POMPONIVS lib. singulari Enchiridii.

§. 3. Munus publicum est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos, vniuer-

uersosque ciues remque eorum imperio magistratus extraordinarium peruenit.

N.

Nasci.

129. PAVLVS lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam.

Qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati videntur: quia nunquam liberi appellari potuerunt.

Natus.

104. MODESTINVS lib. 2. excusationum, Ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται

Natorum appellatio & ad nepotes. extenditur.

Nauis.

242. IAVOLENVS lib. 2. ex posterioribus Labeonis.

Malus nauis esse partem, *artemonem* autem non esse Labeo ait: quia pleræque naues sine malo inutiles essent, ideoque pars nauis habetur; artemo autem magis adiectamento, quam pars nauis est.

Negatiua verba.

237. GAIVS lib. 5. ad legem XII. Tabularum.

Duobus Negatiuis verbis quasi permittit Lex ma-

magis, quam prohibuit: idque etiam Seruius animaduertit.

Nomen.

4. PAVLVS lib. 1. ad edictum.

Nominis appellatione rem significari, Proculus ait.

6. VLPIANVS lib. 3. ad edictum.

Nominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet.

Nostrum.

25. PAVLVS lib. 21. ad edictum

Recte dicimus, eum fundum totum nostrum esse, etiam cum vsusfructus alienus est: quia vsusfructus non dominii pars, sed seruitutis sit: vt via & iter. Nec falso dici totum meum esse, cuius non potest vlla pars dici alterius esse. Hoc & Iulianus, & est verius.

58. GAIVS lib. 24. ad Edictum prouinciale.

§. 1. Paternos libertos recte videmur dicere nostros libertos. Liberorum libertos non recte nostros libertos dicimus.

Notio.

99. VLPIANVS lib. 3. de officio consulis.

pr. Notionem accipere possumus & cognitionem & iurisdictionem.

Noualis.

30. GAIVS lib. 7. ad edictum prouinciale.

§. 2. *Noualis* est terra præcisa, quæ anno cessauit, quam Græci νέαξιν.

Noxa

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1242
DFG

Noxa.

200 IVLIANVS lib. 2. digestorum.

Hæc stipulatio, *noxis solutum præstari*, non existimatur, ad eas noxas pertinere, quæ publicam exercitionem & coercitionem capitalem habent.

238. GAIVS lib. 3. ad legem XII. tabul.

§. 3. *Noxæ* appellatione omne delictum continetur.

Numerus singularis & pluralis.

158. CELSVS lib 25 digestorum.

In vsu iuris frequenter vti nos, Cascellius ait, singulari appellatione, cum plura generis eiusdem significare vellemus: nam & multum hominem venisse Romam, & piscem vilem esse dicimus. Item in stipulando satis habemus de herede cauere, *si ea res secundum me heredemue meum iudicata erit:* & rursus. *quod ob eam rem te heredemue tuum:* nempe æque, si plures heredes sint, continentur stipulatione.

Nuptum.

89. POMPONIVS lib. 6. ad Sabinum.

§. 1. Hoc sermone, *dum nupta erit*, primæ nuptiæ significantur.

Nurus.

50. VLPIANVS lib. 61. ad edictum.

Nurus appellatio, etiam ad pronurum, & vltra porrigenda est.

O.

Oportet.

8. PAVLVS lib. 3. ad edictum.

Verbum *oportebit*, tam præsens quam futurum tempus significat.

37. Idem lib. 26. ad edictum.

Verbum *oportere* non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest vel pluris vel minoris condemnare, sed ad veritatem refertur.

Oppidum.

239. POMPONIVS lib. singulari Enchiridii.

§. 7. *Oppidum* ab ope dicitur, quod eius rei causa mœnia sint constituta.

Opprobrium vid. *Probrum.*

Optimus maximus.

90. VLPIANVS lib. 27. ad Sabinum.

Qui *vti optimæ maximæ sunt*, ædes tradit, non hoc dicit, seruitutem illis deberi: sed illud solum, ipsas ædes liberas esse, hoc est, nulli seruire.

126. PROCVLVS lib. 6. epistolarum.

Si, cum fundum tibi darem, legem ita dixi, *vti optimus maximus esset*, & adieci, *ius fundi* deterius factum non esse per dominum, præstabitur: amplius eo præstabitur nihil: etiamsi prior pars, qua scriptum est; *vti* optimus maximusque sit; liberum esse significat; eoque si posterior pars adiecta non esset, liberum præstare deberem; tamen inferiore parte satis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud

aliud præstare debeam, quam ius fundi per dominum deterius factum non esse.

163. PAVLVS lib. 2. ad Sabinum.

Illa verba *optimus maximusque*, vel in eum cadere possunt, qui solus est, sic & circa edictum prætoris supremæ tabulæ habentur & solæ.

169. Idem lib 5. ad Sabinum.

Non tantum in traditionibus, sed & in emtionibus & stipulationibus, & testamentis adiectio hæc: vti *optimus maximusque* est, hoc significat, vt liberum præstetur prædium, non vt etiam seruitutes ei debeantur.

Opus.

5. VLPIANVS lib. 2. ad edictum.

§. 1. Opere locato, conducto, his verbis Labeo significari ait id opus, quod Græci ἀποτέλεσμα vocant, non ἔργον, id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum.

Oratio soluta.

28. PAVLVS lib. 21. ad Edictum.

§. 1 Oratio, quæ neque coniunctionem, neque disiunctionem habet, ex mente pronuncian-tis, vel disiuncta vel coniuncta accipitur.

Ornamentum.

74. Idem lib. 2 ad Edictum Ædilium curulium.

Signatorius annulus ornamenti appellatione non continetur.

Ostentum φάντασμα.

38. VLPIANVS lib 25. ad edictum.

Ostentum Labeo definit, omne contra naturam cuiusque rei genitum factumque. Duo genera autem sunt ostentorum: vnum quoties quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria est; alterum, cum quid prodigiosum videtur, quæ Græci φαντάσματα, id est, *visiones* vocant.

P.

Palam.

33. VLPIANVS lib. 21. ad edictum.

Palam est coram pluribus.

Pali.

168. PAVLVS lib. 4. ad Sabinum.

Pali & perticæ in numerum materiæ redigendi sunt, & ideo lignorum appellatione non continentur.

Parens.

51. GAIVS lib. 23. ad edictum prouinciale.

Appellatione *parentis* non tantum pater, sed etiam auus & proauus, & deinceps omnes superiores continentur, sed & mater & auia & proauia.

Paries.

157. ÆLIVS GALLVS lib. 1. de verborum, quæ ad ius pertinent, significatione.

Paries, siue murus siue maceria est.

Pars

Pars.

25. PAVLVS lib. 21. ad edictum.

§. 1. Quintus Mucius ait, partis appellatione rem pro indiuiso significari. Nam quod pro diuiso nostrum sit, id non partem, sed totum esse. Seruius non ineleganter partis appellatione vtrumque significari.

26. VLPIANVS lib. 16. ad edictum.

Partum non esse partem rei furtiuæ Scæuola libro vndecimo quæstionum scribit.

Partitio.

164. VLPIANVS lib. 15. ad Sabinum.

§. 1. *Partitionis* nomen non semper dimidium significat; sed prout est adiectum: potest enim iuberi aliquis, & maximam partiri posse, & vicesimam & tertiam, & prout libuerit: sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars tenetur.

Pascua.

30. GAIVS lib. 7. ad edictum prouinciale.

§. 5. Pascua sylua est, quæ pastui pecudum destinata.

Passus.

154. MACER lib. 1. ad legem Vicesimam.

Mille passus non a milliario vrbis, sed a continentibus ædificiis numerandi sunt.

Pater.

201. IVLIANVS lib. 81. digestorum.

Et Patris nomine auus quoque demonstrati intelligatur.

Patronus.

52. VLPIANVS lib. 61. ad edictum.

Patroni appellatione & patrona continetur.

Pecunia.

5. Idem lib. 2. ad edictum.

Rei appellatio latior est quam pecuniæ, quæ etiam ea, quæ extra computationem patrimonii nostri sunt, continet: cum pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt.

88. CELSVS lib. 18. digestor.

Tantum quisque pecuniæ reliquit, quantum ex bonis eius refici potest. Sic dicimus centies aureorum habere, qui tantum in prædiis, ceterisque similibus rebus habeat. Non idem est in fundo alieno legato, quanquam is hereditaria pecunia parari potest. Neque quisquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit, quicquid ex ea parari potest.

178. VLPIANVS lib. 49. ad Sabinum.

Pecuniæ verbum non solum numeratam pecuniam complectitur: verum omnem omnino pecuniam, hoc est, omnia corpora: nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo est qui ambigat.

97. CELSVS lib. 32. Digestorum.

Cum stipulamur, *quanta pecunia ex hereditate Titii ad te peruenerit*, res ipsas, quæ peruenerunt, non pretia earum spectare videmur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1248
DFG

222. HERMOGENIANVS lib. 2. iuris Epitomarum.

Pecuniæ nomine non solum numerata pecunia, sed omnes res, tam soli quam mobiles, & tam corpora quam iura continentur.

Pœna. Mulcta.

244. LABEO lib. 4. Pithanon a Paulo epitomatorum.

Si qua pœna est, mulcta est; si qua mulcta est, pœna est. Paulus: vtrumque eorum falsum est: namque harum rerum dissimilitudo ex hoc quoque apparet, quod de pœna prouocatio non est: simul atque enim victus quis est eius maleficii, cuius pœna est statuta, statim ea debetur: at mulctæ prouocatio est, nec ante debetur, quam aut non est prouocatum, aut prouocator victus est: nec aliter, quam is dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit, quia pœnæ certæ singulorum peccatorum sunt: mulctæ contra: quia eius iudicis potestas est, quantam dicat, nisi cum lege est constitutum, quantam dicat vid. etiam *fraus. mulcta.*

Peculium.

182. VLPIANVS lib. 27. ad edictum.

Paterfamilias liber peculium non potest habere, quemadmodum nec seruus bona.

Perficere.

139. VLPIANVS lib. 7. ad leg. Iul. & Papiam.

§. 1. *Perfeciſſe ædificium* is videtur, qui ita consumauit, vt iam in vsu esse possit.

Pellex. Παλλακὴ.

144. PAVLVS lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.

Libro memorialium Maſſurius ſcribit: *pellicem* apud antiquos eam habitam, quæ cum vxor non eſſet, cum aliquo tamen viuebat, quam nunc vero nomine *amicam*, paulo honeſtiore concubinam appellari. Granius Flaccus in libro de iure Papiriano ſcribit, pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat: quosdam eam, quæ vxoris loco ſine nuptiis in domo ſit, quam παλλακὴν Græci vocant.

Penes. Apud.

63. VLPIANVS lib. 71. ad edictum.

Penes te amplius eſt, quam *apud te*, nam apud te eſt, quod qualiter qualiter a te teneatur, penes te eſt, quod quodammodo poſſidetur.

Peperiſſe.

132. PAVLVS lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

§. 1. Falſum eſt, eam peperiſſe, cui mortuæ filius exſectus eſt.

Perire.

9. PAVLVS lib. 5. ad edictum.

Marcellus apud Iulianum notat, verbo *periiſſe* & ſciſſum & fractum contineri, & vi raptum.

Pernoctare.

166. POMPONIVS lib. 6. ad Sabinum.

§. 1. *Pernoctare* extra vrbem intelligendus eſt,

est, qui nulla parte noctis in vrbe est, *per* enim totam noctem significat.

Persequi.

57. PAVLVS lib. 59 ad edictum.

§. 1. *Persequi* videtur, & qui satis accepit.

Persona vid. *speciosa persona.*

Pertinere.

70. PAVLVS lib. 73. ad edictum.

§. 1. Verba hæc, *is ad quem ea res pertinet*, sic intelliguntur, vt qui in vniuersum dominium vel iure ciuili, vel iure prætorio succedit, contineatur.

181. POMPONIVS lib. 35. ad Sabinum.

Verbum illud *pertinere* latissime patet, nam & eis rebus petendis aptum est, quæ dominii nostri sint, & eis. quas iure aliquo possideamus, quamuis non sint nostri dominii: pertinere ad nos etiam ea, dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint

Perticæ vid. *Pali.*

Petitio vid. *actio.*

Peruenisse.

171. Idem lib. 16 ad Sabinum.

Peruenisse ad te recte dicitur, quod per te ad alium peruenerit, vt in hereditate, a liberto per patronum filium familias patri eius adoptiuo acquisita responsum est.

Phantasma vid. *ostentum.*

Pignus.

238. GAIVS lib. 6. ad legem XII. tabularum.

Pignus appellatum a pugno: quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur. Vnde etiam videri potest, verum esse, quod quidam putant, pignus proprie rei mobilis constitui.

Plebs.

238. Idem lib. 6. ad legem XII. tabul.

Plebs est ceteri ciues sine senatoribus.

Plumbum.

242. IAVOLENVS lib. 2. ex posterioribus Labeonis.

§. 2. *Plumbum*, quod tegulis poneretur, ædificii esse ait Labeo: sed id, quod hypæthri tegendi causa poneretur, contra esse.

Plurisue.

192. VLPIANVS lib 37. ad edictum.

Hæc adiectio, *plurisue*, non infinitam pecuniam continet, sed modicam, vt taxatio hæc *solidos decem plurisue* ad minutulam summam referatur.

232. GAIVS lib. 1. de verborum obligationibus.

Hæc enumeratio, *quæ sunt pluris aureorum triginta*, simul & quantitatis & æstimationis significatiua est.

Pomum.

80. PAVLVS lib. 4. Epitomarum Alfeni.

Qui fundum vendidit, pomum recepit: nuces

ces & ficus, & vuas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eius generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Græci τρωξίμους, id est, *comestibiles* appellarent, recepta videri.

Portare vid. *Ferre.*

Portentum.

135. VLPIANVS lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.

Quærat aliquis, si pertentosum vel monstrosum, vel debile mulier ediderit, vel qualem visu, vel vagitu nouum, non humanæ figuræ, alterius magis animalis, quam hominis partum, an quia enixa est, prodesse ei debeat? Et magis est, vt hæc quoque parentibus prosint: nec enim est, quod his imputetur, quæ qualiter potuerunt, statutis obtemperauerunt: neque id, quod fataliter accessit, matri damnum iniungere debet.

Portus.

59. Idem lib. 68. ad edictum.

Portus appellatus est conclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur, eaque nihilominus statio est concluſa, atque munita, inde angiportum dictum est.

Possessio.

78. Idem lib. 3. ad Plautium.

Interdum proprietatem quoque verbum *possessionis* significat, sicut in eo, qui possessiones suas legasset, responsum est. vid. etiam *fundus*.

Post-

Postquam.

217. IAVOLENVS lib. 1. ex posterioribus Labeonis.

Inter illam conditionem, *cum fari potuerit, & postquam fari potuerit*, multum interest: nam posteriorem scripturam, vberiorem esse constat: *at cum fieri potuerit*, arctiorem, & id tantummodo tempus significari, quo primum fari possit.

Potestas.

215. PAVLVS lib. sing. ad legem Fusiam Caniniam.

Potestatis verbo plura significantur, in persona magistratuum *imperium*, in persona liberorum *patria potestas*, in persona serui *dominium*: At cum agimus de noxæ deditione cum eo, qui seruum non defendit: præsentis corporis copiam facultatemque significamus. In lege Atinia in potestatem domini rem furtiuam venisse videri, & si eius vindicandæ potestatem habuerit, Sabinus & Cassius aiunt.

Pratum.

31. VLPIANVS lib. 18. ad edictum.

Pratum est, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est, ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum.

Prædium.

96. CELSVS lib. 25. digestorum.

§. 1. *Prædia* dicimus aliquorum esse, non vti-

vtique communiter habentium ea, sed vel alio aliud habente.

Præstari.

71. VLPIANVS lib. 70. ad edictum.

§ *i.* Hæc verba, *His verbis recte præstari*, hoc significant, ne quod periculum vel damnum ex ea re stipulator sentiret.

Præuricator.

212. Idem lib. 1. de adulteriis.

Præuaricatores eos appellamus, qui causam aduersariis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt: a varicando enim præuaricatores dicti sunt.

Probrum.

42. Idem lib. 57. ad edictum.

Probrum & *opprobrium*, id est, probra quædam natura turpia sunt, quædam ciuiliter, & quasi more ciuitatis; vt puta: furtum, adulterium, natura turpe est. Enimuero tutelæ damnari, hoc non natura probrum est, sed more ciuitatis. Nec enim natuta probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.

Proiectum.

242. IAVOLENVS lib. 2. ex posterioribus Labeonis.

§. 1. Inter *proiectum* & *immissum* hoc interesse ait Labeo: quod *proiectum* esset id, quod ita proueheretur, vt nusquam requiesceret, qualia mœnia & suggrundia essent: *immissum* autem

autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterentur.

Pronunciatum. Statuere.

46. VLPIANVS lib. 59. ad edictum.

Pronunciatum & ſtatutum idem poteſt; promiſcue enim & pronunciaſſe & ſtatuiſſe ſolemus dicere eos, qui ius habent cognoſcendi.

Prouinciales.

190. Idem lib. 34. ad edictum.

Prouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent, non eos, qui ex prouincia oriundi ſunt.

Proximus. Supremus.

92. PAVLVS lib. 7. quæſtionum.

Proximus eſt, cui nemo antecedit. *Supremus* eſt, quem nemo ſequitur.

155. LVCINIVS RVFFINVS lib. 7. Regularum.

Proximi appellatione etiam ille continetur, qui ſolus eſt.

162. POMPONIVS lib. 2. ad Sabinum.

In vulgari ſubſtitutione, qua ei, qui ſupremus moritur, heres ſubſtituitur, recte ſubſtitutus etiam vnico intelligitur, exemplo XII. Tabularum, ex quibus proximus agnatus, & ſolus habetur.

Publicanus.

16. GAIVS lib. 3. ad edictum.

Eum, qui vectigal populi Romani conductum habet, *publicanum* appellamus; nam publica

blica appellatio in compluribus cauſis ad populum Romanum reſpicit: ciuitates enim priuatorum loco habentur.

Publicum.

15. VLPIANVS lib. 10. ad edictum.

Bona ciuitatis abuſiue *publica* dicta ſunt, ſola enim ea publica ſunt, quæ populi Romani ſunt.

17. Idem lib. 10. ad edictum.

Inter *publica* habemus non ſacra & religioſa, ſed quæ publicis vſibus deſtinata ſunt; ſed ſi quæ ſunt ciuitatum, velut bona, ſed peculia ſeruorum ciuitatum, procul dubio, publica habentur.

§. 1. *Publica vectigalia* intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit: quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum: item ſalinarum & metallorum & picariarum.

112. IAVOLENVS lib. 11. ex Caſſio.

Littus publicum eſt, eatenus, qua maxime fluctus exæſtuat. Idem iuris eſt in lacu, niſi is totus priuatus eſt.

Puer.

163. PAVLVS lib. 2. ad Sabinum.

§. 1. *Pueri* appellatione etiam puella ſignificatur, nam & feminas puerperas appellant recentes ex partu, & græce παιδίον communiter appellatur.

204. Idem lib. 2. Epitomarum Alfeni.

Pueri appellatio tres significationes habet: vnam, cum omnes seruos pueros appellaremus: Alteram, cum puerum contrario nomine puellæ diceremus: Tertiam, cum ætatem puerilem demonstraremus.

Pupillus.

161. VLPIANVS lib. 64. ad Sabinum.

Non est *pupillus*, qui in vtero est.

239. POMPONIVS lib. sing. Enchiridii.

Pupillus est, qui cum impubes est, desiit in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione.

Q.

Quanti erit, quanti esse paret.

179. VLPIANVS lib. 51. ad Sabinum.

Inter hæc verba: *Quanti ea res erit*, vel *quanti eam rem esse paret*, nihil interest: in vtraque enim clausula placet veram rei æstimationem fieri.

Quanto minus.

150. GAIVS lib. 9. ad legem Iuliam & Papiam.

Si a te stipulatus fuero, *quanto minus a Titio consecutus fuero, tantum dare spondes?* Non solet dubitari, quin si nihil a Titio fuero consecutus, totum debeas, quod Titius debuerit.

Quan.

Quanti paret esse.

193. VLPIANVS lib. 38. ad edictum.

Hæc verba, *quanti eam rem paret esse*, non ad quod interest, sed ad rei æstimationem referuntur.

R.

Rationes edere & reddere.

89. POMPONIVS lib. 6. ad Sabinum.

§. 2. Inter *edere* & *reddi rationes* multum interest, nec is, qui edere iussus sit, reliquum reddere debet. Nam & argentarius edere rationem videtur, etiamsi quod reliquum sit apud eum, non soluat.

Reddere.

94. CELSVS lib. 20. digestorum.

Verbum *reddendi*, quanquam significatum habet retro dandi; recipit tamen & per se dandi significationem.

Reliqui.

95. MARCELLVS lib. 14. digestorum.

Potest *reliquorum* appellatio & vniuersos significare. vid. *Ceteri.*

Recte restitui.

73. VLPIANVS lib. 80. ad edictum.

Hæc verba in stipulatione posita; *eam rem recte restitui*, fructus continent, recte enim verbum pro viri boni arbitrio est.

Repudium vid. *Diuortium.*

Res.

5. PAVLVS lib. 2. ad edictum.

Rei appellatio latior est, quam pecuniæ, quæ etiam ea, quæ extra computationem patrimonii nostri sunt, continet: cum pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt.

23. VLPIANVS lib. 14. ad edictum.

Rei appellatione & causæ & iura continentur.

72. PAVLVS lib. 80. ad edictum.

Appellatione *rei* pars etiam continetur.

Restituere.

35. Idem lib. 17. ad edictum.

Restituere autem is intelligitur, qui simul & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicii accepti tempore res ei reddita fuisset, id est, & vsucapionis causam & fructuum.

75. PAVLVS lib. 52. ad edictum.

Restituere is videtur, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset.

81. Idem lib. 10. ad Plautium.

Cum prætor dicat, *vt opus factum restituatur*, etiam damnum datum actor consequi debet: nam verbo *restitutionis* omnis vtilitas actoris continetur.

24. POMPONIVS lib. 16. epistolarum.

§. 1. *Restituit* non tantum, qui solum corpus, sed qui omnem rem conditionemque reddita

causa

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1260
DFG

causa praestat, & tota restitutio iuris est interpretatio. vid. *exhibere* & *recte.*

139. VLPIANVS lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam.

Ædificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis sunt.

147. TERENTIVS CLEMENS lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

Qui in continentibus vrbis nati sunt, Romæ nati intelliguntur. vid. etiam *vrbs.*

Rustica familia vid. *vrbana familia.*

Ruta cæsa.

241. QVINTVS MVCIVS SCÆVOLA lib. singulari ὁρῶν.

In rutis cæsis sunt ea, quæ terra non tenentur, quæque opere structili, tectorioue non continentur.

S.

Satisdatio.

61. PAVLVS lib. 65. ad edictum.

Satisdationis appellatione interdum etiam repromissio continebitur, quia contentus fuit is, cui satisdatio debebatur.

Seruitus.

86. CELSVS lib. 5. digestorum.

Quid aliud sunt iura prædiorum, quam *prædia, qualiter se habentia*, vt bonitas, salubritas, amplitudo.

Seruus.

40. VLPIANVS lib. 56.

§. 1. *Serui* appellatio etiam ad ancillam refertur.

101. MODESTINVS lib. 9. Differentiarum.

§. 3. Seruis legatis etiam ancillas deberi quidam putant, quasi commune nomen vtrumque sexum contineat.

239. POMPONIVS lib. singulari enchiridii.

§. 1. *Seruorum* appellatio ex eo fluxit, quod imperatores nostri captiuos vendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent.

Sequester.

110. MODESTINVS lib. 6. pandectarum.

Sequester dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est, deposuerunt: dictus ab eo, quod occurrenti aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur.

Sexus.

195. VLPIANVS lib. 46. ad edictum.

Pronunciatio sermonis in sexu masculino ad vtrumque sexum plerumque porrigitur.

Si quis.

1. PAVLVS lib. 1. ad edictum.

Verbum hoc, *si quis*, tam masculos, quam feminas complectitur.

So-

Socer, Socrus.

146. TERENTIVS CLEMENS lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.

Soceri, Socrus appellatione auum quoque & auiam vxoris vel mariti contineri respondetur.

Soluto matrimonio.

240. PAVLVS ex libris sex, lib. 1. imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum.

Cum quærebatur, an verbum, *soluto matrimonio dotem reddi*, non tantum diuortium, sed & mortem contineret, hoc est, an de hoc quoque casu contrahentes sentiant? & multi putabant hoc sensisse; & quibusdam aliis contra videbatur: secundum hoc motus imperator pronunciauit, id actum eo pacto, vt nullo casu remaneret dos apud maritum.

Solutus.

48. GAIVS lib. ad edictum prætoris vrbani titulo.

Qui neque sequantur neque ducantur. Solutum non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur. At ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico sine vinculis seruatur.

Soluendo esse.

114. IAVOLENVS lib. 15. ex Cassio.

Soluendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest soluere.

Soluere.

12. VLPIANVS lib. 6. ad edictum.

§. 1. Minus soluit, qui tardius soluit, nam & tempore minus soluitur. vid. *etiam creditor.*

32. PAVLVS lib. 24. ad edictum.

Minus *solutum* intelligetur, etiamsi nihil esset solutum.

117. Idem lib. 9. epistolarum.

Non potest videri minus soluisse is, in quem amplioris summæ actio non competit.

176. VLPIANVS lib. 45. ad Sabinum.

Solutionis verbo satisfactionem quoque omnem accipiendam placet: soluere dicimus eum, qui fecit, quod facere promisit.

Sorites vid. *Cauillatio.*

Spado.

128. VLPIANVS lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam.

Spadonum generalis appellatio est: quo nomine tam hi, qui natura spadones sunt, item thlibiæ, thlasiæ, sed & si quod aliud genus spadonum est, continentur.

Speciosa persona.

100. VLPIANVS lib. 2. de officio Consulis.

Speciosas personas accipere debemus, *clarissimas* personas vtriusque sexus. Item eorum, quæ ornamentis *Senatoriis* vtuntur.

Sponsio.

8. PAVLVS lib. 2. ad edictum.

Sponsio appellatur, non solum quæ per sponsi in-

interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque.

Statuere vid. *pronunciare.*

Stipendium.

27. VLPIANVS lib 17. ad edictum.

§. 1. *Stipendium* a *stipe* appellatum est, quod per stipes, i. e. modica æra colligatur. Idem hoc etiam *Tributum* appellari Pomponius ait: Et sane appellatur ab intributione tribuum: vel ex eo, quod militibus tribuatur.

Stipula.

30. GAIVS lib. 7. ad edictum prouinciale.

§. 1. *Stipula illecta* est, spicæ in messe desectæ, nec dum lectæ, quas rustici, cum vacauerint, colligunt.

Stragula vid. *stratum.*

Stratum, stragula, victus.

45. PAVLVS lib. 58. ad edictum.

Instratum omne vestimentum contineri, quod iniiciatur, Labeo ait: Neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium περίστρωμα. In victum ergo vestem accipiemus, non stragula; in stratum omnem stragulam vestem.

Subsignare.

39. PAVLVS lib. 53. ad edictum.

Subsignatum dicitur, quod aliquo subscriptum est; nam veteres subsignationis verbo pro subscriptione vti solebant.

Sumptus.

202. ALFENVS VARVS lib. 2. digestor.

Cum in testamento scriptum esset, vt heres in funere, aut in monumento duntaxat aureos centum consumeret; non licet minus consumere; si amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra testamentum facere videtur.

Suum.

239. POMPONIVS lib. singulari Enchiridii.

§. 9. Verbum *suum* ambiguum est, vtrum de toto, an de parte significet, & ideo, qui iurat, suum non esse, adiicere debet, neque sibi commune esse.

Supremus vid. *proximus.*

Sylua.

30. GAIVS lib. 7. ad edictum prouinciale.

Sylua cædua est, (vt quidam putant) quæ in hoc habetur, vt cæderetur. Seruius eam esse, quæ succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur.

§ 5. *Pascua sylua* est, quæ pastui pecudum destinata est.

T.

Taberna.

183. VLPIANVS lib. 18. ad edictum.

Tabernæ appellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium, nempe ex eo, quod tabulis claudatur,

185.

185. Idem lib. 28. ad edictum.

Instructam autem tabernam sic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis constat.

Tabernaculum.

184. PAVLVS lib. 30. ad edictum.

Inde tabernacula & contubernales dicti sunt.

Ter enixa.

137. Idem lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.

Ter enixa videtur, etiam quæ trigeminos peperit.

Telum.

233. GAIVS lib. 1. ad legem XII. tabul.

§. 2. *Telum* vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur; sed tunc omne significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, vt & lapis & lignum, & ferrum, hoc nomine contineatur. Dictumque ab eo, quod in longinquum mittitur, græca voce figuratum ἀπὸ τῦ τηλῦ id est, *ab eo, quod est longe.* Et hanc significationem inuenire possumus & in græco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant, eoque nomine vulgo quidem id significatur, quod (cum) mittitur manu, ἀπὸ τῦ βάλλεθαι, a *iaciendo.* Admonet nos Ξένοφων, id est: *Xenophon:* nam ita scribit: καὶ τα βέλη ὁμόσε ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι τε καὶ λίθοι, i. e. *Et tela simul ferebantur, hastæ, sagittæ, fun-*

dæ, plurimi item lapides. Et id quod ab arcu mittitur, Græcis quidem proprio nomine τόξευμα (i. e. *sagitta*) vocatur, apud nos autem communi nomine telum appellatur.

Territorium.

239. POMPONIVS lib. singulari Enchiridii.

§. 8. *Territorium* est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est, summouendi ius habet.

Tignum.

62. GAIVS lib. 26. ad edictum prouinciale.

Tigni appellatione in lege XII. Tabularum, omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, significatur.

Titio vid. *Carbo.*

Transacta finita.

84. PAVLVS lib. sing. de tacitis fideicommissis.

Transacta finitaue intelligere debemus, non solum quibus controuersia fuit, sed etiam, quæ sine controuersia sunt possessa.

230. Idem lib. sing. ad SCtum Orphitianum.

Vt sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita.

Tri-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1268
DFG

Tributum vid. *ſtipendium.*

Tugurium, *Toga.*

180. POMPONIVS lib. 3. ad Sabinum.

Tugurii appellatione omne ædificium, quod ruſticæ magis cuſtodiæ conuenit, quam vrbanis ædibus ſignificatur.

§. 1. Oſilius ait, *tugurium* a tecto, tanquam tegularium eſſe dictum, vt toga, quod ea tegamur.

Tuum vid. *meum.*

V.

Vaſa Vinaria.

206. IVLIANVS lib. 6. ex Minicio.

Vaſa vinaria, proprie vaſa torcularia eſſe placet: dolia autem & ſerias tamdiu in ea cauſa eſſe, quamdiu vinum haberent: cum ſine vino eſſe deſinerent, in eo numero non eſſe: quoniam ad alium vſum transferri poſſent: velut, ſi frumentum in his addatur: eandem cauſam amphoram eſſe, vt cum vinum habeant tum in vaſis vinariis, cum inanes ſint, tum extra numerum vinariorum ſint: quia aliud in his addi poſſit.

Vectigal vid. *publicum vectigal.*

Venditum vid. *alienare.*

Venenum.

142. GAIVS lib. 4. ad legem XII. Tabularum.

Qui *venenum* dicit, adiicere debet, vtrum malum,

lum, an bonum: nam & medicamenta, venena sunt, quia eo nomine continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum esset, mutat: cum id, quod nos venenum appellamus, Græci Φάρμακον dicunt, apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur: vnde adiectione alterius nominis distinctio fit: admonet nos summus apud eos poetarum Homerus; nam si ait:

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα,
πολλὰ τὲ λυγρά.

Venena multa quidem bona mixta, multa autem mala.

Venire diem vid. *cedere diem.*

Venisse ad heredem.

165. POMPONIVS lib 5. ad Sabinum.

Venisse ad heredem nihil intelligitur nisi deducto ære alieno.

Vestis.

127. CALLISTRATVS lib. 4. de cognitionibus.

Vestis appellatione, tam virilis, quam muliebris, & scenica, etiamsi tragica aut citharœdica sit, continetur.

Via.

157. ÆLIVS GALLVS lib. 1. de verborum, quæ ad ius pertinent, significatione.

§. 1. Item *Via* est, sicut semita siue iter est.

Victus.

Victus.

43. VLPIANVS lib. 58 ad edictum.

Verbo *victus* continentur, quæ esui potuique cultuique corporis, quæque ad viuendum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus habere vicem Labeo ait.

44. GAIVS lib. 22. ad edictum prouinciale.

Et cetera, quibus tuendi curandiue corporis nostri gtatia vtimur, ea appellatione significantur. vid. *etiam stratum.*

Vidua.

242. IAVOLENVS lib. 2 ex posterioribus Labeonis.

§. 3. *Viduam* non solum eam, quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo: quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter viduam dictam esse, sine duitate.

Vinctus. Vincula.

216. VLPIANVS lib. 3. ad leg. Æliam Sentiam.

Verum est, eum, qui in carcere clausus est, non videri neque vinctum, neque in vinculis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita.

224. VENVLEVS lib. 7. stipulationum.

Vinculorum appellatione, vel priuata vel publica vincula significant: custodiæ vero tantum publicam custodiam.

Viri-

Virilis.

145. PAVLVS lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.

Virilis appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri, dicendum est.

Vitium vid. *Morbus.*

Viuere.

234. GAIVS lib. 2. ad legem XII. tabularum.

§. 2. Verbum *viuere* quidam putant, ad cibum pertinere: sed Ofilius ad Atticum ait; his verbis & vestimenta & stramenta contineri: sine his enim viuere neminem posse.

Voluntas.

219. PAPINIANVS lib. 2. Responsor.

In conuentionibus contrahentium voluntatem potius, quam verba spectari placuit. Cum igitur ea lege fundum vectigalem municipes locauerint, *vt ad heredem eius, qui susceperit, pertineret:* ius heredum ad legatarium quoque transferri potuit.

Vrbana familia.

166. POMPONIVS lib. 2. ad Sabinum.

Vrbana familia & *rustica* non loco, sed genere distinguitur: potest enim aliquis dispensator, non esse seruorum vrbanorum numero, veluti is, qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet, non multum abest a villico. Insularis autem vrbanorum numero est, videndum tamen est, ipse dominus, quorum loco quemque habuerit: quod ex numero familiæ & vicariis apparebit.

210.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1272
DFG

210. MARCELLVS lib. 7. Institutionum.

Is, qui natus est ex mancipiis vrbanis, & missus est in villam nutriendus, in vrbanis seruis constituetur.

Vrbana prædia.

98. VLPIANVS lib. 2 de omnibus tribunalibus.

Vrbana prædia, omnia ædificia accipimus non solum ea, quæ sunt in oppidis, sed & si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis: vel si prætoria voluptati tantum deservientia: quia vrbanum prædium non locus facit, sed materia: proinde horti quoque, si qui sunt in ædificiis constituti, dicendum sit, vrbanorum appellatione contineri. Plane si plurimum horti in reditu sunt, vinearii forte, vel etiam olitorii, magis hæc non sunt vrbana.

Vrbs.

2. PAVLVS lib. 1. ad edictum.

Vrbis appellatio, muris: Romæ autem continentibus ædificiis finitur: quod latius patet.

87. MARCELLVS lib. 12. digestorum.

Vt Alfenus ait: *Vrbs est Roma, quæ muro cingeretur.* Roma est etiam, qua continentia ædificia essent, nam Romam non murotenus existimari, ex consuetudine quotidiana posse intelligi, cum diceremus, Romam nos ire, etiamsi extra vrbem habitaremus.

239.

239. POMPONIVS libro singulari Enchiridii.

§. 6. *Vrbs* ab vrbo appellata est: vrbare est aratro definire; & Varus ait: vrbum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi solet.

Vsuræ.

121. POMPONIVS lib. 6. ad Quintum Mucium.

Vsura pecuniæ, quam percepimus, in fructu non est; quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est, noua obligatione.

Vsus vid. *Domus.*

de eo qui est in vtero.

153. TERENTIVS CLEMENS lib. 11. ad legem Iuliam & Papiam.

Intelligendus est mortis tempore fuisse, qui in vtero relictus est.

231. PAVLVS lib. sing. ad SCtum Tertullianum.

Quod dicimus eum, qui nasci speratur, pro superstite esse: tunc verum est, cum de ipsius iure quæritur, aliis autem non prodest, nisi natis.

TIT.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1274
DFG

TITVLVS
DE
DIVERSIS REGVLIS
IVRIS ANTIQVI

IN ORDINEM
SECVNDVM SERIEM ALPHABETICAM
REDACTVS.

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1767182139/phys_1275
DFG

Titulus
De diuersis Regulis iuris antiqui.

A.

Abundantia.

94. VLPIANVS lib. 2. Fideicommiss.

NOn solent, quæ abundant, vitiare scripturas.

Absentia.

140. Idem lib. 56. ad edictum.

Absentia eius, qui Reipublicæ causa abest, neque ei, neque filiis damnosa esse debet.

Adire.

181. PAVLVS lib. 1. ad Vitellium

Si nemo subiit hereditatem, omnis vis testamenti soluitur.

Accipere.

13. VLPIANVS lib. 19. ad Sabinum.

Non videtur cepisse, qui per exceptionem a petitione remouetur.

51. GAIVS lib 15. ad edictum prouinciale.

Non videtur quisquam id capere, quod ei ne cesse est, alii restituere.

115. PAVLVS lib. 10. ad edictum.

Si quis obligatione liberatus sit, potest videri cepisse.

§. 1. Non potest videri accepisse, qui stipulatus est, potest exceptione summoueri.

Acquisitio.

18. POMPONIVS lib. 6. ad Sabinum.

Quæ legata mortuis nobis ad heredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu acquirimus, aliter atque quod stipulati sumus. Nam & sub conditione stipulantes omnimodo eis acquirimus, etiam si libertatis nobis potestate domini conditio existat.

Actor.

41. VLPIANVS lib. 26. ad edictum.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur.

125. GAIVS lib. 4. ad edictum prouinciale

Fauorabiliores rei potius, quam actores, habentur.

Actio.

Actio.

15. PAVLVS lib. 4. ad Sabinum.

Nec ex prætorio, nec ex solenni iure priuatorum conuentione quicquid immutandum est. Quamuis obligationum causæ pactione possint immutari & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem. Quia actionum modus vel lege, vel per prætorem introductus, priuatorum pactionibus non infirmatur: nisi tunc, cum inchoatur actio, inter eos conuenit.

43. VLPIANVS lib. 28. ad edictum.

§. 1. Quoties occurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna quis experiri debet.

102. Idem lib. 1. ad edictum.

§. 1. Eius est actionem denegare, qui possit & dare.

112. PAVLVS lib. 8. ad edictum.

Nihil interest ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

123. VLPIANVS lib. 14. ad edictum.

Nemo alieno nomine lege agere potest.

130. Idem lib. 18. ad edictum.

Nunquam actiones, præsertim pœnales, de eadem re occurrentes, alia aliam consumit.

156. Idem lib. 70. ad edictum.

§. 1. Cui damus actiones, eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit.

204. POMPONIVS lib. 28. ad Quintum Mucium.

Minus est actionem habere, quam rem.

Actus legitimi.

77. PAPINIANVS lib. 28. quæstionum.

Actus legitimi, qui recipiunt diem vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, serui optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectionem: nonnunquam tamen actus supra scripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehensa vitium adferunt. Nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit, quæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

Æquitas.

85. PAVLVS lib. 6. quæstionum.

§. 2. Quoties æquitas desiderii naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est.

90. Idem lib. 15. quæstionum.

In omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitas spectanda sit. vid. *solennia.*

Æqualitas hominum.

32. VLPIANVS lib. 43. ad Sabinum

Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur; Non tamen & iure naturali, quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt.

Alter

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1280
DFG

Alter.

73. QVINTVS MVCIVS SCÆVOLA lib. sing. ὁρῶν.

§. 4. Nec paciſcendo nec legem dicendo, nec ſtipulando quisquam alteri cauere poteſt.

74. PAPINIANVS lib. 1. quæſtionum.

Non debet alteri per alterum iniqua condito inferri.

75. Idem lib. 3. quæſtionum.

Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam.

Ambiguus ſermone.

67. IVLIANVS lib. 87. digeſtorum.

Quoties idem ſermo duas ſententias exprimit: ea potiſſimum excipiatur, quæ rei gerendæ aptior eſt.

85. PAVLVS lib. 6. quæſtionum.

In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt.

96. MARCIANVS lib. 12. Fideicommiſſ.

In ambiguis orationibus, maxime ſententia ſpectanda eſt eius, qui eas protuliſſet.

172. PAVLVS lib. 5. ad Plautium.

In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt.

§. 1. Ambigua autem intentio ita accipienda eſt, vt res ſalua actori ſit.

Alienare.

6. VLPIANVS lib. 30. ad Sabinum.

Qui potest inuitis alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus potest.

119. Idem lib. 13. ad edictum.

Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem.

165. VLPIANVS lib. 53. ad edictum.

Cum quis possit alienare, poterit & consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam eius voluntatem habendam.

205. POMPONIVS lib. 29. ad Quintum Mucium.

Plerumque fit, vt etiam ea, quæ nobis abire possint, proinde in eo statu sint, atque si non essent eius conditionis, vt abire possent: & ideo quod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & seruitutem in prædio imponere possumus.

Amittere.

83. PAPINIANVS lib. 2. definitionum.

Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit.

Arbitrium tertii.

22. VLPIANVS lib. 28. ad Sabinum.

§. 1. Generaliter probandum est, vbicunque

que in bonæ fidei iudiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitratu hoc habendum esse.

B.

Bona fides,

136. PAVLVS lib. 18. ad edictum.

Bona fides tantundem possidenti præstat, quantum veritas, quoties lex impedimento non est.

Bonorum possessor.

117. Idem lib. 11. ad edictum.

Prætor bonorum possessorem heredis loco in omni causa habet.

Beneficium.

68. Idem lib. singulari de dotis repetitione.

In omnibus causis id obseruatur: vt vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat. Vbi vero genus actionis id desiderat: ibi ad quemuis persecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilii.

69. Idem lib. singul. de Assignatione Libertorum.

Inuito beneficium non datur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1283
DFG

191. CELSVS lib. 33. digestorum.

Neratius consultus, an quod beneficium dare se quasi viuenti Cæsar rescripserat, iam defuncto dedisse existimaretur: respondit non videri sibi principem, quod ei, quem viuere existimabat, concessit, defuncto concessisse, quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius æstimationem esse.

C.

65. IVLIANVS lib. 54. digestor.

Ea est natura cauillationis, quam Græci Σωρίτην, (id est, *acerualem syllogismum*) appellant, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur.

Casus vid. *Culpa.*

Capere vid. *Accipere.*

Causæ cognitio.

105. PAVLVS lib. 1. ad edictum.

Vbicunque causæ cognitio est, ibi prætor desideratur.

Cautio.

25. POMPONIVS lib. 11. ad Sabinum.

Plus cautionis in re est, quam in persona.

Cir-

Circumuentio.

49. VLPIANVS lib. 35. ad edictum.

Alterius circumuentio alii non præbet actionem.

Clam. vid. *Vis.*

Conditio.

161. VLPIANVS lib. 77. ad edictum.

In iure ciuili receptum est, quoties per eum, cuius interest, conditionem non impleri, fiat, quo minus impleatur, perinde haberi, ac si conditio impleta fuisset; quod ad libertatem, ad legata, & ad heredum institutiones perducitur. Quibus exemplis stipulationes quoque committuntur, cum per promissorem factum esset, quo minus stipulator conditioni pareret.

169. PAVLVS lib. 2. ad Plautium.

§. 1. Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.

Condemnare.

173. Idem lib. 6. ad Plautium.

In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habent, extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant.

Coniuncta verba.

110. Idem lib. 6. ad edictum.

§. 6. Vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum.

Con-

Consensus.

116. VLPIANVS lib. 11. ad edictum.

Nihil consensui tam contrarium est, qui & bonæ fidei iudicia sustinet, quam vis atque metus: quem comprobare contra bonos mores est.

§. 2. Non videntur, qui errant, consentire.

Consanguinitas.

8. POMPONIVS lib. 4. ad Sabinum

Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.

Consilium.

47. VLPIANVS lib. 20. ad edictum.

Consilii non fraudulenti nulla obligatio est, ceterum si dolus & calliditas intercesſit, de dolo actio competit.

75. PAPINIANVS lib. 1. quæstionum.

Nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam.

Commodum.

10. PAVLVS lib. 3. ad Sabinum.

Secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.

Contractus.

19. VLPIANVS lib. 24. ad Sabinum.

Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis eius. Heredi autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum le-

legatariis contrahit. vid. etiam *interpretatio* & ibidem *l. 34.*

143. VLPIANVS lib. 62 ad edictum.

Quod ipsis, qui contraxerunt, obstat: & successoribus eorum obstabit. vid. *pupillus.*

Contradictio.

188. CELSVS lib. 17. digestorum.

Vel pugnantia inter se, in testamento iuberentur, neutrum ratum est.

Conuentio.

45 Idem lib. 30. ad edictum.

§ 1. Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.

Creditor.

120. PAVLVS lib. 21. ad Sabinum

Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit.

Culpa.

23. VLPIANVS lib. 29. ad Sabinum.

Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum & culpam. Dolum tantum depositum, precarium. Dolum, & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia gesta. In his quidem & diligentia, societas, & rerum communio, & dolum & culpam recipit. Sed hæc ita, si quid nominatim conuenit, vel plus vel minus: in singulis contractibus, nam hoc seruaua-

uabitur, quod initio conuenit: excepto eo, quod Celsus putat, non valere, si conuenerit, ne dolus præstetur, hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est, & ita vtimur: Animalium vero casus, mortes, quæque sine culpa accedunt: fugæ seruorum, qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, a nullo præstantur.

50. PAVLVS lib. 79. ad edictum.

Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest.

36. POMPONIVS lib. 27. ad Sabinum.

Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti.

D.

Damnum.

151. PAVLVS lib. 64. ad edictum.

Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere ius non habet.

169. Idem lib. 2. ad Plautium.

Is damnum dat, qui iubet dare, eius vero nulla culpa est, cui parere necesse sit.

203. POMPONIVS lib. 8. ad Quintum Mucium.

Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.

Dare

Dare.

167. PAVLVS lib. 49. ad edictum.

Non videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.

§. 1. Qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet.

Defendere.

52. VLPIANVS lib. 44. ad edictum.

Non defendere videtur, non tantum qui latitat, sed is, qui præsens negat, se defendere, non autem vult suscipere actionem.

157. Idem lib. 70. ad edictum.

Inuitus nemo rem cogitur defendere.

166. PAVLVS lib. 48. ad edictum.

Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

Definitio.

202. IAVOLENVS lib. 11. epistolarum.

Omnis definitio iure ciuili periculosa est, parum est enim, vt non subuerti possit.

Delictum.

134. VLPIANVS lib. 21. ad edictum.

§. 1. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

136. PAVLVS lib. 18. ad edictum.

Bona fides tantundem possidenti præstat, quantum veritas, quoties lex impedimento non est.

De-

Deportatio.

97. HERMOGENIANVS lib. 3. iuris Epitomarum.

Ea sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.

Destinatio.

76. PAPINIANVS lib. 24. quæstionum.

In totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & recta scientia perfici possunt.

Deterioratio.

74. Idem lib. 1. quæstionum.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

Doli exceptio.

19. VLPIANVS lib. 42. ad Sabinum.

§. 1. Non solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur.

Dolus.

55. GAIVS lib. 2. de testamentis ad edictum vrbicum.

Nullus videtur dolo facere, qui iure suo vtitur.

131. PAVLVS lib. 21. ad edictum.

Qui dolo desierit possidere, pro possidente damnatur, quia pro possessione dolus est.

157. VLPIANVS lib. 71. ad edictum.

§. 1 Semper qui dolo fecit, quo minus haberet, proeo habendus, ac si haberet.

173. PAVLVS lib. 6. ad Plautium.

§. 2. Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.

198. IAVOLENVS lib. 13. ex Cassio.

Neque in interdicto, neque in ceteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue non est. vid. etiam *culpa*, item *circumuentio*.

Dominium.

11. POMPONIVS lib. 5. ad Sabinum.

Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

159 PAVLVS lib. 7. ad edictum.

Non vt ex pluribus causis debere nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse.

Domus.

61. VLPIANVS lib. 3. opinionum.

Domum suam reficere vnicuique licet, dum non officiat inuito alteri, in quo ius non habet.

103. PAVLVS lib. 1. ad edictum.

Nemo de domo sua extrahi debet.

Donatio.

82. PAPINIANVS lib. 9. Responsorum.

Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur.

163. VLPIANVS lib. 55. ad edictum.

Cuius est donandi, eidem & vendendi & concedendi ius est. vid. *alienare*.

Dubius.

56. GAIVS lib. 3. de legatis ad edictum vrbicum.

Semper in dubiis benigniora præferenda sunt.

81. PAPINIANVS lib. 3. responsorum.

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, ius commune non lædunt.

192. MARCELLVS lib. 29. Digestorum.

§. 1. In re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus iustius est, quam tutius.

E.

Edictum.

102. VLPIANVS lib. 1. ad edictum.

Qui vetante prætore fecit, hic aduersum edictum proprie fecisse dicitur.

Effectus.

148. PAVLVS lib. 16. breuis edicti.

Cuius effectus omnibus prodest, eius & partes ad omnes pertinent.

Electio.

200. IAVOLENVS lib. 7. epistolarum.

Quoties nihil sine cautione inuestigari potest, eligendum est, quod minimum habet iniquitatis.

Em-

Emtor.

156. VLPIANVS lib. 70. ad edictum.

§. 3. Plerumque emtoris eadem cauſſa eſſe debet, circa petendum ac defendendum, quæ ſunt autoris.

Error.

92. SCAEVOLA lib. 5. Reſponſorum.

Si librarius in transſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet: nihil nocere, quo minus & reus & fideiuſſor teneatur.

116. VLPIANVS lib. 11. ad edictum.

§. 2. Non videntur, qui errant, conſentire.

Exceptio.

13. Idem lib. 19. ad Sabinum.

Non videtur cepiſſe, qui per exceptionem a petitione remouetur.

43. Idem lib. 28. ad edictum.

Nemo ex his, qui negant, ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione vti, niſi lex impedit.

§. 1. Quoties occurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna quis experiri debet.

66. IVLIANVS lib. 60. digeſtorum.

Marcellus: deſinit debitor eſſe is, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

Exigere.

57. GAIVS lib. 18. ad edictum prouinciale.

Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur.

Expreſſum.

195. MODESTINVS lib. 7. differentiarum.

Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

Expromiſſor.

110. PAVLVS lib. 6. ad edictum.

§. 1. Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi cum ſatisdatione.

Euincere.

190. CELSVS lib. 24. digeſtorum.

Quod euincitur, in bonis non eſt.

F.

Facere.

121. PAVLVS lib. 13. ad edictum.

Qui non facit, quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quia non facit. Et qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere iuſſus eſt.

Factum.

31. VLPIANVS lib. 42. ad Sabinum.

Verum eſt, neque pacta, neque ſtipulationes factum poſſe tollere, quod impoſſibile eſt, neque pacto neque ſtipulatione poteſt comprehendi, vt vtilem actionem aut factum efficere poſſit.

39. POM-

39. POMPONIVS lib. 32. ad Sabinum.

In omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo per alium mora ſit, quo minus ſiat.

155. PAVLVS lib. 65. ad edictum.

Factum cuique ſuum non aduerſario nocere debet.

Femina.

2. VLPIANVS lib. 1 ad Sabinum.

Feminæ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt; & ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores exiſtere.

Fraus.

79. PAPINIANVS lib. 32. quæſtionum.

Fraudis interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, ſed & conſilio quoque deſideratur.

78 Idem lib. 31. quæſtionum.

Generaliter, cum de fraude diſputatur, non quid habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt.

134. VLPIANVS lib. 21. ad edictum.

Non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur a debitore; ſed cum quid de bonis diminuitur.

145. Idem lib. 66. ad edictum.

Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1295
DFG

Fructus.

72. IAVOLENVS lib. 2. ex posterioribus Labeonis.

Fructus rei est, vel pignori dare licere.

Furiosus.

181. POMPONIVS lib. 34. ad Sabinum.

Furiosi, vel eius, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est.

124. PAVLVS lib. 16. ad edictum.

§. 1. Furiosus absentis loco est, & ita Pomponius libro primo epistolarum scribit. vid. etiam *pupillus*.

G.

Genus.

80. PAPINIANVS lib. 33. quæstionum.

In toto iure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.

147. GAIVS lib. 24. ad edictum prouinciale.

Semper specialia generalibus insunt.

Gladii potestas.

70. VLPIANVS lib. 1. de offic. Pro-consulis.

Nemo potest gladii potestatem sibi datam, vel cuius alterius coercitionis, ad alium transferre.

H. *Ha-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1296
DFG

H.

Habere desinere.

208. PAVLVS lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

Non potest videri desiisse habere, qui nunquam habuit.

Heres.

6. VLPIANVS lib. 7. ad Sabinum.

Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem.

7. POMPONIVS lib. 7. ad Sabinum.

Ius nostrum non patitur eundem in paganis & testato & intestato decessisse, earumque rerum naturaliter inter se pugna est, testatus & intestatus.

38. Idem lib. 29. ad Sabinum.

Sicuti pœna ex delicto defuncti heres teneri non debeat, ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum peruenisset.

59. VLPIANVS lib. 3. disputationum.

Heredem eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus, constat.

62. IVLIANVS lib. 6. digestorum.

Hereditas nihil aliud est, quam successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit.

111. GAIVS lib. 2. ad edictum prouinciale.

§. 1. In heredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio: veluti

furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

120. PAVLVS lib. 12. ad edictum.

Nemo plus commodi heredi suo relinquit, quam ipse habuit.

127. Idem lib. 20. ad edictum.

Cum prætor in heredem dat actionem, quatenus ad eum peruenit, sufficit, si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

128. Idem lib. 19. ad edictum.

§. 1. Hi qui in vniuersum ius succedunt, heredis loco habentur.

138. Idem lib. 27. ad edictum.

Omnis hereditas quamuis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

141. Idem lib. 54. ad edictum.

§. 1. Vni duo pro solido heredes esse non possunt.

152 VLPIANVS lib. 69. ad edictum.

§. 3. In contractibus quibus doli præstatio, vel bona fides inest, heres in solidum tenetur.

157. Idem lib. 71. ad edictum.

§. 2. In contractibus, successores ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantum in id, quod peruenit, verum etiam in solidum tenentur, hoc est, vnusquisque pro ea parte, qua heres est.

193. CELSVS lib. 38. digestorum.

Omnia fere iura heredum perinde habentur,

ac

ac si continuo sub tempus mortis heredes extitissent.

194. MODESTINVS lib. 6. Differentiarum.

Qui per successionem quamuis longissimam defuncto heredes constiterunt, non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes existunt.

Honestum.

144. PAVLVS lib. 26. ad edictum.

Non omne quod licet, honestum est.

197. MODESTINVS lib. sing. de ritu nuptiarum.

Semper in coniunctionibus non solum quid liceat, considerandum est, sed quid honestum sit.

I.

Indebitum.

53. PAVLVS lib. 42. ad edictum.

Cuius per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est.

84. Idem lib. 3. quæstionum.

Cum amplius solutum est, quam debebatur, cuius pars non inuenitur, quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione.

Infamia.

114. VLPIANVS lib. 2. ad edictum.

Si in duabus actionibus alibi summa maior, alibi infamia est, proponenda est causa æstima-

tionis. Vbi autem æquiparat famosa iudicia. & si summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt.

Ignorantia.

42. GAIVS lib. 9. ad edictum prouinciale.

Qui in alterius locum succedunt, iustam habent causam ignorantiæ, an id, quod peteretur, deberetur. Fideiussores quoque non minus quam heredes iustam ignorantiam possunt allegare. Hæc etiam de herede dicta sunt, si cum eo ageretur: non etiam si agat, nam plane, qui agit, certus esse debet: cum sit in potestate eius, quando velit experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

177. PAVLVS lib. 14. ad Plautium.

§. 1. Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat causam, cur non debeat petere.

Incommodum vid. *commodum.*

Imaginaria venditio.

16. VLPIANVS lib. 21. ad Sabinum.

Imaginaria venditio non est, pretio accedente.

Initium.

85. PAVLVS lib. 6. quæstionum.

§. 1. Non est nouum, vt quæ semel vtiliter constituta sint, durent, licet ille casus extiterit, a quo initium capere non potuerunt.

Im-

Imperitia.

132. GAIVS lib. 7. ad edictum prouinciale. Imperitia culpæ annumeratur.

Impossibile.

135. VLPIANVS lib. 23. ad edictum. Ea quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur.

185. CELSVS lib. 8. digestorum. Impossibilium nulla obligatio est. vid. etiam *factum* & ibidem *l. 31.*

188. Idem lib. 17. digestorum. §. 1. Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt.

Impubes.

2. VLPIANVS lib. 1. ad Sabinum. § 1. Item impubes omnibus officiis ciuilibus debet abstinere.

Interesse.

24. PAVLVS lib. 5. ad Sabinum. Quatenus cuius interfit, in facto, non in iure consistit.

non Intelligibilis.

73. QVINTVS MVCIVS SCÆVOLA lib. singulari ὁρῶν. §. 3. Quæ in testamento ita sunt scripta, vt intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent.

Inui-

Inuitus.

156. VLPIANVS lib. 70. ad edictum.

Inuitus nemo cogitur rem defendere.

§. 4. Quod cuique pro eo præstatur, inuito non tribuitur.

Interpretatio contractuum.

34. Idem lib. 45. ad Sabinum.

Semper in stipulationibus & in ceteris contractibus id sequimur, quod actum est, aut si non appareat, quid actum est, erit consequens, vt id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum est, redigenda summa est. vid. etiam *dubius.*

Iudex.

170. PAVLVS lib. 4. ad Plautium.

Factum a iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est.

Iussus iudicis.

167. Idem lib. 49. ad edictum.

§. 1. Qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere necesse habet.

Ira.

48. Idem lib. 35. ad edictum.

Quicquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseuerantia

tia apparuit iudicium animi fuisse, ideoque breui reuersa vxor, nec diuertisse videtur.

Ius publicum.

116. VLPIANVS lib. 11. ad edictum.

§. 1. Non capitur, qui ius publicum sequitur.

Ius singulare.

141. PAVLVS lib. 54. ad edictum.

Quod contra rationem iuris receptum est, non debet produci ad consequentias.

Iure suo vti.

55. GAIVS lib. 2. de testamentis ad edictum vrbicum.

Nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtitur.

L.

Legatum.

160. VLPIANVS lib. 76. ad edictum.

§. 2. Absurdum est, plus iuris habere eum, cui legatus sit fundus, quam heredem, aut ipsum testatorem, si viueret.

Libellus.

71. Idem lib. 2. de officio Proconsulis.

Omnia quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt.

Li-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1303
DFG

Libertas.

20. POMPONIVS lib. 7. ad Sabinum.

Quoties dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit.

106. PAVLVS lib. 2. ad Edictum.

Libertas inæstimabilis res est.

122. GAIVS lib. 5 ad edictum prouinciale.

Libertas omnibus rebus fauorabilior est.

146. PAVLVS lib. 26 ad edictum.

Quod quis, dum seruus est, agit: proficere libero facto non potest.

176. Idem lib. 13. ad Plautium.

§. 1. Infinita æstimatio & libertatis & necessitudinis.

Liberalitas.

28. VLPIANVS lib. 36. ad Sabinum.

Diuus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate conueniuntur, in id, quod facere possunt, condemnandos.

Licitum vid. *honestum.*

Litis contestatio.

86. PAVLVS lib. 7. quæstionum.

Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non: sed plerumquem elior.

87. Idem lib. 13. quæstionum.

Nemo enim in persequendo deteriorem causam sed meliorem facit. Denique post litem

tem conteſtatam heredi quoque proſpiceretur, & heres tenetur ex omnibus cauſis.

Locupletatio.

126. VLPIANVS lib. 15. ad edictum.

§. 1. Locupletior non eſt factus, qui libertum acquiſiuerit.

Lucrum.

98. HERMOGENIANVS lib. 5. Iuris epitomarum.

Quoties vtriusque cauſa lucri ratio vertitur, is præferendus eſt, cuius in lucrum cauſa tempore præcedit.

126. VLPIANVS lib. 15. ad edictum.

§. 2. Cum de lucro duorum quæratur: melior eſt cauſa poſſidentis.

149. Idem lib. 67. ad edictum.

Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet.

206. POMPONIVS lib. 9. ex variis lectionibus.

Iure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.

M.

Mandatum.

60. VLPIANVS lib. 16. diſputationum.

Semper qui non prohibet pro ſe interuenire, mandare creditur. Sed & ſi quis ratum habuerit, quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione.

152 Idem lib. 69. ad edictum.

§. 1. Deiicit, & qui mandat.

§. 2. In maleficiis ratihabitio mandato comparatur.

Magistratus.

176. PAVLVS lib. 13. ad Plautium.

Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi.

199. IAVOLENVS lib. 6. epistolarum.

Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit.

Mensis.

101. PAVLVS lib. sing. de cognitionibus.

Vbi lex duorum mensium fecit mentionem, & qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est, ita enim & imperator Antoninus cum diuo patre suo rescripsit.

Minus.

21. VLPIANVS lib. 27. ad Sabinum.

Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere.

Mora.

63. IVLIANVS lib. 17. digestorum.

Qui sine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.

88. SCAEVOLA lib. 5. quæstionum.

Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio est.

173. PAVLVS lib. 6. ad Plautium.

§. 2. Vnicuique sua mora nocet: quod & in duobus reis promittendi obseruatur.

Mulier.

110. Idem lib. 6. ad edictum.

§. 4. Mulieribus tunc succurrendum est, cum defendantur, non vt facilius calumnientur.

Mutus.

124. Idem lib. 16. ad edictum.

Vbi non voce sed præsentia opus est, mutus, si intellectum habet, potest videri respondere. Idem in surdo, hic quidem & respondere potest.

N.

Naturale debitum.

84. Idem lib. 3. quæstionum.

§. 1. Is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus.

Necessitas.

162. Idem lib. 70. ad edictum.

Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.

Nolle.

3. VLPIANVS lib. 3. ad Sabinum.

Eius est non nolle, qui potest velle.

Nullius.

182. PAVLVS lib. 3. ad Vitellium.

Quod nullius esse potest, id, vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

Nuptiæ.

34. VLPIANVS lib. 36. ad Sabinum.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

O.

Obligatio.

14. POMPONIVS lib. 5. ad Sabinum.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur.

22. VLPIANVS lib. 28. ad Sabinum.

In personam seruilem nulla cadit obligatio. vid. *pactum.*

27. POMPONIVS lib. 16. ad Sabinum.

Nec ex prætorio, nec ex solenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum est, quamuis obligationum causæ pactione possint immutari, & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem. Quia actionum modus vel lege, vel per prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur: nisi tunc, cum inchoatur actio, inter eos conuenit.

35. VLPIANVS lib. 48. ad Sabinum.

Nihil tam naturale est, quam eo genere quidue dissoluere, quo colligatum est. Ideo verborum

borum obligatio verbis tollitur, nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur.

100. GAIVS lib. 1. Regularum.

Omnia quæ iure contrahuutur, contrario iure pereunt.

153. PAVLVS lib. 65. ad edictum.

Fere quibuscunque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla possessio acquiri, nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua vtrumque in contrarium actum.

159. Idem lib. 7. ad edictum.

Non vt ex pluribus causis debere nos idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse.

171. Idem lib. 4. ad Plautium.

Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod præstiterit.

Obligatio indiuidua.

192. MARCELLVS lib. 29. digestorum.

Ea, quæ in partes diuidi non possunt, solida a singulis heredibus debentur.

Obscurus.

9. PAVLVS lib 15. ad Sabinum.

Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur.

41. Idem lib. 26. ad edictum.

§. 1. In re obscura melius est fauere repetitioni quam aduentitio lucro.

114. PAVLVS lib. 9. ad edictum.

In obscuris inspici solet, quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet.

168. Idem lib. 2. ad Plautium.

Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum.

§. 1. Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione cuiusque capit interpretationem.

179. Idem lib. 16. ad Plautium.

In obscura voluntate manumittentis fauendum est libertati.

P.

Pars vid. *Totum.*

Pars maior.

160. VLPIANVS lib. 76. ad edictum.

§. 1. Refertur ad vniuersos, quod publice fit per maiorem partem.

Pactum vid. *obligatio.* & ibidem *l. 27.*

Peculium.

58. Idem lib. 2. disputationum.

Ex pœnalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari.

93. MAR-

93. MARCIANVS lib. 1. Fideicommiſſ.

Filius familias neque retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur.

Pecuniaria cauſa vid. *infamia.*

Permutatio.

123. VLPIANVS lib. 14. ad edictum.

§. 1. Temporaria permutatio ius prouinciæ non innouat.

Quatenus peruenit.

127. PAVLVS lib. 20. ad edictum.

Cum prætor in heredem dat actionem, *quatenus ad eum peruenit*, ſufficit, ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

Pignus.

72. IAVOLENVS lib. 3. ex poſterioribus Labeonis.

Fructus rei eſt, vel pignori dare licere.

158. GAIVS lib. 26. ad edictum prouinciale.

Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit.

Plus.

21. VLPIANVS lib. 27. ad Sabinum.

Non debet, cui plus licet, quod minus eſt, non licere.

110. PAVLVS lib. 6. ad edictum.

In eo, quod plus eſt, ſemper ineſt & minus.

Posse.

174. Idem lib. 8. ad edictum.

Qui potest facere, vt possit conditioni parere, iam posse videtur.

Possessor.

128. Idem lib. 19. ad edictum.

In pari causa possessor potior haberi debet.

131. Idem lib. 21. ad edictum.

Qui dolo desierit possidere, pro possidente damnatur, quia pro possessione dolus est.

150. VLPIANVS lib. 68. ad edictum.

Parem esse conditionem oportet eius, qui quid possideat, vel habeat, atque eius, cuius dolo malo factum sit, quo minus possideret, vel haberet.

153. vid. *Obligatio* & ibid. *l. 153.*

154. PAVLVS lib. 70. ad edictum.

Cum par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa; sicut fit, cum de dolo excipitur petitoris, neque enim datur talis replicatio petitori, *Aut si rei quoque in ea re dolo actum sit.*

Possessor bonæ fidei.

137. VLPIANVS lib. 25. ad edictum.

Qui auctore iudice comparauit, bonæ fidei possessor est.

Pœna-

Pœna.

154. PAVLVS lib 70. ad edictum.

§. 1. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit.

Pœnalia iudicia.

108. Idem lib. 4. ad edictum.

Fere in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati & imprudentiæ succurritur.

111. GAIVS lib. 2. ad edictum prouinciale.

§. 1. In heredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt, ex maleficio: veluti furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

155. PAVLVS lib. 65. ad edictum.

§. 2. In pœnalibus causis benignius interpretandum est.

164. Idem lib. 51. ad edictum.

Pœnalia iudicia semel accepta in heredes transmitti possunt.

Prædo.

129. VLPIANVS lib. 15. ad edictum.

Nemo prædo est, qui pretium numerauit.

Prægnans vxor.

187. CELSVS lib. 16. digestorum.

Si quis prægnantem vxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse.

Principalis causa.

120. PAVLVS lib. 21. ad edictum.

§. 1. Cum principalis causa non consistit, nec ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.

178. Idem lib. 15. ad Plautium.

Cum principalis causa non consistat, plerumque ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.

Priuilegium.

196. MODESTINVS lib. 8. Regularum.

Priuilegia quædam causæ sunt, quædam personæ: & ideo quædam ad heredem transmittuntur, quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, ad heredem non transeunt.

Prodigus vid. *Furiosus.*

& ibid. *l.* 40.

Prohibere.

109. PAVLVS lib. 5 ad edictum.

Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere (non) potest.

Pupillus.

5. Idem lib. 2. ad Sabinum.

In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt, quamuis actum rei non intelligerent; nam furiosus nullum negotium contrahere potest; pupillus omnia autore tutore agere potest.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1314
DFG

110. Idem lib. 6. ad edictum.

§. 2. Pupillus pati posse non intelligitur.

111. GAIVS lib. 2. ad edictum prouinciale.

Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi & iniuriæ faciendæ.

189. CELSVS lib. 13. digestorum.

Pupillus nec velle nec nolle in ea ætate, nisi apposita tutoris autoritate, creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris autoritas necessaria est.

R.

Raro.

64. VLPIANVS lib. 29. digestorum.

Ea, quæ raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur.

Ratihabitio.

152. VLPIANVS lib. 69. ad edictum.

§. 2. In maleficiis ratihabitio mandato comparatur.

Regula.

1. PAVLVS lib. 16. ad Plautium.

Regula est, quæ rem, quæ est, breuiter enarrat. Non ex regula ius sumatur, sed ex iure, quod est, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur. Et (vt ait Sabinus) quasi causæ coniectio est, quæ simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum.

Repudiare.

174. Idem lib. 8. ad Plautium.

§. 1. Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest.

Restituere.

173. Idem lib 6. ad Plautium.

§. 1. Cum & verbum *restituas* lege inuenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi.

Res iudicata.

207. VLPIANVS lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam.

Res iudicata pro veritate accipitur.

Reus vid. *actor.*

S.

Seruitus.

209. VLPIANVS lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.

Seruitutem mortalitati fere comparamus.

Seruus.

22. In personam seruilem nulla cadit obligatio.

107. GAIVS lib. 1. ad edictum prouinciale.

Cum seruo nulla actio est.

133.

133. Idem lib. 8. ad edictum prouinciale.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt.

157. VLPIANVS lib. 71. ad edictum.

Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, ignoſcitur ſeruis, ſi vel dominis, vel his, qui vice dominorum ſunt, (veluti tutoribus & curatoribus) obtemperauerint.

175. PAVLVS lib. 11. ad Plautium.

In his, quæ officium per liberas fieri perſonas leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt.

211. Idem lib. 69. ad edictum.

Seruus reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt. vid. etiam *æqualiter* & ibidem *l. 32.*

Socius.

47. VLPIANVS lib. 30. ad edictum.

§. 1. Socii mei ſocius, meus ſocius non eſt.

Soluendo eſſe.

95. Idem lib. 6. fideicommiſſ.

Nemo dubitat, ſoluendo videri eum, qui defenditur.

Soluere.

99. VENVLEIVS lib. 12. ſtipulationum.

Non poteſt improbus videri, qui ignorat, quantum ſoluere debeat.

180. PAVLVS lib. 17. ad Plautium.

Quod iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum eſſet.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1317
DFG

165. VLPIANVS lib. 55. ad edictum.

Cuius est donandi, eidem & vendendi & cedendi ius est.

Sorites vid. *Cauillatio.*

Species vid. *Genus.*

Sublatio obligationis.

100. GAIVS lib. 1. regularum.

Omnia quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.

Successio.

89. PAVLVS lib. 10. quæstion.

Quamdiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus non admittitur.

91. Idem lib. 17. quæstionum.

Quoties duplici iure alicui defertur successio: repudiato nouo iure, quod ante defertur, supererit vetus.

Successor.

156. VLPIANVS lib. 70. ad edictum.

§. 2. Cum quis in alius locum successerit, non est æquum ei nocere hoc, quod aduersus eum nocuit, in cuius locum successit.

175. PAVLVS lib. 11. ad edictum.

§. 1. Non debeo melioris conditionis esse quam autor meus, a quo ius in me transit.

177. Idem lib. 14. ad Plautium.

Qui in ius domini, vel alterius succedit, iure eius vti debet.

T. Ta-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1318
DFG

T.

Tacet.

142. Idem lib. 56. ad edictum.

Qui tacet, non vtique fatetur, sed tamen verum est, eum non negare.

Tacitum vid. *actus legitimus.*

Tempus.

17. VLPIANVS lib. 23. ad Sabinum.

Cum tempus in testamento adiicitur: credendum est pro herede adiectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicuti in stipulationibus promissoris gratia tempus adiicitur.

144. PAVLVS lib. 62. ad edictum.

§. 1. In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

186. CELSVS lib. 12. digestor.

Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolui possit. Et cum soluendi tempus obligationi additur, nisi eo praeterito, peti non potest.

Testamentum.

12. PAVLVS lib. 3. ad Sabinum.

In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur.

201. IAVOLENVS lib. 10. epistolarum.

Omnia, quæ ex testamento proficiscuntur, ita statim euentus capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint.

Testa-

Testatus & intestatus vid. *Heres.*
& ibidem *l. 7.*

Timor.

184. CELSVS lib. 7. digestorum.
Vani timoris iusta excusatio non est.

Totum.

113. GAIVS lib 7. ad edictum prouinciale.
In toto & pars continetur.

Translatio.

54. VLPIANVS lib. 46. ad edictum.
Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quam ipse haberet.

Tutela.

73. QVINTVS MVCIVS SCÆVOLA lib. sing. ὁρῶν.

Quo tutela rediit, eo hereditas peruenit, nisi cum feminæ heredes intercedunt.

§. 1. Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis heredibus, cum moritur, habuit, habiturusue esset, si vixisset.

V.

Velle.

3. VLPIANVS lib. 3. ad Sabinum.
Eius est non nolle, qui potest velle.

4. Idem lib 6. ad Sabinum.
Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini.

Ven-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1320
DFG

Vendere.

160. VLPIANVS lib. 76. ad edictum.

Aliud est vendere, aliud vendenti consentire.

Vitiosum.

29. PAVLVS lib. 8. ad Sabinum.

Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere.

210. LICINIVS RVFFINVS lib. 2. Regularum.

Quæ ab initio inutilis fit institutio, ex post facto conualescere non potest.

Vis.

73. QVINTVS MVCIVS SCAEVOLA lib. sing. ὁρῶν.

§. 2. Vi factum id videtur esse, qua de re quis, cum prohibetur, fecit clam, quod quisque cum controuersiam haberet, habiturumue se putaret, fecit.

152. VLPIANVS lib. 69. ad edictum.

Hoc iure vtimur: vt quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ aut in vis priuatæ crimen incidat.

§. 1. Non videtur vim facere, qui iure suo vtitur, & ordinaria actione experitur.

Vsus-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1321
DFG

Vsus rei alieni.

45. VLPIANVS lib. 30. ad edictum.

Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emtio, neque locatio rei suæ consistere potest.

Vsucapio.

118. Idem lib. 12. ad edictum.

Qui in seruitute est, vsucapere non potest, nam cum possideatur, possidere non videtur.

FINIS.



INDEX PRIOR.

Rubricas titulorum iuxta seriem alphabeticam continens.

A.

De Abigeis XLVII. 14
De acceptilatione XLVI. 4
De Accusationibus & inscriptionibus XLVIII. 2
De Acquirenda vel amittenda hereditate. XXIX. 2
De Acquirenda vel amittenda possessione XLI. 2
De Acquirendo rerum Dominio XLI. 1
De Actione rerum amotarum XXV. 2
De Actionibus emti & venditi. XIX. 2
De Ademtione libertatis XL. 6
Ad exhibendum X. 4
De Adimendis vel transferendis legatis vel fideicommissis XXXIV. 4
Ad legem Aquiliam IX. 2
Ad legem Corneliam de falsis, & de SCto Liboniano XLVIII. 10
Ad legem Corneliam de sicariis XLVIII 8
Ad legem Fabiam de plagiariis ibid. 15
Ad legem Falcidiam XXXV. 2
Ad legem Iuliam de adulteriis coercendis XLVIII. 5
Ad legem Iuliam de ambitu ibid. 14
Ad legem Iuliam de annona ibid. 12

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1323
DFG

Ad legem Iuliam de vi priuata ib. 7
Ad legem Iuliam de vi publica ib. 6
Ad legem Iuliam maiestatis ib. 4
Ad legem Iuliam peculatus, & de sacrilegiis & residuis ib. 13

Ad legem Iuliam repetundarum XLVIII. III
Ad Legem Pompeiam de parricidiis XLVIII. 9
Ad legem Rhodiam de iactu, XIV. 2
De administratione & periculo tutorum & curatorum, XXVI. 7

De administratione rerum ad ciuitatem pertinentium L. 8

Ad municipalem & de incolis L. 1
de Adoptionibus & emancipationibus aliisque modis, quibus potestas soluitur I. 7
Ad SCtum Macedonianum XIV. 6
Ad SCtum Syllanianum & Claudianum, quorum testamenta ne aperiantur XXIX. 5
Ad SCtum Tertullianum & Orphitianum XXXVIII. 17
Ad SCtum Trebellianum XXXVI. 1
Ad SCtum Turpillianum & de abolitionibus criminum XLVIII. 16

Ad SCtum Velleianum XVI. 1
de Assignandis libertis XXXVIII. 4
de Aedilitio edicto, & redhibitione & quanti minoris XXI. 1
de Aestimatoria actione XIX. 3
de Agnoscendis & alendis liberis vel parentibus, vel patronis, vel libertis XXV. 3
de Albo scribendo L. 3
de Aleatoribus XI. 5
de Alienatione iudicii mutandi causa facta IV. 7
de Alienatione & cibariis legatis XXXIV. 1
de Annuis legatis & fideicommissis XXXIII. 1
An per alium causæ appellationum reddi possint XLIX. 9
de Appellationibus & relationibus ib. 1
de Appellationibus recipiendis vel non ib. 5.
Apud eum, a quo appellatur aliam causam agere compellendum ibid. 12.

De

de aqua & aquæ pluuiæ arcendæ XXXIX. 3
de Aqua quotidiana & æstiua XLIII. 20
A quibus appellare non licet XLIX. 2
de Arboribus cædendis XLIII. 27
Arborum furtim cæsarum XLII. 7
de Auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veste vel testamentis & statuis legatis XXXIV. 2
De auctoritate & consensu tutorum & curatorum XXVI. 8

B.

De BOnis damnatorum XLVIII. 20
de Bonis eorum, qui ante sententiam mortem sibi consciuerunt, vel accusatorem corruperunt ib. 11
de bonis libertorum XXXVIII. 2
de Bonorum possessione ex testamento militis XXXVII. 13
de Bonorum possessione furioso, infanti, muto, surdo, cæco competente ibid. 3
de Bonorum possessionibus ibid. 1
de Bonorum possessionibus contra tabulas ibid. 4
de Bonorum possessionibus secundum tabulas ibid. 11

C.

De CAdaueribus punitorum XLVIII 24
de Calumniatoribus III. 6
de Capite minutis IV. 5
de Captiuis, & de postliminio, & redemtis ab hostibus, XLIX. 15
De Carboniano edicto XXXVII. 10
de Castrensi peculio XLIX. 17
de Censibus L. 15
de Cessione bonorum XLII. 3
de Cloacis XLIII. 23
de Collatione bonorum XXXVII. 6
de Collatione dotis ibid. 7
de Collegiis & corporibus XLVII. 22
de Colluſione detegenda XL. 16

Commodati, vel contra XIII. 6
Communia prædiorum, tam vrbanorum, quam rusticorum VIII. 4
de Communi diuidundo X. 3
de Compensationibus XVI. 2
de Concubinis XXV. 7
de Concussione XLVII. 13
de Condictione causa data causa non secuta XII. 4
de Condictione ex lege XIII. 2
de Condictione furtiua ibid. 1
de Condictione indebiti XII. 6
de Condictione ob turpem vel iniustam causam ib. 5
de Condictione sine causa ib. 7
de Condictione triticaria XIII. 3
de Conditionibus & demonstrationibus & causis & modis eorum, quæ in testamentis scribuntur XXXV. 1
de Conditionibus institutionum XXVIII. 7
de Confessis XLII. 2
de Confirmando tutore, vel curatore XXVI. 3
de Coniungendis cum emancipato liberis eius XXXVII. 8
de Constituta pecunia XIII. 5
de Constitutionibus principum I. 4
de Contrahenda emtione XVIII. 1
de Contraria & vtili actione tutelæ XXVII. 4
de Curatore bonis dando XLII. 7
de Curatoribus furioso, & aliis, extra minores dandis XXVII. 10
de Custodia & exhibitione reorum XLVIII. 3

D.

De Damno infecto, & de suggrundiis & protectionibus XXXIX. 2
de Decretis ab ordine faciendis L. 9
de Decurionibus & filiis eorum ibid. 2
Depositi vel contra XVI. 3
de Distractione pignorum & hypothecarum XX. 5
de Diuersis regulis iuris antiqui L. 17

de

de Diuersis temporalibus præscriptionibus & accessionibus possessionum XLIV. 3.
de Diuisione rerum & qualitate I. 8
de Diuortiis & repudiis XXIV. 2
de Doli mali & metus exceptione XLIV. 4
de Dolo malo IV. 3
de Donationibus XXXIX. 5
de Donationibus inter virum & vxorem XXIV. 1
de Dote prælegata XXXIII. 4
de Duobus reis constituendis XLV. 2

E.

De Edendo II. 13
de Effractoribus & expilatoribus XLVII. 8
de Eo, per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistat II. 10
De Eo qui pro tutore vel curatore negotia gessit XXVII. 9
De Eo quod certo loco dari oportet XIII. 4
de Euictionibus & duplæ stipulatione XXI. 2
Eum qui appellauerit, in prouincia defendi XLIX. 11
de Exceptione rei iudicatæ XLIV. 2
de Exceptione rei venditæ & traditæ XXI. 3
de Exceptionibus, præscriptionibus & præiudiciis XLIV. 1
de Excusationibus XXVII. 1
de Exercitoria actione XIV. 1
Expilatæ hereditatis XLVII. 16
Ex quibus causis maiores XXV. annis in integrum restituantur IV. 6
de Extraordinariis cognitionibus, & si iudex litem suam fecisse diceretur L. 13
de Extraordinariis criminibus XLVII. 11

F.

FAmiliæ herciscundæ X. 2
de Feriis, dilationibus & diuersis temporibus II. 12
de Fideicommissaria hereditatis petitione V. 6
de Fideicommissariis libertatibus XL. 5

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1327
DFG

de Fide instrumentorum & amissione eorum XXII. 4
de Fideiussoribus & mandatoribus XLVI. 1
de Fideiussoribus & nominatoribus, & heredibus tutorum & curatorum XXVII. 7
Finium regundorum X. 1
de Fluminibus, ne quid in flumine publico ripaue eius fiat, quo peius nauigetur XLIII. 12
de fonte ib. 22
de Fugitiuis XI. 4
de Fundo dotali XXIII. 5
de Furibus balneariis XLVII. 17
Furti aduersus nautas, caupones, stapularios ib. 5
de Furtis ib. 2

G.

De GLande legenda XLIII. 28
de Gradibus, & affinibus & nominibus eorum, XXXVIII. 10

H.

De HEredibus instituendis XXVIII. 5
de Hereditate vel actione vendita XVIII. 4
de Hereditatis petitione V. 3
de His, quæ pœnæ causa relinquuntur XXXIV. 6
de His, quæ in testamento delentur, inducuntur vel inscribuntur XXVIII. 4
de His, quæ pro non scriptis habentur XXXIV. 8
de His, quæ vt indignis auferuntur ib. 9
de His, qui effuderint, vel deiecerint IX. 3
de His, qui notantur infamia III. 2
de His, qui sui vel alieni iuris sunt I. 6

I.

De IMpensis in res dotales factis XXV. 1
de incendio, ruina, naufragio, rate, nane expugnata XLVII. 9
de in diem addictione XVIII. 2

de

de In integrum restitutionibus IV. I
de Iniuriis & famosis libellis XLVII. IO
de iniusto, rupto, irrito facto testamento XXVIII. 3
de In ius vocando II. 4
In ius vocati vt eant, aut satis vel cautum dent ib. 6
de In litem iurando XII. 3
de Inofficioso testamento V. 2
In quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahatur XX. 2
de in rem verso XV. 3
de Inspiciendo ventre, custodiendoque partu XXV. 4
de Institoria actione XIV. 3
de Instructo vel instrumento legato XXXIII. 7
de Interdictis, & relegatis & deportatis XLVIII. 22
de Interdictis, siue extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt XLIII. I
de Interrogationibus in iure faciendis & interrogatoriis actionibus XI. I
de Itinere actuque priuato XLIII. 19
Iudicatum solui XLVI. 7
de Iudiciis, & vbi quis agere vel conueniri debeat V. I
de Iure aureorum annulorum XL. IO
de Iure codicillorum XXIX. 7
de Iure de liberandi XXVIII. 8
de Iure dotium XXIII. 3
de Iure fisci XLIX. 14
de Iure iumunitatis L. 6
de Iure iurando XII. 2
de Iure patronatus XXXVII. 14
de Iurisdictione II. I
de Iuris & facti ignorantia XXII. 6
de iustitia & iure I. I

L.

De LEgationibus L. 7
de Legatis & fideicommissis XXX. XXXI. XXXII.

de Legatis præstandis, contra tabulas bonorum possessione petita XXXVII. 5
de Lege commissoria XVIII. 3
de Lege Rhodia de iactu XIV. 2
de Legibus, Senatus consultis & longa consuetudine I. 3
de Legitimis tutoribus XXVI. 4
de Libellis dimissoriis, qui apostoli dicuntur XLIX. 6
de Liberali causa XL. 12
de Liberatione legata XXXIV. 3
de Liberis & posthumis heredibus instituendis, vel exheredandis XXVIII. 2
de Liberis exhibendis item ducendis XLIII. 30
de Libero homine exhibendo ib. 29
de Libertis vniuersitatum XXXVIII. 3
de Litigiosis XLIV. 6
Locati conducti XIX. 2
de Locis & itineribus publicis XLIII. 7.
de Loco publico fruendo ibid. 9

M.

De Magistratibus conueniendis XXXVII. 8
Mandati vel contra XVII. 1
de Manumissionibus XL. 1
de Manumissionibus, quæ seruis ad vniuersitatem pertinentibus imponuntur ib. 3
de Manumissis testamento ib. 4
de Manumissis vindicta ibid. 2
de Migrando XLIII. 32
de Minoribus 25. annis IV. 4
de Mortis causa donationibus & capionibus XXXIX. 6
de Mortuo inferendo & sepulchro ædificando XI. 8
de muneribus & honoribus I. 4

N.

De Natalibus restituendis XL. 11
Nautæ, caupones, stabularii vt recepta restituant IV. 9
de Nautico fœnore XXII. 2

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1330
DFG

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur XL. 15
de Negotiis geſtis III. 5
Ne quid in flumine publico ripaue eius fiat, quo aliter aqua fluat, atque vti priori æſtate fluxit XLIII. 13
Ne quid in loco publico vel itinere fiat ib. 8
Ne quid in loco ſacro fiat ib. 6
Ne quis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat II. 7
Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt XLIII. 4
Nihil innouari, appellatione interpoſita XLIX. 7
de Nouationibus & delegationibus XLVI. 2
de Noxalibus actionibus IX. 4
de Nundinis. L. 11

O.

De OBligationibus & actionibus XLIV. 7
De obſequiis parentibus & patronis præſtandis XXXVII. 15
de Officio aſſeſſorum I. 22
- - - conſulis ib. 22
- - - eius, cui mandata eſt iurisdictio. ib. 21
- - - iuridici ib. 20
- - - præfecti auguſtalis ib. 17
- - - præfecti prætorio ib. 11
- - - præfecti vigilum ib. 15
- - - præfecti vrbi ib. 12
- - - præſidis ib. 18
- - - prætorum ib. 14
- - - proconſulis & legati ib. 16
- - - procuratoris cæſaris vel rationalis ib. 19
- - - quæſtoris ib. 13
de Operibus publicis L. 10
de Operis libertorum XXXVIII. 1
- - - noui nunciatione XXXIX, 1
- - - ſeruorum VII. 7
de Optione vel electione legata XXXIII. 5
de Origine iuris & omnium Magiſtratuum & ſucceſſione prudentum I. 2

P.

De PActis II. 4
de Pactis dotalibus XXIII. 4
de Peculio XV. 1
de Peculio legato XXXIII. 8
de Pecunia constituta XIII. 5
de Penu legata XXXIII. 9
de Periculo & commodo rei venditæ XVIII. 6
de Petitione hereditatis V. 3
de Pignoratitia actione & contra XIII. 7
De Pignoribus & hypothecis & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum XX. 1
de Pœnis XLVIII. 19
de Pollicitationibus L. 12
de Popularibus actionibus XLVII. 23
de Possessoria hereditatis petitione V. 5
de Postulando III. 1
de Præscriptis verbis & in factum actionibus XIX. 5
de Prætoriis stipulationibus XLVI. 5
de Præuaricatione XLVII. 15
de Precario XLIII. 26
de Priuatis delictis XLVII. 1.
de Priuilegiis creditorum XLII. 5. §. 2
de Probationibus & præsumtionibus XXII. 3
de Procuratoribus III. 3
Pro derelicto XLI. 7
Pro donato ib. 6
Pro dote ib. 9
Pro emtore ib. 4
Pro herede vel possessore ib. 5
Pro legato ib. 8
Pro socio XVII. 2
Pro soluto XLI. 3. in fin. p. 325
Pro suo ib. 10
de Proxenetis L. 14
de Publicanis, vectigalibus & commissis XXXIX. 4

de

de Publiciana in rem actione VI. 2
de Publicis iudiciis XLVIII. I

Q.

QVæ in fraudem creditorum facta sunt, vt restituantur XLII. 8
Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non possint XX. 3.
Quæ sententiæ sine appellatione rescindantur XLIX. 8
de Quæstionibus XLVIII. 18
Quando actio de peculio annalis est XV. 2
Quando appellandum sit & intra quæ tempora XLIX. 4
Quando dies legatorum vel fideicommissorum cedat, XXXVI. I
Quando dies vsusfructus legati cedat VII. 3
Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri possint XXVI. 9
Quarum rerum actio non datur & de exceptione iurisiurandi XLIV. 5
Quemadmodum seruitutes amittantur VIII. 6
Quemadmodum testamenta aperiantur, describanrur & inspiciantur XXIX. 3
Quibus ad libertatem proclamare non licet XL. 3
Quibus ex causis in possessionem eatur XLII. 4
Quibus modis pignus vel hypotheca soluitur XX. 6.
Quibus modis vsusfructus vel vsus amittitur VII. 4
Quibus non competit bonorum possessio XXXIIX. 13
de Quibus rebus ad eundem iudicem eatur XI. 2.
Qui & a quibus manumissi liberi non fiant ad L. Æliam Sentiam XL. 9
Qui petant tutores vel curatores & vbi petantur XXVI. 6
Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de his, qui in priorum creditorum locum succedant XX. 4
Qui satisdare cogantur vel iurato promittant vel promissioni suæ committantar II. 8
Quis a quo appellatur XLIX. 3
Qui sine manumissione ad libertatem XL. 8

Quis

Quis ordo in bonorum possessione seruetur XXXVIII. 15
Qui testamenta facere possunt & quemadmodum testamenta fiant XXVIII. 1.
Quod cuiusque vniuersitatis nomine vel contra eam agatur III. 4
Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicatur XIV. 5
Quod falso tutore authore gestum esse dicatur XXVII. 6
Quod iussu XV. 4
Quod legatorum XLIII. 3
Quod metus causa gestum est IV. 2
Quod quisque iuris in alterum statuerit, vt ipse eodem iure vtatur II. 2
Quod vi aut clam XLIII 24
Quorum bonorum ib. 2

R.

De REbus authoritate iudicis possidendis vel vendendis XLII. 5.
de Rebus creditis, si certum petatur XII. 1
de Rebus dubiis XXXIV. 5
de Rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alienandis vel supponendis XXVIII. 9
de Receptoribus XLVII. 16
de Receptis arbitris, qui arbitrium receperunt, vt sententiam dicant IV. 8.
de Regula catoniana XXXIV. 7
de Regulis iuris L. 17
de Re iudicata, & de effectu sententiarum & de interlocutionibus XLII. 1
de Rei vindicatione VI. 1
de Religiosis & sumtibus funerum, & vt funus ducere liceat XI. 7
de Re militari XLIX. 16
de Remissionibus XLIII. 25
Rem pupilli vel adolescentis saluam fore XLVI. 6
Rem ratam haberi, & de ratihabitione ibid. 8

de

de Requirendis reis, vel absentibus damnandis XLIIX. 17
de Rerum diuisione & qualitate I. 8
de Rerum permutatione XIX. 4
de Rescindenda venditione XIIX. 5
de Ripa munienda. XLIII. 15
de Ritu nuptiarum, XXIII. 2
de Riuis XLIII. 21

S.

De SAluiano interdicto XLIII. 33
de Senatoribus I. 9
de Senatus consulto Macedoniano. XIV. 6
de Senatus consulto Syllaniano & Claudiano quorum testamenta ne aperiantur XXIX. 5
de Sententiam passis & restitutis XLIIX. 23
de separationibus XLII. 6.
de Sepulchro violato XLVII. 12
de Seruis exportandis, vel si mancipium ita venierit, vt manumittatur, vel contra XIIX. 7
de seruis fugitiuis XI. 4
de Seruitute legata XXXIII. 5
de Seruitutibus VIII. 1
de Seruitutibus rusticorum prædiorum VIII. 3
de Seruitutibus vrbanorum prædiorum ib. 2
de Seruo corrupto XI. 3
Si ager vectigalis. i. e emphyteuticarius petatur VI. 3
Si a parente quis manumissus sit XXXVII. 12
Si cui plus, quam per legem Falcidiam licuerit, legatum esse dicatur XXXV. 3
Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caueatur II. 9
Si familia furtum fecisse dicetur XLVII. 6
Si ingenuus esse dicatur XL. 14
Si is, qui testamento liber esse iussus erit, post mortem domini ante aditam hereditatem subripuisse aut corrupisse quid dicatur XLVII. 4
Si mensor falsum modum dixerit XI. 6
Si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa

sa esse dicatur xxv. 6
Si pars hereditatis petatur v. 4
Si pendente appellatione mors interuenerit xlix. 13
Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur ix. 1
Si quid in fraudem patroni factum sit xxxviii. 5
Si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit xx x 6
Si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit ii. 11
Si quis in ius vocatus non ierit, siue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit ibid. 5
Si quis ius dicenti non obtemperauerit ibid. 3
Si quis omissa causa testamenti ab intestato vel alio modo possideat hereditatem xxix. 4
Si seruitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur, viii. 5
Si tabulæ testamenti extabunt xxxvii. 2
Si tabulæ testamenti nullæ extabunt, vnde liberi xxxviii. 6
Si tutor vel curator vel magistratus creatus appellauerit xlix 10
Si ventris nomine muliere in possessionem missa eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur xxv. 5
Si vsusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur vii. 6
de Solutionibus & liberationibus xlvi. 3
Soluto matrimonio, dos quemadmodum petatur xxiv. 3
de Sponsalibus xxiii. 1
de Statu hominum i. 5
de Statu liberis xl. 7
Stellionatus xlvii. 20.
de Stipulatione seruorum xlv. 3
de Stipulationibus prætoriis xlvi. 5
de Successorio edicto xxxviii. 9
de Suis & legitimis heredibus ib. 16
de Supellectile legata xxxiii. 10
de Superficiebus xliii. 18
de Suspectis tutoribus & curatoribus xxvi 10

T. De

T.

De TAbulis exhibendis XLIII. 5
de Terminp moto XLVII. 21
de Teſtamentaria tutela XXVI. 2
Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur & deſcribantur XXIX. 3
de Teſtamento militis ib. 1
de Teſtibus XXII. 5
de Tigno iuncto XLVII. 3
de Tranſactionibus II. 15
de Tributoria actione XIV. 14
de Tritico, vino, vel oleo legato XXXIII. 16
de Tutela & rationibus diſtrahendis & vtili curationis cauſa actione XXVII. 3
de Tutelis XXVI. 1
de Tutoribus & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent & qui & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt ib. 5

V.

De VAcatione & excuſatione munerum L. 5
Vbi pupillis educari vel morari debeat, & de alimentis eis præſtandis XXVII. 2
de Ventre in poſſeſſionem mittendo & de curatore eius XXXVII. 9
de Ventre inſpiciendo cuſtodiendoque partu XXV. 4
de verborum obligationibus XLV. 1
de Verborum ſignificatione L. 16
de Veteranorum & militum ſucceſſione XXXIX. 12
de Veteranorum priuilegiis XLIX. 18
de Via publica & ſi quid in ea factum eſſe dicatur XLIII. 10
de Via publica & itinere publico reſiciendo ib. 11
de Vi bonorum raptorum & de turba XLVII. 8
de Vi & vi armata XLIII. 16
Vnde cognati XXXVIII. 8
Vnde legitimi ib. 7
Vnde vir & vxor ib. 11

de

de Vsu & habitatione VII. 8
de Vsufructu, & reditu & habitatione & operis per legatum vel fideicommissum datis XXXIII. 2
de Vsufructu accrescendo VII. 2
Vsufructuarius quemadmodum caueat ib. 9
de Vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur ib 5
de Vsufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur ib. 1
de Vsuris & fructibus & causis, & omnibus accessionibus & mora XXII. 1
de vsurpationibus & vsucapionibus. XLI. 3
Vt ex legibus senatusue consultis bonorum possessio detur XXXVIII. 14
Vt in flumine publico nauigare liceat XLIII. 14
Vt in possessione legatorum vel fideicommissorum seruandorum causa esse liceat XXXVI. 4
Vti possidetis XLIII. 17
Vt legatorum seu fideicommissorum causa caueatur XXXVI. 3
Vtrubi XLIII. 31
de Vulgari & pupillari substitutione XXVIII. 6

IN-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1338
DFG

INDEX POSTERIOR

RERVM PRAECIPVARVM.

Numerus prior Romanus designat Librum, alter titulum, vltimus paragraphum.

A.

A *Baftio* partus quomodo puniatur? XLVII. 11. 7
Abigei quinam ib. 14. 1. sq.
in hoc crimine respiciendum ad numerum ib 3
Pœna abigeorum ib. 4
Abolitio de iure R. quid? XLVIII. 16. 4
quotuplex ib. 4. seqq.
quid hodierna abolitio ib. 6
quomodo differat a Romana 7
quid operetur 8
Absentes quosnam habeant curatores XLII. 7. 4
delinquentes legitime citandi XLVIII. 17. 1
bona eorum annotanda ib. 2. sq.
quando hæc annotatio locum habeat ib. 4
quomodo puniendi absentes ib. 19. 16
Absentia quando restitutionem pariat IV. 6. 1
quotuplex sit 3
ad quid respiciendum in causis absentiæ 4
Abstinendi beneficium XXIX. 2. 3
Academicorum ciuium forum V. 1. 35
Academico Magistratui competit etiam censura morum ibid.
Accessionum nomine quid veniat XXII. 1. 15
Accessiones & fructus legati quem sequantur XXX. 1. 18
Accessio quid XLI. 1. 17
in specie dicta quid ib. 25
Acceptilatio quid XLVI. 4. 1
quomodo facienda ib. 2

quomodo differat a pacto de non petendo. ib. 3
quænam obligationes per illam tollantur, ib. 4
Accrescendi ius, XXIX, 2. 19
an a testatore prohiberi possit, ib 18
inter quos coniunctos obtineat, XXVIII, 6. 7
Cessat in testamento militis, XXIX, 1. 12
in vsufructu quomodo se habeat. VII, 2. 1. sq.
Accusatio quid, XLVIII, 2. 1
quinam accusare non possint, ib. 2. sqq.
quis accusandus, 8
coram quo iudice, 9
accusatorius libellus quomodo debeat esse comparatus, 10
Accusator cauere debet. 11
Accusatus respondere debet ad libellum, 12
Accusator quomodo probare debeat. 13
Acquisitio an per alium fieri possit, XLI, 1 45
Acquisitio hereditaris quid, XXIX 2 6
Acta prioris instantiæ iudex sponte edere debet. XLIX, 6. 7
Actiones quid, XLIV. 7. 9
quomodo differant ab accusationibus & cognitionibus extraordinariis. ib. 10
ciuiles & prætoriæ quid, 11
reales & personales quid. 13
mixtæ & puræ quid, 14
præiudiciales quid, 12
bonæ fidei quid, 17
Directæ & contrariæ quid, 15
Datiuæ & natiuæ quid, 16
stricti iuris quid, 18
an vsus huius distinctionis hodie supersit, 19
Arbitrariæ quid, 20
directæ & vtiles quid, 21
Rei persecutoriæ & pœnales quid, 22
quomodo differant inter se, 23
præparatoriæ quid, 24

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1340
DFG

Venduntur actiones & nomina etiam inuito debitore, XVIII, 4. 7
vt tamen emtores conditionem debitorum duriorem facere nequeant. ib.
verum subsit nomen veraque actio necesse est. ib. 8
Nec non vt actiones sint cessibiles, 9
& pretium reddatur iustum, 10
contra ius strictum actiones introductæ, XIV. 1. 1. sq.
peculiaribus formulis constabant. XIII, 11. 5
Actio contra eos, qui personas, quibus reuerentia debetur, in ius sine venia vocarunt. II, 4. 2
quando locum habeat, ibid.
actio quo minus quis in iudicio sistat, II, 8. 10
quomodo distinguatur ab actione contra eum, qui vi exemit, ibid.
quando contra vades detur actio, II. 1
quid sit edere actionem, 13. 2
concursus actionum quotuplex, ib. 8
actio de *recepto* quid sit. IV, 9. 2
quid requiratur vt huic actioni locus sit, ibid. 3. sq.
quæ est actio *de albo corrupto*. II, 1. 27
quid requiratur vt institui possit, ibid.
quæ actio detur contra Magistratum inique ius dicentem II. 2. 2
quando locum habeat, 3
quomodo differat a retorsionibus iuris, 4
quæ actio competat, si quis ius dicenti non obtemperauerit, II, 3. 1
actio quod metus causa, IV, 2. 7
Actor quis, V, 1. 38
quis eius personam possit sustinere, 39
ad agendum nemo inuitus compellitur, 40
Actus extraneus quisnam vitiet testamentum XXVIII, 1. 30.
Actus quid & quotuplex. VIII, 3. 1

actus licite reficitur, XLIII. 19.1
probanda tamen seruitus ib.3
Addictio in diem quid, XVIII, 2.1
in specie debet adiici, ib. 2
melior conditio debet offerri. 3
intra tempus præfinitum. 4
venditor illam acceperit necesse est, 5
priori emtori debet denunciari oblata melior conditio. 6
Additionales an testium examine peracto admittantur. XXI. 5. 21

Ademtio legati quomodo fiat, XXXIV, 4. 1. sq.
quot requirat testes ibid.
Adiectus quis, XLV, 1. 12
an ei solui possit. ib 3. 5
Aditio hereditatis, XXIX, 2 7
eius tempus in hereditate, XXVIII, 8.2
Administratores ciuitatum quinam. I, 8. 1
ad quid obligentur, ib. 2
an & quatenus teneantur ad rationes reddendas, ib. 3. sq.
Adoptio & arrogatio tribuit patriam potestatem, I, 7. 1
requisita arrogationis, 2
quid si adoptio plena, 3
quid minus plena, ib.
qui possint adoptare. 4
Effectus arrogationis. 5
liberi adoptiui quando succedant XXXVIII, 18. 5
fratres adoptiui quando succedant, ib. 17
Aduocatorum officium Reip. satis vtile, III, 1.2
quotuplices sint, ib. 3
requiritur in illis prudentia & peritia, 4
integritas corporis & famæ, 6
sinceritas animi, 7
quomodo coerceantur, si officio suo desint, 10
ad quam culpam teneantur, 10
ad quid cliens obligetur aduocato 11
quæ actio iis detur pro consequendo salario, 12
quo beneficio aduocati fruantur. 13

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1342
DFG

Adulterium quid olim. XLVIII. 5. 1
quid hodie. ib. 2
quotuplex, 3
dolus requiritur, 4
committitur in sponsam. 5
agitur de eo vel ciuiliter & criminaliter 6. sq.
quis accusare ibi possit, 8
intra quod tempus, 9
quomodo probandum, 10
an vrgentissimæ circumstantiæ probent adulterium, ib.
ex quibus causis pœna mitiganda. 11. sq.
pœna ordinaria. 15. sq.
occisio adulteri quomodo fieri possit, 18. sq.
vt causam diuortii præbeat quid requiritur. XXIV, 2 9. sq.
Ædiles quales fuerint & in quibus curam adhibuerint, XXI. 1. 1
curam viarum publicarum quomodo habuerint. XLIII, 10
Æstimatio rei quomodo fieri debeat. XIII, 3. 2. sq.
quæ vtilitas æstimanda ib.
Æstimatoria actio iniuriarum quid. XLVII. 10. 19
quænam differentia vtrum ciuiliter an criminaliter agatur, ib. 20. sq.
ad quid tendat, 23
impedit officia amoris, 23
Æstimatorius contractus quid sit, XIX, 3. 1
pretium venditionis gratia debet esse adiectum, ib. 2
quomodo distinguatur ab emtione, mandato & locatione, 4
an hic contractus sit peculiaris, 5
perinde est danti an rem an pretium accipiat 6
hinc dominium transfertur in accipientem. 7
Æstimatoria actio P. V. ad quid detur, ib. 8
quomodo pretium soluendum 9
quid iuris in concursu creditorum. 10
Affinitas quomodo contrahatur, XXIII, 11. 9
an per solam desponsationem contrahatur, ib. 9
inter quasnam personas contrahatur. 10

secundum genus vnde oriatur, XXVIII, 2. 12
quomodo illud attendatur. ibid.
tertium genus an attendatur, ibid.
nulla affinium est successio. XXXVIII. 18 19
ad *Agendum* quomodo possit actor prouocari. V, 1. 41
Aggerum diruptio quid, XLVII, 11. 13
Agonizantis testamentum an validum, XXVII, 1. 5
Aleatores quinam. XI, 5. 1
varia iura de illis. ib. 2. sq.
Album quid, L, 3. 1
de albo corrupto actio, II, 1. 27
Aliena res quatenus legari possit, XXX, 26
ex *Alienatione* iudicii causa datur actio in factum, IV, 7. 1
eius requisita. ib. 2
quamdiu duret, 4
an licita alienatio actionis in potentiores 5
alienatio in fraudem creditorum facta refundenda XLII, 8 1. sq.
quænam dicatur fraudulenta, ib 4
de non alienando clausula an aliquid operetur in fideicommisso, XXXVI, 1. 17
an & quatenus alienatio ibi permissa, ib. 30. sq.
alienatio rerum immobilium pupilli quæ requirat XXVII, 9. 3 sq.
alienatio hæc quando nulla, ib 9
alienationes absque decreto validæ. 11
Tutor promiscue res immobiles alienare nequit 1
nisi accedant debitæ solennitates 2. sq.
Alimenta legata quid, XXXIV, 1. 1
quatenus hoc legatum sit priuilegiatum. ib. 2
interpretatio eius ex fauore eius faciendæ, 3
quatenus præstanda, si indefinite relicta. 4
alendi sunt parentes, XXXVII. 15. 3
Alimenta debentur liberis. XXV, 3. 5
si concurrant necessaria requisita, ib. 6.
quid iuris in partu illegitimo, 7
quo tempore præstet pater alimenta. 8

quis

quis deficiente patre obstringatur ad alimentationem, ib. 9
quibus præter liberos ex fonte gratitudinis & charitatis debeantur alimenta, 10
Alluuione quomodo acquiratur, XLI, 1. 19
Altius tollendi seruitus. VIII, 23. 12
alius non tollendi seruitus, ib. 11
Alueus derelictus cui cedat, XLI, 1. 21
Ambitus crimen quid. XLVIII, 14. 1. sq.
pœna eius, ib. 4
Amissio possessionis. XLI, 2. 20. sq.
Amotarum rerum actio quid, XXV, 2. 1.
requisita eius. ib. 2
an detur aduersus heredes 3
ad quod detur, 4
vsus modernus, 5
Anastasiana lege quid caueatur? XVIII. 4 10
concurrere debent requisita notata, ib. 11
in quibusdam casibus vilius pretium accipere licet, 12
ad *Anatomiam* cadauera punitorum a quo concedantur, XLVIII, 24. 3
Anatomicus quid, XXII. 1. 7
quando licitus. ib.
ne *Animal* noxium iuxta viam publicam habeatur; ædiles cauebant, XXI, 1. 9
Animus non mutat causam possidendi, XLI, 2. 12
an sufficiat ad possessionis acquisitionem. ib. 10
an ad retentionem. 15
quatenus solo animo amittatur, 21
Annonam vexantes quomodo puniantur XLVIII, 12. 1. sq.
Annotatio bonorum absentium quomodo facienda ib. 17. 2. sq
Annus & dies num exprimendus in testamento, XXVIII. 1. 32
Annus & dies exprimendus in testamento patris inter liberos, XXIX, 1. 18
Annuum quid sit legatum, XXXIII. 1. 1
quomodo debeatur. ib. 2
quando finiatur. 3

Annui reditus in quonam differant ab vsuris, XXII, 1. 12
non debent esse maiores quantitate vsurarum, ib. 1. 4
Antichresis quando legitimas vsuras excedere queat, XII, 7. 9
Antichreticum ius quid sit, ib. 7. 8
constituitur expresse & tacite. ib.
an legitimas vsuras excedere queat, ib.
Apertura testamenti quotuplex. XXIX. 3. 2
Appellatio quid, XLIX, 1. 2
quis appellare possit, ib. 3
consortium litis appellatio an omnibus prosit, 4
appellatione quisnam indignus. 6
quando ei renunciatum, 7
appellatio est commune beneficium, 8
tertius ei adhærere quatenus possit, 9
a qua sententia appelletur, 10 sq.
quid extraiudicialis, 13
an in causa criminali locum habeat, 15
quomodo interponatur, 19
potest fieri coram Notario vel honestis personis, 20. sq.
a quibus non liceat appellare. XLIX, 2. 1 sq.
summa appellationis quæ, ib. 3 sq.
qui possit appellationem remouere per rescriptum, ib. 5
ad quem fiat, ib. 3. 1
in concurrentia iurisdictionis potest fieri electiue, ib. 3
quid si vterque ad diuersos appellet. 4
appellatio legitime introducenda. ib. 6. 5
intra quæ tempora, ib. 8
legitime iustificanda, 9
quomodo, 10. sq.
appellationis interpositæ effectus, ib. 7. 8
appellatio an sit reiicienda, spectat ad iudicem *ad quem*. ib. 3. 1. sq.
quando iudex *a quo* eam reiicere possit, ib. 2
in causis ecclesiasticis appellari nequit, 5
appellatio interponenda intra decendium, ib. 4. 1. sq.
recipienda est a iudice a quo ib. 5. 1
Appellatio quomodo facienda. I. 1. 6

Apo-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1346
DFG

Apostoli quid, XLIX, 6. 1
quotuplices, ib. 2
quomodo petendi, 3
intra 30. dies, 4
Appluuiabatura quomodo acquiratur, XLI, 1. 25
Appulsus pecoris ad a quam quid, VIII, 3. 6
quatenus possit esse seruitus personalis. ib.
Aqua quotidiana & æstiua quid, XLIII, 20. 1
quatenus eam ducere liceat 2
quatenus ex castello duci possit, 3
quatenus ex fonte, ib. 22. 1
earum corruptio, XLVII, 11. 5
de aqua quid passim cautum, XXXIX, 23. 1
actio *aquæ pluuiæ arcendæ*, 2
cur detur. ib.
quæ habeat requisita, ib. 2. 3
actio personalis in rem scripta. ib. 3. 10
Aquæ haustus quid, VIII, 3. 5.
Aquiliæ legis actio quid, IX, 2. 1
quod damnum contineat, 2. & 7. sq.
quid directa, vtilis & in factum 3
quot eius capita, 4
an etiam detur ob damnum priuatiuum, 5
ad quid detur. 10
an contra heredes, 11
Arbiter quid sit, IV, 8. 1
quomodo differat a iudice, 2
quomodo ab arbitratore, 2
requisita eius, 2. sqq.
officium arbitratorum. 8
pluribus datis arbitris standum est parti maiori, 9
laudo arbitrorum partes stare debent 10
Arbitrium iudicis ad normam æquitatis debet esse directum. XIII, 4. 7
Arborum furtim cæsarum ratione datur actio in factum XLVII, 7. 1
cur non sufficiat ibi legis aquil. actio, 2
an propter aridas etiam detur, 4

an criminaliter etiam agi possit, ib. 6
Arbores quando cædere licitum, quæ impendent in prædium nostrum. XLIII, 27. 1 sq.
Arenæ fodiendæ seruitus, VIII. 3. 8
Arma militum an oppignorari possint. XX, 3. 2
Armorum genus in occisione respiciendum, XLVIII, 8. 17
Arrha quotuplici modo emtioni venditioni accedere possit, XVIII, 1. 6
Articuli probatoriales quomodo formari debeant, XXII. 5. 13
quomodo offerri iudici, ib. 14
parti aduersæ sunt communicandi, ib. 16
Adscendentium successio, XXXVIII. 18 19
Adscendentium ordo in successione ab intestato ib. 10
Assignatio quid. XVIII, 4. 18
quid iuris transferat. ibid.
assignatio libertorum. XXXVIII, 4
Assassinium quid. XLVIII, 8. 13
Assecurationis contractus in quo consistat, XXII, 2. 3
Attentata quid, XLIX, 7. 2
attentata plene sunt restituenda, ib. 2. sq.
Attestationum publicatio quando facienda. XXII, 5. 22
quid operetur, ibid.
Attestationum disputatio quid sit, ib. 23
quid dictis testium in illa opponendum, ibid.
Aucupii seruitus quid, VIII. 3. 8
Auisatio de periurio quando fieri debeat. XXII, 5. 19
Auita Linea quando succedit. XVIII, 18 10
qua ratione auus & auia in tutela admittantur, XXVI, 1. 10
ius *Aureorum* annulorum. XL. 10
Aureus annulus ingenuitatis signum. ibid.
Auri argentiue legatum quid contineat. XXXIV, 2. 1
Autoritas Tutoris quid sit, XXVI, 8. 1
quid requiratur ad interpositionem eius. ib. 2 sq.
quando in specie requiratur ff gerit pupillus, 5

An tutor possit cogi ad interpositionem autoritatis, ib. 7
quid iuris si plures sint tutores, 8
quid si non sit præstita, 10
Autocheria olim non reprobata, XLVIII, 21. 2
quatenus confessionem delicti inducat, ib. 1. sq.
attentata quatenus puniatur, 4
autocheires ignominiosa sepultura quandoque afficiuntur. 5

B.

Bonorum fures quomodo puniti olim XLVII, 17. 1
Bellica occupatio. vid *occupatio.*
in bello quomodo acquiratur, XLIX, 15. 3
Benedictio Sacerdotalis a quonam facienda. XXIII, 2. 20
Bigamia quid & quæ eius requisita, XLVIII, 5. 20
pœna eius, ib. 21
Blanditiæ num vitient testamentum, XXVIII, 1. 6
Blasphemiæ pœna. XLVIII, 4. 18
quænam hic requirantur. ib. 19. sq.
Bona per se non tribuunt subiectionem. V, 1. 29
Bonorum possessionis origo, XXXVII, 1 1
quid sit, ib. 2
quotuplex, 3 sq.
quinam eam petere possint, ib. 6. & 3. 1
quænam cum re & sine re ib. 8
quomodo agnoscenda, 9
quo tempore, 10
quid operetur, 11
quid si non exstent tabulæ, ib. 2. 1
quid contra tabulas, ib. 4. 1
an contra & secundum tabulas peti possit, 2
ventris nomine quid. ib. 9. 1. sq.
Carboniana quid, ib. 10. 1
quid ibi requiratur, 2. sq.

secundum tabulas quid ib. 11. 1
casus eo pertinentes quinam, 2. sq.
ex testamento militis quid, ib. 13. 1
B. possessio vnde liberi. XXXVIII, 1. sq.
- - vnde legitimi ib. 7. 1.
- - vnde cognati, ib. 8. 1
- - vnde vir & vxor, ib. 11. 1
quibus non competat. ib. 13. 1
Bonorum possessio ex lege vel senatus consulto ib. 13
extraordinaria quid ib. 14. 1
quid si furioso delata sit, 2
Bonorum possessio quem ordinem seruet. ib. 15. 1

C.

Cadauera arrestari nequeunt. XLVII, 12. 3
Calcis coquendæ seruitus quid. VIII, 3. 8
Calumniari quid. XLVIII, 16. 1
Calumniatores qui dicantur, III, 6. 1
quæ actio contra eos competat. 2
Cambium quid sit, XIX, 4 8
quid fiat si loco præsentantis alius pecuniam exigat, 9
quid insuper requiratur, 10
quid hic iuris circa obligationem. 11
Cancellatio quomodo rumpat testamentum. XXVIII, 4 2
Canon est medium recognoscendi dominium. VI, 3 8
non diuiditur, diuisa Emphyteusi. ib.
non remittitur ob sterilitatem, ibid.
si non soluatur amittitur Emphyteusis 14
Capti in bello cur fiant serui, XLIX, 15. 2
requiritur iustum bellum. ibid.
Carboniana B. possessio quid. XXXVII, 10. 1 sq.
Carceris effractio quomodo puniatur. XLVII, 18. 3. sq.
quomodo carcer debeat esse comparatus. XLVIII. 3. 1
quis possit incarcere, ib. 2
vbi facienda incarceratio 3
quænam personæ incarcerandæ. 4
separandi socii criminis. 5
ob quod delictum incarceratio fieri possit, 7

qua-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1350
DFG

qualia indicia requirantur, ib. 8
constare debet de corpore delicti. 9
Casus fortuitus quid XIII. 6. 22
casus nocet domino rei, 23
casus non nocet ei, qui rem ex contractu tenet. ib.
quando præstandus in hereditatis petitione. V, 3. 10
non præstatur a commodatario, XIII, 6. 10
an mandatario noceat. XVII, 1 23
Castrantes quomodo puniantur XLVIII, 8. 3
Catoniana regula quid, XXXIV, 7. 1
vbinam locum habeat. 2
Caupo tenetur ex recepto IV, 9. 7
modo damnum non sit fortuito datum 6
Causa quid denotet, XXII, 1. 14
causæ falsæ an noceant legato. XXXV, 1. 5
Cautelæ quid sint. I, 1. 6
quomodo esse debeant, ibid.
Cautio quid sit. II, 8. 2
constituitur fideiussoribus, 3
pignoribus 3
quando iuratoria Cautio admittatur. 4
quando fiat nuda promissione, 5
quomodo olim reus cauebat, 8
quomodo actor, 8
quidnam hodie circa cautionem obseruandum, 9
quando hodie a reo cautio præstetur, 10
de qua re actor præstet cautionem, 11
quæ cautio in actione noxali præstanda, 9
cautio accusatoris, XLVIII, 2. 11
cautio exigitur ab vsufructuario, VII, 9. 1
an & quatenus remitti possit. ibid.
cauendum fideiussoribus, 2
quid si cauere non possit, 2
cui remittatur cautio, 3
de qua re caueatur, 4
cautio rem pupilli saluam fore, XLVI, 6. 1
iudicatum solui quid, ib. 7. 1
quando præstanda, 2

quid

quid complectatur. ibid. 3
an hodie admittatur, 4
de rato, 8. 1
Cautio quomodo pro conseruando legato præstanda, XXXVI, 3. 1. sq.
an etiam cauere debeat bonorum immobilium possessor ib. 2
quomodo in collatione interponenda, XXXVII. 6. 16
cautio sæpe præstanda, si incertum an Falcidiæ locus esse possit. XXXV. 3. sq.
quis eam præstat, ib. 2. sq.
cautio mutiana, XXVIII. 7. 13
Cedendarum actionum beneficium quid, XLVI, 1. 21
cessio actionum quid, ib. 2. 9. vid. *Cessio.*
Census quid, L. 15. 1
origo eius, ib. 2
quotuplex 3
quomodo fieri debeat, 4
a quo soluendus. 5
Censitica bona quid, VI, 3. 15
variæ eorum species. ibid.
Cessio quid sit. XVIII, 4. 13
ordinarie fit libere, interdum coacte. 14
manet cedens dominus actionis. 15
Exceptiones rei coherentes obstant cessionario, quæ obstabant cedenti, 16
quomodo cessio probetur. 17
Cessio bonorum quid, XLII, 3. 1
quibus debitoribus prosit, ib. 2
huic beneficio renunciari potest, 4
quomodo cessio fiat, 5
quænam bona cedantur. 6
non liberat debitorem in totum, 7
non prodest fideiussoribus, 8
cessione non interueniente an actio & obligatio mandanti a mandatario acquiratur. XVII, 1. 8
quid moribus, ibid.
cessio fundi emphyteutici potest inuito domino fieri,

fieri, VI, 3. 8
Chirographi condictio quando locum habeat. XII, 7. 3
Chirographarii creditores vt succedant in locum anterioris quid requiratur. XX. 4 §. vlt.
Chirographarius contractus quid, XII. 1. 18 sq.
eius requisita, ib. 20
quæ hic causa debendi intelligatur, 21
quando locum habeat, 22
Cibaria legata quid contineant, XXXIV, 1. 1
Circumcidentes non iudæum quomodo puniantur, XLVIII, 8 3
Cista si deponatur, res in cista censentur depositæ, XVI, 3. 4
sed singulæ a deponente probandæ, ibid.
Citatio quid sit, II, 4. 5
an vinculum hodie exprimendum pro decernenda citatione, ibid. 3
quando locum habebat voce præconis, 4
in omni processu adhibenda, 6
decerni debet a iudice competente, 7
legitime concipienda, 8
species conueniens citationis eligenda, 9
quæ sit citatio realis, 9
quæ verbalis, 10
quæ verbalis publica, 11
quæ verbalis priuata, 12
quæ citatio mediata, 13
quæ immediata, 13
quæ dilatoria, 14
quæ peremtoria, 14
quæ arctatoria, 15
quæ monitoria, 15
legitime citatio insinuanda. 16
effectus citationis, 18
an mox citatio decernenda contra status imperii ad preces subditorum, II, 5. 2
modus liberandi a necessitate comparendi, 6. 1
citandi testes ad quem iudicem, XXII, 5 18
sumtibus producentis, ib. 10

quo-

quomodo extranei citandi ib. 10
Ciuis quomodo quis fiat L. I. 2. ſq.
quid in ciue aſſumendo reſpiciendum ibid.
Ciuitatum adminiſtratores quatenus mutuo poſſint obligare ciuitatem XII. I. II
Clam factum quid XLIIi. 24. 2
quomodo reſtituendum & quomodo de eo agendum. ib. 3. ſq.
Clauſula caſſatoria, XXVIII. 3. 2
clauſula derogatoria num adimat libertatem mutandi teſtamentum ib. 3. 8
Clerici vbi forum habeant, V. I. 36
vnde dependeat ib.
Cloaca quid, XLIII. 23. I. & VIII. 2. 13
refectio eius nullo modo impedienda ib. 23. 2
Codicilli quid, XXIX. 7. I
clauſulæ codicill. in teſtamento effectus, 6
codicillandi animus an præſumatur, 8
codicilli plures ſubſiſtunt. 14
Cæcus quomodo teſtetur, XXVIII. I. 7
Cogitatio an punibilis XLVII. I. 2
Collaterales quomodo ſuccedant. XVIII. 18. 13
Collatio bonorum quare introducta, XXXVII. 6.I 2
quid ſit, 3. ſq.
inter quos locum habeat, 4
an etiam inter nepotes, 6. ſq.
in quibus bonis facienda. 14
an pater eam poſſit prohibere, 15. ſq.
quomodo facienda. XLVII. 22. I
Collegium quid, 2
an religionis gratia liceat inire, 3
qualis pœna illicitorum collegiorum, XXVIII. 5. 2
collegia reprobata num inſtitui poſſint, XXXVIII. 18. 20
collegium quomodo ſuccedat, XL. 16
de *Colluſione* detegenda, ib. 16. I
colluſio intra quinquennium detegi poteſt, XVII. I. II
Commendatitiæ literæ an & quomodo obligent

Com.

Commissoria lex quid, XVIII, 3. 1
pacto hoc adiecto transfertur dominum, ib. 2
quid requiratur ad hoc pactum exercendum, 3. seq.
quæ detur actio. 7
commissoria lex in pignore quid, XIII, 7. 13
an impediat restitutionem pignoris in specie, ib.
an toleretur tale pactum, ibid.
an pretium vtiliter statim in pacto hoc determinetur, ib.
Commissi pœna quid operetur, XXXIX, 4. 21
Commixtione quomodo acquiratur, XLI, 1. 26
Commodatum quid. XIII, 6. 1
Requisita. 2. sq.
Differentia a mutuo, 2
- - - a precario. 4
Commodans possessionem & proprietatem retinet. XIII, 6. 3
Commodatum a tertio vindicari nequit iuxta statuta quædam, ibid.
ad alium vsum adhiberi nequit, ib. 5
commodata res vsui apta danda, 5
commodatarius ad omnem diligentiam tenetur, 6
commodatum sit gratuitum, 6
ante vsum finitum repeti nequit, 8
nisi ob necessitatem improuisam, 8
eius æstimatio quando præstanda, 9
commodatarius casum non præstat, 10
Actio commodati est vel directa, 10
Vel *contraria*, 11
quare contraria detur, 11
inter *commorientes* qui censeatur præmortuus, XXXIV, 5. 6. sq.
Communi diuidundo actio quid, X, 3. 1
communio rerum singularum quid, ib. 2
quid requiratur vt actio commun. diuid. locum habeat, 3. sq.
an communio pacto restringi possit, 5
ad quid detur. 6. sq.

Communio bonorum vnde inter coniuges obtineat, XXIII, 2. 21
communio est impræscriptibilis, X, 2. 13
Compascui ius, VIII, 3. 10
quomodo constituatur, ib.
Compensatio quid, XVI, 2. 1
eius origo, ib.
eius requisita, ib. 2. sq.
quando non procedat, 4. 3
debitorum diuersorum non obtinet, 6
effectum solutionis habet, 14
compensationis exceptione reiecta quid iuris, 15
in iudicio alleganda, 13
a quo tempore effectum habeat 13
an præsumatur si debitor creditori aliquid legauerit, XXIV, 3 7
Competentiæ beneficium quid, XLII, 1. 35
quinam eo gaudeant, ib. 36. sq.
an ad alios extendi possit, 37
Compriuigni quando inire possint matrimonium, XXXIII, 2. 10
Computatio quotuplex sit, XXIII, 2. 6
quænam in matrimonialibus obseruetur, ib.
Compromissum quomodo soluatur, IV, 8. 12
Compulsoriales quid XLIX. 6. 6
Conatus an punibilis, XLVII, 1. 3. sq.
in incendio quatenus puniatur XLVIII, 8. 33
Concubinatus quid sit, XXV, 7. 1
eius requisita, ib. 2
Concursu creditorum moto curator constituendus. XLII, 5. 3
omnes creditores citandi, ibid. 4
probanda debita, 5
quid operetur motus concursus 17
Conclusio in causa quid, ib. 1. 7
quid operetur, 8
Concussio quid, XLVII. 13. 1. sq.
Conditiones quid, XII, 4. 1

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1356
DFG

Condictio causa data causa non secuta quid ibid. 2
eius requisita, 5. sq.
quando cesset, 5
a quo instituatur, 6
quid in eam veniat, 7
Condictio ex iniusta causa quid, 4
Condictio ob turpem causam quid, ib 5. 1
eius requisita, 3 sq.
Condictio ex lege quid, XIII, 2. 1
requisita eius, 2. sq.
Condictio furtiua quid, ib. 1. 2
vnde oriatur, ib.
furtiuæ res si interierint, quomodo condicantur, 1
a quo instituenda, 3
contra quem, 4
plures heredes pro rata tenentur, 4
contra plures in solidum datur, 4
Condictio indebiti quid, XII, 6. 1
vnde oriatur, ib. 2
quid indebitum, 4. sq.
qualis error hic supponatur 7
Condictionem indebiti habet, qui ex instrumento liquido condemnatus soluit, XLIV, 2. 7
Condictio ex statutis & moribus, XIII, 2. 4
Condictio Triticaria vnde orta, 3. 1
quid sit, ib.
Conditio quid sit, II, 13. 19
quomodo consideretur dies conditioni adiectus, 20
Conditio in fideicommisso quænam subintelligenda, XXXVI, 1. 13 sq.
quid operetur, ib. 12
Conditio institutionis quid, XXVIII, 7. 1
quæ rei inest num reddat institutionem conditionalem 2
quotuplex, 7
conditionata institutio num valeat, 5. 17
conditio in legatis qualis reprobetur, XXXV, 2. 3.
conditionata legata an & quatenus transmittantur, XXXVI, 2. 3

Conducti actio quid sit, XIX, 2. 11
obligatio in locatione rerum in quo consistat, ib. 12. sq.
si re conducta plane frui non possit conductor, quid iuris, 13. sq.
quibus casibus ante tempus conductor expelli possit, 21. sq.
in quo in hac actione indemnitatis præstatio consistat, 26. sq.
in locatione operarum ad quid obligetur locator. 29. sq.
Confessio quid & quotuplex, XLII, 2. 1. sq.
quid in iudiciali requiratur, ib. 3. sq.
quid operetur in ciuili causa, 8
quid in criminali, 9
extraiudicialis quid 10
cui præiudicet, 10. sq.
quando probet, XXII, 4 10
quando faciat locum torturæ, XLVIII, 18. 18
confessio torti ratificanda & quomodo ib. 28
quid si non ratificet, 29
Confessoria actio, VIII, 5. 1
quæ eius proprietates, ib. 3
quid sit vtilis, 4
Confirmatio tutoris quando obtineat, XXVI, 3. 1
quomodo, ib. 2. sq.
quid iuris hodie, 5. sq.
confiscabantur olim bona damnatorum, XLVIII, 20. 1. sq.
quænam confiscentur, ib. 3
Confupone quatenus pignus tollatur, XX, 6. 1
quatenus debitum aliud, XLVI, 3 17
quomodo acquiratur, XLI, 1. 16
Coniugum successio ciuilis, XXXVIII, 7. 3
quæ habeat requisita, ibid.
pars superstes quartam partem capit. 4
portio quo sensu coniugibus debeatur, 6
coniugum cædes quomodo puniatur, XLVIII, 9. 7
ad *Coniugale debitum* præstandum pars refractaria potest cogi, XXIII, 2 21

Coniunctio testium cum testatore vel herede, quænam obstet. XVIII, 1. 27
Consanguinitatis vnde æstimetur, XXIII, 2. 5
ciuilis spiritualis & pœnitentialis an attendatur, ib.
Consensus in quibus moraliter deficiat, II, 14. 3
cui noceat si dubiam admittat interpretationem, ib. 12
ex quo dependeat certitudo eius, 13
quomodo differat tacitus a ficto, 14 seq.
de quibus rebus debeat esse susceptus, 16. seq.
de quibus factis. 18
quomodo restringatur, 19
consensus si absque iusta causa a parentibus denegetur quid iuris, XIII, 1. 1
Consilium nudum ad mandatum, XVII, 1. 9
quando obliget consulentem, ib. 10
consilium & opem furto impendens actione furti tenetur, XIII, 1. 4
Consortium litis appellatio an omnibus prosit, XLIX, 1. 4
vnde *Constitutiones* prætorum, I, 2. 6
imperatorum, ib. 8
quid sint principum, 4. 11
quotuplices sint, ib. 2
quid spectet ad generales, 3
quid ad speciales. 6
Constituere in iure quid, XIII, 5. 1
Constitutum quid, ib. 2
quomodo distinguatur a fideiussione, 3
Constitutum hodie in debito proprie non obtinet & quare, 3
de *constituta pecunia* actio quid, ib. 1
oritur ex constituto, 2
requisita eius, 5
constituti pactum quid sit, XVIII, 1. 39
Contumacia vt suos effectus habeat quid requiratur, II, 11. 3
an debeat accedere legitima citatio, ibid.
terminus præfixus debet esse præter lapsus, 4

Accusanda est in termino contumacis, ib. 5
Iudex sententiam interlocutoriam aduersus contumacem ferre debet, 6
nulla legitima impedimenta absentiæ sint, 7
summarie probandum impedimentum, 8
Continuus testamenti actus, XXVIII, 1. 29
Contractus quid sint, XII, 1. 1
veri & quasi quid, ib. 2
nominati quid, 3
quotuplices, 4
an hæc distinctio recepta apud Germanos, 5
Minores an possint contrahere, II, 14. 5
an muti & surdi, 6
Contractus forum vbi? V, 1. 16
vbi quis contraxisse dici possit, ib.
an reus ibi præsens esse debeat, ib.
Correalis obligatio quid, XLV, 1. 2
vnde orta, ib. 1
quinam correi debendi & stipulandi, 3
quomodo constituantur, 4. sq.
an exprimendus animus hanc obligationem constituendi 5
vna eademqua res promittenda, 6
ex vna eademque causa, 7
quomodo obligentur correi, 8
vno soluente reliqui liberantur, 10
quid si vnus exegerit, 12. sq.
Consuetudo quid sit, I, 3. 18
quid obseruantia imperii, ib.
an tacitus summæ potestatis consensus necessarius, 19
an aptitudo actuum, ibid.
quomodo aptitudo actuum debeat esse comparata, 20
Conuentionum effectus, I, 13. 22
differentia quoad efficaciam obligandi inter conuentionum species diuersas, ib. 25
an omnes conuentiones semper obligant, 26
Conuitium quid XLVII, 10. 4
Corruptio aquarum punitur, XLVIII, 11. 3

Cre-

Crediti legatum quid, XXXIV, 3. 6
Credere quid, XII, 1. 1
Creditor qui in refectionem ædium credidit quando ius prælationis habeat, XX, 4. 4.
quando qui in refectionem alicuius rei, ib.
quomodo priuilegiati creditores ſuo beneficio vtantur. 5
Hypothecarii creditores iura prioritatis quomodo conſequantur, ſi poſteriores ſunt, §. vlt.
Crimen vid. *Delictum.*
Crimina extraordinaria, XLVII, 11. 4. ſq.
Culpa quid, XIII, 6. 13
quotuplex, ib.
lata quid & quando præſtanda, 14
leuis & leuiſſima. 15
Culparum præſtationes quomodo temperandæ 16
Culparum materia obſtructa & quare? 17
Culpa qualis ordinarie præſtanda ſit, 18
Culpa grauior quando præſtanda, 19
Culpa media quare in quibusdam non tam ſtricte attendatur, 20
Culpa quando pro caſu reputetur, 22
Cura quid & quotuplex, XXVII, 10. 1. ſq.
quomodo conſtituatur. ib. 4
legitima num detur. 5
Curatela mulierum an iuri Rom. cognita. ib. 10
quando finiatur, XXVI, 10. 13
in ſpecie feminarum. ib. 14
quam actionem pariat, XXVII, 5. 16. & ib. 4. 7
Curator an teneatur de præſtanda euictione, XXI, 2. 4
furioſi ad quid teneatur, XXVII, 10. 8
Curatoris conſenſus an ita neceſſarius vt autoritas Tutoris, XXVI 8. 11
Curatores bonorum a quonam conſtituantur, XLII, 7. 1
quisnam conſtituatur, ib. 2
quid eius officium, 3
quinam abſentium curatores, 6
quatenus in heredes tranſeat, 6. ſq.

D.

Damnum infectum quid. XXXIX, 2. 1
damnum futurum, ib. 3. 12
cautio damni infecti, ib. 2. 2
eius requisita, ib. 3
damnum priuatiuum non venit in L. Aquil. actionem, IX, 2. 5
quod damnum ibi comprehendatur ib. 2. sq.
quomodo æstimetur, 9
Dardanariatus crimen quomodo puniatur, XLVII, 1. 8
Ex damnato coitu procreati non succedunt, XXXVIII, in append. §. 8
Debita quæ compensationem contra fiscum & ciuitatem non recipiant, XVI, 4. 3
debitum vbi diuersum compensatio non obtinet, ib. 6
debito principali sublato pignus soluitur, XXII, 6. 2
Decendium quomodo currat in appellatione, XLIX, 4. 2. sq.
Declaratio honoris quando locum habeat in iniuriis, XLVII, 10. 29
Decreta quænam fieri poterant ab ordine decurionum, L. 9. 1. sq.
Decretum Magistratus, ad alienationem rerum pupilli, XXVII, 9 7
decretum hoc in quibus casibus abesse possit, ib 11
Decuriones quinam, L, 2. 1. sq.
quinam assumti sunt in eorum ordinem, ib. 3
priuilegium eorum, 4. sq.
Defensio iusta contra patrem an sit causa exheredationis, XXVIII, 2. 18
Defensio accusati, XLVIII. 2. 14
Defensio in homicidio quæ esse possit, ib. 8. 20
Defunctorum status post quinquennium in dubium non vocandus, XL, 15
Delegatio quid, XLVI. 2. 6
quid requiratur. ib. 7
an exprimendus animus delegandi? 12

quo-

quomodo differat a cessione & expromissione. ib 8 sq.
Deliberandi ius, XXVIII, 8. 1
Delictum quid, XLVII, 1. 1
quid requiratur ad illud, ib. 2. sq.
ex animo diiudicandum, 5
quinam delinquere possint, 6
quodnam delictum constituat, 11
delictum non est, vbi non est pœna constituta, 12. sq.
quotuplicia delicta, 13
quænam priuata, 14
extraordinaria quid, XLVIII, 11. 1. sq.
in delictis non admittendus fideiussor, XLVI, 1. 10
delicta militum coram quo vindicentur, XLIX, 16. 6
Delicti forum quotuplex. V, 1. 27
quidsi delictum in diuersis locis perpetratum. ib.
in via regia commissum subest cognitioni principis, ib.
quatenus delinquens possit conueniri in loco deprehensionis, 28
delicta an compensentur & quænam, XVI, 4. 8
an adimant testamenti factionem, XXVII, 1. 11
Demolitorium Edictum quid, XXXIX. 1 10
Demonstratio in legatis quid. XXXV, 1. 3
an falsa noceat, ibid. 3. 4
Depositum quid, XVI, 3. 1.
quotuplex, ib. 2
quid simplex, 2
quid miserabile. 2
Depositi requisita, 3
Deponi quæ possint 3
Depositum cui & a quo tradendum sit, 3
Deposita si sit cista an simul res in cista depositæ videantur? 4
Depositum quando iuramento probandum, 4
primario custodiæ causa tradendum, 5
Depositum immobilis rei quare communiter reiiciatur, 6. seq.
Deposita an & quando vti liceat depositario, 8
irregulare quid. 8

vſus eius conceditur vel tacite vel ex poſt facto, ib. 8
quam actionem det, 18
pecunia ſi deponatur non obſignata, vſus conceſſus videtur, 8
Depoſiti vſuræ an præſtandæ. 10
Depoſitum prædoni non reſtituendum & quare, 11
quando reſtituendum, ſi ad tempus depoſitum, 14
ad lubitum deponentis reſtituendum, 11
reſtitutio eius quomodo fieri debeat, 11. ſq.
Compenſari nequit, 14
per exceptionem Dominii retineri nequit, ib.
nec arreſtari, ib.
eius retentio quando competat depoſitario, ib.
reſtituendum in ſpecie, 15
non deterioratum reddendum, 16
vbi reſtituendum, 17
Depoſitarii plures tenentur in ſolidum, 18
Depoſitarii heredes pro rata tenentur actione depoſiti, 18
Depoſitarius quam culpam præſtet, 16
Depoſitum an rebus propriis deferendum, ib.
Depoſiti actio quotuplex, 18
quid directa, quid contraria, ib.
Depoſitio ſolennis debiti quid, XLVI, 3. 16
Deprecatio publica moribundi an tollat actionem iniuriarum, XLVII, 10. 25
Deprecatio in iniuriis quando locum habeat, ib. 29
Deprehenſio in loco ſuſpecto vt iudicium faciat, XLVIII, 18. 13
Derelictæ res cui cedant, XLI, 1. 16
pro derelicto titulus quis? ib. 7. 1. ſq.
Deſcendentium ſucceſſio, XXXVIII, 18. 2
Deſertio malitioſa locum facit diuortio, modo iudex attendat (1) ex qua cauſa alter abſit, XXIV, 2. 12
(2) abſens legitime citetur a iudice eccleſiaſtico, 13
hoc non comparente legitime proceſſus peragendus, 14
diſſoluto matrimonio quid fiat, 15. ſq.

De-

Deterioratio commodati si grauior, totius rei æstimatio præstari debet, XIII, 6. 9
Diffamatio quid, XLIII, 2. 12
Dignitas mariti vnde ad vxorem spectet. XIII, 2. 23 & 21
Dilatio quid sit, II, 12. 6
quæ legalis & conuentionalis, ib. 7
quæ citatoria 8
quæ probatoria, 8
quid obseruandum in dilationibus concedendis, 9
qui effectus dilationis, 10
Diligentia media ordinarie præstanda & quare XIII, 6. 18
Diligentia omnis adhibenda in quibusdam casibus, ib. 19
Directariatus quid, XLVII, 11. 10
Distractio in missione quando locum habeat, XLII, 5. 1
Distractio pignoris iudicialis quando & quomodo obtineat, XX, 5. 7
an creditor ad ius pignoris distrahendum teneatur, 2
debitor pignus distrahere nequit, 1
quid in distractione rei oppignoratæ requiratur, 3
quomodo solenniter fiat, 3
si fraudulenter facta, ad quid creditor teneatur. 4
an post denunciationem in distractione pignoris adhuc biennium exspectandum, 3
quando ipse in distractione pignoris rem emere possit, 4
an ad ius pignoris distrahendum teneatur, 2
Distractio pignoris quomodo debito ordine fiat, 5
irreuocabiliter rem in emtorem transfert, 6
si secundo creditori facta, quid transferatur, 6
Diuisionem quis possit vrgere? X, 2. 4
quænam res in diuisionem veniant, ib. 5. sq.
quænam diuidi non possint, 7
iudicialis quomodo facienda, 10
quomodo extraiudicialis. 11

quo-

quomodo in Saxonia, ib. 11
facienda æqualiter, 12
quid si læsio adsit, 12
an in ea euictio præstanda, 12
Diuisio pacto tolli nequit, X, 3. 5
Diuisoria iudicia quas & quales proprietates habeant? ib. 1. 1
Diuisio paterna, XXIX, 1. 20
Diuisionis beneficium habent correi. XLV, 2. 9
non locum habet in generali pignore, XX, 1. 17
habent illud fideiussores, XLVI, 1. 18
quid hic requiratur, ib. 19
an excludatur, si se obligauerint in solidum, 20
cessat in fideiussoribus ab vno tutore datis, 6. 3
Diuortium ob quas causas concedatur, XXIV, 2. 8
Dolus quid XIII, 6. 10
Dolus vbique præstandus non obstante pacto in contrarium, ib.
in quibus contractibus infamet, III, 2. 6
quid sit generalis & specialis. IV, 3. 1. sq.
quomodo differant dolus dans causam contractui & dolus incidens, ib. 5
quid sit actio de dolo, 10
Doli mali exceptio generalis quid, XLIV, 4. 2
quid specialis, ib. 3
cui apponenda, 4. sq.
quomodo dolus probandus, 7
quamdiu duret hæc exceptio, 8
Dominium quid sit, XLI, 1
communio opponitur, ib. 3
eius diuisiones, 4 sq.
requisita, 6
modi acquirendi dominium, 7
directum & vtile quid, VI, 3. 1
quando transeat ipso iure, XLI, 1. 43
Dominii exceptio an admittatur in interdictio vti possidetis, XLIII, 17. 7
Dominus soli ius prælationis in priuilegio habet, XX, 4 5

Domanialia non possunt oppignorari ib. 3. 1
Domicilii forum quid, V, 1. 18
requiritur habitatio, ibid. 19
an quis duobus in locis possit habere domicilium, 19
requiritur etiam animus, 20
vnde colligatur, 20
quinam ibi constituant domicilium, 21
quomodo admittatur, 22
generale hoc forum est, 24
Donatio quid sit, XXXIX, 5. 1
quot modis fiat, ib 2
Donationis requisita, 3
Donationes factæ a principibus in priuatos sunt priuilegiatæ, 13
an etiam ecclesiis factæ, 14
Donatio fiat liberalitatis exercendæ gratia, 16
Donatio mortis causa quit sit, XXXIX, 5. 1
eius requisita, ib. 2
mortis causa capiones quid, 3
Donatio mortis causa quomodo reuocetur 8
quatenus nulla sit, 9
Falcidiæ subiacet, 10
ius accrescendi agnoscit, ib.
a legatis differt, ib.
in donatione non simplici præstanda est euictio, XXI. 2. 3
Donatio modalis quid, XXXIX, 5. 17 & 19
Donatarius ad rem donatam tradendam adstringitur, ib. 20
Donatio inter virum & vxorem cur prohibita, XXIV, 1. 2
supposita vt hæc prohibitio possit locum habere, ib. 3 sq.

(a) constante matrimonio, 3
(b) vt donatio sit alicuius momenti, 5
(c) vt per illam donans pauperior redditus sit, 6
(d) vt per illam donatarius factus sit locupletior, 8
(e) vt fiat ex patrimonio coniugis, 9

(f) vt

(f) vt fiat inter viuos, ib. 10
(g) vt ante mortem fuerit reuocata, 11
requiritur tamen (1) mors naturalis, 13
(2) insinuatio quatenus excedit 500. solidos 13
(3) vt non appareat ex coniecturis probabilibus de reuocatione, 1
(h) iuramento non sit confirmata, 14
contraria donationis huius, 15
Donationis propter nuptias indoles secundum ius Romanum & modernum, XXIII, 3. 20
Dona nuptialia sunt inter vtrumque coniugem diuidenda, ib. 19. XV, 1. 19
Donata principis filio ad quod peculium referenda,
contra *Donatarium* an detur interdictum, quod legatorum, XLIII, 3. 6
pro *Donato* titulus quis, XLI, 6. 1. sq.
Dormiens an delinquat XLVII, 1. 8
Dos quid sit, XXIII, 3 1
quotuplex, ib. 3
vsus diuisionis in profectitiam & aduentitiam, 3
quomodo constituatur, 3. sq.
quis constituat, ib.
cui constituatur ib.
quantitas dotis, 3
requiritur tamen expressa declaratio, 5
& modus debitus constituendi dotem in re debita, 6. & 8
quotuplici modo res in dotem detur, 11
quid iuris marito circa dotem, 1
quid iuris vxori in dote remaneat, ib.
Dos stupratæ gratis danda, XLVIII, 5 32
Dotis legatum quid, ib. 3
dos quomodo conferenda, XXXVII, 7
Dotis repetitio quando locum habeat, XXIV, 3. 1. & 2
an constante matrimonio, ib. 2
probare debet mulier illatam esse dotem, 4
pactis dotalibus huic rei prouisum esse non debet, 5
restituenda est dos vxori vel eius heredibus a marito vel eius heredibus, 7. sq.
quando restituenda, 11

quo-

quomodo, 12. sq.
quæ actio competat, 14
Dotis prælegatum quid vtilitatis habeat, XXXIII. 4. 1. sq.
in dote quando præstanda euictio. XXI. 2. 2
an pro dote fideiussor admittendus, XLVI, 1. 11
pro Dote titulus quis, XLI, 9. 1
Dotalia pacta quotuplicia, XXIII, 4. 2
diuisionis vsus, ib. 3
quid requiratur ad horum constitutionem, 4. sq.
ne moribus sint contraria, 4
ne vxoribus nimis nociua, 5
sint secundum solennitates loci, vbi conscripta, contracta, 7
soleant esse reciproca, 8
horum pactorum contraria, 9
in Dotalem fundum quæ potestas mariti, ib. 5. 1
prohibita est alienatio & oppignoratio, 2
modo non adsit necessitas, 3
agaturque de dote ipsa alienanda, 4
& quidem de re dotali immobili inæstimato data, 5. sq.
&vt ipsa alienatio non tendat in maiorem vtilitatem vxoris, 7
huius alienationis contraria. 8
non potest pignori dari, XX, 3. 2
Dotalitium quid, XXIII, 3. 15
quando absorbeat dotem, ib. 16
an probanda illatio, 17
versio præsumitur, 18
quando respectu eius vxor habeat ius prælationis, XX, 4. 3
Dubia circa legatum qualia esse soleant. XXXIV, 5. 1. sq.
quomodo tollenda, ib. 3 sq.

E.

E *Mancipatio* quid sit, I, 7. 10
eius requisita. 10. sq.
quomodo fiat tacita emancipatio, 12
an emancipationi comparetur separatio liberorum, 13
an tollat vsumfructum peculii aduentitii, XV, 1. 10
Emancipati suos liberos excludunt in successione XXXVII, 8

an necessario sint instituendi, XXVIII, 2. 3
Emphyteusis quid. VI, 3. 2
vsus inter secularem & ecclesiasticam, ib. 3
a domino constituitur, 4
in re immobili, 5
origo eius, 5
quomodo constituatur, 6
Emphyteuticarius contractus quid, 7
ad quid obligetur dominus, 7
Emphyteuta soluere debet canonem, 8
obligatur ad fundum meliorandum, 9
amittit ius suum ob deteriorationem, 9
in quo consistat ius Emphyteutæ, 10
an possit alienare fundum, 11
quomodo tollatur Emphyteusis, 14
Emtio venditio quid, XVIII, 1. 1
fit vel in scriptis vel sine scriptis. ib. 2. sq.
est vel priuata vel publica, 4
requiritur consensus, 5. sq.
personarum habilitas, 9
lex hanc variis modis restringere potest, 9. sq.
Merx adesse debet, 11
in quantum valet emtio rei peremtæ, 11
quomodo merx in rebus fungibilibus determinetur 12 sq
an valeat emtio venditio rei in commercio non existentis vel alias vendi prohibitæ, 16. sq.
adsit pretium, 19
quale, 20. sq.
interesse controuersiæ an in dubio emtio venditio an vero permutatio præsumatur, 21
in emtione non transfertur dominum nisi soluto pretio, XLI, 1. 44
pro emtore titulus quid, ib. 4. 1. sq.
Emti actio vnde oriatur, XIX, 1. 1
quid sit, ibid. 2
præsupponit pretium solutum ab emtore, 3
rei emtori tradenda præcise, 4
& vt rem traditam habere liceat, 5

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1370
DFG

tradenda vacua possessio, ib. 6
in debita qualitate, 7
cum debitis accessionibus, 8
debito loco & tempore, 9
non deteriorata culpa leui, 10
rescinditur emtio venditio ob enormem læsionem, XVIII, § 1
modo adsit emtio rei certæ, ibid.
nec dolus interuenerit, 2
læsus tempore contractus læsionem ignoret, 3
pretium sit commune, 4
læsus non acceperit dimidium eius quod dedit, 5
huic beneficio non sit renunciatum, 6
quibus hoc beneficium prosit, 7
aduersus quos & ad quid detur, 8. sq.
resoluitur emtio venditio mutuo dissensu, 10
interesse quæstionis: vtrum resoluatur emtio, an noua fiat, 11
Ebrietas an excuset a delicto, XLVII, 1, 9
Ebrius an possit testari, XXVIII, 1. 4
Ecclesia in bonis administratorum pignus tacitum vniuersale habet, XX, 2 4
Ecclesiæ ius succedendi datum, XXXVIII, 18. 2
Ecclesiasticæ res non possunt oppignorari, XX, 3 2
Educatio pupilli cui committenda, XXVII, 2. 1. & 3
quid in alimentis præstandis obseruandum, ib. 2
quid in præstitis, ib. 4
Effestucatio quid, XLI, 1. 41
Effractio furti faciendi causa quomodo punienda, XLVII, 18. 2
quomodo carceris, ib. 3. sq.
quomodo stupri causa facta, 4
de Effusis vel deiectis actio, IX, 3. 1
non quæritur hic quis effuderit, ib. 3
quomodo damnum æstimetur, 5. sq.
Egregiarum personarum priuilegium in iurando XII, 2. 23
in Electores quomodo comittatur crimen perduellionis, XLVIII, 4. 6

Episcopi quomodo puniantur, XI, 5. 4
Eremodicium quando desertum dicatur, II, 11. 1
Ereptitia bona quid, XXXIV, 9. 1
Erro quis, X, 4. 1
Error quid sit, XXII, 6. 1
si in sponsalibus commissus quid iuris, XXIII, 1. 6
Euictio quid sit, XX!, 2. 1
præstare euictionem quid denotet, ib.
Euictionis præstatio vt locum habeat quid requiratur ib. 2. sq.
tacite inest negotio, licet non fuerit expressa 5
in causis mere lucratiuis quando præstanda, 3
an in diuisione, X, 2. 12
creditor pignus distrahens non tenetur de præstanda euictione, XXI, 2. 4. & 6
quid si pro parte res euincatur, ib. 6. sq.
an distinctio inter partes homogeneas & heterogeneas in praxi attendatur, 6
ius in re si euincatur an locum habeat euictionis præstatio ib.
in vniuersitate vendita rerum singularum non præstanda euictio. 7
venditor si in bona fide existens pacto de non præstanda euictione sibi prospexit, quando pretium restituere teneatur, 5
si in limine contractus immineat, alter non tenetur ad implendum contractum 8
non præstanda, si alio modo quam iudiciali sententia sit ablata, 9
item si facto principis res auferatur, 9
vel factum iudicis dolosum aut imperitum interuenerit, 10
nec ob culpam emtoris, 10
vel si res actu non sit euicta, 8
denunciatio euictionis ob quem finem facienda, 11, & 13
quomodo legitime fiat, 12
si omittatur, non datur regressus contra venditorem 13

quan-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1372
DFG

quando totam litem in venditorem transferat, ib. 13
Euictio a quibus præstanda sit. 14
quomodo a pluribus auctoribus præstetur, 14
per quas actiones petatur euictionis præstatio, 15
quando fieri nequeat, XXI, 3. 1. sq.
Examen post torturam quomodo instituendum XLVIII, 18. 25
Examen testium. vid. *Testes.*
Exceptiones quid, XLIV, 1. 1
iuris & facti quid, ib. 2 sq.
temporariæ & perpetuæ quid, 4
dilatoriæ & peremtoriæ quid, 5
quomodo in effectu differant. 6. sq.
Dilatoriæ quando opponendæ, 7
peremtoriæ quando opponendæ, 8. sq.
an possint executioni opponi, 10
nominatæ exceptiones quid & quales? 11
Dilatoriæ recensentur, 12
peremtoriæ recensentur, 16. sq.
quænam reales & personales, 19
rite opponendæ, 20
quomodo & a quo probandæ. 21. sq.
præiudicialis quid, 24
rei iudicatæ exceptio quid, ib. 2. 1. sq.
vid. *res iudicata.*
doli mali & metus. vid. *dolus* & *metus.*
litis finitæ quæ, ib. 5. 1. it. 5
litigiosi. vid *Litigiosum.*
quænam competant fideiussori ex debitoris persona, XLVI, 1. 22
Excusatio tutorum quid sit, XXVII, 1. 1
quid ad eam requiratur, ib. 2. sq.
causæ excusationis sunt vel propriæ vel impropriæ, 3
ad proprias quinam casus pertineant. 4. seqq.
ad improprias quinam, 12. sq.
quibus casibus cesset excusatio, 14. sq.

quando & quomodo cauſæ proponendæ, ib.17.ſq.
Excuſatio ab oneribus publicis quid, L, 5 1
quinam excuſentur a perſonalibus, ib. 2
quinam a realibus, 3
quando ceſſet excuſatio. 5
Excuſſionis beneficium locum habet in generali pignore, XX, 1. 7
an in interdicto ſaluiano, XLIII. in f.
Exemplificatio quomodo facienda. XXII, 4. 8
Executio ſententiæ aliquando litigioſa XLII, 1. 28
peti debet, ib. 29
& decerni a iudice, 30
a quo iudice fiat, 30. ſq.
facienda in bona condemnati, 33
an contra heredem vel tertium fieri poſſit. 34
facienda in ſolidum, 35
intra legitimum tempus, 38
quomodo executione facta procedendum, 39
quænam exceptiones ei opponantur, XLIV, 1. 10
quid ſit *ius exequendi*, II, 1. 7
remedia ius exequendi. 8
Exercitor nauis tenetur de recepto, IV, 9. 1. ſq.
item ex quaſi delicto, ib 8
tenetur præſtare factum ſuorum, 9
Exercitor nauis tenetur ob furtum a miniſtris factum, XLVII, 5. 1
quid probandum eo caſu, ib. 2
Exercitor quis, XIV, 1. 3
Exercitores plures ex contractu Magiſtri quomodo teneantur, ib. 4
Exercitor an obligetur ſi magiſter rurſus ſe inuito alium conſtituerit ex eius contractu, 4
an teneatur ex contractu nautæ. 5
quando non teneatur ex contractu Magiſtri, 5. ſq.
non obligatur, ſi magiſter in contractu legem præpoſitionis exceſſit, 6
contra contrahentes cum magiſtro non agit, 10
quando cum Magiſtro agi poſſit, 9

Exer-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1374
DFG

Exercitoria actio quid, ib. 2
Exheredatio quid, XXVIII, 2. 8
num sub conditione fieri queat, 9
filiæ, quando subsistat si illam propter neglectum eius consensum in sponsalibus exheredat, XXIII, 1. 16 item XXVIII, 1. 26
Exheredati an computentur inter liberos quoad legitimam determinandam, V, 2. 6
Exheredatio bona mente quid, ib. 12
Exhibere quid, X, 4. 1
actio ad exhibendum cur introducta, ibid.
est personalis, ibid. 2
interesse alterius docendum, 3
probandum alterum possidere, 4
quis obligetur ad exhibendum, 5
quid si possessor exhibere nolit, 6
quomodo res exhibenda, 7. sq.
quid hodie, 9
Exhibendæ quando tabulæ, XLIII, 5. 2
quomodo interdictum de tabulis exhibendis differat ab actione ad exhibendum. ib. 2
in quibus casibus cesset interdictum, 3
de exhibendo libero homine, ib. 29. 1
cui detur hoc interdictum, 2
quis agat de liberis exhibendis, ib. 30. 1
quid hic supponatur, 2
Expilatio quid, XLVII, 18. 6
Expilatæ hereditatis crimen quid, ib. 19. 1
quinam vindicent hoc crimen, 2
contra quem competat, 2
hodie ordinaria furti pœna obtinet, 3
Expositio infantis quomodo puniatur, XLVIII, 9. 5
Expromissio quid, XLVI, 1. 12. & 2. 1
Extraordinariæ cognitiones quid, L, 13. 1
quando locum habeant, ib. 2

F.

In Factum actio generalior videtur esse quam actio præscriptis verbis, XIX, 5. 5
quando concedatur, ib. 6
cui detur, XXXIX, 2. 12
Falcidia quare introducta, XXXV, 2. 1. sq.
quis illam exerceat, ib. 3
locum habet, si accrescat pars heredi, 4. sq.
an in titulo singulari relictis locum habeat, 7
in quibus casibus detrahenda, 8
quomodo æstimatio ineunda, 9. sq.
quænam imputanda in eam, 12
quid si prohibita, 13
quomodo alias cesset. 14. sq.
quomodo obtineatur, 20
num detrahatur neglecto inuentario, XXVII, 8. 11
non obnoxium ei est testamentum militare, XXIX, 1. 12
Falsificatio mensurarum, XLVII, 11. 9
Falsus tutor differt a protutore, XXVII, 6. 1
quomodo pupillo consulatur contra falsum tutorem, 2 seq.
Falsum quid, XLVIII, 10. 1
eius requisita, ib. 2
error non sufficit, 3
tendere debet in præiudicium tertii, 4
legis notatio accedere debet, 5
quomodo committatur circa testamenta, 6
quomodo in iudicio, 7
quomodo in contractibus, 8
quomodo circa monetam, 9
qualis pœna, 10
Fama an possit reseruari a iudice in actione iniuriarum, XLVII, 10 37
Familiæ fideicommissum quid, XXXVI, 1. 15
quinam succedant, ib. 16
an vltimus de eo possit disponere, ibid.
Familiæ herciscundæ actio quid, X, 2. 1
debet esse heredita. communis, ib. 2. sq.

quæ-

quænam huc spectent. ib. 9
Famuli si aufugerint ante tempus quid iuris, XI, 4. 3
si delinquant quatenus dominus teneatur, IX, 4. 3
an respectu mercedis, ibid. 4
Femina quibus in casibus SCto Vellei. vti queat, XVI, 1. 2
quomodo pro aliis intercedat, ib. 2. sq.
an pro alio intercedere queat, 4
an pro marito, 4
quomodo intercessisse debuit, si SCto Vellei. vti velit, 6. seq.

vid. *SCtum Velleianum & intercessio.*
Fenestram aperiendi seruitus, VIII, 2. 7
fenestram non habendi, ib. 8
Feræ bestiæ quomodo maneant nostræ, XLI, 1. 13
Feriæ quid sint, II, 12. 1
quæ diuinæ, ib. 2
quæ humanæ, 2
quæ differentia feriarum ratione negotiorum, 3. sq.
Ferruminatione quomodo acquiratur, XLI, 1. 25
Feudalis res vt valide oppigneretur quid requiratur, XX, 3. 3
in hypothecam data absque consensu domini an obliget vasallum eiusque descendentes. ib.
Feudum acquisitum ad quod peculium referendum, XV, 1. 19
Flumina nullo immisso vel facto deterioranda, XLIII, 12. 1
an in eo molendinum exstruere liceat, ib. 2
fluminis cursus non immutandus, ib. 13. 1
in eo nauigare licet, ib. 14. 1
fluminis seruitus, VIII, 2. 5
Fides iuridica quid sit, XXII, 3. 6
fides habita an præsumatur, XLI, 1. 44
Fides bona in vsucapione quomodo adesse debeat, ib. 3 9. seq.
est instar dominii, XLIII, 1. 3

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1377
DFG

Fideicommissorum origo, XXXVI, 1. 1
quid sint, ib. 2
quotuplicia, 3
quomodo constituantur. 4
quando valeant absque testibus, 5. sq. 7. sq.
conuentionale quid & quomodo ab ordinario differat,
quænam verba indicent fideicommissum, 9
conditionale quomodo a puro in effectu differat, 12. sq.
quid possit substitui, 15
familiæ quid. vid. *familiæ.*
quomodo caueatur fideicommissariis, 18
quænam fideicommisso relinqui possint, 19. sq.
quis eo possit grauari, 21
quarta qua ratione detrahenda, vid. *Trebellianica.*
onera quomodo diuidantur, 25
quomodo restitutio facienda, vid *restitutio.*
vniuersale an in codicillis constitui possit, XXIX, 7. 13
fideicommissum per testamentum impediri potest, ne oppignoretur, XX, 3. 4
particulare legato exæquatum, XXX, 1. 4
Fideiussio quid, XLVI, 1. 1
hodie per pactum iniri potest. ib. 2
quinam habiles fideiussores, 3. sq.
idoneitas eorum vnde æstimanda, 4
idonei quinam, 5
quomodo differant a mandatore, 6
Fideiussor indemnitatis quis, 7
quis succedaneus, 8
quousque fideiussor obligetur, 9
quale debitum requiratur, 10
an in delictis admittatur, 10
an in dote, 11
quomodo obligetur fideiussor, 13
beneficium fideiussorum. vid. *ordinis diuisionis & cedendarum actionum beneficium.*
quando liberetur fideiussor, 23
fideiussor soluens habet regressum, 24
an possit agere antequam soluat, 23

Fide-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1378
DFG

Fideiussor tutoris ad quid teneatur, XXVII, 7. 1
quo modo differat a nominatore & affirmatore? 2
Filia meretrix num a patre possit exheredari, XXXVIII, 2. 26
Filiusfam. an ex contractu obligetur, XIV, 5. 1
quando obligetur? ib. 2. sq.
sui iuris factus facilius ex contractu præcedente obligatur & quousque, ibid.
an possit testari? XXVIII, 1. 10
an sumtus studiorum ceu peculium quasi castrense tractet, XV, 1. 7
quid iuris habeat in peculiis, 8. sq.
si sciente patre negotiatus fuerit, qua actione merces peculiares vindicet, XIV, 4. 1. sq.
quando in bonis aduentitiis seruet vsum fructum, XV, 1 12. seq.
num adeat hereditatem, XXIX, 2. 11
sub quanam conditione instituendus, XXVIII, 7. 11
Filiosamil. si pecunia mutuo data, habet exceptionem SCti Maced. XIV, 6. 1
quæ limitationes, ib. 2. sq.
Finium regundorum actio quid, X, 1. 2
Confines quinam sint, 3. sq.
fines quomodo probentur, 5
officium iudicis quale in hac actione, 6. sq.
potest etiam criminaliter agi, 8
Fiscus quid, XLIX, 14. 1
quis habeat ius fisci, ib. 2
quænam iura pertineant ad fiscum augendum, 3
quænam alia priuilegia fisci, 4. sq.
in dubio fiscus iure priuatorum fruitur, 8
habet pignus tacitum vniuersale in bonis administratorum, XX, 2. 2
an etiam respectu pœnarum, ibid.
in pignore præfertur omnibus simplicibus hypothecariis, ib. 4. 2
quomodo indigno auferat legatum, XXXIV, 9. 9. sq.
quando succedat, XXXVIII, 18. 22
quinam conducere possit a fisco, XXXIX, 4. 2

Fiscales res quomodo præscribantur, XLI, 3. 15
Fœnus nauticum quid, XXII, 2. 1
Fœtura quid, XLI, 1. 18
Formulis peculiaribus actiones olim constabant, XII, 2. 5
ex *Fonte* aquarum ducenti vii fieri non debet. XLIII, 22. 1
Foraminis seruitus, VIII, 2. 14
Fornicatio quid & eius pœna, XLVIII, 5. 26
Forum & domicilium mariti vxor sequitur, XXIII, 2. 23
Forum competens quotuplex, V, 1. 16
1. Originis vid. *origo.*
2. Domicilii. vid. *domicilium.*
3. Contractus vid *contractus.*
4. Delicti vid. *delictum.*
5. Rei sitæ vid *res sita.*
forum ecclesiasticum in quibus causis obtineat, ib. 33
quænam causæ specialia fora præterea hebeant, ib.
forum miserabilium personarum. vid. *miserabiles personæ.*
Forum ex continentia causarum quid & quotuplex, XI, 2. 1. sq.
quomodo locum habeat, ib 3. sq.
Fratres quibus ex causis exheredentur, XXVIII, 2 31
Fratres vnilaterales in stirpes succedunt, XXXVIII, 18. 16
successio liberorum fratris in capita, ib. 15
Fructus quinam dicantur. XXII, 1. 13
quomodo ab vsuris differant, ib.
quinam restituendi in hereditatis possessione, V, 2. 9
quinam in rei vindicatione, VI, 1. 11
an ante L. C. in specie peti debeant, ib. 12
fructus quid sint, VII, 1. 6
quos percipiat b f possessor, XLI, 1. 30
quando omnes præstandi etiam percipiendi, XIII, 1. 5
Fuga vt indicium præbeat, XLVIII, 18. 13
Fugitivus qui, XI, 4. 1
varia iura de fugitiuis, ib. 2

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1380
DFG

Fumum immittendi seruitus, VIII, 2. 14
Fundus certus si legato vno adiectus, quid iuris, XXXIII, 6. 3
fundus instructus quid, ib. 7 4
fundi instrumentum quid, 1
Funeraria actio quid, XI, 7. 9
funerans quando sumtus possit repetere, 10
quando locum habeat funeraria, ibid.
funeris impensæ quæ repetantur, 11
funus. vid. *sepultura*.
Furiosi quinam, XXVII, 10 6
furiosi patris curatel. num a filio suscipi possit, ib. 7
an possit testari, XXVIII, 1 4
quinam ei substituendi, ib. 6. 27
an puniendus, XLVII, 1. 6
Furni non exstruendi seruitus, VIII, 2 14
Furtum quid, XLVII, 2. 1
quænam res furto auferantur, ib. 2
sola inficiatio non facit furtum, 3
quomodo fiat contrectatio, 5
an necessitas excuset, 6
quomodo procurator committat furtum, 7
furtum vsus possessionisue quid, 8
adsit animus lucri faciendi, 9
furtum non fit nisi inuito domino, 10
an hereditariæ rei furtum fiat, 11
actio furti quid, 12
quid manifestum & non manifestum, 13
quomodo res furtiuæ petantur, 14
quomodo hodie furtum puniatur, 15. sq.
quando mitiganda pœna, 20
quomodo fures plures puniantur, 21
an patibuli pœna tollat repetitionem rei furto ablatæ, 22
indicia furti quæ, 23
si familia furtum fecerit quatenus dominus teneatur, ib. 6. 1

quid

quid si furtum in incendio vel naufragio datur, ib. 9. 1
res furto ablata si perierit, eius æstimatio peti potest condictione furtiua, XIII, 1. 5
Fusia caninia lex quid operetur, XL, 5. 4

G.

Ganerbinatus pactum quid, XXXVIII, 18. 8
Genus legatum si sit, quomodo electio facienda, XXXIII, 5. 5
quando legatum generis subsistat, ib. 6
Glandem legenti vis non facienda, XLIII, 28. 1
intra quod tempus legi possit, ib.
Gloriatio vid. *diffamatio.*
Graduum computatio remissiue, XXXVIII, 10. 12
Grassatores publici quomodo puniantur, XLVII, 8. 9

H.

Habitatio quid, VIII, 8. 3
in quo differat ab vsufructu, ib. 4
Habitatio ædium parochialium quo iure parochis competat, ib. 5
Hæreticus filius an a patre exheredari possit, XXVIII, 2. 29
hæreticorum liberorum institutio num valida. ibid.
hæreticus an possit testari, ib. 1. 12
Heredis institutio est testamenti essentia, ib. 2. 1
quotuplex, 2
Heres habet interdictum quorum bonorum, XLIII, 2. 1
quomodo differat ab hereditatis petitione, ib. 2. sq.
Heredibus ex testamento datur remedium l. f. C. de edict. D Hadriani tollendo, 4
quid in hoc remedio requiratur, 5. sq.
heredes quinam instituí possint, XXVIII, 5. 2
heredum habilitas ex quo tempore æstimanda, 5
necessarii quinam, XXIX, 2. 1
sui & necessarii, ib. 2
an heres vindicare debeat necem testatoris, 3
heredis institutio qualis in codicillis, 7. 13

Heres ex conditione furtiua tenetur in solidum, si vnus adsit, XIII, 1. 4
si plures, pro rata, ib.
de suis & legitimis heredibus, XXXVIII, 16
pro herede titulus quid, XLI, 5. 1. sq.
hereditas quibus casibus aliis accrescat, XXIX, 2. 23
quibus modis acquiratur, XXXVIII, 18/26
venditur hereditas tum deferenda, XVIII, 4. 1
tum delata, ib. 2
qualiter hic euictio præstetur, 2
quomodo hereditatis vniuersitas restituenda, 3
quæ in specie venditor præstet, 4
translata hereditate heres non desinit esse heres. 5. sq.
Dispositio hereditatis viuente adhuc tertio, XXXIIX, 18. 29
Hereditatis petitio quid, V, 3. 1
probanda mors, ib. 2
& ius succedendi, 3
res hereditariæ quæ dicantur, 4. sq.
aduersus quem detur, 6
pro herede quis possideat, 7
non datur contra titulo singulari possidentem, 8
quid restituendum, 9
quando casus fortuitus præstandus, 10
hereditatis administrationis nomine tenetur quoque, qui pro herede possidet, 11
habenda ratio impensarum, 12
datur etiam si pars petatur, V, 4. 1. sq.
quomodo differat a famil. herciscæ. actione, ib. 3
hereditatis petitio possessoria quid, 5. 1
quid fideicommissaria. 6. 1
quid conuentionalis, 2
Homicidium quid. XLVIII. 8. 1
debet esse in effectum deductum, ib. 2
an consilium homicidii puniatur, 3
culposum quomodo puniatur, 4
quid casuale 5
quid necessarium, 6. sq.
quid hic probandum, 8. sq.

quo-

quomodo directo commitatur, ib. 10
proditorium quid, 12
quomodo per indirectum animus occidendi adsit, 16. sq.
quid circa homicidium considerandum, 17. sq.
homicidii indicia, 21
pœna iuris Romani, 22
an sit dispensabilis, 22
quid si homicidium in tumultu factum, 23
Honorarium an ad mandatum accedere queat, XVII, 1. 13
Hyperocha distracti pignoris debitori restituenda, XX, 5. 4
Hypotheca quid sit. vid. *pignus*.
quomodo differat a pignore, XX, 1. 4. & XII, 7. 3
Hypothecarii an vtantur beneficio separationis, XLII, 6. 5
Hypothecaria actio competit legatario, XXX, 1 21
quid sit, XX, 1. 10
quid in ea ab actore probandum, si contra debitorem agat, ib.
quid si contra tertium, ib.
tertius offerendo debitum se ab hac actione potest liberare, ib.
quomodo huic actioni præscribatur, 11
an noceat, si res iam ipsa a tertio b. f. possessore fuerit vsucapta, dum hypothecariæ actioni non dum sit præscriptum, 11
competit legatario, XXX, 1. 21

I.

Iacta res leuandæ nauis causa est dominii, XIV, 2. 6
Iactarum rerum pretium ab omnibus dominis contribuendum, ib. 10
Illegitime nati quando succedant, XXVII, 18. 7
Ignorantia quid sit, XXII, 6. 1
Ignorantia iuris quid sit, ib. 2
Ignorantia facti quid sit, ibid.
quotuplex sit, ibid.
Ignorantia iuris vt noceat quid requiratur, 3

cur

cur facilius hodie excusationem præbere debeat, ib. 3
Ignorantia facti alieni quando excuset, 4
Ignorantia facti proprii quando excuset, 4
Immixtio, XXIX, 2. 5
num præsumatur, ib.
Immobilium rerum nomine an agatur ad exhibendum, X, 4. 8
Immunitas quid, L, 6. 1
a quo concedatur, ib. 2
quomodo concedi soleat. 3
iusta causa adesse debet, 4
cui prosit realis, cui personalis, 5
quænam in dubio præsumatur, 6
quomodo amittatur, 7
Impensæ quænam restituantur in hereditatis petitione, V, 3. 12
quænam in rei vindicatione, VI, 1. 13
quatenus voluptariæ restitui debeant, ib.
Impensæ dotis sunt marito restituendæ, XXV, 1. 1
modo sint (a) in rem factæ, ib. 1. sq.
(b) alicuius momenti, 3
(c) ex causa necessitatis vel vtilitatis factæ, 4. sq.
Imploratio officii iudicis quando in subsidium detur, XIII, 2. 2
quid hæc denoter, ib.
Impuberes an possint testari, XXVIII, 1. 3
In ædificatione quomodo acquiratur, XLI, 1. 27
Incapaces quomodo ab indignis heredibus differant, XXVIII, 5. 5
Incendium dolosum quomodo puniatur, XLVIII, 8. 20
quomodo culposum, ib. 31
in doloso non attenditur damni dati quantitas, 32
indicia incendii dolosi, 34
Incertitudo si oriatur circa res legatas ex identitate nominis. XXX, 5. 7

Incestus quid, XLVIII, 5. 24
quomodo committatur, ib. 25
quomodo puniatur, 26
quomodo præscribatur, 27
Incestuosi num a parentibus instituí queant, XXVIII, 5. 4
Incolæ quinam dicantur, L. 1. 5
Ineulpatio moribundi an indicium ad torturam faciat, XLVIII, 18. 15
Indebitum quid, XII, 6. 4
quis illud probare debeat, ib. 6
Indicia ad torturam quotuplicia, XLVIII, 18 1. sq.
quænam remota, ib. 12 sq.
quænam proxima, 16. sq.
legitime probanda, 19
Indignus legatarius quomodo differat ab incapaci XXXIV, 9. 2
quis fiat indignus, ib. 2. sq.
casus indignorum legatariorum, 3. sq.
Infamia quid sit, III, 2 1
requisitum eius, ib. 2
quid sit infamia iuris, 4
quomodo lex infamiam inferat? 4. sq.
an infamia iuris excludat a dignitatibus, 7
quid infamia facti, 8
quomodo hæc differat a leuis notæ macula, 10
quid hæc macula operetur, 11
Infanticidii pœna, XLVIII, 9. 2
an hodie animalia addantur, ib. 3
indicia infanticidii, 4
Infantes an puniendi, XLVII, 1. 7
si *ingenuus* esse dicitur, XL, 14
inhibitorales quid. XLIX, 6. 6
Inhospitatione quinam liberentur, L, 3. 5
Inimicitia an indicium faciat ad torturam, XLVIII, 18. 14
Iniuria quid & vnde oriatur, XLVII, 10. 1
iniuriosa facta qualia, ib. 2
quid scripta, 5

quo-

quomodo non factis iniuria inferatur ib. 7. sq.
vnde animus iniuriandi colligatur, 9. sq.
an excuset veritas conuitii, 10. 12
an verba iniuriosa conditionata iniurias inferant ib.
quomodo animus iniuriandi adsit per indirectum, 13
an & quatenus volenti iniuria non fiat, 14
quomodo quis per alium patiatur iniuriam, 10. 15. sq.
quid si pluribus inferatur iniuria, an singuli agant, 17
iniuriarum actio est impia, 18
vid. *æstimatio.*
quomodo iniuria æstimetur, 22
datur etiam actio ob iniurias reales ex L. Cornelia, 26
quomodo iniuriarum actiones restringi possint. 36
an iudex ibi possit reseruare famam, 37
Iniusta causa quid denotet in condictione ex iniusta causa, XII, 5. 4
Innominati contractus vnde oriantur, XIX, 5. 1
hic locus est pœnitentiæ, ib. 2
quod hodie secus, 3
ad contractus innominatos referuntur quatuor species, 7
quid contractus Do vt des, 4. 2
quid Do vt facias, 5. 8
quid facio vt des, 10
quid facio vt facias. 11
Inquisitio quid, XLVIII, 2. 16
quid generalis, ibid. 17
quid specialis, 18
quomodo præterea procedendum, 19
Inquinatio fimo facta arbitrarie punitur, XLVII, 11. 5
Introtulatio actorum quid, XLII, 1. 9
quomodo facienda, ibid. 10
Inscriptio in crimen quem in finem introducta, XLVIII, 2. 7
Insinuatio testamenti iudicialis, XXVIII, 1. 16
Institor quis dicatur, XIV, 3. 2
Institoria actio quid, ibid. 1
eius requisita, 2. sq.

quando cesset, ib.3
Institoris propositio an principalem dominum obliget. ibid.

Institor a quo præponi debeat, 4
Institore circa officium delinquente & alios lædente, an & quomodo dominus conueniatur, 5
Institor legem præpositionis transgrediens ipse tenetur, ib.

Institoris contractus dominum obligat, 6
an & heredes, ib.
institor durante officio ex contractu directe conuenitur, 7
non depositio, ibid.
Institor proprio nomine contrahens depositio officio etiam conueniri potest. ib.
Institutio vniuersam respiciat hereditatem, XXVIII, 5. 11
Institutio captatoria quæ, ib. 18
Instrumentum quid sit, XXII, 4. 1
publicum quodnam dicatur, ib 2
eius species, 3. 4
quomodo in effectu a priuato differat, 2. 7. 9. & 10
Instrumentorum solennia vnde petenda, 4. 5
solennium defectus quomodo suppleatur, ibid.
publicis instrumentis an maior fides habenda quam testibus, 7
vt plena fides tribui possit quid requiratur 8
Instrumenta priuata quænam sint, 6
quando pro scribente probent, 9
quando contra scribentem, 10
quando producenda, 12
quibus exceptionibus illorum fides infringatur, 13
si amissa, quomodo aliunde factum, de quo fuit confectum, probari debeat, 14
recognitio instrumentorum quomodo debite fiat, 10
si deficiat, quomodo aliunde supplenda, 11
ex instrumento liquido condemnatus an habeat conditionem indebiti. XLIV, 2. 7

quo-

quomodo debet peti aditio instrumentorum, II, 13.12.
præsumtio esse debet, aduersarium instrumenta edenda possidere, ib.14
edenda instrumenta sine die & consule, 15
integra edantur, ibid.
actor obligatur ad edendum, 16
quando reus teneatur edere, 17
quando tertius, 18
modi cogendi ad editionem, 19
Instrumenta rustica non possunt oppignorari, XX, 3. 2.
Instrumentum an debeatur legato fundo, XXXIII, 6 2.sq.
Insula nata cui cedat, XLI, 1. 20
Intercessio fœminæ an valeat, XVI, 1.3.sq.
vt tribuat SCti Vellei. exceptionem quomodo facta esse debeat, ibid.
intercessio apparens quid, 7.sq.
intercessionis natura bene diiudicanda, 10
repetita, an & quando subsistat, 11
si feminæ non nociua sit, an vtatur SCto Vellei. 12
qualis læsio requiratur, 13
quibus non subueniat SCtum Vellei. ibid.
Interdicta quid, XLIII, 1. 1
cur personalia dicta, ibid.
quomodo differebant ab actionibus, 2
quænam simplicia & duplicia, 3
an solam possessionem respexerint, 4
quænam pura & mixta, 5
actiones ex his quotuplices, 6
quorum bonorum interdictum, 2. 1. sq.
Interdictum de vi & vi armata, 16. 1
vti possidetis, 17. 1
de superficiebus, 18. 1
vtrubi, 32. 1
de migrando, 32. 1
saluianum, 33. 1. sq.

Interdicti quinam, XLVIII, 22. 1
Interdictum ecclesiasticum quid, ib. 2
Interesse quid, XXII, 1. 11
quid circa illud obseruandum, ib. 11
si non potest probari, datur recursus ad consuetas vsuras, 5
quid si vltra alterum tantum vsuræ sint solutæ. 1. 6
alterius tanti renunciatio admittitur, XI, 1. 1
Interitus rei quomodo liberet debitam rem, XLVI, 3. 18
Interrogationes quomodo olim factæ, ibid.
interrogatoria actio quid, ib.
interrogare quando iudex possit. ibid.
Interrogatoria quid & quotuplicia sint, XXII, 5. 16
ad quid dirigenda sint. ib. 16
quomodo formanda, 17
Interpellatio hominis quando vnica sufficiat, ib. 1. 17
diei quid requirat. 18
conditione existente in conditionali debito adhuc necessaria, 18
Interpellatio puellæ est crimen extraordinarium, XLVII, 11. 16
Interpretatio quomodo instituenda, I, 1. 2
diuisio eius, ib.
quid sit doctrinalis, ib.
quid sit authentica, ib.
requisita doctrinalis, 3
quando locus sit extensiuæ & restrictiuæ, 4
quid declaratiua, 5
quid vsualis, 2
requisita vsualis, 2
in legato dubio quomodo facienda, XXXIX, 5. 3. sq.
Inuentarii beneficium, XXVIII, 8. 3
inuentarium quid, ib. 4
inuentarii effectus, 10
Inundatio mutat possessionem non dominium, XLI, 1. 22
an excuset in delicto, XLVII, 1. 10

Ira-

Iratus an possit testari, XXVIII, 1.4
Iter refici potest, XLIII, 19. 1. sq.
probanda tamen hic seruitus, ib. 3
Itinera nullum admittunt impedimentum aliorum. 7. 1
quid si quid in itinere factum vel immissum, 8. 1
Itineris seruitus quid, VIII, 3. 1
Iudex quis in genere, VI, 1. 11
quis habilis & inhabilis. ib. 12
sit integer non suspectus, 13
Iudex suspectus ob quas causas recusari possit? ib.
quis competens, 15
quomodo dicatur litem suam facere, L. 13. 14
an secundum acta & probata, an secundum conscientiam iudicare debeat, XXII, 3. 3
quomodo finita dispositione decernat, quid & quatenus probatum fuerit, quod probandum erat, ibid.
5. 24
quid sit iudex delegatus I, 21. 7
quomodo differat a commissario, 8
Iudicium quid, V. 1. 1
quid ordinarium & summarium, ib. 2
quid possessorium & petitorium, 3
quænam capita iudicii, 4. sq.
legitime procedendum, 4
Iura quando probanda. XXII. 3. 2
an iura in oppignoratione mobilium & immobilium veniant, XX, 1. 5
Iuramentum quid, XII, 2. 1
an licite iurari possit ib. 2
per Deum iurandum. 3
quæuis inuocatio Dei in testem non facit iuramentum, 4
quando absit iurandi animus, 5
qualia verba ad iuramentum sufficiant, 6
quid solenne, 7. sq.
iurans debet esse sincerus & animi constans, 9
de re iusta iurandum, 10

an producat nouam obligationem, ib. 12.
quid extraiudiciale, 13
datur inde actio in factum, 14
quid iudiciale, 15
quis illud possit deferre, 16
cui possit deferri, 17
in qua causa, 18
quomodo præstandum, 20. sq.
præstandum aliquando extra iudicium 22
an reuocari possit, 23
an præcise præstandum, 24
alter potest referre, 25
quid operetur, 26
necessarium quid, 27
suppletorium quid, 28
eius requisita, 29
suppletorium quid operetur, 30
purgatorium quid, 31
quando locum habeat, 32
eius effectus, 33
calumniæ generale & eius contenta, 34
quando præstandum, 35
calumniæ speciale quid, 36
quando locum habeat, 37
quid operetur, 38
Iuramentum in litem quid, ib. 31
affectionis quid, 2
quando locum habeat, 3. sq.
an tunc etiam locum habeat, si res possit restitui, 5
quis illud præstet, 7
effectus eius, 8
quando veritatis iuramentum locum habeat, 9
quomodo æstimatio facienda, 10
iuramentum dandorum & respondendorum quid, XI. 1. 4 sq.
an etiam clerici vt testes iuramentum præstare teneantur, XXII, 5. 19
valet pactum vt etiam testi iniurato credatur 18

iuris

iuris iurandi exceptio quæ. XLIV. 5. 2
quibus prosit. ib. 3.
Iuratoriæ clausulæ testamento adiectæ effectus, XXVIII, 3. 9
Iurisdictio quid sit, II, 1. 1
quæ dicatur propria, I, 21. 1
quæ mandata, ibid.
suo iure mandans habere debet iurisdictionem, 2
quomodo mandanda, 3
quæ mandanda, 4
quomodo eam mandatarius exerceat, 5
quomodo desinat, 6
Iurisdictio a publica autoritate profluere debet, II. 1. 2
& iure magistratus competere, 3
exercenda in causis ciuilibus, 4
debet continere ius statuendi & exequendi, 5
quid sit extraordinaria. 9
quæ contentiosa & voluntaria, 10
quæ sit iurisdictio prorogata, 12
quid requiratur ad iurisdictionem prorogatam conuentionalem, 13. sq.
quid sit prorogatio necessaria, 15
quid requiratur vt locum habere possit, 16
quomodo differat a iurisdictione prorogata mandata, 18
quid sit merum imperium, 19
quid requiratur ad merum imperium, 20
quid sit secularis & ecclesiastica, 21
quid superior & inferior, 22
quæ adhuc dentur iurisdictiones speciales, 23
quid sit personalis & realis, 24
quæ iurisdictio per feudum concedatur, 25
quid sit particularis & vniuersalis, 26
Iurisprudentiæ existentia, I, 1. 1
definitio & requisita, ibid.
circa quid versetur. 10
quid intendere debeat, 8
duplex eius significatus, 11
quid denotet, 11

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1393
DFG

Ius vnde fluat positiuum, ib 12
quid sit vniuersale & particulare, 13
speciale non producendum ad consequentias, 6
ius pro lege acceptum, 11
quotuplex sit ius diuinum, 12
vnde profluat naturale, ibid.
an communes opiniones ius faciant, 3.22
quid sit ius in re, 8. 15
quid sit ius ad rem, 16
vsus huius distinctionis, 17
quotuplex ius positiuum particulare, 1. 13
quid sit ius humanum, 14
quid publicum vniuersale & particulare, 15
quid priuatum, ib.
an ius naturæ mutabile, 16
origo iuris humani, 2. 1
vnde ius Flauianum & Ælianum, 4
quomodo ius in hanc formam redactum, 1
quando euiluerit iuris Romani autoritas, 14
quomodo item creuerit, 15
quando ad Germanos transierit, 16
quo iure olim vsi Germani, 17
quando ius canon. publicatum, 19
quando ius Rom. ad obseruantiam venerit, 20
quomodo inter principes receptum, ib.
ad quid respiciendum quoad obseruantiam iuris, 21
quomodo studium iuris tractandum, ibid.
triplex ius ciuitatis 5. 11
Iussu suo quatenus obligetur pater, XV, 4. 2 sq.
actio quod iussu quid, ib. 1
Iustitia quid sit & quotuplex, I, 1. 9
qualis requiratur, 10

L.

L*Andsassiatus* tribuit subiectionem, V, 1. 27
Laudemium soluendum domino emphyteuseos, VI, 3. 12 sq.
Laudum quatenus seruandum, IV, 8 11

La-

Latrocinium quid. XLVIII, 8. 11
Legati quid, L. 7. 1
quot & quinam mitti possint, ib. 2. sq.
iura circa eosdem, 4. sq.
legati hodierni quomodo a Romanis differant, 6
sunt sancti, XXX, 1. 1
Legatum nullo onere nititur, ib. 2
legata quomodo relinquenda, 6
Legatarius si sibi adscribat legatum, 8
legatum an heredi relinqui possit. 12
legata in testamento destituto an valeant, XXVIII, 3. 14
actio ad consequendum legatum, XXX, 1. 19. sq.
Leganda res vtilis, 28
quomodo adimatur. vid. *Ademtio*.
quomodo alias corruat, XXXIV, 4. 4
quæ pro non scripto habeantur, ib. 8. 2. sq.
quando eorum dies cedat, XXXVI. 2. 1. sq.
an præstentur si bonorum possessio contra tabulas petita, XXXVII, 5
pro legato titulus, quis, XLI, 8. 1. sq.
si legata propria autoritate occupantur, datur interdictum quod legatorum, XLIII, 1
quid ibi requiratur, ib. 2
an detur contra donatarium, 6
Libellus quid & eius requisita, II 13. 2. sq.
libelli accusatorii requisita, XLVIII, 2. 10
Libellus famosus quid, XLVII. 10. 6
an nominis subscriptio requiratur, ibid.
agitur criminaliter ob famosum libellum, 27
quæ pœna constituta, ibid.
Liberales causæ quid, XL, 12.
Liberatio legata quid, XXXIV, 3. 1
cui profit, 2
quid requiratur, 3
Liber homo quatenus iure pignoris detineri possit, XX 3. 2

Liberi ex diuersis matrimoniis quomodo succedant, XXXIII. 18, 4
naturales an & quatenus a patre possint institui, XXVIII, 5. 3
exhibendi sunt patri, XLIII, 30. 1. sq.
vt eos ducere liceat permittendum, ib. 3
quomodo inter parentes testentur, XXIX. 1. 15
necessario instituendi, XXVIII. 2. 3
Liberorum respectus quatenus in successione habeatur, XXXVIII, 18 15
quando in bonis parentum tacitum pignus vniuersale habeant, XX, 2 5
Liberorum agnitio fundata in SCto Planciano, XXV, 3. 1
quomodo secundum hoc procedatur, ib 3. sq.
Libertas oneranda non est, alias inde datur exceptio, XLIV, 5. 4.
quibus ad libertatem proclamare non liceat, XL. 13.
ademtio *libertatis*, ib. 6. 11
fideicommissaria *libertas* quomodo contingat, 5. 1
Liquidum debitum ex quo noscatur, XVI, 4 11
Liquidum fit debitum, si retentio fieri velit, ibid.
Literæ commendatitiæ an & quando obligent, XVII. 1 11
Litigiosum quid XLIV, 6. 1
quæ eius requisita, ib. 2. sq.
an & quatenus alienari possit, 6
quænam pœna in alienantes rem litigiosam, 7
quid eo legato veniat. XXX, 26
debitum litigiosum non absolute illiquidum, XVI, 4. 11
Litis contestatio quid V, 1 5
quid affirmatiua & negatiua, 6
quid solennis & minus solennis. 7
requisita solennis L. C. 8
non potest in vllo processu omitti, 9
quid in criminalibus sit loco L. C. ib.
effectus eius sunt plures, 10

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1396
DFG

Locatio conductio quid sit, XIX, 2. 1
quotuplex. ib. 2. sq.
requiritur consensus ab vtraque parte, 4
interdum tamen inuiti compelluntur, ibid.
quousque tacita reconductio facta censeatur, 5
requisita in locandis rebus, 6
an in dubio Emphyteusis an locatio simplex præsumi debeat, 7
facta locanda debent esse mercenaria, 8
interuenire debet merces, 9
Locator prædii vrbani habet pignus tacitum in inuectis & illatis, XIX, 2. 8
Locator prædii rustici habet pignus in fructibus, ib. 9.
Locus solutionis destinatus inuito creditore mutari nequit, XIII, 4. 6.
quid si loca plura copulatiue adiecta, ibid.
actio de eo qui certo loco quid, ib. 4. 1
non est hodie necessaria, 2
requisita eius, 2. sq.
Luminum seruitus, VIII, 2. 6
ne luminibus officiatur, ib. 9
Lusu quod perditum repeti potest, XI, 5. 2
ad lusum creditum repeti nequit a collusore, 3
Lusorum receptores quomodo puniantur, 5
ad Ludendum cogens quomodo puniatur, 6
Ludorum licentia hodierna vnde orta, 7

M.

Magia quotupliciter committatur, XLVIII, 8. 25. sq.
Magici susurri quid, ib. 27
Magiæ fallacia & vera indicia, 28. sq.
Magister nauis quis. XIV, 1 4
si circa officium deliquerit, ipse tenetur, ib. 5
si mutuam pecuniam acceperit ad reficiendam nauem obligatur exercitor, 7
Magistratus conueniendus in subsidium a pupillo, XXVII, 8. 1
sed quando & qualiter? ib. 1. sq.

Maiestatis crimen quid in genere, XLVIII, 4. 1
quid in specie dictum, ib. 15
abusus huius apud Romanos 16
exempla proprie huc pertinentia, 17
pœna huius delicti, 18
Mandator quomodo differat a fideiussore, XLVI, 1. 6
Mandata cum & sine clausula quid, XLIII. 1. 12. sq.
Mandati contractus quid & quotuplex, XVII, 1. 1
eius requisita legitima, ib. 2. sq.
an ratihabitione inducatur, 2
Mandatarius a nuncio differt, 3
quandoque in simplici facto consistit, 4
honestum sit, 6
Mandans & mandatarius ex delicto ad pœnam tenentur, 6
Mandatum susceptum implendum, 14
quomodo impleri debeat, 15. seq.
Mandatarius quam culpam præstet ordinarie, 19
seruandus indemnis, 20
apices iuris attendere non debet, 19
restituit quod occasione mandati accepit, 20
Mandatum quas actiones pariat, 21
Mandatum iudiciale in quibus personis præsumatur, 3. 3
legitime est confirmandum. 1
quomodo iudicialiter constituatur, ib.
clausulæ quæ adiiciantur, ib.
Mandatum quid si non gratuitum, 1. 12
an patiatur honorarium, 13
Mandatum ex læsione vtrumque obligat, 6
Mandantis periculum in mandato versari debet, 7
mandanti an sine cessione obligatio a mandatario quæratur, 8
quomodo dissoluitur mandatum, 26
Mandati actio quid & quotuplex, 21. sq.
datur contra plures in solidum, ib,
Mandatarius an qua casum fortuitum indemnis præstandus & quando, 23

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1398
DFG

Manumissio quid sit, XL. 1. 1
eius requisita, ib.
manumissio per vindictam, 2. 1
qui sine *manumissione* ad libertatem perueniant, 8
qui & a quibus manumissi liberi non fiant 9
manumissio effectum habens, 9
a parente facta quid operetur, XXXVI, 12
manumissi testamento, ib. 4. 1
Maritus heres mobiliaris, XXXVIII, 11. 7
Maritalis potestas quomodo in vxorem exercenda, XXIII, 2. 22
omnia bona, quæ in domo mariti sunt, vnde præsumantur ad maritum spectare, ib.
Mater inter liberos testari potest, XXIX, 1. 14
num liberis substituere possit, XXVIII, 6. 12
num pupillo substituenda a patre, ibid. 20
Matrimonium quid, XXIII, 2. 1
quid requiratur, ibid. 2. sq.
infra legitimam ætatem dispensationem admittit. 2
in eo ineundo ad prudentiam regendi & alendi familiam respiciendum, ib.
ad potentiam generandi respiciendum, 4
peregrini legitimum hodie contrahunt matrimonium, 3
vt & propriorum hominum & iudæorum, 3
inter senes an matrimonium permissum, 4
Matrimonii libertas an publica lege restringi possit, ib. 1. 7. it. XXXIII, 2. 13
quando prohibitum matrimonium inter tutorem & pupillum, XXII, 11. 13
inter iudæum & Christianam. XXIII, 2. 14
inter adulterum & adulteram, ib.
inter raptorem & raptam, 15
quatenus iure diuino, 7
prohibitio iuris positiui quousque extensa, 8
effectus matrimonii contracti quinam sint, 21
Mendacii exceptio an in curia obtineat, XLVII, 10. 10

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1399
DFG

Mensor si falsum modum dixerit, XI, 6. 1
quomodo teneatur, 2. sq.
quid hodie, 4
Mente capti qui, XXVII, 10. 6
mente captis quomodo substituatur, XXVIII, 6. 26. sq.
Mercatorum libri quando pro mercatore probent, XXII, 4. 9
Metus quid sit, IV, 2. 1
quando operetur restitutionem, ib. 2
quando faciat actum nullum, 3
quis vanus, qui: iustus, 4
actio quod metus causa qualis, 7
datur contra omnem possessorem, 8
ad quid detur, 9
est in rem scripta. ibid.
Metus quisnam faciat sponsalia nulla, XXII, 1. 7
Miles quid, XLIX, 16. 1
ius legendi milites competit principi, ib. 2
Militia quotuplex, ibid.
quinam legantur, 3
an quis ad militiam cogi possit, 4
quomodo testetur, XXIX, 1. 1
militare testamentum non subiacet querelæ inofficiosi testamenti, V, 2. 14
substitutio militaris quid, XXVIII, 6. 30
quando qui in militiam credidit potior in pignore habeatur. XX, 4. 5
Militum forum, V, 1. 1.
Minæ quatenus indicium ad torturam faciant, XLVIII, 18. 14
Ministri principis vbi forum suum habeant, V, 1. 37
Minor vt restituatur quid requiratur, IV, 4. 1. & ib. 4. sqq.
contra quem restituatur, 12
quibus minorum beneficium competat. 13
Miserabiles personæ quænam & vbi sortiantur forum, V, 1. 33

Missio

Missio in possessionem iudicialiter exequenda quid XLII, 4. 1
damni infecti nomine quid, 2
rei seruandæ causa quid, 3
quinam ex his causis mittantur, 4
vbinam detur duplex missio, 2
quomodo decernatur, 5
quid operetur, 6
missus detinet non possidet, 7
quid si misso vis fiat, XLIII, 4. 1 sq.
missio in possessionem propter legata conseruanda quando fieri possit, XXXVI, 4. 1
quid tribuat, 2
quomodo fiat, 3
ventris nomine quid, XXXVII, 9. 1. sqq.
quid operetur, XLII, 4 3
Mobiles & immobiles quid, I, 8. 12. sq.
Mobiles res an & immobiles in constituto pignore sub se comprehendant, XX, 1. 5
Moderamen inculpatæ tutelæ quid, XLVIII, 8. 6. sq.
Modus legato ad ectus quid operetur, XXXV, 1. 6 sq
quomodo implendus. 8
quomodo cautio præstanda, 9
Molendinum an in flumine exstruere liceat, XLIII, 12 1
Monetæ adulteratores quomodo puniantur XLVIII, 10. 9
Monumenta reficere quatenus liceat, XLVII, 12. 3
Mora quid sit, XXII, 1. 16
magna difficultas soluendi liberat a mora, ibid.
quando debitor creditorem constituat in mora, 17
legis declaratione quando inducatur, 19
quos effectus habeat, 20
quomodo purgetur, 21
Matrimonium ad morganaticam an inter nobiles locum habeat, XXIII, 2. 13
Morgengaba quid, ib. 3. 21
Mors quomodo probetur, V. 3 2.
quatenus loco iuramenti, XII, 2. 17

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1401
DFG

Mulieres eiusque liberi quando ius prælationis habeant, XX, 4. 3
Mulierum curatela. XXVII, 10. 10
Mulieres an testes esse possint in codicillis, XXIX, 7. 10
Mundi legatum quid, XXXIV, 2. 2
Municipes qui L. 1. 1
Munera quatenus accipere liceat, XLVIII, 10. 2
Munus quid, I, 4. 1.
quid personale, ib. 2
quid publicum & priuatum, 3. sq.
quid matrimoniale, 6
vsus harum distinctionum, 7. sq.
munera a quo indicantur, 9
Mutatio testamenti num libera, XXVIII, 3. 8
mutatione rei oppignoratæ vt pignus soluatur, qualis requiratur, XX, 6. 3
Muti & surdi quomodo testentur, XXVIII, 1. 9
Mutuum quid, XII, 1. 6
quis possit mutuum dare, ib. 7
qualis traditio sufficiat, 9
quis accipere possit, 10
quatenus administratores ciuitatum, 11
quænam res cadat in mutuum, 12
quomodo obligetur accipiens, 13
quomodo restitutio facienda, 14. sq.
Mutuum filiosam. datum tribuit exceptionem SCti Maced. XIV, 6. 1
quæ limitationes, ib. 2 sq.

N.

Natalium restitutio, XL, 11
Natiuitas quid requiratur in natis quoad effectus iuris, I, 5. 4
quando nascituri habeantur pro natis, 6
Naturales liberi substituti quid capiant. XXVIII. 6. 20
Nauales Rhodiensium leges ob æquitatem a Romanis receptæ, XIV, 2, 2

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1402
DFG

Naufragio rem iactam qui aufert fur eſt, XIV, 2. 6. & LVII, 9. 2
Naufragorum res cui cedant, XLI, 1. 16
de iactu in naufragio facto, XLVII, 9. 1
Naufragorum bona occupandi ius eſt reprobatum, XIV, 2. 6
Negotiorum geſtio quid ſit, III, 5. 1
quæ actio oriatur ex negotiorum geſtione, 7, ſq.
Negatoria actio quid, VIII, 5. 2
quæ eius proprietates, ib. 3
quid ſit vtilis, 4
Nepotes concurrentes, XXXVIII, 3. in append.
ſucceſſio in capita. ib. 2
Nepotes auo ſuccedentes, 3
an ad collationem teneantur, 4
an neceſſario inſtituendi, XXVIII, 2 4
non ſuccedunt ſuperſtite parente, XXXVIII, 5. in append
computantur iure repræſentationis, 5
Nobiles ruri degentes num teſtentur ruſticorum more, XXIX, 1. 27
Nomen venditum vid. *actio vendita.*
Nominis legatum quid, XXIV, 3. 4
quid requiratur, 4
Notarius cum teſtibus ad inuentarium conficiendum adhibendus, XXVII, 8. 7
Notoria quando non indigeant probatione, XXII, 3. 2
Nouatio quid, XLVI, 2. 1
neceſſaria quid, ib. 2
noua obligatio qualis eſſe debeat, 4
inter quos fieri poſſit, 5
quænam in ſpecie dicta, 6
Nouandi animus exprimendus, 11
an nouatio fiat per pœnam adiectam, 13
effectus nouationis quis, 4
de *noui* operis nunciatione. vid. *nunciatio,*
Noxalis actio quid, IX, 4. 1
vſus huius actionis nullus, ib. 3

Nullitatis remedium quando locum habeat, XLIX, 8.1.sq
quomodo introducendum. ib.3
sanabilis & insanabilis nullitas quomodo differant, 4
Nullitas in matrimonio, XXIV, 2.2.sq.
Non numeratæ pecuniæ exceptio XII, 1.22
quando & quatenus locum habeat in mutuo & dote, ib. 22.sq.
quando cesset, 23.sq.
Nunciatio noui operis quid, XXXIX, 1.1
eius requisita, ib.2
quomodo tollatur 11
Nundinæ quid, L, 11.1
quis eas constituat, 2.sq.
priuilegia earundem, 5
quomodo amittantur, 6
Nuptiæ secundæ non debent esse nimis festinatæ, XXIII, 2.17
an pœna infamiæ iure can. remissa, ibid.
Nutu an fideicommissum constituatur, XXXVI, 1.11

O.

Oberleuteratio quando locum habeat, XLIX, 8.8
Oblatio & obsignatio debiti quid, XLVI, 3.14
eius requisita, ib. 15
Obligatio quid, XLIV, 7.1
in quo consistat, ib.2
oritur ex lege, 3
naturalis quænam, 4
quid operetur, ib.
mere ciuilis quænam, 5.sq.
mixta quid, 7
facta obligatoria quæ, 8
Obligatio verborum quid, XLV, 1.1
Obligatio correalis, vid. *correalis*.
quomodo tollatur obligatio, XLVI, 3.19
quid considerandum quoad obligationem heredum.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1404
DFG

Obsequium debetur parentibus & patronis, XXXVII,15
1. seq.
Occisio adulteri quomodo fieri possit a patre, XLVIII, 5.18
quomodo a marito, ib. 19
Occupatio quid & quotuplex, XLI,1.8
bellica quando legitima, ib.14
rerum inanimatarum occupatio quomodo facienda, 15
Officium quodnam fuit præfecti. I,12
quæstorium, ib.13.2
prætorum, 14.2
præfecti vigilum, 15
proconsulis & legati, 16
præfecti augustalis, 17
procuratoris cæsaris, 19.2
iuridici Alexandriæ, 20
assessorum, 22
Oneris ferendi seruitus, VIII,2.2
quis ibi parietem reficere debeat, ib.3
Opera seruorum quid, VII,7.1
quomodo differant ab vsufructu serui, ib.2
Operæ libertorum quænam & quotuplices, XXXVIII,1
1. seq.
quid iuris si operas non præstet locator, XIX,2.30
quid iuris in opere faciendo, ib.31
quando de casu teneatur, 31. sq.
Operum publicorum curatores, L.10.1
opus publicum nouum facere quatenus liceat, 2. sq.
Optio legata quid contineat, XXXIII,5.1
in ea quid requiratur, ib.2.3
quando facienda, ib.3
Originis forum quid, V,1.17
vbi liberi illud habeant. ibid.
an hodie attendatur, ibid.
Ordinis beneficium quid in fideiussoribus, XLVI,1.14
requisita eius, ib.15
an eo indigeat indemnitatis fideiussor, 16

an excludatur quando quis se obligauit vt principalem, ib.16
quomodo in actione constit. pecun. obtineat. XIII, 5.5
Ordo causarum in iudicio tractandarum, V,1.44
Ordo senatorum Romanorum triplex, I,9
Ornamentorum legatum quid, XXXIV,2.3
Orphitianum SCtum. XXXVIII.17.2

P.

Pacis fractæ publicæ crimen quid, XLVIII,6.6
e ius pœna, ib.7
Pactum quid sit, II,14.1
requiritur consensus, ib.2
quando pactum non habeat vim, 7
quid impediat pactum, 8
consensus debet in pacto esse mutuus, 9
sincerus, 10
certus, indubius, 11
pactum simplex æque obligat hodie quam geminatum olim, XIII,5.3
pactum de non petendo vbi locum habeat, XXXIX,5.21
Paganus an & quando militari modo testetur, XXIX,1.3
Palinodia vid. *Recantatoria.*
Paraphernalia bona quid sint, XXIII,3.14
quomodo differant a dote, ibid.
possunt constante matrimonio vxoris consensu alienari, 5.4
Parentes quomodo inter liberos testentur, XXIX,1.13
euentualiter instituendi, XXVIII,2.6
quibus ex causis exheredari possint, ib.30
Parricidium quid, XLVIII, 9.1
pœna eius, ib.6
quomodo inter reliquos consanguineos puniatur, 7.sq.
Partes hereditatis quomodo distribuantur, XXVIII,5.8 sq.
Parturiens quomodo testetur, XXIX,1.28
Partus ex statu libero natus sit seruus. XL,7

Pascendi seruitus, VIII, 3.9
an excludantur seruientis pecora, ibid.
quomodo exerceri possit. ibid.
Pasquillus. vid. *libellus famosus*,
Patronatus ius quid & quotuplex, XXXVII, 14.
quænam eius iura, ib. 1. 2 it. 15. 1 sq.
qua ratione patronus succedat in bona liberti, XXXVIII, 2
si quid in eius fraudem factum, ib. 5. 1.
Pauliana actio quid, XLII, 8. 1.
qualis alienatio requiratur, ib. 2. sq.
quomodo facta esse debeat, 4
instituenda intra annum, 6
contra quem detur, 7
an pretium restituendum, 8
Pauperes si instituti XXVIII, 5. 7
Peculium quid, XV, 1. 1. sq.
Diuisio eius, ib. 4
Castrense & quasi quid, 6
quasi castrense an sumtus studiorum & quando comprehendat, 7
quæ hic limitatio, ibid.
peculium castr. & quasi quid iuris det filio, 8
aduentitium quid, 9
quid iuris in eo, 10
quando alienari, queat 11
si iniuste alienatum quando reuocari possit a filio, 12
ordinarium quid, 13 sq.
an feudum, 19
quam actionem pariat, 24
peculium profectitium quid, 20
peculii huius requisita, 21. sq.
quando filio cedat, 23
an ex eo res aliqua oppignorari possit, XX, 3. 2
Peculium legatum qua ratione debeatur, XXXIII, 8 1
actio de peculio, XV, 1. 24

quid in ea respiciendum, ib.25
quando annalis, 26
Peculatus crimen quid, XLVIII, 13.1
an hodie separatum delictum, 3
Pecunia quando transeat in locum rei, VI,1.9
quando illi, quorum pecunia res emta, potiores in pignore habeantur, XX,4.4
Pecunia lustrica ad quod peculium, XV,1.18
Pedamenta sumendi seruitus, VIII,3.8
Penus legatum quid comprehendat, XXXIII,9.1
Perduellionis crimen quid, XLVIII, 4.2
exempla eius, ib.3
subditus tantum illud committit, 4
contra quem committatur, 5
quomodo contra consiliarios, ibid.
electores, 6
an in status reliquos, 7
sola scientia hic punitur. 8
quænam singularia circa accusationem sint, 9.sq.
pœna horrenda recensetur, 11.sq.
Peregrinantes num modo priuilegiato testentur, XXIX, 1.28
Perhorrescentiæ iuramentum habet locum, vbi iudex est suspectus, V,1.14
Periurium pœnis humanis subiacet, XII,2.11
Permutatio quid, XIX,4.1
dominium vtrinque transferendum, ib.2
requiritur res propria, 3
hodie obligatio adest ante alterius implementum, secus ac olim, 4.sq.
in plurimis accedit emtioni, 6
Perscrutatio domestica quomodo decernenda, XLVII, 2.24
Pertinentia quomodo determinentur, XVIII,1.14
inprimis ex actuali destinatione diiudicandæ, 15
Pia causa quid XXIX,1.25
Pictura cui cedat, XLI,1.29

Pignus quid, XIII,7.1
mutuum consensum requirit, ib.2
in securitatem crediti tradendum, 3
quomodo differat ab hypotheca, ib.
præsupponit debitum, 4
securitatem præstare debet, 5
quam diligentiam requirat, 6
an & quatenus in re aliena esse queat, ib.5. & XX,3.5
in re aliena quid operetur, XIII,7.5
si a creditore dolo vel culpa amissum quid iuris, 17
alienum si debitor dederit qua teneatur actione, 19
in specie restituendum, 12
reddi non deterioratum debet, 14
Pignoris contractus actionem parit duplicem, directam & contrariam, 15
Pignori data res perit debitori, 6
Pignoris vsus an & quando ad creditorem transeat, 7.sq.
Pignori data res an vtiliter conducatur, 10
soluto debito restituenda, 11
actio pignoratitia directa quid, 15
non competit contra tertium possessorem, 16
quid ea persequamur, 17
contraria quid, 18
ob ius pignoris datur condictio incerti, ib.1.3
Pignus quatenus denotat ius in re quid sit, XX,1.1
quomodo constituatur, ib.2.sq.
debet securitatem creditori præbere. 8
quomodo obtineri possit, 9.sq.
etiam pro alio quouis debito adhuc retineri potest, 11
quænam dicantur pignora *publica*, 2
publicum ratione præferentiæ a priuato differt, 2.&6
publica respectu temporis inter se collocantur, 4.6
iudiciale ob quam causam constituatur, 1.3
operatur ius in re, 3
prætorium vnde fluat, ibid.
operatur nudam detentionem, ibid.
an priuilegium temporis præbeat, 4.10

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1409
DFG

testamentarium & conuentionale quid, XX, 1. 4
quomodo in effectu a prætorio differant, ibid.
Priuatum quomodo constituatur. ibid.
vt in eo prioritas temporis obseruetur quid requiratur, 4. 7
generale an omnia etiam futura debitoris bona afficiat, 1. 5
an fructus feudi, 1. 5
si generali speciale adiungitur, illud tantum subsidiarium est, 6
quomodo in effectu a speciali differat, 7
in generali locum habet ius variandi, ib.
non locum habet beneficium diuisionis, sed excussionis, 7
quænam res saluo iure pignoris alienari possint, ib.
Pignus tacitum ex speciali legis determinatione dependet. 2. 1
Pignus tacitum vniuersale quibus competat. 1
Pignus tacitum particulare quibus competat, 7
speciale hoc certa bona afficit. 1. 6
res quænam pignori dari possunt, 3. 1
an alienari prohibitæ, 1
an quæ non in bonis debitoris sunt, ib.
bona in familia vltra certam summam non possunt oppignorari, si pacto ita conuentum, 4
quomodo soluatur pignus, 6. 1. sqq.
Plagium quid, XLVIII, 15. 1
pœna eius, ib. 2
an literarum plagium sit punibile, 3
Planta alieno solo imposita quomodo acquiratur, XLI, 1. 28
Pœna quid, XLVIII, 19. 1
quomodo differat a vindicta pœna conuentionali & correptione, ib. 2
finis eius quis, 2
pœna ciuilis vel criminalis quid, 3
capitales & non capitales, 4. sq.
quis possit eam imponere, 6
cui infligenda, 7
morte quatenus tollatur. 8

an in heredes transeat, 9. sq.
qualis pœna esse debeat, 12
quomodo exequenda, 13
quando differenda, 14
quando absens puniendus, 1
Pœnæ legatum quid, XXXIV, 6. 1
pœna homicidii an sit dispensabilis, XLVIII, 8. 22
Pœna est interesse partium conuentione determinatum, XII, 1. 11
Pollicitatio quid, L, 12. 1
quando obliget, ib. 2 sq.
an heredes obliget, 3
Populares actiones quid, XLVII, 2 01
an sint separatæ actiones, ib. 2
quæ eius proprietates, 3
Polygamiam an Iudæi ambire possint, XXIII, 2. 16
successiua quando non prohibita, ib. 17
Positiones quid, XI, 1. 3
quomodo debeant esse comparatæ, ib. 4.
quomodo respondendum ad positiones, 5
de *posito* vel suspenso actio, IX, 3. 8
quando locum habeat, 9
Possessionis vox ambigua, XLI, 2. 1
quid naturalis & ciuilis, ib. 2. sq.
an plures possidere possint eandem rem, 5
quotuplex ex obiecto, 6
quid proprie sit, 7
quomodo ab aliis iuribus differat, 8
quomodo acquiratur, 9
an solus animus sufficiat, 10
quomodo mutetur causa possidendi, 12
an transeat in heredem, 13
quid operetur acquisita, 14. sq.
quatenus solo animo retineatur. 15
effectus acquisitæ possessionis. 16. sq
quomodo turbetur. 19
quomodo amittatur. 20. sq.
pro possessore titulus quid, 5. 3

deiecti de possessione quomodo agant, XLIII,16
inprimis hodie habent remedium spolii, ib.11.sq.
pro possessione retinenda datur interdictum vti possidetis, 17.1
non datur vitioso possessori, 2
cui detur, 3.sq.
possessio vitiosa non præsumitur, 5
ad quid detur interdictum vti possidetis, 6
possessio legati an iure ipso transeat, XXX,1.16
pro possessore quis possideat, V,3 7
possessor fictus quis, VI,1.5
quomodo in effectu a vero differat, 6
Possessorium retinendæ possessionis quid & quotuplex, XLVIII,1.7
an cum petitorio possit cumulari, 9
an recurri ad illud possit instituto petitorio, 10
Posterius testamentum quomodo rumpat prius, XXIIX, 3.4
Posthumus quomodo rumpat testamentum, ibid.
posthumi an necessario sint instituendi, 24
posthumorum varia apud Romanos denominatio, 6
Postliminium quid, XLIX,15.5
quomodo obtinuit in pace, ib.6
quinam eo gaudeant, 7
quænam res postliminio redeant 8
Potestas patria quid sit, I,6.3
legitime exercenda, 4
intra terminos negotiorum familiæ, 5
legitime debet esse acquisita, 6
acquiritur per legitimationem, 7
quomodo soluatur, 7.9
quæ dignitas ab ea liberet, ib.
quæ fuit potestas consulis, 10
quæ potestas præfecti prætorio, 11
Potestati alienæ subiecti an & quando obligentur, XIV, 5.1.sq.
Postulare quid sit, III,1.1
vid. *Aduocatus*

Præ-

Prædium rusticum & vrbanum quid, VIII,1.2
Prædoni depositum non restituendum, XVI,3.11
Prægnans mortua non sepelienda antequam partus ei excidatur, XI.8.3
Præiudicialis exceptio quid, XLIV,1.24
Prælationis ius pignori ex priuilegio annexum qui habent, omnibus simpliciter hypothecariis præferuntur, XX,4.2
quomodo posteriores creditores illud consequantur, ib. vlt.
Potiores quinam in pignore persequendo æstimantur ib.
quinam ex priuilegio in eo sint. 2.sq.
quinam ratione ordinis. 6
Prælegatum quid, XXX, 1.13
Prælectio testamenti quando necessaria, XXVIII, 1.7.sq.
Præscriptis verbis actio applicata est ad negotia innominata, XIX,5.4
eiusdem vaga acceptio, ibid.
Præscriptio quid, XLI,3.3
longissimi temporis quid, ib.21.26
quando locum habeat, 21.sq.
immemorialis quid, 21
Præscriptionis exceptio quid, XLIV,3
quomodo actionibus præscribatur, ib.2.sq.
quomodo realibus, 5
quomodo personalibus, 6
quomodo si ex delicto agatur, 7
prætoriæ quo tempore præscribantur, 8.sq.
temporales quænam, 9
Præsentia heredis requiritur in fideicommisso absque testibus. XXXVI,15
Præsumtio quid sit, XXII,3.11
vnde capiatur. ib.
grauior leuiorem tollit, ibid.
differt a fictione iuris, ibid.
fictio iuris quid sit, ibid.
iuris præsumtio quænam requisita habeat, 12

non

non statim ex sola legis approbatione oritur, ib 12
hominis præsumtio in quonam consistat, 12
Præsumtio iuris & hominis quomodo differant, 13
violenta præsumtio probationem in contrarium admittit, 14
Præteritionis liberorum effectus, XXVIII, 8.7
Præuaricari quid, XLVIII, 16. 2
Præuaricatio quid, XLVII, 15. 1
quatenus aduocati præuaricentur, ib. 2
Precarium quid, XLIII, 26 1
an sit contractus, 2
quale remedium inde detur, 3
quomodo differat a commodato, 4. seq.
Precarium pro lubitu reuocabile est, XIII, 6. 4
diligentiam infimam requirit, ibid.
Prioritas inter creditores quomodo æstimanda, XLII, 5.6
qui iure dominii res suas petunt omnibus præferuntur, 7
quinam in priori classe ponendi, 8 sq.
quinam in secunda ac tertia 11
quinam in quarta, 12 sq.
quinam in quinta. 14
an & quando hic ordo etiam seruetur respectu vsurarum, 15
Prioritas hypothecam persequendi vnde oriatur, XX, 4.1
quomodo in priuatis pignoribus recte obseruetur, ibid.
quomodo posteriores creditores eam consequantur, vlt.
Priuilegium quid & quotuplex, I, 4. 6
quid reale & personale, ib. 6
quid mixtum, 7
quid gratiosum, 8
quid conuentionale, ib.
priuilegium debet esse legitime impetratum, 9
præter ius commune quid concedere, 10
non lædere debet tertium, 11
cui insinuandum, 12
quomodo exercendum, 13
quomodo amittatur, ib.

quan-

quando regula procedat priuilegiatus contra &c. ib. 15
quamdiu potest exerci, 16
Proclamatio publica quomodo fieri debeat, XXIII, 2. 19
vbi nullum impedimentum adest frustra adhibetur, ibid.
clausula perpetui silentii in proclamatione publica nihil operatur, si matrimonium ob prohibitionem iuris diuini sit nullum, ibid.
Procurator quid sit, III, 3. 1
diuisio eius ab obiecto, ib. 2
a potestate iis competente, 3
requiritur in constituente vt sit Dominus, 5
vt procurator habilis constituatur, 6
an plures simul constitui possint, 7
constituatur partium consensu, 8
an inquisitione admittatur, 15
in quo consistat officium procuratoris iudicialis, 16
effectus constitutionis principalis, 17
Procurator quomodo furtum committat, XLVII, 1. 7
quatenus appellare debeat, XLIX, 9. 1
reuocatio procuratoris ad ineunda sponsalia missi, an effectum habeat, licet ipse, antequam illa in notitiam eius veniat, negotium absoluerit, XXIII, 1. 8
Prodigus quis, XXVII, 10. 6
an possit testari, XXVIII, 1 4
Proditorium homicidium quid, XLVIII, § 12
Prohibens aliquem testari successione est indignus, XXIX, 6. 1
Probatio quid sit, XXII, 3. 1
quid requirat, ib. 2
artificialis probatio quænam sit, 7
inartificialis quænam, ib.
plena quænam, 8
quando grauior adhuc quam plena requiratur, ib.
semiplena quænam, 9
in criminalibus facit indicium ad torturam, 20
imperfecta probatio quando admitti possit, vlt.
Probatio quomodo legitime fiat, ib. 15. sq. cui

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1415
DFG

cui a iudice iniungenda, 4
quando neganti iniungenda, 5
negatiua etiam directo fieri potest, ibid.
Probatorium actum quomodo iudex dirigat, 3
probatio testamenti quot testes requirat, XXVIII,1.35
Proprii homines num idonei testes in testamento, ib.25
Proprii a dominis si aufugiant quid iuris, XI,4.3
Prospectus seruitus, VIII,2.10
ne prospectui officiatur ibid.
Protegendi & proiiciendi seruitus, ib.4
Protectiones. XXXIX,2.1
Protimiseos ius quid sit & quomodo differat a retractu, XVIII,1.35
quid interfit an hoc ius conuentione,lege vel testamento sit constitutum, ib.36
in hoc iure exercendo ad quid respiciendum, 38
Protimiseos ius habet dominus Emphyteuseos, VI,3.1
Protocolla quid sint, XXII,4.5
quid requiratur vt ad illa recurri possit, ibid.
Protutor quid sit, XXVII,5.1
Protutelæ actio ad quid detur, 2
huius actionis singularia, 3
Proxeneta quid. I,14.1
quando licite proxeneticum accipias, 2.sq.
Publica iudicia quid, XLVIII,1.1
vnde dicantur publica, ib.2
quotuplicia sint, 3
quomodo differant a priuatis, 4
in *publico* loco nihil immittendum, XLIII,8.1
quid si princeps permittat aliquid in publico fieri, ib.2
publicani quid, XXXIX,4.1
publicanis nulla vis facienda, XLIII,9
publiciana actio quid, VI,2.1
bona fides quatenus adesse debeat, 2
qualis titulus, 3
an præcise traditio, 4
datur contra infirmiore iure possidentem 5

Pu-

Pupillus num adeat hereditatem, XXIX,2.10
Pupilli pignus tacitum vniuersale habent in tutorum & curatorum bonis, XX,2.4
an hoc ius in heredes transeat, ibid.
habent pignus tacitum vniuersale in bonis illorum pecunia emtis, 14
item in bonis Vitrici, ibid.
pupilli ius prælationis in pignore habent, si illorum pecunia res emta, 4.5
pupillaris substitutio, XVIII,6.10

Q.

Quæstiones quid, XLVIII,18.1
Quanti minoris actio vt possit institui quid requiratur, XXI,1.3
in contractu emtionis & similibus locum habet, ibid.
an in locationibus, ibid.
etiam in vilioribus, & minimis obtinet, 4
qualia vitia in re vendita requirat, 5
ad quid detur, 7
quomodo differat a redhibitoria, 8
quamdiu duret, ibid.
Quadrupedaria actio quid, IX,1.1
an detur respectu damni dati a furioso, ib.2
quæ requirantur, 2.sq.
quomodo detur, 6
Quasi vsusfructus quomodo differat a vero, VII,8.1.sq.
quomodo a mutuo, ib.3
Querela inofficiosi testamenti quid, V,2.1
quibus detur, ib.2
quando detur, 11
exheredatio debet esse rite facta, 12
differentia inter hanc querelam & remedium nullitatis, 13
huic querelæ non subiacet militare testamentum, 14
agnoscendo voluntatem excluditur, 15
contra quem detur, 17

rescin-

rescinditur per eam testamentum legatis saluis, ib.18
quatenus succedatur ita ab intestato, 19
Quinque pedum spatium quid, X,14.

R.

Rapina quid. XLVII, 8.1
quomodo a furto differat, ib. 2
quomodo a spolio latrocinio & aliis, 4
qualis actio detur ex illa, 4
quid iuris si quis propriam rapiat rem, 6
quomodo hodie puniatur, 4
Raptus mulierum quid, XLVIII, 6 8
eius requisita, 8. sq.
quid si femina rapiat masculum, 12
pœna raptoris & assectarum, 13
Ratificatio torti quomodo facienda, XLVIII, 18. 28
quid si non ratificet, 29
de *Rationibus* distrahendis actio vnde oriatur, XXVII, 3.17
eius natura, ib. 18. sq.
pignoris ob prouentus creditor ad rationes tenetur, XIII, 7.9
an renunciatione liberetur, ibid.
de *Rato* cautio quid, XLVI 8.1
extra iudicialis etiam constituitur, ib. 2
quando committatur, 3
Recantatoria actio quid, XLVII, 10.28
quando locum habeat, ib. 29
quid si contumax recantare nolit, 31
est pœnalis non rei persecutoria, 32
Receptatores quomodo puniantur, 16.1
ratio personarum habenda, 2
Receptio quale indicium præbeat, 3
Recognitio sigillorum in apertura testamenti necessaria, XXIX.35
Redditione pignoris, quando debitum soluatur, XX, 62

Redemtiones captiuorum pactis hodie regulantur, XLIX, 15.10
Redemtio captiuorum fauorabilis, ib.9
Redemtionis pretium restituendum, 9
Redhibitoria actio vt institui possit quid requiratur, XXI, 13
en in locationibus locum habeat, ibid.
in contractu emtionis & similibus locum habet. ibid.
in vilioribus & minimis cessat, 4
etiam in accessionibus locum habet, ibid.
qualia vitia in re vendita requirat, 5
ad quid detur, 6
durat per sex menses vtiles, ib.
quomodo differata quanti minoris actione, 8
Reditus legatum quid contineat, XXXIII,2.4
Refectio itineris quatenus fieri possit, XLIII,19. 1.sq.
Riuos purganti vis fieri non debet, ib.21.1
non probanda ibi seruitus, 2
Rei iudicatæ exceptio quid, XLIV,2.1
a qua sententia detur, ib.2
quando detur, 3. sq.
Rei vindicatio quid, VI,1.2
institutio a domino, ibid.
actor dominium probet, 3
datur contra possidentem, 4
probanda est possessio, 7
non datur contra eum, qui non possidet, licet pretium habeat, 7
quænam res vindicentur 8
Res vindicatur cum omni causa, 10
vbi restituenda, 14
non remoranda est restitutio, 15
quomodo præscribatur, 16
Vindicatio competit legatario, XXX,1.19
Relatio quid, XLIX,1.1
ad schedulam num admittenda in testamento nuncupatiuo, XXVIII,1.34
Relatio ex actis quomodo facienda, XLII, 1.11

Relegatio quid, XLVII,22.3
quotuplex, ib.5
quousque se extendat, 6
Relegatum maritum vel alio domicilium transferentem quando vxor sequi teneatur, XXIII,2.23
Religiosus locus quis, XI,7.1
Remedium ex l. diffamari quid, V,1.41
ex l. si contendat quid, ib.42.
ex l. f. C. de Edict. D. Hadriani tollendo quid, XLIII,2 4.sq.
ex c. sæpe quid, ib.16.10
ex canone redintegranda quio 11.sq.
ex l. diffamari an in iniuriis recte adhibeatur, XLVII,10.35
Remissio nunciationis quid & quando fiat, XLIII,25
innocentis minuit pœnam adulterii, XLVIII,5.14
Renunciatur hereditati futuræ, XXXVII,18.13
pactum iuramento corporali munitum, ibid.
Repetundarum crimen quid, XLVIII,11.1
quæ pœna, ib.3
de obligatione heredum, 7
Repræsentationis ius locum vbi habet, XXXVIII,18 31.
Reprobatio quomodo ab altera parte peragenda, XXII, 5.21
Repudiatio hereditatis, XXIX,2.14
Repudium quando contingat, XXIV,2.1.sq.
Res quid sint diuini iuris, 1,8 1
quid sacræ, ibid.
quomodo fiant sacræ, ibid.
quomodo differant a rebus ecclesiasticis, 2
an res sacræ possint alienari, 3
an ecclesiasticæ, ib.
quomodo res fiat religiosa, 4
quæ sint res sanctæ, 5
quid sint res humani iuris, 6
quid communes, ibid.
quid res publicæ, 7
quid res vniuersitatis, 8

quid

quid sint corporales & incorporales, 9
quæ res possint ad vtramque speciem referri, 10
quid sint res mobiles & immobiles, 12
an hæc distinctio possit applicari incorporalibus, 13
Res iudicata quid, XLII,1.24
an rescindi possit, ib.25
quænam sententiæ non transeant in rem iudicatam, 26
rei iudicatæ actio quid. 27
Res sita tribuit forum. V,1.29
quando obtineat rei sitæ forum, ibid.
an in rebus transeuntibus, 30
Rescripta an differant ab edictis, I,4.3
quomodo ratione essentiæ differant, ib.7
quid circa rescripta iustitiæ notandum, 5
Reseruatio dominii quid operetur, XVIII,1.31
Responsio ad positiones qualis esse debeat, XI,1.5
de Residuis crimen quid, XLVIII,13.6
an in heredes exerceatur, ib.7
Restitutio in integrum quid sit, IV,1.1
requisita eius, ib.3 9. & 5.6
quibus competat, 7
ad quæ tendat, 8
quis effectus, 9
causæ restitutionis, 2.sqq.
ad restitutionem ex capite doli requiritur dolus malus, 3.1.sq.
vt negotium stricti iuris dolo malo sit initum, 4
vt nulla alia ordinaria actio competat, 6
læsio non modica, 7
ratio personarum habeatur, 8
vt intra biennium continuum instituatur, 9
an feminæ restituendæ, 4.14
ad quam capitis diminutionem pertineat edictum restitutorium, 5.1
an error & ignorantia tribuat restitutionem, 6.6
cur in emancipatione restitutione opus est, 5.2

an hodie adhuc id obtineat, ib 5.3
ad generalem causam restitutionis pertinent iusta impedimenta, 6.5
an ignorantia indulgeat restitutionem contra præscriptionem impletam, 7
qua actione petatur restitutio, 9
Restitutio minoris contra alienationem bonorum XXVII, 9.8
quatenus est remedium iudiciale, XLIX, 8.11
Restitutio gratiæ quid, XLVIII, 23.1
a quo fiat, ib.3
quomodo, 4
quotuplex, 5.sq.
iustitiæ quid, 6
Restitutio in fideicommisso quomodo facienda, XXXVI, 1.27
an fiduciarius ad eam cogi possit, ib.26
in qua qualitate facienda, 28.sq.
quo tempore, 13
Retentio in deposito an locum habeat, XVI, 3.14
Retentio vt fieri possit quæ requisita, ib.4.16.sq.
Retentio pignoris ob aliud debitum fieri potest, 17
Retorsionis requisita II, 2.5
quodnam ius hodie retorquetur, ibid.
Retorsio iniuriarum pessimum remedium, XLVII, 10.33.
quomodo facienda, ib 34
de *Retrouendendo* pactum quid sit, XVIII, 1.32
cautelæ hic obseruandæ, ibid.
quando in hoc pacto præscriptio currat, 33
quid redemturus obseruare debeat, 34
Reuisio quid, XLIX, 8.9
quænam eius requisita, ib.10
Reuocatio nuda an testamentum rumpat. XXVIII, 3.11
in donationibus indulta, XXXIX, 5.22
Reus quis, V, 1.38
quis possit esse reus, ib.43
quando reus petere possit, vt ab instantia absoluatur, II, II, 9

vt

vt in causa principali procedatur, 10
quomodo coerceatur reus contumax, 11
Rhodiensium leges quales & quare a Romanis receptæ, XIV,1.2
Ripam munire qualiter quis possit, XLIII,15.1
Ritus ob quam causam in matrimonio ineundo requirantur XXII,2 19
Rotulus quando & quomodo conficiendus, XXII,5.21
Rumpi ipso facto quomodo testamentum possit, XXVIII, 4.1
Rusticum testamentum, XXIX,1.26

S.

Saecularii qui, XLVII,11.10
Sacrilegium quid, XLVIII.13.4.sq.
in *Sacro* loco nihil immittendum, XLIII, 6.1
Sanctus si heres institutus. XXVIII, 5.7
Satione quomodo acquiratur, XLI,1.28
Saluianum interdictum quid, XLIII,33.1
quomodo differat a seruiana, ib 2.sq.
an tertius eo teneatur. ib.4
Saluus conductus quomodo debeat impetrari, XLVIII,3.6
Scandala publica a magistratu tollenda, XI,3 3
Scientia in perduellione est punibilis, XLVIII,4 8
Scopelismus quid, XLVII,31.12
Scriptura in aliena charta facta, XLI,1. 29
testamenti qualis esse debeat, XXVIII,1.18
Scortatio quid, XLI,1 41
Senatus principi debet rationes reddere, I.8 4
SCtum Velleianum quid, XVI,1.1
quando eo vti potest femina, ib.2.sq.
quibus non subuenit, 13.sq.
SCtum Claudian. & Silan. XXIX,5.1
SCtum Macedon. quid & quare introductum, XIV,6.1
vnde dicatur, ibid.
vt det exceptionem quæ requisita, 2.sq.
Sententia quid & quotuplex, XLII,1.1
definitiua quid, ib.2

interlocutoria quid & quotuplex, ib. 3
quomodo differat mera & mixta, 4
quomodo differat interlocutoria a definitiua, 5.sq.
ferenda a iudice competente, 12
quid in votis attendendum, 12.sq.
sit conformis legibus & actis, 14.sq.
item libello, 16
sit certa, 17.sq.
condemnare vel absoluere debet, 19
rite concipienda, 20 sq.
rite publicanda, 22
quid operetur publicata, 23
quando facit rem iudicatam, 24
quæ admittat appellationem, XLIX,1.10 sq.
tres conformes num admittant appellationem, ib.14.
iudicis superioris non admittit appellationem, 16.sq.
Separationis beneficium quid, XLI', 6.1 sq.
quando & quomodo petendum, ib.3.sq.
Separatio quoad thorum & mensam quando fiat, XXIV, 2.17.sq.
quid operetur in successione coniugum, XXXVIII, 11.2
Sepultura prohibita in ciuitate, XLVII,12.3
est fauorabilis, XI,7.2
extra cœmeterium hodie fieri nequit, 3
sepulturam eligere quilibet sibi potest, 4
sepultura honesta & inhonesta, 5
familiaria & hereditaria sepulchra quomodo differant, 6
sepeliendus nemo in alieno loco, 7
sepulturæ cura cui incumbat, 8
sepultura non impedienda, ib.12. & 8.1
Sepulchra quotuplicia, ib.7.4
sepulchrum exstruenti vis num facienda, 2
sepelienda quando cadauera punitorum quando non, XLVIII,24 1.sq.
Sepulchri violati crimen quid, XLVII,12.1.sq.
pœna qualis, ib. 4
Sequelæ ius quid, XLIX,16.5
Sequestrum quid & quotuplex, XVI,3.19.sq.

Se

Sequestri requisita & solennia, ib.21
quæ iustæ causæ, 22
Sequestrari an & quando feminæ possint, ibid.
Seruitus quid & quotuplex, VIII, 1.1
quomodo affirmatiuæ & negatiuæ differant, ib.3
quid continuæ & discontinuæ, 4
a quo constituatur, 5
a quo & quomodo acquiratur, 6. seq.
quatenus per præscriptionem, 8
duo prædia qualia requirantur, 9
vtilitas adesse debet, 10
consistit in patiendo & non faciendo, 11
an adesse debeat causa perpetua, 12
Seruitus legata an transeat ipso iure, XXXIII,3.1
realis non potest oppignorari, XX,3.6
an pignoris causa de nouo alteri constitui possit, ib.1
Seruitutis effectus, ib.13
quid vrbana & rustica, VIII, 2.1.&3.1
respectu eius potest cumulari remedium retinendæ possessionis cum confessoria, ib.7.5
quomodo amittatur, 8.1
Seruus ex contractu non obligatur, XIV. 5.1
si *Serui* plures furtum fecerint, quatenus Dominus teneatur, XLVII,6.1.sq.
Serui corrupti actio, XI,3.1.sq.
quid vtilis, ib 2
Simonia quid, XLVIII,14.5 sq.
pœna eius, ib.7
Societas quid, XVII,2.1
quid omnium bonorum, ib.2.sq.
quid societas bonorum simpliciter, 4
particularis, 5
Societatis requisita, 6 seq.
an tacitus consensus sufficiat in omnium bonorum societate, 7
quomodo & quotupliciter communicatio fiat, 8.sq.
in communicando lucro ad quid respiciendum, 12.sq.
quando distribuendum lucrum, 14

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1425
DFG

quomodo soluatur societas, 25 sq.
pro Socio actio quid sit aut ad quid detur, XVII,2.15
quando instituí possit, ib 23
ad quid obligetur socius, 16.sq.
quando socius ex contractu socii obligetur aut acquirat obligationem, 22
socii habent beneficium competentiæ, 24
Socius criminis quatenus alium grauare possit, XLVIII, 18 17
Sodomia quid & qualis pœna, ib.5.22.sq.
Solennia testamenti quænam obseruanda, XXXVIII,1 17
solennitates testamentorum militibus remissæ, XXIX, 1.6
Sollicitatio alienarum nuptiarum, XLVII,11.4
Solutio quid, XLVI,3.1
quinam soluere possint, ib.2
an alius inuito debitore, 3
cui facienda 4.sq.
quidnam soluendum, 6
soluendum integrum debitum, 7
soluenda res propria, 8
quomodo & quando, 9.sq.
quid operetur solutio, 12
quomodo probanda, 13
Debitum quomodo soluendum, vt pignus recipiatur, XIII,7.11
Solui inuito creditori nequit alibi quam vbi conuentum, ib 4.6
pro *Soluto* titulus quid, XLI,3.in f.
Sortis iudicium quando adhibendum, XI, 5.12
Specificatio quid, XLI,1 23
cui acquiratur species, ib.24
Spolii remedium quod, XLIII, 16. 11.sq.
quæ eius singularia, ib.12
Sponsiones quid, XI,5.8.sq.
an exinde detur actio, ib.10
Sponsalia quid sint, XXIII,1.1
differunt ab ipso matrimonio, ib 2.sq.
quænam ad illa ineunda requirantur. 4.sq.

quid

quid si consensus obscurus, 9
requiritur mutuus ib.8
an sufficiat partium confessio, 9
cur requiratur consensus parentum, 14.sq.
impuberum sponsalia quando obligent, 4
dolo inita, etiam iurata, nulla sunt, 5
quo respectu nulla dicantur, ib.
Sponsalia de præsenti quænam dicantur, 10
de futuro quænam, 10
conditionata qualia, 12
quid si conditio impossibilis aut turpis, ib.
an in iis pœnitentiæ locus, 13
an sponsus conditionem tacite remittat, si sponsam carnaliter cognoscat, ib.
publica & clandestina quænam, 9.&14
an purgentur ex subsecuto concubitu, 14
præferuntur priora publica posterioribus publicis, licet his concubitus vel copula sacerdotalis accesserit, 19
Arrha sponsalitia cur adhibeatur, 9
quænam inde obligatio oriatur, 17
ad quidnam pars refractaria teneatur, ib.
an partes vi absolute sint compellendæ ad matrimonium consumandum, ib.
ex quibus causis ab illis impune recedere liceat, 18
ex quibus causis dissoluantur, 19
Sponsalitia largitas quid, 3. 22
Status quid sit, I,5.1
quotupliciter consideretur, ib.2
quando deterior & melior conditio feminarum, 3
quid requiratur quoad statum legitimitatis, 5
status ciuilis quid singulare habeat, 7
quotuplex status ciuilis, 8
status libertatis, 9
ciuitatis, 10
familiæ, 6.1
Status liberi quid, XL,7
Stellionatus crimen quid, XLVII,20.1
species eius, ib.2

qualis pœna, ib.3
quando pœna cesset, 4
Stillicidii seruitus, VIII,2.5
Stipulatio quid, XLV,1.2. & 6
vnde orta, ib.2.sq.
quid requiratur ad eam, 7.sq.
causa debendi adesse debet, 9
an quis aliis stipulari poterat, 11
quid adiectus, 12
de quo stipulari liceat, 13
effectus stipulationis, 14
stipulatio possibilis quid, 15
præstatio ex stipulatu facienda debito tempore & modo, 16.sq.
Stipulationes prætoriæ quid, XLVI,5.1.sq.
quæ iudiciales, cautionales & communes, ib.2 sq.
in quonam natura prætoriarum consistat, 5
Studiorum sumtus an & quatenus conferendi. XXXVII,6 11
Stuprum quid, XLVIII,5.31
quæ pœna, ib. & 33
stupratæ quid debeatur, 32
ad violentum quid requiratur, 34
quomodo probandum, 35
stuprata violenter sertum virginitatis portare nequit, ib.
Substitutio quid & quotuplex, XXVIII.6.1.sq.
pupillaris quid, 10
quid quasi pupillaris, 25
Successio ciuilis ab intestato, XXXVIII,16.1
quot modis deferatur, XXVIII,1.1
de modo *succedendi* ab intestato secundum Nouellam CXVIII. XXXVIII.in append.
& ex pactis, ibid.
Successio reciproca, 12
pactitia, 25
quando cesset, 2
Successorium Edictum quid, 9.1
Suffragium quid sit, XIX,5.9. & XLVIII,14.3

Suggrundia, XXXIX,2.1
pro Suo titulus quid, XLI,10.1
Suppellex legata quid contineat, XXXIII, 10.1.sq.
Superficies quid, XLIII,18 2
Superficiario quale ius competat, ib.3.5
quomodo constituatur, 4
an exspiret per incendium, 6
quale remedium inde detur, 1.& 7
Supplicatio quid, XLIX,8.5
quomodo interponenda, 6
Surdi & muti quomodo testentur, XXVIII,1.9
Suspectus non sit iudex a quo appellatum est. XLIX, 12.1
Suspectus tutor quis dicatur, XXVI,10.1
quid in legitima accusatione suspecti tutoris requiratur, ib.2.sq.
Syndicus in quo differat a procuratore priuato, III, 4.4
quomodo legitime constituatur, 5
qui constituant, 6
quis possit constitui, 7
quomodo suam personam legitimet, 8
an possit reuocari, 9

T.

T*Emperamento* medio ICti ordinarie vtuntur, XIII, 6.18
Tempus quomodo sit modus pignus soluendi, XX, 6.5
quomodo computandum in præscriptione, XLIV,3.4
quale requiratur in vsucapionibus, XLI, 3.25.sq.
quo tempore facienda præstatio ex stipulatu, XLV,1.16
Tergiuersari quid, XLVIII,16.3
Termini moti crimen, XLVII,21.1
quæ pœna, ib.1.sq.
Territio qnando locum habeat, XXII,3.10
Tertullianum SCtum, XXXVIII,17
Testamentum quid, XXVIII,1.1
iudiciale & priuatum, ib.15 sq.

nun-

nuncupatiuum, ib. 1. 33. nullum quid, 3. 2. iniuſtum & ruptum, 1. ſqq. reciproca an reuocari poſſint, 10. irritum, 13 deſtitutum, 19. militare, XXIX, 1. 1 parentum inter liberos, ib 13. tempore peſtis conditum, 21. ad pias cauſas. 24 ruſticorum 26. parturientis, 26 an priuilegiatum, 28 ſi non exſtet an detur B. poſſeſſio, XXXVII, 2. inofficioſum quid, V, 2. 1.

Teſtis quid ſit, XXII, 5. 1 habilitas qualis requiratur, ib. 2. ex quibus cognoſcatur, 3. ſq inhabiles teſtes quinam ſint, 3. ſq. an ſemper in totum repellendi, 8 an inhabilis qui ſponte ſe ingerit, 10. an ille quem pars ſecum adduxit, 18 ſi ei crimen obiicitur iniuriarum agere nequit, XLVII, 10. 10 quinam cogi nequeant, ib 11 teſtium euocatio in quo conſiſtat, XXII, 5. 10. fit ſumtibus producentis, ib. 10. productione teſtium quomodo fiant, 21. examen teſtium quomodo inſtituendum, 12. ſq it. 20 in qua cauſa id ante L. C. admittatur, 12. ad perpetuam rei memoriam quomodo peragi debeat, 12 aduerſa pars ad id legitime citanda, 15. depoſitio teſtium quomodo pertractanda, 20. teſtium numerus in teſtamento, XXVII, 1 20. teſtium in teſtamento habilitas, ib. 24. quot requirantur in teſtemento militis nuncupatiuo, XXX, 1. 8. quot requirantur in codicillis, ib. 7. 10. quot requirat legatum, XXX, 1 6

Theſaurus quid, XLI, 1. 33. cui acquiratur, ib. 31

Tigni immittendi ſeruitus, VIII, 2. 2. ſq de *Tigno iuncto* actio quid, XLVIII, 3. 1. quomodo locum habeat, ib. 2. contra quem detur. 3

Titulus qualis operetur vſucapionem, XLI, 3. 11. ſq. ſpeciales recenſentur, ib. 4. ſq. lucratiuus & oneroſus quomodo differant. XLII, 8. 7

Tortura an iuſta, XLVIII, 18. 2. ratio perſonarum habenda, ib. 3. ſeq infirmi non ſunt torquendi, 5. in quo delicto obtineat, 6. adeſſe debet corpus delicti, 7. eſt modus extraordinarius, 8. quænam indicia ſufficiant, 9. ſq. an deſuper ICti extranei conſulendi, 21. quando & quomodo torquendus reus, 22. ſeq.

Tortus

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1430
DFG

Tortus quomodo examinandus, vid. *examen.* quid operetur tortura si negat ibid. 30. quando repeti possit, 31

Traditio quid, XLI, 1. 33. quis possit tradere, ib. 34. vnde tradendi animus cognoscatur. 35. sq quomodo fiat 38. quid longa & breuis manus, 39. sq. quid symbolica, 41. an vacua possessio requiratur, 42

Transactio quid & quotuplex II, 15. 1. sqq. requiritur consensus & facultas disponendi, 3. sq dubietas causæ 5. de quonam transigi possit. 7. sq. requiritur vt aliquid datum remissum vel retentum sit, 12 an quis cogi possit ad seruandam transactionem, 14. quomodo effectus amittit transactio, 15

Translatio legati quid, XXXIV, 4. 5 seq.

Trebellianica vnde orta, XXXVI, 1. 22 quænam in illam comutentur, ib 23 quomodo cesset, 24. num detrahatur in substitutione, XXVIII, 6. 3

Tributoria actio quid, XIV 4. 1

in *Tumultu* homicidium si factum, XLVIII, 8. 23.

Turba quid, XLVII, 8. 10. quomodo teneatur qui turbam concitauit, ib. 11

Turbatio possessionis quid, XLI, 2. 19. quale remedium producat, XLIII, 17. 5. præstanda cautio de non amplius turbando, ib. 6

Turpitudo quid sit in conditione ob turpem causam, XII, 5 2

Tutela quid & quotuplex, XXVI, 1 1. sq. pœna eius qui temere suscepit tutelam ib. 9. testamentaria tutela, ib. 2. 1 an obtineat in electorum liberis, 9. quando tutela finiatur, 10. 9. sq.

Tutela Datiua quid sit, ib. 5. 1. sq. quousque se extendat, 4

Tutoris habilitas, ib. 1. 6. sq. mater & auia quatenus admittantur, 11. sq. datur tutor primario personæ, 14. quomodo pupillis curator constituatur, ib. 15 quomodo a tutore differat actor vel adiutor, 16. Tutores intuitu gestionis quotuplices, 17

Tutor

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1431
DFG

Tutor legitimus quis, ibid 4. sq. Tutor & curator an hodie differant, XXVII, 10. 9 an teneatur de præstanda euictione, XXI, 2. 4. Tutores cauent rem pupilli saluam fore, XLVI, 6. 1. Tutor si iniuste se excusat, tenetur de omni damno, XLIX, 10. 1. quis petat tutores, XXVI, 6. 1

Tutoris officium quale, XXVI, 7. 3. sq. Tutoris factum in quantum obliget pupillum ratione tertii, 9. 1. quando ex suo facto directo possit conueniri tutor 4. sq. actio tutelæ directa quid XXV, 3. 2. sq. Tutores plures hac actione conuenti quibus beneficiis gaudeant ib. 12. sq. contraria ad quid detur. 4. 2. sq.

V.

Vacario quid L, 5. 1

Vadimonium quando desertum dicatur II, 11. 1

Vagabundus quis V, 1. 17. & 25

Vectigalia quid & quotuplicia XXXIX, 4 1. & 8 sq. quomodo locentur ibid 4. ius vectigalia indicendi 12. vectigal quomodo soluendum 13. sqq. immunes a vectigalibus 14. pœna fraudantium vectigal 18

Venatio maior vel minor quid XLI, 1. 12. ius venandi priuatis concessum est 11

Venditi actio quid sit XIX, 1. 12 quomodo soluendum pretium 13. sq. quid præter pretium hic præstandum 15

in *Venditione* deceptiones præcauendæ XXI, 1. 2

Venditæ rei commodum & periculum est emtoris XVIII, 6. 10. quando dicatur emtio venditio quoad hunc effectum perfecta ibid. 1. sq. quid iuris circa rem ad gustum venditam 7. quid iuris circa res plures alternatiue venditas 8

Veneficium quid XLVIII, 8. 14 eius indicia ib. 15

Ventris nomine quando & quomodo mater in possessionem mittatur XXXVII, 9. 1 sq. curator eius quid præstet ib. 3

Ventris inspectio quando fiat XXV, 4. 1. sq.

Venter in possessionem missus nihil callide agat ib. 5. 1 12. quomodo puniatur mulier dolose ementita ventrem & ob eam causam in possessionem missa 6. 1

Verba

Verba quænam fideicommissaria XXXVI,1.9.sq.
Versum in rem vnde æstimandum XV,3.1.sq. versionem quis probare debet ibid. 4. actio de in rem verso quid 1. quando detur vtilis 7
Vestibus legatis quid contineatur XXIV,2.4
Veterani quinam XLIX,17.1 eorum priuilegia ib.2
Via quid VIII,3.3.quotuplex XLIII,7.2.si in via publica quid factum ib.10 1. ædium cura circa vias publicas ib. reficituto possunt 11,1
Vindicare minor potest res suas non legitime alienatas XXVII,9.9
Vini legatum quid comprehendat XXX,6.1
Vis quid sit IV,2.1. vis metusque vitiant testamentum XXVII, 1.6. armata quale interdictum producat XLIII,16.1. quomodo competat interdictum de vi ib. 3.sq. an & quatenus de iure canonico contra tertium possessorem hic agi possit 10.sq. Vi factum quid sit 24.2. restituendum vi factum 3. quando interdicto quod vi aut clam agendum, 6
Vis publica quomodo fiat XLVIII, 6 1.sq. quæ eius pœna ib. 5. quomodo hodie coerceatur 6
Vis priuata quid & qualis eius pœna ib.7.1 sq.
Vnio prolium quid sit I, 7.7. quomodo differt ab adoptione ib. eius requisita & effectus 8.sq.
Vniuersitas quid III, 4.2.sq.
Vniuersitatum liberti quinam XXXVIII,3
Vocatio in ius quid II, 4.1 pœna eius qui in ius vocatus ire recusat ib. 5.1. pœna eius qui in ius vocatum vi eximit ib.7
Voti requisita L.12.4
Vrna fortunæ an licita XI,5.11
Vrpheda præstatur a relegandis XLVIII,22.5. pœna vrphedam frangentium ibid. quid si eam præstare nolint 7
Vsucapio quid & eius causa XLI, 3.1.sq. differentia eius a præscriptione ibid.3. quotuplex 4. quis possit vsucapere 5. quænam res vsucapiantur ib. 6.sq. quid bonam fidem impediat 9. quomodo illa adesse debeat

beat 10. titulus qualis requiratur 11. seq. qualis possessio requiratur, 13. sq. quomodo continuetur, 14. sq. quando dormiat, 15. quomodo interrumpatur, 16. sq. non vsucapiuntur res meræ facultatis, 19. quale tempus requiratur. 20

Vsura quid sit, XXII, 1.1. quid in vsuris adesse debeat, ib. 2. iustitia vsurarum vnde dependeat, 2. mordaces vsuræ illicitæ sunt, 2. quantitas vsurarum legitima quænam, 4. vsuras maiores quando percipere permissum ib. 2. 1. sq. quando vsurarum vsuræ peti possunt, 7. vsuras quando in sortem conuertere liceat 1.7. vsuraria prauitas quando oriatur, 8. in vsurarios quænam pœnæ constitutæ, 8. vsurarum solutarum quinam effectus, 9 vsuræ quomodo finiantur, 10

Vsurpatio quid, XLI, 3.16

Vsus quid, VII. 8 1

Vsusfructus quid, ib. 1. 1. quomodo constituatur, 2. sq. in qua re consistat, 4. sq continet omnem utilitatem, 6 Vsufructuarius quando fiat dominus fructuum, 7. an fructus ad heredem transeant. 7. soluere debet onera publica, 8. quomodo versari debeat in re vsufructuaria, 9. cui accrescat, 2. sq. Vsusfructus legati dies quando cedat, 3. 1. seq. quomodo amittatur, 4. 1. sqq. quæ actiones eo nomine competant. 6. cauere debet vsufructuarius, 9. 1. vid. *Cautio*. vsusfructus quatenus legetur, XXXIII, 2.1

Vulneris lethalitas attendi debet in cæde, XLVIII, 8.18. sq.

Vxor admittitur in dimidiam, XXXVII, 11. 7. dimidium bonorum capit, ib. 8. vbi domicilium habeat, V, 1. 2. pignus tacitum habet pro dote. XX, 2. 3. item pro dote soluenda in bonis vxoris, ibid. 3. vxorem maritus defendere debet, XXIII, 2. 22.

FINIS.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1434
DFG



Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1435
DFG

nperatore
ium est ad
oris in *l.* 5.
lio tollun-
ubl. euer-
ipsa Impe-

dictum, in
sed de *re-*
hæc vide-
comparauit
secundum
ir hoc præ-
tiæ autoris,

ate *territo-*
on quidem
s *principes*,
c differen-
nfiscationis
ium, quod
sum sit *me-*
vero se con-
.
n is est, qui
z qui *scien-*
ceuelat. *l.* 5.
cit. ZIEGL.

9. Ad

the scale towards document
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.
Patch Reference numbers on UTT
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11
10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9
4.5 5.0 5.6 6.3
mm inch
Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1767182139/phys_1439
DFG